Nº 8-247
28-6-14
Biblioteca Universitaria
A
21
247

R-9531

# REV. PATRIS FR. ALPHONSI A VERA CRVCE HISPANI

Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

*Et in primaria cathedra mexicanæ vniuerſitatis S. Theologiæ Doctoris.*

## SPECVLVM CONIVGIORVM, CVM APPENDICE.

*Nunc primum in Italia Typis excuſum.*

DE CONSENSV SVPERIORVM.



MEDIOLANI

Ex Officina Typographica quon. Pacifici Pontij.

M. D. XCIX.

BIBLIOTECA PUBLICA ... DE GRANADA

# ILLVSTRISSIMO,
## AC REVERENDISSIMO D.
## D. FLAMINIO PLATO
## S. R. E. CARDINALI.

PRODIT in Italiæ lucem, Flamini Card. Illuſtriſsime, typis quidem & labore meo, ampliſsimi vero nominis tui protectum clypeo Speculum coniugiorum. Qui liber dignus eſt, propter exquiſitam doctrinam cartis incluſam, ſplendore dignitatis tuæ: Tu dignus es libro doctiſsimi viri, propter ſapientiam abditam pectore tuo ſingularem. Nam ſiue Te ſpectem in hoc nobiliſsimo Iuriſconſultorum tuæ patriæ Collegio, in quod nonniſi ſpectatæ probatæq; ſcientiæ viri cooptantur, Doctorem: ſiue in illo grauiſsimo romanæ Rotæ cœtu, vbi iuris vtriuſq; totius orbis peritiſsimi iudices definiendis controuerſijs chriſtianorum reſidere ſolent, Auditorem: ſiue in ſummo Eccleſiæ chriſtianæ lxx. virum purpuratorum conſilio, vbi tanto cum delectu doctrinæ adſcribuntur, Senatorem: quocunque inquam

*quam oculos conuerto, video Te ſapientiæ laude floreſcentem, & inter doctiſſimos collegas doctrina inſigniter eminere. Quare in doctiſſimi Cardinalis tutelam liber doctrina, etiam iuris canonici, refertus, & à pererudito viro conſcriptus tradēdus videbatur. Eius enim Auctor fuit Alphonſus, ſeu Illephonſus à vera cruce, quem primum Hiſpania genuit virorum ingenioſorum ferax; educauit deinde religioſa familia Eremitarum S. Auguſtini, quæ cum ſuperioribus ſeculis inſignes theologos edidit, tum vero hoc noſtro ſcientiſſimos theologiæ viros, in eadem præſertim regione, ſuo complectitur ſinu: exercuit poſtremo ad chriſtianorum tum veterum tum recentium vtilitatem publica ſchola mexicana in orbe nouo, vbi ex primaria cathedra diu fundens eloquia ſapientiæ ſuæ, doctrina theologica multos erudijt. Mitto cætera quæ interpretatus eſt voce, quæ ſcripſit manu, tam in theologica, quam in philoſophica diſciplina. Hoc vnum commemoro, laudo, & offero tibi opus, Cardinalis Ampliſſime, merito Speculum appellatum; in quod congeſſit, quidquid de matrimonio poteſt diſputari; vt enim vno oculorum coniectu in ſpeculo cernimus quaſcunque ſpeculum refert imagines; ita lectione huius vnius libri, quæſtiones de matrimonio enodatas obuias habemus vniuerſas. Hoc opus acri ingenio elaboratum non ſemel edidit Auctor, ſed iterum recenſuit, ſed tertio emendatum excudi iuſſit reuectus ex occidente, ante triginta circiter annos Compluti in Hiſpania. cui tertiæ editioni, quam ego recudo, adiecit magno auſu primus omnium theologorum appendicem commentationes eorum continentem, quæ de Matrimonio contrahendo ſacroſanctum Tridentinum concilium decreuit, & alijs theologis ad eadem decreta enucleanda timidioribus aperuit viam. Hunc virum tanti fecerunt eius æquales docti, viri vt eius auctoritate in firmandis opinionibus ſuis ſæpe vtantur; Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus; Petrus Ledeſma ordinis Prædicatorum qui nuperrime de Matrimonio ſcripſit; Henricus Henriquez Societatis IESV in tomo primo Theologiæ Moralis, & alij non pauci. cum igitur animaduerterem hunc auctorem nondum extra Hiſpaniam editum expeti à doctis qui eius eruditionem ſubodorati fuerant; & ab ijs præſertim deſiderari Iuris ac Theologiæ Doctoribus qui explicandis conſcientiæ difficultatibus in Archiepiſcopio præſunt; cumq; ſperarem magno vſui fore Clero Mediolanenſi, perquiſiui eum magna diligentia, & inuentum non parua pecunia emi, recognoſci emptum per viros non ineruditos curaui; ac tandem volui ſub nomine tuo in Italiam è prælo meo Typographico apparere; vt lumine purpuræ tuæ illuſtratus, illuſtret mentes Parochorum patriæ noſtræ in difficultatibus ſoluendis, quæ quotidie in contrahendis matrimonijs exiſtunt; illuſtret & Typographicam noſtram Officinam; quæ hac ratione, ſi probaueris hoc officium meum, vt ſpero, Patronum ac vindicem beneuo-*

*lentiſsimum videtur adepta. Vt enim cum in ſpeculum
è chriſtallo politum accurate, atque exterſum ſol radios
iaculatur recta, vehementior è ſpeculo regeritur lux, quæ
& illuminat, & inflammat quæ ſpeculo obijciuntur; ita
ſpero fore, vt cum ſol dignitatis ſapientiæ atque huma-
nitatis tuæ, Card. Illuſtriſsime, Speculum coniugiorum
à me excuſum oculis benignis intuens, ac radijs fauoris
& patrocinij perfundens illuminauerit, reflectat inde
ſeſe maius lumen quo maleuolorum atque inuidorũ oculi
præſtringantur, & labor meus hic qualiſcunque redda-
tur illuſtrior. Vale viueq́ diutiſsime Tibi, Patriæ, &
Eccleſiæ Dei. Mediolani Idibus Septembris. 1599.*

*Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. amplitudinis tuæ.*

*Humillimus famulus*

*Io. Baptiſta Piccaia.*

PRAE-

PRAEFATIO
# ADMODVM R. PATRIS
## F. ALPHONSI A VERA CRVCE
## AVGVSTINIANI, THEOLOGI,

*Et primarij cathedratici in Academia Mexicana, in ſuum
Speculum Coniugiorum.*

*Intẽtio, & inſtitutũ authoris.*

CVM nihil magis inſitũ debeat eſſe Chriſtiano pecto-
ri, quàm quæ Chriſti, & aliorũ, & non quæ ſua ſunt,
quærere, animum ſubijt cauſam matrimonialem tra-
ctare, vt noui orbis, noui homines, nouiter inuenti
maximè iuuarentur. In hoc enim argumento, & ma-
teria periculoſiſsimè erratur. An non error grauiſsi-
mus, ſi ex ignorantia, quos diſiungere oportet, cõiungere contingat?
Vel quos coniungere, diſiungere eueniat? Conſideraui enim quàm
frequentiſsimè inter miniſtros huius Eccleſiæ de re matrimoniali ver
ſetur cauſa: quanq; ſit omnibus obuium contractus matrimoniales au
dire, iudicare, & diffinire. Sed ſicut non omnibus (vt aiunt) datum
eſt adire Corinthum: non cuilibet ſcientia neceſſaria de negotio eſt
conceſſa: quia & Iuris peritiam, & Theologiæ ſapientiam expoſtulat.
Rei arduitas, & quæſtionum difficilium difficultas, & doctorum in di
uino, & humano iure peritorũ varia opinio deterrebat, deprimebatq́;
animum. Sed tamẽ Chriſtus ipſe Ieſus (cuius res agitur) ſic vires appo
ſuit, & per amicos ſolicitauit, & per prælatorum obedientiam coegit,
vt calamo manum admouerim. Per gratiam Dei opus inceptũ, & per-
fectè abſoluimus, theoricam praxi coniungentes: & Pontificum deter
minationes ad conſuetudinem, & mores neophytorum ſic adaptan-
do, vt nullus remaneat poſthàc locus remorandi in ipſis iudicandis
caſibus occurrentibus. Atq; cùm ante decem annos fuerit opus ela-
boratum, prælo committere diſtuli, potiſsimè vt experimentum ſume
rem, qua fronte ab alijs iſtæ noſtræ lucubrationes reciperentur. Atq;
ſpes mea non cedit ad irritum, ſed video ab omnibus (maxime doctis)
deſiderari. Quapropter differre ampliùs non licuit. Scripſerunt mul
ti (fateor) eleganter, grauiter, & doctè. Si tamen de Iuris Pontificij do
ctoribus doctis prius fiat ſermo, ſuorum textuum ſola habita ratione,
allegationibus innumeris contenti (ſicco pede tranſeuntes) ipſas Pon
tificum determinationes nobis tradiderunt dũtaxat. At Theologi no-
ſtri, qui latiùs, & ex intimis, & à primo lapide (vt aiunt) exordiri ſolẽt,

*Tractans matrimoniales cauſas & theologiæ, & iuris peritiã requiritur habere.*

non-

nonnulla deſideranda reliquerunt, quæ ab illis inconſiderata,quia nõ obuia,à nobis tractata in præſenti ſunt, & enucleata,vt certa ab incertis diſtinguentes, iura nõ confunderemus,ſed ſeorſum,quid iure naturæ,& quid Diuino,& tandem quid humano cõſtitutum ſit exponeremus. Matrimonium enim etſi ſacramentis Eccleſiæ connumeretur, contractus quidam humanus eſt. Quocirca cùm diuerſimodè in diuerſis contingat nationibus: hanc hominum conſuetudinem,qui illorum hominum linguam vernaculam ignorant,exacte cognoſcere minime valent: Qua de re cùm alias ab hinc duodeuiginti annos barbarã eorum linguam didicerim: familiaritate tam longa (quæ ad opus hoc ſpectat) intelligere potui: atque in vnum redigere ſic curaui, vt diſpẽſatores miniſteriorum Dei,& ſapientes,& inſipientes pariter iuuẽtur omnes. Iſti quidem,quia ob oculos, quæ diffinienda in omni occurrẽte caſu proponimus. Illi, quia quæ ſparſim legerunt in libris, in hoc vno congregata deprehendant. Atque conſilium fuit in tradendo aliquantulum materiam extendere,& latiùs vagari, vt cuilibet pateat aditus quantumuis rudi,& agreſti homini. Poteramus quidem (non eo inficias)breuius comprehendere, ſed tamen forte Delio indigeret natatore. Et ſtylo infimo, & non affectato tradere eò fuit in animo, vt etiam ſi non latinus,cùm aliquãtulum Grammatices deguſtauerit, fructum poſsit reportare.

*Conc. Floren. & Trident.*

*Paulus 1. Corin. 4.*

¶ Argumentumq; operis in tres diuiſimus partes: in quarum prima,omnia quæ de matrimonio in generali, atque de impedimẽtis omnibus,dirimentibus,& non dirimentibus, appoſita ſunt. In ſecũda,de illis,quæ ad infideles conuertendos ſpectant,ſit ſermo. Atque in tertia modum diuortij declarauimus. Et quæ ad vſum matrimonij licitum ſpectant.& quia ſacrum Concilium Tridentinum noſtris diebus celebratum poſt ſecundam editionem nonnulla quæ ad coniugale fœdus pertinent limitauit declarauit,& mutauit hanc tertiam editionem parare curaui,in fine per modum appendicis quæ noua ſunt adducẽdo, nouas proponendo conſiderationes, & ſcitu dignas quæſtiones diſſerendo. Opus ad vmbilicum perducere, per Dei gratiam datum eſt, quæ in appendice de nouo ſunt addita iuxta materiam vbi merito eſſet reponendum ſignum videbit diligens lector,vt facile inuenire quæ deſiderat, & aliquot proprij motus Pontifici 5. Pij quinti ad literam ſunt appoſiti in 3.par.in arti.18.& in fine in peroratione.

*Diuiſio operis.*

IN-

# INDEX ARTICVLORVM TOTIVS OPERIS.

## In prima Parte.

*Art. 1. Vtrum ſit matrimonium, & quid illud ſit. pag. 1*

*2. De conſenſu requiſito ad matrimonium. 6*

*3. Vtrum neceſſe ſit conſenſum verbis exprimi. 9*

*4. Vtrũ conſenſus expreſſus per verba de futuro faciat matrimoniũ ratum. 12*

*5. An conſenſus vnius ſufficiat altero non contradicente. 15*

*6. Vtrum filijs ignorãtibus ſufficiat conſenſus parentum ad matrimonium. 19*

*7. Vtrum ſufficiat conſenſus Gubernatoris. 20*

*8. Vtrum ad matrimonium ſufficiat coactus conſenſus. 23*

*9. Vtrum ſi quis metu cadente in cõſtantẽ virũ matrimoniũ promiſit, poſtea per copulã ſubſecutam fiat matrimoniũ de præſenti. 33*

*10. De clandeſtino matrimonio. 34*

*11. Vtrum etiã apud infideles hoc teneat verum, quod vſus clãdeſtini matrimonij ſit peccatum mortale. 39*

*12. De benedictionibus nuptiarũ. 42*

*13. Vtrum ſecundæ nuptiæ ſint benedicendæ. 44*

*14. De tempore feriarum, quibus interdictæ ſunt nuptiæ. pag. 45*

*15. De voto ſimplici, vtrum impediat. 48*

*16. De ſponſalibus. 53*

*17. De verbis quibus ſponſalia contrahuntur. 57*

*18. De contractu ſub conditione impoſſibili. 61*

*19. De conditionibus appoſitis. 64*

*20 Vtrum ſponſalia de futuro per conſummationem copulæ tranſeant in matrimoniũ de præſenti, vel per traductionem in domũ, vel aliquid ſimile. 67*

*21. Quæritur quot modis ſponſalia de futuro diſſolui poſſint. 69*

*22. De impedimento catechiſmi. 71*

*23. De impedimento inceſtus. 76*

*24. De impedimento vxoricidij. 79*

*25. De impedimento Raptus. 80*

*26. De impedimento cognationis ſpiritualis per leuationẽ à ſacro fonte. 81*

*27. De impedimento presbytericidij. pag. 82*

*28. De impedimentis impedientibus contrahendum, & dirimentibus*

*con-*

contractum. 83
29. De impedimento conditionis ſeruilis. 85
30. An poſsit ſeruus contrahere matrimonium contra voluntatem domini, & ſi cum voluntate eius vtrum fiat liber. pag. 87
31. De voto ſolenni. 89
32. De diſparitate cultus. 89
33. De impedimento criminis. 94
34. De impedimẽto criminis propter adulterium. 96
35. De eodem impedimento criminis quando eſt dubium, an fuerit legitimus vir. 103
36. Quando de facto quis adulteram ducit. 106
37. De impedimento ordinis. 108
38. De impotentia. 110
39. De matrimonio impuberũ. 115
40. De impedimento maleficij. 117
41. De furia & amentia. 118
42. De impedimento ligaminis. 120
43. De impedimento conſanguinitatis. 121
44. De prohibitione graduũ cõſanguinitatis, iure poſitiuo facta. 128
45. De cõputatione graduum. 132
46. Vtrum ſummus Pontifex valeat diſpenſare in omnibus gradibus conſanguinitatis. 134
47. De impedimẽto affinitatis. 135
48. In quo declaratur, quo iure affinitatis gradus ſint probibiti. 137
49. De diſpenſatione in gradibus affinitatis. 141
50. Vtrum tempore infidelitatis contrahatur affinitas. 143
51. De impedimento publicæ honeſtatis. 146
52. An hoc impedimẽtum oriatur ex ſponſalibus quomodolibet cõtractis. 148
53. Vtrum oriatur publica honeſtas quando parentes loquuntur pro filijs. 150
54. Vtrum oriatur publica honeſtas, ex ſponſalibus cõditionatis. 154
55. De cognatione ſpirituali. 156
56. Inter quos huiuſmodi impedimentũ, i. cognatio ſpiritualis. 159
57. Quõ cõpaternitas oriatur. 162
58. Quõ cõtrahatur fraternitas. 164
59. De vltimo impedimento quod dicitur cognatio legalis, quæ eſt adoptio. 167
60. De impedimento cognationis legalis. 169

## In ſecunda Parte.

Ar. 1. Vtrum inter infideles ſit verũ matrimonium. 172
2. Vtrum inter infideles noui orbis ſit matrimonium. 174
3. Vtrum quando in modo contrahẽdi ſecundum mores ſuos non exprimebatur conſenſus, erat matrimonium. 178
4. Vtrum ſi plures quis duxit, ſit matrimonium cum omnibus an ſolum cum vna. 184
5. De libello repudij apud Indos Maris Oceani, & de primo repudio Michoacanorum. 185
6. De indiſſolubilitate in matrimonio, vtrum ſit de iure naturæ. pag. 187
7. Quare indiſſolubilitas non ſit apud omnes gentes. 193
8. Quiſnam eſt qui in iure naturæ poteſt diſpenſare. 196
9. Vtrum repudium fuerit aliquando in vſu. 200
10. Vtrum Iudæi repudiantes peccabant. 201
11. An per repudiũ diſſoluebatur matrimoniũ apud hebræos. 204
12. Vtrum apud gentes fuerit repudium. 206
13. Vtrum per repudium inter gẽtes diſſolueretur matrimoniũ. 211
14. Vtrum repugnet matrimonio pluralitas vxorum, ita quod ſit contra ius naturæ cum pluribus contrahere. 215
15. An fuerit requiſita diſpenſatio ad pluralitatem vxorum. 218
16. An licuit habere plures vxores tẽpore legis ſcriptæ. 222
17. Vtrũ Gentilibus licuit habere plures vxores. 223
18. An cum pluribus ſit matrimoniũ. pag. 229
19. Vtrũ liceat habere cõcubinã. 233
20. Quid eſt concubina ſecundũ legẽ humanam ciuilem. 235
21. An plus ſtandum Pontificis ſententiæ quam doctorum. 239
22. De gradibus conſanguinitatis, & affinitatibus prohibitis. 243
23. An lex vetus obligabat gentiles, ſicut & hebræos. 247
24. An modo lex illa Leuit. 18. obliget. 249
25. An gradus prohibiti in leuitico ſint de iure naturæ. 250
26. An gradus qui modo ſunt ab eccleſia prohibiti habeant vim ex iure diuino. 258
27. An Papa diſpenſet in omni gradu affinitatis, & conſanguinitatis. pag. 259
28. An matrimonium ratum inter infideles ſit indiſſolubile. 267
29. In quibus caſibus diſſoluitur matrimonium infidelium. 274
30. Quid intelligatur per contumeliam creatoris. 276
31. Quid de caſu quando infidelis pertrahit ad mortale fidelem. 279
32. An ſi infidelis vult cohabitare, tenetur fidelis cohabitare. 281
33. An in tribus caſibus Apoſtoli ſtatim ſoluatur matrimoniũ. 284
34. Vtrum infideli liceat poſt conuerſionem alterius tranſire ad ſecũda vota. 287
35. Vtrum matrimonium inter infideles ſit ſacramentum. 288

An

*36. An ſtatim vt conuertuntur infideles matrimonium ſit ſacramentum ſtrictè.* 290

In tertia Parte.

*Art. 1. De cauſis diuortij.* 292
*2. Vtrum vir teneatur vxorem fornicariam eijcere per diuortium ſi quod etiam ſi nolit ad id teneatur.* pag. 297
*3. Vtrum mulier poßit virum de adulterio accuſare.* 299
*4. De diuortio quoad pœnas legis, ſcilicet capitalis ſententiæ.* 301
*5. Vtrum requiratur ſententia Eccleſiæ ad diuortium.* 302
*6. An facto diuortio poßit innocens reconciliare ſibi nocentem.* 305
*7. Vtrum poſt diuortium poßit vir aliam ducere, & vxor alteri nubere.* 308
*8. Quis modus ſeruandus in cauſa matrimoniali.* 311
*9. An ſi inter aliquos coniunctos ob impedimentum non potuit ſtare matrimonium, ſit neceſſaria ſententia iudicis ad diuortiũ.* 318
*10. Quid debent ſeruare iudices eccleſiaſtici in diuortio.* 321
*11. An liceat religioſis agere ad diuortium.* 327
*12. Vtrum ſola cohabitatio ſine conſenſu faciat matrimonium vbi fuit impedimentum illo ceſſante.* pag. 334
*13. Quid agendum in matrimonio, quando alter coniugum negat conſenſum.* 338
*14. Quid conſulendum, quando alter negat conſenſiſſe.* 341
*15. De actu coniugum quantum ad modum coeundi.* 345
*16. De actibus coniugatorum propter delectationem vel propter aliã cauſam.* 347
*17. Vtrum ratione circunſtantiæ loci vel temporis actus coniugũ poſſit eſſe peccatum.* 351
*18. An liceat in dubio ſicut reddere debitum, ita etiam petere.* 353
*19. An qui fictè alicui promittit teneatur eam ducere.* 362
*20. An pater licite poßit filium aut filiã exheredare, qñ contraxerũt contra eius voluntatem.* 365





# PRIMA PARS SPECVLI CONIVGIORVM

*Admodum R. P. F. Alphonſi à Vera Cruce inſtituti Eremitarum S. Auguſtini, Theologi, Cathedratici Primarij in Academia Mexicana in partibus Indiarum Maris Oceani.*

## ARTICVLVS PRIMVS.

*An ſit matrimonium : & quid ſit illud.*

Ariſt. 2. Poſte. tex. co. 8. c. 9.

QVIA (teſte Ariſt.) an eſt, pri' eſt, quã quid eſt, fruſtra, & incaſſum in quæſtione poneretur quid ſit matrimonium, niſi prius intellexerimus an ſit. Qua de re tanquam fundamentum, & primum lapidem in hac noſtra matrimoniali ſtructura, & Coniugiorum Speculo conſtituentes, matrimonium à Deo ipſo omnium formatore eſſe inſtitutum affirmamus : in officium quidem, in illo deliciarũ paradiſo ante peccatũ protoplaſtorum : quando Adæ datum eſt adiutorium ſimile ſibi. Ex quo quidem ſoporato Eua educta, & formata fuit, vt os ex oſſibus, & caro ex carne, duo in carne vna eſſent. Poſt peccatum autem in remedium conſtabilitum, & firmatum : & tandem in lege gratiæ à Chriſto omnium redemptore, & ſeruatore, non ſolum confirmatum, & roboratum eſſe cognoſcitur: verùm etiam ad illam primæuam faciem vnius ad vnam, cum indiſſolubilitate, omnibus ſuis numeris delinitum eſt, ipſo dicente : Quod Deus coniungit, homo non ſeparet. & ſi cõiugium conſtet adeo inſtitutum fuiſſe in officium, in innocentiæ ſtatu : tamen inter catholicos quando fuerit conſtitutum, & quibus verbis vel ſignis, eſt controuerſum. Sentẽtiarum magiſter, illis verbis à primo parente prolatis : hoc nunc os ex oſſibus meis &c. putat fuiſſe inſtitutum. cui & doctor Subt. ſubſcribit in 26. diſt. 4. vbi & magiſter ſuam declarat mentem.

Magiſt. ſen. in 4. d. 26.

Augu. 9. li. ſuper Gen. ad lite. c. 7. Vgo de ſacramentis. lib. 2. p. 11. Gene. 2. Gene. 9.

Iam ergò quid ſit, inquiramus oportet. Et primò, vtrũ ſit naturale. Quã plurimum enim iuuat hoc prænoſcere. Nam ſi naturale eſt (cum naturalia non ſint propter peccatum abolita, licèt remanſerint ſauciata) non negabimus matrimonium eſſe etiam in peccatoribus.

Matth. 19. Magiſt. in. 4. d. 26. & ibi. S. Tho. Dioni. 4. c. de Diui. no.

Item. Quia cum infideles naturalia integra retineant, licèt obtenebrata, omnino & conſtanter affirmare neceſſe erit, apud infideles etiam matrimonium eſſe. Pro dubij ſolutione notanda eſt Ariſt. doctrina dicentis, ꝙ neceſſitas in naturalibus ſumenda ex fine eſt : ac ſi diceret. Dedit homini natura, oculos ad videndum, ad tuendum ſe, & ad cauendum à periculis imminentibus : neceſſe eſt ergò, ꝙ oculi ſint poſiti in capite, & non in pedibus: quia non poſſet homo commodè finẽ præoptatum conſequi, ſi in pedibus eſſent. Hoc ſuppoſito, ſit concluſio

Ariſt. 2. phi. tex. co. 75. neceſſitas in naturalibus ex fine eſt.

Concluſio.

Matrimonium : coniunctio ſcilicet maris, & fœminæ, eſt de iure naturæ. Probatur ex Ariſt. Homo eſt naturaliter magis animal cõiugale, quam politicum. Et ideo loquendo de hac cõiunctione dicit. Eſt ſocietas naturalis : vt natura adimpleat ſuam ſempiternatẽ. Et tamen homo naturaliter eſt animal politicum, vt ipſe ibidem

Ariſ. 8 ethi. c. 12 & 1 œco. ca. 3. & 1. Politi. c. 2. Ariſto. 1. Ethi. c. 9. & 3. Poli. c. 4.

dicit,& primo Politic. Cùm enim homo non ſibi ſufficiēs ſit ad omnia quæ pertinent ad neceſſitatem eius, indiget communitate ad viuendum. Natura enim cæteris animãtibus prouidet in neceſſarijs ad vitam conſeruãdam, miniſtrando eis cibum, & pilos præbendo ad defenſionem à frigore,& cornua ad pugnandum: ſed homini ſolùm dedit rationem, per quam poteſt ſibi hæc arte præparare. Et quod ex inſtinctu naturali habent alia animalia, vt nociua fugiant, & ipſa cognoſcant, homo habet per rationem. Cùm tamen vnus homo non poſſit hæc omnia cognoſcere, maximè cum ſint particularia quædam, oportuit ex inclinatione naturali homines conuenire, vt vnꝰ adiumentum eſſet alteri: quandoquidem vnus ſolus ſibi in omnibus ſufficere non poterat. Si ergo homo naturaliter eſt animal politicum ſeu ſociale, & eſt magis coniugale: conſequēs eſt matrimonij coniunctionē eſſe quid naturale, ad quod natura hominis inclinat. Et hac de cauſa idem Ariſto. primam ſocietatem dicit eſſe combinationem maris, & fœminæ: ac ſi diceret, quòd politica Societas, vel Oeconomica, aut quæuis alia ab iſta dependeat. Igitur ſi natura ad politicã ſocietatem inclinat, quanto magis cõcedendum eſt, ꝙ ad viri, & mulieris per matrimonium, inclinet coniunctionem? Sicq́; iura humana matrimonium definiunt: vt in principio. ff. dicitur. Ius naturale eſt, maris, & fœminæ coniunctio, quam nos matrimoniũ appellamus.

Ari. 1. Po. c. 1. & 1. Oeco. c. 3.

Quid matrimonium.

Pro perfecta intelligentia eſt notandum, ꝙ naturale dicitur dupliciter. Vno modo, quod cauſã habet ex principijs naturæ ex neceſſitate, ſicut neceſſarium eſt lapidem deſcendere, propter ſuam grauitatem, & ignem aſcẽdere, propter ſuam leuitatem. Et iſto modo matrimonium non eſt naturale: quia non ex neceſſitate cauſatur, ſed ex voluntate per liberum conſenſum.

Quot modis aliquid dicatur naturale.

Secundo modo id dicitur eſſe naturale, ad quod natura inclinat, tamen complementum accipit à libero arbitrio: ſicut dicuntur virtutes naturaliter ineſſe homini, non ꝙ inueniantur in nobis aliqui habitus perfecti per naturam, ſed ineſt nobis à natura ſuſcipere illas per operationes noſtras, ſicut Ariſt. docet: inclinari ad eas innatum eſſe homini, tamen habere eas perfectè genitas, non competit alicui homini naturaliter, ſed per aſſuefactionem ad operationes. Iſto modo capiendo naturale: matrimoniũ dicitur naturale, ſiue de iure naturali, in quantum homo per naturam inclinatur ad matrimoniũ, licet eius perfectio dependeat ex libero arbitrio: ex conſenſu. Sic. n. S. Tho. ait. Duplex eſt appetitus naturalis. Vnus, qui ſequitur apprehenſionem. Alius, qui non ſequitur apprehẽſionem. Et iſte ſecundus non eſt aliud, q̃ natura ipſius rei cum qualitatibus naturalibꝰ, vt inclinatio lapidis ad deſcendendum. Primus verò eſt quædã potentia rei, vt eſt in animalibus. Ex hac differentia Ariſt. dicit. ꝙ animalia mouent ſe: inanimata vero mouentur à generante: ideſt à Deo dante illã inclinationem. Sic in propoſito, licèt homo per liberum arbitrium ad matrimonium moueatur, naturale quidem eſt: quia ad illud eſt inclinatio naturalis, licet compleatur per voluntatẽ.

S. Th. 1. 2. q. 51. arti. 1. & q. 63. ar. 1. & q. 71. art. 2.

Ari. 2. ethi. ca. 1.

S. Th. 1. 2. q. 26. art. 1.

Ariſt. 8. phi. tex. co. 29. & 33.

Præterea notandum eſt, duplicẽ eſſe finem matrimonij. Primus eſt propagatio, & continuatio ſpeciei, quod eſt bonum commune. Alius eſt mutuũ obſequium, & communicatio operũ. De quo Ariſt. lib. 2. polit. c. 3. & lib. 3. c. 3. & œco. lib. 1. c. 3. & Xeno. in œco. Cùm ergo natura neceſſitatẽ ſumat à fine, & finis naturalis ſit ſpeciei conſeruatio, etiam erit neceſſarium, & naturale matrimonium, cuius finis eſt ſpeciei conſeruatio. Non enim vocamus matrimonium ipſam ſexuum cõmixtionem, quia hæc etiam reperitur in pecoribus, in quibus non eſt matrimonium: ſed habitudo certa, quæ eſt inter eos qui conueniunt neceſſaria. Nõ enim quomodocunque conueniendũ eſt inter homines, ſed certo modo, tã ſecundùm naturæ deſignationẽ, quàm ſecundùm rationis iudicium. Non. n.

3. notan.

Primus finis matrimonij. 2. phyſi. tex. co. 75.





debet eſſe commixtio, niſi maris ad fœminam, quod & natura docet: quia finis commixtionis eſt generatio, quæ non inuenitur niſi fuerit ſexuum diuerſitas. Secundò. Ad iſtum primum finem requiritur, ꝙ non ſit commixtio ad plures fœminas, ſed ad vnam ſolam: quod natura docet, & ratio: vt infra dicemus.

Tertiò. Non debet eſſe commixtio ad quamlibet mulierem, ſed aliquæ debent excludi à cõmixtione, quibus natura (ratione reuerentiæ) non patitur commiſceri. Et hoc ſpecialiter in hominibus, qui merita perſonarum cognoſcunt.

Pecora autem: quia huiuſmodi attinentiam ignorant, non excludunt aliquam fœmellam à commixtione. Licèt aliqua, in quibus eſt cognitio parentum, abſtinent ab eorum commixtione. Vnde Ariſt. dicit, ꝙ quidam equus per deceptionem matri commixtus cũ hoc cognouit, præcipitauit ſe: quaſi ſi in lege naturæ peccauerit. Etiam fertur, quòd cùm quidam artifex ingenium faceret quo Elephas matri commiſceretur inſcius poſtquàm depræhendit ſe illuſum, ingenij actorem interfecit.

Ariſt. 9. hiſ. animali. c. 47. & S. Th. 2. 2. q. 15. ar. 9. ad 3.

Quartò. Ad iſtum primum finem non debet eſſe habitudo viri & fœminæ ſolùm tempore commixtionis carnalis; ſed tempore toto educationis fœtus: quia natura magis intẽdit educationem, & perfectionem genitorũ, q̃ generationem ipſam: quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. Si ergò generationem vult propter prolem: plus vult prolem. Sic natura inclinat marem, & fęminam ad commixtionem, ad ſibi ſimile generandum. Inclinat etiam ad ſe habendum certo modo, vt natos poſſint benè educare. Quæ habitudo matrimonium vocatur. At quia teſte Ariſt. dubia contingentia de re aliqua ex diffinitione ſoluenda ſunt, & ea quæ ſunt propter finem, optimè diffiniuntur per finem: dubia de matrimonio ex fine ſoluenda ſunt, & explicanda, ſicq́; ad matrimonij ſubſtantiam, non ſatis eſt ius cõueniendi in vnum, quia vagus concubitus non ſufficit: talis enim coniunctio fruſtraretur vtroque fine matrimonij. Nam ſi quilibet concubitus eſſet licitus, cuiuſlibet viri ad quamlibet fœminam, primus finis matrimonij non poſſet haberi: cùm ex concubitu tali, rarò ſoleat proles generari, nec poſſet proles commodè aut procreari, aut educari incerto patre, non ſolùm quò ad ciuilem, ſed etiam quantum ad naturalem vitam: cum fœmina infirmior ſit, & imprudentior viro: vt totam filiorum curam ſuſtinere non poſſit. Et ſi concubitus eſt promiſcuus, certus pater eſſe non poteſt. Et poſito eſſet vna vnius ſine mutua obligatione, vt eſt in concubinarijs: ad huc nec procreatio prolis eſſet certa ex libera coniunctione, nec educatio à parẽtibus, qui inuicẽ cõuenire nõ tenerentur. Et inſtructio moralis vix eſſet: cùm oporteret filiũ apud matrẽ educari propter naturales neceſſitates: & rurſus à patre inſtrui, qui tamen cum matre non habitaret, quod eſt primus finis matrimonij. Sic Ariſtote. ait. A parentibus tria recipimus. Eſſe, nutrimentum, & doctrinam. Filius autem non poſſet educari, niſi haberet determinatos parentes. Sic videtur, quòd de inclinatione naturæ ſit, quòd matrimonium ſit vnius ad vnam, & non vnius ad plures (ſicut in politia Socratica, & Platonica vt Ariſtotel. refert.) Et requiritur quòd iſti determinati parentes ſunt aſtricti, & ligati, vt conuenienter efficiatur educatio prolis. Quia etiam ſi ſtatus ille duraſſet innocentiæ, cum ius paternum & vxorium viguiſſet, ſtare non poſſet cum coniunctione incerta. Quapropter adhuc in illo ſtatu etiam ſi rerum communitas & poſſeſſio eſſe poſſet, abſque meo, & tuo: quantum ad matrimonium tamen natura ipſa refugit.

Ariſt. 1. poſt tex. com. 5.

Ariſt. lib. de anima.

Ariſ. 8. ethi. ca. 11.

Ariſt. 2. pol. quaſi per totum.

Secundus finis matrimonij eſt mutuum obſequium à coniugibus ſibi inuicem in rebus domeſticis impendendum: ad quod ratio naturalis inclinat. Nã ſicut ratio naturalis docet vt

2. finis mutuum obſequium.

hominès cohabitent in politia:quia nemo ſibi ſufficit in omnibus quæ ſunt ad vitam: ita hominem animal politicum vocamus naturaliter, quia adiacet vnicuiq; particula boni alterius, vt dicitur tertio politicorũ. at in operibus quę pertinent ad conſeruationē vitæ, quędã ſunt opera, quæ conueniēter fiunt per viros, quędã per mulieres: ideò aſſociatio vtriuſq; & quantũ ad mutuam communicationē operũ, eſt de inclinatione naturali. Et idem Ariſto. 1. Oeconomicæ dicit diſtinctas eſſe curas, viri & fœminæ. In domo ſi quidem, fœminæ reſpectu prolis, eſt educare, & viri erudire: & viro, incumbit exterioribus occupari, & fœminæ dominari omnibus quæ ſunt intus. Et loquens in lumine naturali, ponit duas cauſas, ſeu duos fines matrimonij, ſcilicet procreationē filiorum, & operum communicationem: ad quæ duo, inclinat natura in omnibus. Et Plato in Menone dicit, vxoriã eſſe virtutem, domum rectè gubernare: dum cuſtodit domeſtica, viroque obedire.

Ariſt. lib. 3. poli. c. 3.
Gab. ĩ 4. di. 15. q. 3. ar. 3. du. 2.
Io. And. Pa. in c lite. de reſt. expoli. cap. 3.
Ariſt. lib. 1. Oeco. c. 3.
Ariſt. 1. Oeco. c 3. & 8. ethi. cap. 12.
Plato.

1. obiectio.

Contra iſta obijci poteſt. Quia quę naturalia ſunt, eadem ſunt apud omnes: ſed matrimonium non eſt eodem modo apud omnes: quia ſecundum diuerſas conditiones hominum, diuerſimodè contrahitur, & diuerſi ſunt ritus & cæremoniæ in matrimonio contrahendo, vt patet extra, de ſponſali. c. De Francia. ergò non eſt matrimonium naturale.

Solutio. 1.
Ari. 7. ethi. cap. 14.

Solutio. Natura humana non eſt immobilis ſicut diuina. vt Ariſt. dicit. Et ob id, aliqua quę ſunt homini conuenientia ſecundum naturam rationalem, non reperiuntur eadem apud omnes cùm non ſint prima principia iuris naturæ: ſicut, Quod tibi nõ vis, alteri non facias, & ſimilia. ob id in his quæ ex iſtis principijs deducuntur (quale eſt matrimonij vinculum indiſſolubile) poteſt cõtingere variatio, ſecundum diuerſa tempora, vel circa diuerſas nationes; quod in primis ipſis principijs per ſe notis, non poteſt contingere. Si quidem ꝙ iſta coniunctio indiſſolubilis, ſit neceſſaria ad ꝓlem generandam: non eſt ita manifeſtum, ſed ex manifeſtis deducitur: quia ſi nulli malum eſt faciendum: & ex hoc ꝙ parentes non mutuo obligãtur, malum prolis ſequitur, quia nõ debitè educatur, vt dictum eſt. ergò matrimonij indiſſolubilitas, eſt neceſſaria. Et ob hoc non eſt inconueniens, ꝙ ſecundum diuerſos ſtatus & conditiones gentium varietur matrimoniũ, non ſolum quantum ad cæremonialia (ſicut dicitur extra. de ſponſalibus. c. de Francia) ſed etiam quantum ad ſubſtantialia, vt ꝙ aliqua gens ponat in matrimonio pluralitatem: & alia vnitatem, & quidam indiſſolubilitatem: alij concedant repudium.

Matth. 7.
S. Th. 1 2. q. 94 ar. 4. & 5.
Abulē. ſup. Matth. c. 19 q. 30. in ſol. ad 3. & q. 33. ad 1.
Abulē c. 19 Mat. q. 28.

2. Solutio.

Secundò. In matrimonio duo ſunt conſideranda; ſcilicet contractus ſeu mutua obligatio, quod eſt eſſentiale in matrimonio. Et poteſt conſiderari modus, quo iſte contractus celebratur, quod quidem accidentale eſt. Quantum ad primum, inuariabile, & immutabile manet: quia per matrimonium omnes intelligunt illum contractum mutuò ſe obligandi, licèt poſteà contingat, ꝙ vir aliam recipiat: vel ꝙ primæ, det libellum repudij. Nam ſi omnia eſſent & perſeuerarent eodē modo ſicut in principio, non contingeret diſſolutio. Ob id per accidēs contingit diſceſſio. Nam ſi in pactum ducerent diſceſſum pro libito: vel repudium, poſt Chriſti aduentum, non eſſet matrimonium. vt patet, extra. De conditionibus appoſitis. c. fina. ſed quantum ad modũ contrahendi (quia accidentale eſt) variatio poteſt contingere. Neque hoc cadit ſub regula, vel arte: quia vt dicit Ariſt. Illorum quæ ſunt per accidens, non eſt ſcientia: quia ſunt infinita. põt fieri alio, & alio modo apud hos, vel illos. Sic in nouo orbe in vnaquaque prouincia erat alius & alius modus contrahendi. Imò in vna & eadem ſecundùm diuerſitatem perſonarum. De quibus erit ſermo in ſecunda parte. art. 3. matrimonium ſit naturale ſic vt de iure gentium dici debeat, forte de nomine quæ-

Ariſ. 2. phy.
Diuers⁹ modus contrahendi.





quæſtio eſt. nã cõmunis opinio de iure naturali dicit ad ſenſum declaratũ. Sed aliam conſiderationem habendo, Michael de Medina in ſuo de cœlibatu, de iure gentium eſſe probat. lib. 4. controuerſia pri. c. 9.

2. obiectio.

Secundò poteſt obijci contra determinationem. Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit: ſed matrimonium non eſt in omnibus animalibus, cum in quibuſdam ſit coniunctio maris & fœminæ ſine matrimonio, ergo non eſt de iure naturali.

Solutio.

Solutio. Matrimonium licèt ſit de iure naturæ, non tamen de iure communi omnibus animalibus: ſed prout eſt commune hominibus.

Pro cuius explicatione notandum, ꝙ natura hominis inclinat ad aliquid dupliciter. Vno modo, quia eſt conueniens naturæ generis. Et hoc eſt commune omnibus animalibus: quia omnia animalia participant in genere: ſicut eſt nutrimentum capere ex inclinatione naturali prouenit, tanquam commune ratione generis. Alio modo natura inclinat, ad id quod eſt conueniens naturæ differentiæ, vel ſpeciei: ſicut eſt homini naturale habere actũ prudentiæ, vel temperantiæ in quantum homo, non inquantũ animal eſt. Sic natura inclinat hominem ad propagationem per matrimonium, quod eſt ſecundùm rationem. Nam etſi omnibus animalibus inſit inclinatio ad propagationem, non eodem modo in omnibus. Nam in homine, in quo eſt ratio, competit propagatio, ſecundũ rationem. Et vt taliter iungantur, qualiter ad conuenientem educationem prolis, & ipſorum conuenientiũ bonum ſtatum, competat: & quia ad hoc requiritur coniunctio viri & vxoris, & ꝙ perſonæ legitimæ ſint, & commanentes longo tempore, ſecundum aliquam obligationem ad commanendum: debuit eſſe talis modus conuentionis maris & fœminæ: quam conuentionem vocamus matrimonium. Ideò matrimonium eſt de inclinatione naturali, conſequente naturam humanã: & nõ naturam communem animaliũ. Et hoc eſt loquendo de totali inclinatione ad matrimonium. Nam ad aliquid matrimoniale, eſt inclinatio ex natura communi, ſcilicet quantum ad primum finem matrimonij, quod eſt procreare filios: cùm in omnibus perfectis animalibus ſit iſta inclinatio. Educatio autem non reperitur eadē in omnibus, cùm in quibuſdam ſufficiat, ſola fœmella: in alijs filij nati poſſunt ſtatim cibum quærere: & ſic non indigent aliqua educatione parētum. Alia ſunt in quibus etſi maſculorum cura ſit neceſſaria, tamen paruo tempore. In hominibus verò eſt neceſſaria cura vtriuſque parentis: educando longo tempore. Ideò eſt maior determinatio neceſſaria ad commanēdum. Et iſta cohabitatio non ſolùm competit homini ex parte differentię: in quantum eſt ratione vtens, ſed etiã ex natura generis: cùm ſit commune omnibus animalibus: ꝙ tandiu conueniant, quandiu eſt neceſſaria ad educationem filiorum, commoratio. Vnde, quantum ad aliquid, eſt matrimonium de inclinatione naturali conſequente omne animal, completè tamē eſt de inclinatione humana, in quantũ homo eſt vtens ratione.

S. Th. 1. 2 q. 51. ar. 1. & q. 63. ar. 1.
Inclinatio ad propagationem nõ eſt in omnibus animãtibus eodē modo.
Ari. 8. ethi. ca. 12.
Vide. Alti. in 4. par. tracta. 9. cap. 3. q. 2.

Quod fuerit de matrimonio pręceptum ad genus propagandum humanum, non eſt qui dubitet. Atque Adã filios docuiſſe, ſicut & Noe poſt diluuium fecit: non eſt negandum. Atque cum ſemper maneat, ad ſemper non obligat ſicut & cętera affirmatiua pręcepta, ſi occurrat neceſſitas adimplēda veniunt. Neque aliquem de communitate obligat: ſed in ipſa republica obligatio eſt. atque ad diuinã hæc prouidentiam ſpectant: vt non deſint qui coniungio vtantur ſicut non deficient qui cęlibem agant vitam. atque illo durante ſtatu, propagatio & generis humani multiplicatio per cõmiſtionem coniugatorum eſſet: in quo armenos erraſſe Guido Carmelita referente probatur. dicebant enim, per creationem ſingulorum hominum genus humanum multiplicandũ: & alijs hereticis tribuitur. quem errorem tem-



BIBLIOTECA

tempore . Inno. tertij, quidam Pariſienſis doctor Almericus nomine, defendit: quem idem pontifex in cap. damnamus de ſumma trinitate,&fide catholica damnauit . Et quidem ſub ſilentio tranſeundum non eſt: olim, orthodoxorum aliquorum fuiſſe dogma . Gregorius Nyſenus lib. de creatione hominis cap. 28. ait. Si Adam non peccaſſet, propagatio non per coitum : ſed quodam perfectiſſimo modo fieret . Subſcribit Damaſcenus lib. 4. fidei orthodoxæ. cap. 25. & Chryſoſt. & Procopius gene. 1. idem atque Euthemius Pſal. 50. & inter modernos . Iſidorus Clarus Epiſcopus Fulginas . Tom. 2. ſuarum orationum oratione 73: ſed tamen plane hoc reiectũ eſt à catholicis . de quo S. Thom. p. p. q. 98. art. 2.

Vnum etiam ad propoſitum conſideratione dignum exiſtimo, ꝙ doctiſſimus & magnæ lectionis doctor Michael de Medina, in ſuo illo præclaro opere in lucem nunc emiſſo de cœlibatu . lib. 4. contro. 4. per nonnulla capitula cum de matrimonij præcepto in illo ſtatu multa ſuo fœcundiſſimo ingenio diſputet in c. 6. citatæ contro. ex ſcriptura ipſa & ex probatiſſimis hebræorum ex vera intelligentia illorũ verborum . creſcite & multiplicamini &c. contendit probare imo probaſſe exiſtimat nullum fuiſſe datum Adæ præceptum de matrimonio illis verbis : ſed potius benedictionem fuiſſe. & ex neotericis interpretes Pagninum oleaſtrum, vatablum , Benedictũ adducit ad ſuam confirmandam ſententiam multaq; ibi egregie diſputat ſed à communi opinione recedere modo non eſt in animo . nam etſi exacte probetur illis verbis non fuiſſe iniunctum præceptum ( ꝙ & fatemur ) negandum non eſt naturæ præceptum illis verbis fuiſſe oſtenſum , in quibus quidam impulſus ad propagationem, ſicut & cæteris animantibus ineſt. Sed tamen contra illud quod diximus de præcepto matrimonij quòd in communitate ſit : vt docet S. Tho. in additio. quæſt. 42. art. 2. & 22. q. 152, art. 2. Ad pri. ſeſe offert dubium. cum ſit præceptum affirmatiuum de actu ſingulari , requirit ſingulare ſubiectum. ergo particularem reſpicit perſonam . Item, tranſgreſſio præcepti non poteſt eſſe ſubiectiuè in tota cõmunitate , ſed in ſingulari ſuppoſito . Solutio quòd obligatur illo præcepto publica poteſtas : quia eius eſt ad bonum cõmune reſpicere. ob id poteſtas publica, ſuis legibus tenetur matrimonium fouere , & fauoribus coniunctos proſequi : imo ſi neceſſarium eſſet, ad id compellere . Quæ poteſtas, etſi nullam modo adhibeat diligentiam : excuſatur , etiam ſi adhuc maneat præceptum . vt Scotus & duran. & Palude , bene notant : quia ſufficienter adimpletur per liberam voluntatem multorum ſicut à præcepto dandi eleemoſynam excuſor, quia alius indigentiã pauperis ſubleuauit : & ſingulares homines tenerétur, ſi tãta eueniret neceſſitas propagandi .

## ARTICVLVS ſecundus.

### *De conſenſu requiſito ad matrimonium.*

VTRVM ad matrimonium ſit conſenſus neceſſarius tanquam de eſſentia eius , ſic quod ecluſo eo , non poſſit eſſe matrimonium .

Pro ſolutione notandum, ꝙ per cõſenſum nil aliud intelligimus , quàm applicationem appetitus ad aliquid agendum , ſicut dicit S. Thom. Conſenſus importat applicationem ſenſus ad aliquid . Eſt autem proprium ſenſus, vt ſit cognoſcitiuus præſentiũ. Et ex hoc tractum eſt hoc nomen conſenſus . Eſt enim applicatio ſenſus ad rem, ſecundum quod ei inhæret, quaſi experientiã quandã ſumens de ea, inquantũ complacet ſibi in ea. Et hoc cõtingit quando apprehenſo fine, & deſiderato,

1. 2. q. 15. Ari. Deme. & re. c. 1. & 1. Rhe. c. 11.



derato, conſultamus de medijs, & per conſilium iudicat hoc vel illud mediũ eſſe conueniens : & conſentit illi medio . ſicque conſenſus eſt tanquam finalis ſententia intellectus & voluntatis, qui non poteſt eſſe in brutis : quia non habent ſuorum actuum dominium . Et non poſſunt appetitum applicare quò voluerint , ſed ſolum eſt hominis, quia propoſito fine, conſultat , vel conſiliatur de medijs de quibus iudicat , applicat conſenſum . Vt ſi alicui proponatur bonum eſſe procreare filios, vel bonum eſſe prouidere ſibi de remedio contra libidinem: & conſultat de medio, & inuenit ducere vxorem, & in particulari ducere iſtã : conſultando vtrum iſta ad finem expediat, iudicat & dat ſententiam: eſt cõſenſus . His ſuppoſitis ſit prima concluſio .

S. Th. 12. q. 1 art. 1. & q. 15. art. vlt.

1. Concl.

Ad matrimoniũ neceſſario requiritur cõſenſus: ſic ꝙ ſtãtibus oĩbus alijs, & hoc ſolo deficiente , nõ eſt matrimonium. Hæc concluſio probatur , extra de ſpon. duorum, c. fi. vbi dicitur, Conſenſus legitimus, inter perſonas habiles , ſufficit ad matrimonium ſecundũ canonicas ſanctiones. Et ſi ſolus defuerit, cætera etiam cum coitu celebrata, fruſtrantur. Ratio, Poteſtas corporis hominis liberi, non transfertur in aliũ ſine eius conſenſu : ſed in matrimonio transfertur corpus hominis liberi , in poteſtaté alterius: dicente Paulo, vir non habet poteſtaté ſui corporis , ſed mulier. ergo oportet ſit conſenſus .

1. Ratio.

1. Corin. 7.

2. Ratio. Præterea omnis contractus requirit conſenſum, cum pactum quoddam ſit, vt habetur. ff. de pact. l. 1. ſed matrimonium eſt contractus quidam , ergo conſenſus eſt requiſitus .

3. Ratio. Sed fortius probatur cõſenſum eſſe neceſſarium, ex principali ſine matrimonij . Procreatio enim , & educatio prolis, nullo modo poſſet ſtare, niſi eſſet conſenſus. ergo neceſſarius eſt. Siquidem illa indiſſolubilitas non eſſet in inuitos, & non conſentientes : nam ( parentibus non bene inter ſe conuenientibus) nõ poſſunt hij optimè procreari, nec educari. Item. Nec eſſet ſecundus finis matrimonij. ſ. operũ communicatio. Non enim in operibus aliquo modo communicarent, cum animo diſſentirent : ipſa. n. cõicatio operum præſupponit amorem .

Math. 19. c. his qui fidẽ de ſponſ. & ibi hoſti. & Abb. Sylue. ver. matr. 2. q. 15.

Victo. in relec de matrimonio.

Item , Si non eſſet neceſſarius conſenſus , poſſet ergo Papa obligare aliquem ad matrimoniũ etiam inuitum , vel princeps : ſed hoc non . ergo ob id quod cõſenſus eſt neceſſarius. Probat. ꝙ Papa non poſſit, nec imperator. Omne. n. vinculum, ꝙ poteſtas humana poteſt conſtituere , poteſt & diſſoluere. Sed eccleſia nõ poteſt diſſoluere vinculum matrimonij legitimè cõtracti, ſaltim conſumati: ergo nec poterit aliquo modo conſtituere. Quod nõ poſſit diſſoluere, patet ex illo Matth. 19. Quos Deus coniungit , homo non ſeparet. Sed in alijs translationibus rerum, ſicut poteſt Princeps rem transferre inuito domino: ita poſt translationem , poteſt iterum priori domino reſtituere : non obſtante quacunque poſſeſſione . Poſſet nihilominus Deus vtroque renitente aliquos coniungere : quia Deus cauſalitatem, effectiuæ cauſæ , põt ſupplere : vt dicitur Oſe. 1. Et poteſt ſine proprio conſenſu , duos copulare , ſicut de Adam & Eua probabile putat Palu. in 4. diſt. 26. q. 2. art. 2. ſecunda concluſio .

Matrimonium legitime contrac. eſt indiſſol.

Matth. 19.

Palude.

2. concl.

Conſenſus ſic eſt neceſſarius contrahentium : vt ipſe ſufficiat , & nullus alius ſit neceſſario requiſitus. Probatur. Quia illorum , quorum eſt corporum tranſlatio , & ad commanendum perpetuò obligatio : requiritur conſenſus . ſed tales ſunt qui contrahunt . Et quòd iſte ſufficiat, patet ex eo , quòd iure naturæ poteſt quis inire talem contractum matrimonij .

1. Ratio.

Secundò . Si alius eſſet requiſitus, maximè parentum reſpectu filiorum, ſed iſte non eſt requiſitus de neceſſitate , ſed ſolùm de honeſtate : vt patet in c. Veniens . de ſponſa. & in c. Sufficiat. 27. q. 2. ſic doctores intelligunt , quod leges, quę exigunt parentum cõſenſum, de honeſtate ſit, & non de neceſſitate : vt in l. Ea quæ patris . ff. de ſponſal. Et in l. Viduæ. Et in l. In coniun-

2. Ratio.

iunctione. C. de nuptijs, & l. 2. ff. de ritu nup. & Inſtitu. de nupt. Et glo. in c. Sufficiat. & c. Cùm virum. de regula. Et c. vlt. 32. q. 2.

Catalogus. Gloriæ mũdi. Coraſi'.

Ex hoc ſequitur Caſſanæum in ſuo de gloria mundi. P. 12. conſi. 36. malè dixiſſe: matrimonium à filia contractũ ſine patris conſenſu nullum eſſe. Et ſimiliter aberrat Coraſ. li. 1. miſce. c. 17. quando dicit matrimonium abſq; parentum conſenſu contractum reſcindi poſſe, modò carnalis copula nõ ſit ſequuta. Similiter reprobanda venit opinio Io. Oldendorpij. qui in 4. claſſe actionum, actione 26. multis rationibus nititur probare matrimonium à filijs abſque parentum conſenſu cõtractum, nullum eſſe.

Ioan. Oldẽdorpij.

Dubium 1.

Dubium eſt tamen, qualis debeat eſſe iſte conſenſus. Vtrum ſit neceſſarius, & ſi ſufficit conſenſus in carnalẽ copulam, vel in matrimonij vinculũ, vel in donationem, poteſtatis corporis.

Solutio.

Reſpon. ꝙ requiritur conſenſus explicitus, vel implicitus, in donationem poteſtatis corporum in vinculũ matrimonij. Vnde ſi explicitè non intendunt mutuò dare poteſtatem ſuorum corporum, vel contrahere indiſſolubilè vinculum matrimonij, debẽt ad minus velle illum contractum inire, quem faciunt illi, qui volunt eſſe maritus & vxor. Et talis conſenſus ſufficit ad ſubſtantiam matrimonij. Sicut in baptizante, qui ignorat quid ſit baptiſma, ſufficit intendere vt velit circa paruulũ id facere, quod Chriſtus inſtituit, vel eccleſia catholica circa paruulos baptizandos facit. Hæc Adrianus. Ex quo manifeſtè elicitur verum eſſe matrimonium inter rudes homines, qui vix intelligunt quid ſit iſte contractus, aut quæ ſit iſta obligatio: quod vinculum matrimonij, quo modo indiſſolubile ſit: dummodo in contrahendo id intendant facere, quod contrahentes faciunt: & ſicut eſt vſus contrahentium.

Nota in fauorem neophyto. Adria. in 4. de con.

Dubium 2.

Sed an ſit matrimonium verum, ſi vnus conſentiat hodie in alium, & alter non conſentiat ſtatim ſed craſtina die.

Solutio.

Reſpon. ex communi opinione Theologorum, & Canoniſtarum, ꝙ illud erit matrimonium, dummodo qui primo conſentit, non reuocauerit conſenſum, antequam alius conſentiret. Sic Præpoſ. in cap. Dilectus. de ſponſ. Idem in cap. penult. eod. tit. ibi. Hoſti. & Cardin. Et Zaſius 2. volu. conſili. conſi. 2. 3. & 5. Et Pariſi. 4. vol. conſi. 45. Et eſt communis opinio. Et ſi Abb. in d. cap. Dilectus. contrariam opini. eſſe iure veriorem dicat. Et idẽ ſentit Antoni. conſi. 64. Quia hoc intelligendum venit, quando tantum fuit interuallum inter vnius & alterius conſenſum, vt habeatur ac ſi non fuiſſet. De quo quando de matrimonio contracto per procuratores agemus in hac pri. p. ar. 16. dubio 6.

In 4. d. 27. Præpo. Hoſtien. Cardinal. Zaſius.

Et aduerte adeò cõſenſum interiorem neceſſarium ad matrimonium vt ſit de intrinſeca ratione eius, & in quãtum contractus, & in quantum ſacramentum: in quantum cõtractus, quia cum ſit actus humanus, oportet procedat à deliberata voluntate vt docet S. Thom. 1. 2. q. 1. artic. 1. & in quantũ ſacramentum, quia intentio miniſtri eſt de eſſentia ſacramenti: ſed conſenſus interior contrahẽtium eſt velut intentio miniſtri quia efficaciam habet ſacramentum ex hoc. nec obſtat quod ſit cauſa efficiens contractum. quia & ſi ſit efficiẽs in quantum præceſſit: eſt intrinſeca & formalis, in quantum cõcomitatur. neque obſtat quia quod eſt principiũ formale reſpectu vnius, poteſt eſſe efficiẽs, reſpectu alterius. Sicut in naturalibus forma ſubſtãtialis, dat eſſe formale & eſt cauſa efficiens diſpoſitionum quæ concomitantur neceſſario. ſi tamen matrimoniũ conſideretur in quantum coniunctio duorum eſt, non ſic de intrinſeca ratione eſt conſenſus interior, quia hæc mutua tranſlatio, fieri poteſt per diuinum conſenſum abſque proprio, quia Deus magis dominus eſt mei corporis, quam ego ſim. vt inferius erit notum. ſed tamen nullus, niſi Deus imo neque etiam facere poſſet matrimonium ſine conſenſu vt ex noſtris doctiſſimus olim magiſter meus Victo-

ria



ria in ſua relectione de matrimonio, & Epiſcopus Segouiẽſis Cobarrubias ſuper 4. decretalium p. p. c. 4. nu. 4. vt in principio diximus.

# ARTICVLVS tertius.

## *Vtrum neceſſe ſit conſenſum verbis exprimi.*

VTRVM ad legitimum matrimonium, ſit neceſſarium, conſenſum mutuum verbis exprimi, vel ſignis, vel factis. Nam cùm iſta traditio mutua, ſit per voluntatem, poterit quis volens interius conſentire, & eſſe matrimonium. Prima concluſio.

S. Thom. in 4. d. 27. q. 1. ar. 2. q. 2. Sco. d. 29. q. vnica. 1. Concluſ. Abu. ſuper gen. c. 29. q. 21. Vual. d. ſa. c. 132.

Conſenſus per verba, vel facta, vel ſigna æquiualentia eſt neceſſarius: ita ꝙ interior non ſufficit.

Hæc eſt ſententia omnium Theologorum. Sanctus Tho. Palude d. 28. in 4. Idem gloſſa ſuper capitulum. Tuæ fraternitati. extra de ſponſalibus. Et tandem hoc videtur determinatum in cap. Cùm autem, extra de ſponſalibus. Et Innocentius in c. Tuæ fraterni. de ſponſalibus. dicit: ꝙ in valentibus loqui, ſunt neceſſaria verba: quia Eccleſia ſic ordinauit in iſto c. Alioqui ſequeretur abſurditas, videlicet, ꝙ vir & fœmina videntes ſe inuicem, & conſentientes, matrimonium celebrarent.

Inno. Hugo in sũma ſent. tracta. 7. c. 6. 29. q. 1. c. conſenſus. c. licet de ſponſa. duarum.

Ratio con. 1. Cor. 7.

Probatur conclu. Nam in matrimonio, confertur (virtute talis contractus) viro, poteſtas ad petendum debitum ab vxore, & è contrario, vxori, ad petendũ debitum à viro: ſed viro non poteſt conſtare per actum interiorem vxoris, ꝙ habeat poteſtatem ſupra corpus ipſius, ergo vtendo eo. ſ. petendo debitũ, peccat. Idem de vxore. Sicut ego re aliena, quam noui alienam, non poſſum pro libito vti.

Secundo.

Secundò. Quia ſi aliquid ſine conſenſu expreſſo verbis, vel ſignis ſufficeret ad matrimoniũ, maximè eſſet traductio in domum, ſed non ſufficit. Probatur. extra de reſtitutione ſpoliatorum. c. Ex parte: vbi determinatur, ꝙ ſi fœmina, propria authoritate receſſerit de domo viri, non debeat reſtitui, viro petenti, etiam ſi probauerit, ꝙ eam in domum ſuã traduxerit, niſi probauerit ſponſalia præceſſiſſe, illam traductionem. Etiam probatur autho. Euariſti Papæ in decreto ſuo c. 2. Et adducitur. 30. q. 5. c. Aliter. Cuius verba ſunt hæc. Similiter (inquit) cuſtoditum, & traditum habemus, vt vxor legitimè viro iungatur, aliter. n. legitimum (vt à patribus accepimus, & à ſanctis apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus traditum inuenimus) non ſit coniungiũ, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parentibus propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tẽpore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cũ precibus, & oblationibus à ſacerdote benedicatur, & à paranymphis (vt conſuetudo docet) cuſtodita, & ſociata à proximis, tẽpore congruo petita, legibus dotetur, & ſolemniter accipiatur, & biduo, vel triduo &c. Quapropter filij chariſſimi, & merito illuſtres, fide catholica ſuffragante, ita peracta, legitima ſcitote eſſe coniugia. Aliter verò præſumpta, non coniugia, ſed aut adulterina cõtubernia, vel ſtupra, aut fornicationes, potius quàm legitima eſſe coniugia non dubitate, niſi voluntas propria ſuffragata fuerit, & vota ſuccurrerint legitima. Et propter hoc dictũ putat Hugo. li. 2. de ſacra. p. 11. c. 6. ꝙ huiuſmodi conſenſus, qui in occulto fiunt, coniugium non faciunt, niſi idem ipſi qui ſibi in occulto conſenſerunt, eundem conſenſum vtriuſq; in manifeſto profiteantur &c. Ecce Hugo de ſan. Victore iſtis verbis, licèt non neget poſſe eſſe coniugium, ſi adſit conſenſus expreſſus, tamen inſinuat quam neceſſariũ ſit exprimere conſenſum. Et ꝙ nõ ſufficiat interior ſolum, idẽ Hugo in li. de ſacramentis probat, inquiens. Hæc ergo ſocietas

Euariſtus. Hugo. Hug. de ſa. lib. 2. p. 11.

coniugium eſt, quæ fœdere ſponſio-
nis mutuæ conſecratur, quando vter-
que voluntaria promiſſione debitorẽ
ſe facit alteri, vt deinde neque ad alie
nam altero viuente ſocietatem tran-
ſeat, neque ſe ab illa, quæ adinuicem
S. Tho. 1. p. q. 57. ar. 4. conſtat, ſocietate diſiungat. Aper-
tiſſime aſſirmat non poſſe eſſe matri-
monium, niſi voluntaria promiſſione,
qua vnus alteri facit ſe debitorem, &
obligat ſe alteri, ſed non eſt talis pro-
miſſio niſi per actum expreſſum exte-
rius, ergò ille eſt neceſſarius quia ho-
mo non poteſt ſecreta cordis alterius
cognoſcere, imò neque Angelus, quic
quid inſinuet Scotus. Ob id non po-
Sco. in 2. d. 9. q. 2. & Gabr. & Ma. eadem diſt. teſt alium ſibi habere obligatum, niſi
illud fuerit expreſſum. Hanc eandem
opinionem tenet Ricardus, ꝙ expreſ-
Ric. 4. d. 27. ar. 1 q. 3. & ſuppl. Gab. d. 27. q. 1. ſus conſenſus requiratur. Sed ꝙ ſuffi
ciant ſigna, vbi ſignis vtuntur, & non
verbis, idem Hugo ibidem affirmat,
dicens. Cùm ille dicit, Ego te accipio
in meam, vt deinceps tu vxor mea ſis,
& ego maritus tuus: & illa ſimiliter
dicit, Ego te accipio in meum, vt dein
ceps ego vxor tua ſim, & tu maritus
meus. Aut ſcilicet hoc dicunt, aut a-
liud quodcunque ſimile illi, in quo &
ſi non hoc dicunt, hoc tamen in telli-
gunt: aut ſi non hoc dicunt quia for-
taſſis alicubi verba non exprimuntur,
tamen hoc faciunt, ducit illam, acci-
Nota pro neophytis. pit illam. Cùm igitur hoc (ſicut mos
eſt) dicunt, vel faciunt, in hoc ſibi cō-
ſentiunt. Hæc Hugo. Manifeſtè ap-
paret, vel verba neceſſaria, vel vbi nō
poſſunt eſſe verba, vel non eſt vſus ip
ſorum, ſufficere ſigna, quæ cōſenſum
explicent matrimonij. Quòd ſi iſta
Si ſigna defuerint ad exprimendū conſenſum quantūcunq; ſit cohabitatio. non eſt matrimo. defuerint, non tanquam matrimoniū,
ſed tanquam ſtuprum habendum, &
fornicationem, etiam ſi adſit animus
interior. Et ob id ſi aliquando caſus
contingat (ſicut apud indigenas noui
orbis contingere ſolet) ꝙ mutuò ha-
bitent, & cōmunicent in mutuis ope-
ribus vir & fœmina: item conueniant
ad filiorum procreationem, ſi tamen
coniuncti fuerint abſque aliqua pro-
miſſione, abſque aliquo ſigno expri-
mente conſenſum, iuxta mores ſuos:
ſine hoc ꝙ ipſorum parentes tale trá-
ctauerint matrimonium, non eſt præ-
ſumendum pro matrimonio, nec ſunt
tanquam coniuges legitimi iudicandi,
niſi denouo adinuicem promittant, ſi
aliud non obſtet, etiam ſi in animo sē-
per habuerint ſe tanquam coniuges.

Ratio. Ratio quę ad id me mouet, præter
illa, quæ ſuperiùs allata ſunt, eſt quia
vel negandum eſt matrimonium eſſe
apud in colas noui orbis, vel ſi conce-
dimus aliquod eſſe (ſicut verè conce-
dendum eſt, quando erant ſponſiones
adinuicem, & dona, ſicut ſolebat cōn-
tingere) negare eſt neceſſe huiuſmodi
furtiuos concubitus, & has coniunctio
nes ſine promiſſione, & ſine ſponſione,
eſſe legitimū matrimoniū. Non enim
video, quomodò per hoc, ꝙ vir obuius
ſit fœminæ, & ſolum quia placet ei,
ducit in domum, & ipſa non reſiſtat,
præſumendum eſt pro matrimonio.
cum in iſto contractu nulla interue-
niat pactio, & nulla promiſſio. Nam
ſi pro matrimonio eſſet præſumendū.
ex eo eſſet, quia forte talis eſſet vſus
matrimonij apud eos, ſed non eſt ta-
lis: imo eſt modus ſpondendi, & do-
nandi adinuicem inter ſponſum & ſpō
ſam, ergo non eſt vnde contractus iſte
ſine ſigno, vel verbo præcedenti, pro
matrimonio ſit iudicandus. Nam ſi cō
tingat aliquem ipſorum etiam decli-
nare in alium & ſignis, vel verbis iux-
ta morem ſuum contrahere, nullus ſe
parabit, & non ob aliud, niſi quia ſecū
dum cōtractum legitimum iudicabit,
& non primum: quia in ſecundo præ-
ceſſerunt verba vel ſigna iuxta mores
ſuos, & in primo nihil tale, ex quo ꝓ
cōtractu matrimonij pręſumi poſſet.
Sequitur ergo primum contractū eſſe
irritum, & nullum, nec habere vim
coniugij, ſed concubinatus, cum non
poſſit ſolum per actum interiorem vi
ro conſtare, quod habeat poteſtatem
ſupra corpus fœminæ ad exigendum,
& reddendum debitum. Nec ſimiliter
fœminæ ſupra corpus viri. Licet for-
tè poſſent excuſari à peccato propter
ignorantiam inuincibilem. Nam cum
noui orbis indigenæ tam ſint debiles
in-



ingenij, potuerunt fortaſſe ignorare
inuincibiliter hâc veritatem natura-
lem: ad matrimonium eſſe neceſſariā
promiſſionem pręcedere traditionem
corporum, vel ſignis vel verbis. Quia
dato natura inſinuet neceſſarium in ta
li contractu, non tamen hoc eſt tan-
quam primum principiū notum in lu
mine naturali, ſicut eſt. Quod tibi nō
Math. 7. vis alteri non facias: Vel, Omne malū
eſt fugiendum. Omne bonum eſt pro-
ſequendum. Et ob id quod non tam
notum eſt, fortè inuincibiliter potuit
ignorari, ſicque excuſare à peccato.
Tamen etiam ſi excuſentur, non matri
monium iudicandum eſt, vſq; dum de
nouo exprimant ſuam voluntatē. Pro
iſta veritate (etiam ſi nulla alia eſſet
probabilis ratio) ſufficeret omnium
doctorum, (quos ego viderim) con-
cors ſententia dicentium, non eſſe ma
trimonium, vbi non præceſſerunt ver
ba, vel ſigna exprimentia conſenſum
in matrimouio.

Obiectio. Nec obſtare videtur qđ obijci poſ-
ſet. ſ. ꝙ ad probandum tale eſſe matri
monium, ſufficit quod vicini cohabitā
tes talem coniunctionē reputant ma-
Solutio. trimonium. Eſſet ſatis ridiculum,
quod aliquis videns, affirmet hanc
eſſe albedinem, cum tamen ipſe iudi-
cet eſſe nigredinem. Vel quia cœcus
dicit hæc eſt albedo: ipſe idem affir-
met. Malè enim cœcus iudicat de co
loribus. Imo non iudicat teſte Ariſt.
Ariſtote. 2. phyſi. text. co. 6. Sic in propoſito, noui orbis indigenæ
in re matrimoniali iudicandi erant tā-
quam cœci, & ſolum erant videntes
quantum ad hoc, quod cognoſcerent,
ad procreationem neceſſarium eſſe cō
uenire virum & fœminam. Sed quod
eſſet iſta corporum traditio, & obli-
gatio ad perpetuo manendum, quod
non liberè liceret alicui alium inire
contractum, nec intellexerunt qui-
2. Cor. 12. dem aliquo modo. Cum paruulos nec
ad plenum inſtruerent, nec eis theſau
rizarent, ob id non iudicandum pro
matrimonio quia vicini credant ma-
Hoſtien. trimonium. ſic Hoſtienſ. in cap. Ali-
ter 30. quæſt. 5. dicit, quod non præ-
ſumitur matrimonium etiam probata
cohabitatione, ſed potius ſtuprum.
Et idem Abbas in cap. Conſultationi. Abbas.
de ſponſa. Et idem in c. Illud. de præ- Vual. de ſacra. c. 132.
ſumptionibus. Et dicere quod ſuffi- Vuitcleff
cit ſolus interior conſenſus ad matri- maior diſt.
monium, eſt error damnatus Vuit- 26. q. i. ad 3.
cleff. Non tamen improbabile puto
quod Maio. ait in 4. quod ſi conſtaſſet
per Dei reuelationem interior con-
ſenſus, ipſis contrahentibus, non eſ-
ſent verba, vel ſigna neceſſaria, quam-
uis alij putent eſſe falſum. * Sed con-
tra diffinita in iſto articulo ſeſe offert
quod interior conſenſus ſufficiat. 1.
Innoc. in cap. citato tuæ fraternita-
tis. videtur dicere, cum ait ſolum per
eccleſiam requiſitum. ergo alias ſtan-
do in iure diuino ſufficit, & ſic ſaltim
noui orbis incolę ante baptiſmum con
trahentes per ſolum interiorem actū
vere contraherent. Et Panor. c. Cum
locum, de ſponſalibus, videtur idem
dicere. Item per ſolum actum inte-
riorem poſſum ego transferre domi-
nium, etſi interius alicui dem, verę
alius eſt dominus, quia de peraccidēs
exterius verba vel ſigna ſunt requiſi-
ta. Et quidem de donatione quod per
ſolum actum interiorem ſufficiat, te-
nent probati autores inter modernos
Soto de iuſtitia & iure, lib. 4. q. 5. art.
1. Ledeſmius in 2. par. 4. quæſt. 18. art.
1. & alij, ergo videtur quod vir ſui
corporis poſſit dominium transferre
per ſolum interiorem conſenſum. Re
ſpondetur in matrimonio ſtare non
poſſe, vt rationes probant, atque ec-
cleſia legem appoſuit, vt patet in ci-
tatis capitulis, ad quam ſpectat di-
ſponere de huiuſmodi contractu & in
quantum contractus, & in quantum
ſacramentum eſt, & Innocen. citatus,
& Panor ſi recte legantur, idem affir-
mant, & ius diuinum id exigit & na-
turale, vt ad vſum corporis alterius
de traditione conſtet mutua, aliàs via
daretur ad multa perpetranda pecca
ta. quia etſi donatio interius ſuffi-
ciat, id tum reuocari poteſt, antequā
alius acceptet etiam ſine cauſa iuſta,
vt docte probat Soto de iuſtitia & iu-
re, lib. 3. quæſt. 5. art. 3. ſed in matri-

 monio

monio ſemel peracto, talis reuocatio admitti non debet: neceſſarium ergo eſt vt alia pars acceptet, quæ ſine expreſſione conſenſus non fit, & ſcite docet S.Thom.22. quæſt. 88. art.1. & in 4. diſtinct.38. q. 1.art. 1. q.2. dicens. Obligatio quæ ab homine fit, homini nõ poteſt fieri niſi per verba, ſecus eſt de obligatione quæ Deo fit, & ſic ſolutum eſt dubium. Eſt tñ adhuc dubium an verba exprimentia conſenſum, etiã ſi de neceſſitate ſacramenti non ſint, quia ſufficiunt ſigna æquiualentia, quibus exprimitur conſenſus, an ſaltim in valentibus loqui, ſaltim ſit de neceſſitate præcepti expreſſio conſenſus per verba, & quidem doctor ſub. in 4. diſtinct. 26. dicit verba eſſe de neceſſitate, non declarando de qua neceſſitate loquatur, & cum non ſint de neceſſitate ſacramenti, videtur dicere quod ſint de neceſſitate præcepti. Dubium eſt dubium, probabilius tamen eſt quod non ſint de neceſſitate præcepti, & maximum eſt argumentum quod in Concilio Tridentino, cũ de modo contrahendi ponatur regula non eſt mentio de verbis, ſed dicit, cognito conſenſu, presbyter proferat verba. &c. ſed conſenſus cognoſcitur ſignis, ergo ſufficiunt, verum ſi quis potẽs vti verbis ex propoſito nollet, videretur in dubium ponere conſenſum, quem præſtat, & ex hac parte peccare poſſet, non proferendo verba, niſi hoc eſſet ex honeſtate in fœmina, ex maxima verecundia, & vide infra in articulis appendicis dubio 3. vbi declaratur Concilium Tridentinũ circa expreſſionem conſenſus, quia quæ hic diffinita ſunt, quæ olim in eccleſia circa matrimonium declarant, quæ tamen de nouo in Concilio Tridentino ſunt animaduerſa infra ſingulariter diſputantur.

## ARTICVLVS quartus.

### *Vtrum iſte conſenſus expreſſus per verba de futuro faciat matrimonium ratum.*

HOC quæritur, quia in aliquibus locis, vt in prouincia Michoacanẽſi in noua Hiſpania eſt expreſſio conſenſus in matrimonio per verba de futuro. Eſt ergo queſtio, ſuppoſito qđ non ſit conſummatio ſubſecuta. Vtrũ ſit iudicandũ pro matrimonio de præſenti ante talem conſummationẽ, vel ſolum pro ſponſalibus. Hoc dubium eſt, mihi dubium. Et videtur quod ſit iudicandum pro matrimonio rato. (1. Argum. Ariſt. 1. peri. c. 1.) Quia verba (teſte Ariſt.) ſunt explicãtia conceptus interiores animæ. Ea (inquit) quę ſunt in voce, ſunt paſſionum notæ, eorum quæ ſunt in anima. Et verba non naturaliter ſignificant, ſed ad placitum ex hominum impoſitione, quia non idem apud omnes, ergo in illo ſenſu debent capi, in quo ſumuntur à communiter loquentibus: ſed communiter proferentes talia verba de futuro, explicant conſenſum de præſenti ſicut contingit in illis, qui in momẽto poſt prolationem verborum coniunguntur, imo ſunt iam coniuncti, & illa eadem verba proferunt, ſequitur ergo quod ſunt ſumenda pro de præſenti, & non de futuro, quando quidẽ cõſenſum de præſenti explicãt.

Confir. Et confirmatur hoc extra de ſponſalibus. c. Ex literis. vbi expreſſe determinatur, quod in verbis matrimonij dubijs, recurratur ad communem verborum intelligentiam, & cogatur vterque verba prolata in eo ſenſu retinere. quem ſolent recte intelligentibus generare: ſed verba iſta de futuro communiter intelliguntur ab ipſis contrahentibus tanquam de pręſenti, ergo videtur quod ſint de præſenti, & matrimonium & non ſponſalia. & idẽ in



in c. Intelligentia verborum. de verbo. ſignificatione.

In contra. In contrarium tamen eſt, quia verba de futuro non faciunt matrimoniũ de præſenti, vt patet extra de ſponſalibus, & matrimonijs. c. Sicut ex litteris, cum ergo verba quibus tales vtũtur ſint de futuro, ſequitur quod non faciant matrimonium, ſed ſolùm ſponſalia.

1. notan. Pro declaratione hui⁹ dubij eſt primò notandum: ꝙ verba in matrimonio contrahendo ad hoc ſolùm ſunt neceſſaria, vt explicetur conſenſus, ſic ꝙ ſi de interiori conſenſu poſſet conſtare abſq; ſigno, vel verbis, fruſtra apponerentur. (S.Tho. par. 3.q.170.) Si enim vir poſſet cognoſcere conceptum interiorem fœminæ, & ſimiliter fœmina viri, ſicut Angeli mutuò ſe cognoſcunt, & loquuntur: non opus eſſet verbis, ſed ſufficeret interior conſenſus de quo alteri conſtaret, vt probabile putat Maio. (Maio. 4. d. 26.q.1.ad 3.)

2. notan. Secundo eſt notandum: quod iſte cõſenſus in matrimonio nil aliud eſt, quam transferre poteſtatem ſui corporis in alium, vt ſ. non ſit ſui iuris, ita quod quoties alter voluerit, poterit vti ad copulam carnalem, & ſimiliter non poterit alteri ſua opera communicare, niſi ipſi adinuicem conueniant. Itaque virtualiter conſenſus & fertur in copulam ad procreationem filiorum, (1. Cor. 7.) & ad operum communicationem, quod totum eſt futurum, & non eſt in præſens, quãdo fit talis cõtractus. His ſuppoſitis ſit. 1. concluſio. (Ad quæſ. 1. con.)

1. Ratio. Verba de futuro contrahendo matrimonium, ſola ipſa per ſe non faciunt matrimonium, nec hucuſq; fecerunt, ſed ſolum ſponſalia. Probatur extra de ſponſalibus & matrimonijs. c. Sicut ex litteris. Verba iſta erant de futuro, ergo ſolùm faciebant ſponſalia, & non matrimonium.

2. Ratio. ex Ariſto. 2. de gen. tex. co. 56. Item ex Ariſtote. Idem inquantum idem ſemper facit idem, vt ignis inquãtum ignis ſemper calefacit, ſed illa eadem verba prolata in quocunque propoſito extra matrimonium faciũt ſenſum de futuro: ergo cum ſemper debeat facere eundem ſenſum, cùm ſint eadem, etiam prolata circa materiam matrimonij, facient eundem ſenſum de futuro.

3 Si talia verba facerent ſenſum de præſenti, cùm tunc ſint de futuro: ex hoc eſſet, quia non eſſent alia verba de præſenti, quibus poſſet conſenſus de præſenti explicari: ſed vtendũ eſſet illis eiſdem verbis æquiuoce: ſed ſunt verba de pręſenti, quibus ipſi vtũtur diſtincta, à verbis de futuro, in omnibus alijs rebus. ergo etiam in matrimonio.

4 Illis eiſdem verbis quibus adinuicem de futuro vir & fœmina explicãt conſenſum: eiſdem parentes & cognati vtuntur, quando tractant ſponſalia pro filijs: ſed non eſt talis vſus, ꝙ illa intelligantur in ſenſu de præſenti, cum ſint verba de futuro, ergo nullo modo debent capi in ſenſu de præſenti. non enim eſt conſuetum dicere: filius meus aſſumit in vxorem Mariam. ſed de futuro, aſſumet. ſequitur ergo ꝙ cum verba parentum de futuro, ſemper remaneant in ſenſu de futuro, quod etiam ipſorum coniugatorũ, intelligenda ſunt de futuro, ſecundũ ſe.

5 Si aliqui impuberes inter ſe contrahant ante ætatem legitimam, contrahunt per iſta eadem verba de futuro, ſed talia non poſſunt intelligi de præſenti, quia non coniungebantur, nec talis erat intentio ipſorũ, ſed promittebant pro futuro, ergo eadem ratione quando adulti verbis de futuro contrahunt.

6 Si vir habens legitimam ætatem, & habens vxorem (ſicut ſolebant facere) vellet ducere puellam nondum ætatis legitimæ, petebat eam à parentibus, & dicebat eadem illa verba de futuro, certum eſt, ꝙ illa non poterãt capi in ſenſu de præſenti. Primò. Quia habebat tunc quando promiſit, vxorẽ verã. Secundò. Quia illam puellã, cui promittebat, non poterat tũc habere propter defectum ætatis; ergo ſemper per verba illa de futuro, explicabant ſenſum de futuro, & non de præſenti.

7 Si verba illa de futuro eſſent iudicanda de præſenti, cùm non ſint niſi iſta

iſta eadem, quibus omnes vtuntur in matrimonio, ſequitur quòd inter eos non eſſent ſponſalia, ſed omnis contractus eſſet matrimonium de præſenti, hoc autem eſt abſurdum dicere: cum experiētia contrarium oſtendat in parentibus, qui filios ſponſant ante legitimam ætatem. Etiam de ipſis qui etiam adinuicem ſeſe promitebāt cum non haberēt perfectam ætatem, ergo ſequitur ꝙ verba intelligenda ſunt in ſenſu de futuro.

Si verba ipſa de futuro eſſent intelligenda de præſenti, ſequeretur quòd ſi aliquis ætatis legitimæ promiſerit alicui, nec tamen habuerit acceſſum, vel in domum ſuam duxerit, ſi alteri promiſiſſet, & conſummaſſet matrimonium, & eſſent ſimul. ꝙ eſſet compellendus relinquere iſtā ſecundam, & redire ad primam, ſed hoc eſt falſum. Probatur aſſumptum. Nam ſi illa verba fecerunt ſenſum de præſenti, quamuis non conſummauerit matrimonium, illa eſt ſua legitima vxor, & non iſta ſecunda, & ſic neceſſario eſſet compellendus ducere primam, vt patet extra de ſponſalibus & matrimonijs. c. Si inter virū. Et ꝙ non ſit compellendus, ibidem determinatur, ergo verba iſta de futuro in ſenſu de futuro ſunt intelligenda.

**Nono.** In rebus dubijs tutior pars eſt eligēda. c. Iuuenis. ext. de ſponſalibus. ſequitur ergo poſito ſit dubium, vtrùm habeant ſenſum de præſenti, vel de futuro, ꝙ tutior pars eſt eligenda, ſed iudicando de futuro eſt tutior pars, præcipuè in cauſa matrimoniali, vbi debet eſſe tā liberum matrimonium. Et ꝙ hæc ſit pars tutior, & ſecurior, probatur. Quia capiēdo omnia verba in ſenſu de futuro, nullum ſequitur inconueniens. Si tamen capiantur de præſenti, maxima ſequuntur. Quia ſi verba iſta de futuro proferantur, & cōſummetur matrimonium per copulā (dummodo non ſit contraria voluntas) fit matrimonium de præſenti, & perinde eſt, ac ſi de præſenti fuerit verba prolata. Hoc patet ext. de ſponſalibus. ca. Is qui fidem dedit. Ecce ex hac parte nullum ſequitur inconueniens. Et ſi contingat quòd ante copulam promittat, alteri, & conſumment: intelligendo primum fuiſſe de futuro, nullum ſequitur inconueniens. quia non habuit acceſſum, & nihil perijt illi, cui facta eſt promiſsio.

In dubijs tutior pars eſt eligēda.

Si tamen verba ipſa de futuro, capiantur in ſenſu de præſenti, ſequuntur maxima inconuenientia. Primum, ꝙ qui poſt verba illa (poſito quòd nō habuit copulæ conſummationem) ſi alteri promitteret, & conſummaret, eſſet ſeparandus ab vxore, quam legitimè poſsidet. & cum qua conſummauit & habet filios. Hoc enim eſt maximum inconueniens, & nulla ratione firmatum. Quo iure, qua ratione priuabitur vxore propria? & quare per illa quæ ſunt dubia, auferemus illa quæ ſunt certa? Nam dubium eſt vtrū illa verba faciant ſenſum de præſenti. Et eſt certum, quòd licèt fecerint ſenſum de futuro cum iſta ſecunda, quia tamen cōſummauit cum ea, eſt ſua vera & legitima vxor, ergo iniuſtè priuatur iſta, de quà, certo conſtat eſſe veram vxorem, propter dubium quod habemus: vtrùm verba cum prima, habeant ſenſum de præſenti. Et iſto inconuenienti dato (quod eſt maximū) multa alia ſequuntur. Primum quòd. ſ. illa, cui facta eſt promiſſio, ſi poſtea cum alio contraxit: cum quo cōſummauit, & habitat, debeat compelli redire ad primum virum, cum quo non conſummauit, & vir qui eam poſſidet, iniuſtè erit ſpoliandus propria vxore.

Ariſtote. 1. phyſi. text. co. 21.

Omnia quæ ſunt in matrimonio ſalua conſiſtunt, poſito ꝙ verba de futuro, intelligantur de futuro: ergo non eſt neceſſarium intelligi de præſenti. quia iſte conſenſus in matrimoniū eſt ad id ꝙ nondum eſt, ſed futurum eſt, vt eſt carnalis commixtio ad procreationem, & communicatio operum. cùm ergo tempore contractus iſta futura ſint: ſequitur ꝙ non eſt neceſſe verba de futuro exprimentia talem cōſenſum, retorquere vt faciant ſenſum de præſenti. Et idem dici poteſt de illis,



lis, qui habitantes in vna domo mutuò fidem dabant, quia adhuc erat illa copula futura, & cōmunicatio operum. Ob id (iudicio meo) verba quibus Michoacanenſes vtebantur in ſuis matrimonijs, cùm eſſent de futuro, nō eſt quare neceſſe ſit intelligere de præſenti, ſed remanentibus eiſdem in ſua primaria, & propria ſignificatione de futuro, omnia rectè ſaluantur: & eſt verum & legitimū matrimonium poſt conſummationem.

Adde. Quia cū neophiti ante bapt. eſſent carnales nimis, non probè intelligebant vim vinculi iſtius, & traditionis corporis, ſed ſolùm carnaliter ſentientes, ad copulam carnalem referebant. Ob quod cum illud eſſet futurum, promittebant de futuro.

Item. Quia iam vtuntur & de futuro, & de præſenti, quia ſunt inſtructi à religioſis de differentia promiſſionis in præſenti, vel in futuro. Signum ergo eſt, ꝙ antè non proferebant verba de futuro pro de præſenti, alioqui quorſum modò verba mutarent: ſi idē eſſet conſenſus antè, qui & modò?

**2. concluſio** Si verba de futuro, quæ in alijs cōtractibus verè ſunt de futuro, intelligerentur de præſenti: & talis eſſet cōmunis modus intelligendi, matrimonium efficerent, & non ſponſalia. Hæc patet. Quia verba ſumenda ſunt ſecundùm communem ſenſum, vt patet ex ſupra citato. c. Ex litteris. de ſponſalibus.

**Ad argum.** Sed nunc reſtat argumentis ſatisfacere. Ad primum concedimus verba ad placitum ex impoſitione hominum ſignificare animi conceptus. Et quando dicitis, ꝙ per ipſa verba volebant explicare traditionem de præſenti: negamus, quia ſemper intendebant aliquid poſt futurum. ſ. conſummationem copulæ, & operum communicationem. Et ob id non faciebant niſi ſenſum de futuro.

**Ad. 2.** Ad. 2. Iam ex dictis patet, quomodo illi textus non contra nos, ſed pro pter nos: quia cum verba ſumenda ſint ſecundùm communem intelligentiam, & iſta ſit communis illorū verborum in omni contractu alio à matrimonio: ſequitur, ꝙ in re matrimoniali prolata, non alium habet ſenſum, q̃ illum, quem talia verba ſolent facere apud omnes. Certè voluntarie diceretur, ꝙ eadem verba eodem modo prolata, in omnibus alijs à matrimonio intelligantur de futuro: & ꝙ ſolū in contractu matrimoniali ſint intelligenda de præſenti. ſiquidem verba illa æquiuoca eſſent, quibus maximum eſſet inconueniens vti in matrimonio. nam poſſet ſibi facilè quilibet ſingere, ꝙ verba ſua eſſent ſumenda nūc in ſenſu de præſenti, & interdum in ſenſu de futuro, daretur occaſio dimittendi proprios viros: vel proprias vxores. quod eſt valde cauendum. * Verum hæc olim difficultatem afferebāt modo autem poſt Concilium Tridentinum non remanet locus dubitandi cum ad matrimoniū ſit requiſita præſentia miniſtri, qui & intelligat expreſſum conſenſum vtriuſque. vt infra in appendice diſputatur.

# ARTICVLVS quintus.

## *An conſenſus vnius ſufficiat altero non contradicente.*

QVANDOQVIDEM requiritur cōſenſus expreſſus ad matrimoniū, Vtrùm ſufficiat quando vnus ipſorum exprimit, & alius non contradicit. Et videtur eſſe dubiū. Quia cum in matrimonio verè transferatur poteſtas corporum, non videtur ꝙ ille qui exprimit conſenſum, poſſit vti corpore alterius non exprimentis, quia cùm non conſtet ei de conſenſu, illicite vteretur re aliena, & peccaret.

Si ſufficeret cōſēſus expreſſio vniꝰ, etiam ſufficeret ad matrimonium ꝙ nullus exprimeret. quod ſupra probauimus falſum. Probatur ſequela. Quia ſi iſte poteſt licitè vti corpore alterius,

terius, quia ipſo exprimente, alius non contradicit: etiam nullo ipſorum adinuicem contradicente, poſſent mutuò ſibi exigere debitum, & reddere: quod eſt falſiſſimum.

Pro ſolutione notan.

Pro quo notandum: ꝙ multipliciter poteſt contingere, ꝙ vno exprimente conſenſum alius non exprimat. Vel quia vnus exprimit, & alius non diſſentit, neq; conſentit, nec nomine ipſius aliquis dat conſenſum. Vel contingit, ꝙ vno loquente, alius pro ſe non loquitur præbens aſſenſum: ſed tamen parentes, vel cognati, qui illius curam gerunt, præbent aſſenſum nomine ipſius: & talis non contradicit: cùm tamen poſſet. Vel poteſt contingere, ꝙ alter non exprimit cõſenſum, ſed alij, ad quos non ſpectat cura, exprimunt conſenſum. His ſuppoſitis ſit concluſio prima.

1. conclu.

Si vnus exprimat conſenſum, altero non exprimente. nec verbo, nec ſigno, nec facto aliquo, nullo modo eſt matrimonium. Probatur ex texta, Cùm apud. de ſpon. Ibi determinatur matrimoniũ effici ex conſenſu illorũ duorũ, q̃a cõiungũtur, ſed nõ loqtur de cõſenſu interiori, q̃a (vt ſupra ꝓbauimus) ille nõ ſufficit, ergo loquitur de expreſſo conſenſu vtriuſq;. Et ibidem Abbas adducit Hoſtienſem dicentem de muto, ſurdo, cæco, vtrum poſſit contrahere matrimonium. Et reſpondet. Aduertendũ eſt, vtrum poſſit exprimere ſuum conſenſum in contrahendo. & tunc debet admitti, alias autem repelli. Ex iſto doctore ſumitur argumentum pro concluſione.

Abbas.

Quia ſi ſufficeret expreſſio conſenſus in vno, alter qui non poteſt exprimere, non eſſet repellendus à matrimonio. Et concluſio probatur autho. Nicolai Papæ 27. q. 2. cap. Sufficiat ſolus ſecũdum leges conſenſus, de quorum quarunq; conſenſu; & cõiunctionibus agitur, qui ſolus ſi defuerit, cætera ẽt cũ ipſo coitu celebrata, fruſtrãtur. Ecce requiritur vtriuſq; cõſenſus. Et nõ debet intelligi interior ſolũ, q̃a iſte nõ ſufficit. ergo eſt neceſſarius exterior vtriuſq: Hoc etiam patet autho. Hugo. de ſacram. lib. 2. par. 11. Vbi dicit ad matrimoniũ eſſe requiſitam expreſſam promiſsionẽ vtriuſq;. S. Tho. in 4. d. 27. art. 2. ad. 3. q. 1. Matrimonium fit ad modum aliorum contractuum, ſed in talibus neceſſe eſt (ſi debent tenere) vt ſibi inuicem volũtatem ſuam promant aliquo ſigno exteriori. Idem Scot. Et probatur textu illo, Conſultationi tuæ. de ſponſalibus. Ibidem ponitur caſus cuiuſdam mulieris, quę ad valuas eccleſiæ veniens cum ſponſo ſuo, negauit ſe in eum conſenſiſſe, & determinat Papa ꝙ ſi ſponſus legitimè probauerit conſenſum mulieris, non credatur fœminæ, alioqui nõ cõpellatur contrahere. Summus Pontifex determinat matrimonium fuiſſe, ſi conſenſus vxoris probetur, & eo ſecluſo, non: ſequitur ergo, ꝙ ad matrimonium non ſufficit expreſſus conſenſus vnius. Nam certum eſt, ꝙ vir expreſsit conſenſum ſuum. & non probatur matrimonium, ſi fœminæ non probatur conſenſus, & non ob aliud, niſi quia Eccleſia præſumit, ſi conſenſum non expreſsit, ꝙ non conſenſit: ergo requiritur expreſsio conſenſus, ex parte vtriuſque, vel per ſe, vel per alium.

Nicola.

Hugo. li. 2. de ſa. p. 11.

S. Tho. 22. q. 88. art. 1.

Sco. in 4. d. 26. & 27. d. 38. q. 1. ar. 1. q. 2.

2. Ratio.

Et adhuc probatur. Si eſſet matrimonium vno ſolo exprimente conſenſum, altero tacente, & non contradicẽte: ex hoc eſſet, quia qui tacet conſentire videtur, ſed non ob hoc: quia quando agitur de obligatione perſonali, tacens habetur pro contradicente. ff. De procuratoribus. l. filiusfamilias. §. inuitus. vbi dicitur, ꝙ ſi is qui conſtituitur procurator, eſt præſens, & tacet, non videtur conſentire. Si ergo in tam leui obligatione perſonali, qui tacet non videtur conſentire, quanto magis in tanta & tali obligatione perſonali matrimonij, in qua totaliter corpus transfert ſuum in alterius poteſtatem, non eſt præſumendũ de conſenſu, quando eſt taciturnitas? Imò præſumendum eſt, quòd contradicat.

Quãdo qui tacet nõ videtur conſentire.

1. Cor. 7.

Matrimonium & eſt ſacramentum, & eſt contractus, & inquantum eſt ſacramentum



cramentum, non ſufficit expreſſio cõſenſus vnius, nec in quantum contractus, ergo nullo modo ſufficit. Primum patet. c. Tuæ fraternitati. de ſpõſalibus, vbi dicitur verba requiſita exprimentia vtriuſque conſenſum. Itẽ. Quia in ſacramẽtis eſt requiſitum aliquod ſenſibile ſignum, & non videtur ꝙ aliud, niſi expreſſio conſenſus. Itẽ. Inquantum eſt contractus quidam, eſt neceſſaria expreſſio conſenſus ex parte vtriuſque, quia contractus ciuilis, quo obligantur mutuò contrahentes, oportet cuilibet contrahentium innoteſcat conſenſus, alioqui non obligaret: ſequitur ergo ꝙ in matrimonio, cum quidam contractus ſit, ad hoc quod teneat, & quòd verè obliget, requiritur expreſſio conſenſus ex parte contrahentium, & nõ ſufficit quòd vnus exprimat, & alter non contradicat. Hæc eſt ratio Duran. qua probat, quòd in matrimonio (virtute contractus, qui fit inter duo) transfertur poteſtas corporum, vt. ſ. vir non ſit dominus ſui corporis, ſed vxor, nec vxor ſui corporis, ſed vir, ſed ſi vir ſolum exprimat conſenſum, & non fœmina: vir non acquirit poteſtatem ſupra corpus fœminæ: ergo non verè eſt contractus mutuus, nec matrimonium. Patet. Quia ſi acquireret poteſtatem ex hoc ſolo ꝙ alius non contradicit, ſequeretur ꝙ aliquis ſine peccato poſſet vti re aliena domino vidente, & non contradicẽte. ſed hoc eſt falſum, ergo nec poterit vti vir corpore mulieris, niſi conſenſum cognouerit. Vt ſupra dictum eſt.

Duran.

1. Cor. 7.

Confirma.

Confirmatur. Si iſte licitè vteretur vxore: eò eſſet, quia illud credit eſſe ſuum, ſed non eſt vnde niſi per conſenſum exteriorem, ergo ſecluſo iſto, nullo modo poterit vti abſque peccato ipſa vxore. Nam ſi ſolùm ob id quod ipſe expreſſit liceret: ſequeretur quòd ſi diceret vir, vel vxor, Cõueniamus ſimul in vnum tanquam vir & vxor, & alter non contradiceret, quòd ibi eſſet matrimonium verum: ſed hoc eſt alienum à veritate, quia iſtis verbis non transfertur poteſtas corporum adinuicem. Hæc etiam Maio. Maximè oportet iſta notare. Contingit enim apud incolas noui orbis, ſaltim apud Michoacanenſes non raró, quod vnus promittat, & conſenſum exprimat, alio tamen tacente, neque contradicente: & poſtea contrahunt cum alia. Iſtam ſententiam affirmat Guil. dicens. Si ante nulla eſſent indicia de conſenſu eius, niſi ꝙ alter protulit verba, non credo præſumendum pro matrimonio.

Maio. in 4. d. 28. q. 1. in 1. argum.

Guillel.

2. conclu.

2. Concluſio. Licèt ita ſit ꝙ nõ ſufficiat ad matrimonium conſenſus expreſſus vnius, tamen ſi vno exprimente, mutuò ſe recipiant, & conſũment, & in operibus ſe communicent antequam cum alijs contrahant, præſumendum eſt matrimonium, & in foro conſcientiæ eſt verum, ſi non adſit diſſenſus. Quia in iſto contractu matrimonij nõ poteſt alter ipſorum poſſeſſionem corporis ſuper alterum accipere, niſi altero tradente liberè. Sequitur ergo, ꝙ ſi viro exprimente conſenſum: alter exhibeat ſeipſum in poſſeſſionem, ſine expreſſione aliqua: ꝙ eſt habendum tanquam verum matrimonium, & ſicut legitimus contractus. De hoc eſt textus, ꝙ poſt ſponſalia de futuro, interueniente copula, præſumitur matrimonium cõſummatum. cap. His qui fidem dedit. De ſponſa. Et non ob aliud, niſi quia præſumitur ꝙ mutuò introduxerint ſe in corporum poſſeſſionem, ergo à ſimili in propoſito. Hoc expreſsè probatur in c. Litteras. de deſpon. impub. iuncta glo. Et clarius in c. primo. de matrimonio contracto contra interdic. Eccleſiæ. Et c. Ad id. de ſponſ. Et glo. ſuprà pen. c. de ſponſalibus.

1. Ratio.

Secundo.

Cum matrimonium ſit contractus, ſequitur iudicium aliorum contractuum, ſed ſi aliqui ciuiliter contrahant de aliquo mutuo, & vno loquente alter ſtatim reddat, habetur tanq̃ legitimus contractus, ergo & in præſenti. vt ſi Petrus dicat Ioanni, do tibi veſtem, & tu da mihi tunicam: & Ioannes ſtatim det tunicam, & recipiat veſtem: dato non loquatur ha-

C betur

betur tanquam legitimus contractus. ergo ſimiliter in matrimonio, ſi vno exprimente, alter ſtatim conſummet matrimonium, & tradat ſe in poteſtatem alterius.

Præterea. Si ego peterem à Petro rem ſuam, & ipſe ſtatim mihi daret, licèt nō exprimeret conſenſum, poſſem licitè vti illa re, & eſſet vere mea: ergo à ſimili, ſi vir exprimat conſenſum, & mulier non exprimat: ſed ſtatim communicat viro, & ſe tradit ei, poterit licitè vir vti muliere tanquā vera vxore. ſed non poſſet, niſi verum eſſet matrimonium. ergo tale eſt legitimum etiam vno non exprimente: ſi ſtatim ſequatur copula, & operum communicatio.

Item ſi vir exprimēs conſenſum dicit, ego accipio te in meam, & ipſa intelligens, ſtatim ſe tradit viro: etiam ſi aliqua non proferat verba, nec faciat ſigna, erit matrimonium, cùm nullum aliud ſignum expreſsius ad conſenſum poſsit eſſe quam traditio, qua tradens ſe viro, in ipſum accipit poteſtatem. Et pro hoc nota ꝙ dicit Panormi. in c. litteras. de deſponſat. impube. Nec iſta ſecunda concluſio primæ contrariatur: nam prima loquitur ſecundum ſe ſolum ex virtute expreſſionis conſenſus vnius, quod non eſt verum matrimonium niſi aliquid aliud ſequatur, quod tamen eſſet verum vtroque exprimente, & ſi nunquam amplius conuenirent. Sed iſta ſecunda concluſio loquitur quando poſt expreſſionem conſenſus ex parte vnius, ſequitur traditio ex parte alterius, quia præſumitur pro matrimonio. Et eſt texus ad hoc cap. Ad id. de ſponſalibus. vbi illa, quæ per metum conſentit, poſt, per ſolam cohabitationem præſumitur liberè conſenſiſſe. Sic in preſentiarum. Ergo per ſolam cohabitationem liberam probatur matrimonium. Nam ſi ibidem Papa iudicat pro matrimonio ex cohabitatione libera quando præceſſerunt ſigna diſſenſus (ſicut eſt metus) quantò magis hic iudicandum eſt pro matrimonio per cohabitationem, vbi nullus præceſsit metus, & nulla coactio, nulla violentia, ſed eſt voluntaria cohabitatio, & copulæ conſummatio, & operum viri & vxoris mutua communicatio? Sic Archiepiſcopus Florētinus dicit, ꝙ altero proferente ſolum, ſi alia animo conſentiat, & permittat ſe ſubarrhari, vel dotari, & ex verecundia tacet, ipſa taciturnitate exprimitur conſenſus. Hoc notat Huguitius. 27. q. 2. c. vlt. * Hoc confirmatur ex glo. in cap. penul. de ſponſalibus quam Abba. dicit ſingularem ſi fœmina exprimat conſenſum, & vir anulum tradiderit ſufficit, & communiter ſequuntur docto. vt bene adnotauit Epiſcopus Segouienſis Couarru. in 4. Decretalium in 2. p. c. 4. anulus enim traditur in pignus matrimonij, ſignum enim eſt corda maris & fœminæ coniungi ob idq; quarto digito man⁹ infertur ꝙ ibi ſit vena ad cor tendens teſtatur Iſidorus, 30. q. 5. c. fœminæ, & Gellius in ſuis noctibus atticis. lib. 10. c. 10. & Macrobius. 7. Saturnalium notauerunt, & Plinius lib. 33. c. 1.

Nota. Panor.

3. par. ti. 1. c. 19. par. 1.

Tertia concluſio. Vno exprimente cōſenſum, & alio nō exprimēte, ſi pro tacente parentes exprimant conſenſum: tenet matrimoniū. ſiue ille, pro quo conſenſus præbetur ſit pubes, vel impubis. Hæc eſt determinatio. c. vnici. de deſponſat. impuberum. lib. 6. Vbi dicitur. Porrò ex ſponſalibus quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus plerunq; contrahunt ipſi filij, ſi expreſſe cōſenſerint, vel tacitè. vt ſi præſentes fuerint, nec contra dixerint, obligantur, & ex eis oritur iuſtitia publicæ honeſtatis. Idem dicit glo. ſuper c. Tuæ fraternitati. de ſpōſalibus. Et 23. q. 2. c. Honoratur. Et probatur. Quia patri incumbit prouidere filio, quandiu eſt ſub eius poteſtate. Sequitur ergo ꝙ poteſt pro ipſo promittere, & filio non contradicente tenebit. Quia expreſsè videtur approbare decretum patris. Ex hoc determinari poteſt dubium, quod ſæpe contingit apud indigenas noui orbis, ꝙ vno ipſorum coniugum exprimente,

3. conclu.

Couaru. in 4. 2. par. c. 4. nu. 4.

mente,



mente, parentes exprimunt pro alio. quia tunc ſi alter non reclamauit, vel non contradixit, eſt matrimonium. Hanc tamen cōcluſionem intellige veram, dummodò filius non tacuit, aut filia, propter metum reuerentialem patris, alias nō taciturus, quia ſic non eſſet validum matrimonium, nec intelligeretur conſenſus liber. Et ſimiliter tenere verum in parentibus quia in extraneis non tenet, patet extra cap. ex parte. de reſtitutione ſpoliatorū: vbi Abb. & Ioan. Andre. Henricus in c. 1. de deſpon. impub. Vide Silueſtrū verbo matrimo. 2. q. 7. & epiſcopum Segouienſem in loco proximè citato, Et Prępoſitus in c. tuę fraternitatis dicit hanc eſſe communem opinio. Modo tamen poſt Concilij Tridentini diffinitionem hæc omnia ſupra dicta locum non habēt cùm ad eſſentiam matrimonij ſit requiſitus miniſter qui & cognoſcat de conſenſu vtriuſq;, vt in appendice in fine diſputatur vide ibi.

Nota pro iſtis neophytis.

## ARTICVLVS ſextus.

### *Vtrùm (filijs ignorantibus) ſufficiat conſenſus parentum ad matrimonium.*

QVIA interdum contingit, quòd parentes viri & fœminæ, inter ſe loquuntur de matrimonio, & promittunt pro filijs, & vtroq; ignorante, vel altero, iunguntur carnaliter. Vtrùm illud ſit habendum tanquam verum matrimonium.

Pro ſolutione notandum, ꝙ contingere poteſt hoc tribus modis. ſ. ꝙ ipſi iuſſu parentum conuenerunt adinuicē, ignorantes quidem de matrimonio priùs ne actum eſſet. Secundo modo, ꝙ antequam in vnum cōuenerunt, intellexerunt, quomodo parentes matrimonium promiſerunt, & ſcienter iuſſu parentum conuenerunt. Et tertio modo, quando iam coniuncti ſunt: parētes talem ordinaſſe coniunctionem cognouerunt. de quo ſit. 1. conclu.

1. concluſio. Parentibus loquentibus de matrimonio, & filijs non intelligentibus: licèt conueniant in vnum, ipſis non exprimentibus inter ſe conſenſum, nullum eſt matrimoniū; ſed potiùs ſtuprum, & fornicatio. Probatur ex c. vnico de deſpōſatione impu. lib. 6. Vbi dicitur, ꝙ ſi filij ignorantes, cùm ſciuerint, ratificauerint, tenet matrimonium. Ipſis tamen ignorantibus, nequaquam valet. Et probatur. Si tale matrimoniū teneret, eſſet ob cōſenſum expreſſū, vel tacitū ipſorū filiorū, ſed non eſt expreſſus, nec tacitus, ergo nullum eſt matrimonium. Quia cōſenſus, eſt applicatio voluntatis ad aliquod medium oſtenſum per intellectum, ſed illud quod omnino eſt ignoratum, non eſt cognitum, & ſic nec reſpectu illius poteſt eſſe conſenſus, ſed ſic eſt ꝙ filij omnino ignorauerūt, contractum matrimonij præceſsiſſe, ergo quādiu ignorauerunt, nullo modo potuerunt habere conſenſum nec expreſſum, explicando: nec tacitum, cōſentiendo, ſic nullo modo fuit matrimonium.

1. Concl.

Ratio concluſionis.

S. Tho. 1. 2. q. 15.

Nullus obligatur alicui contractui, ignorans contractum, ſed tales ignorauerunt contractum: ergo nullo modo tenentur ex tali coniunctione.

2. Argu. Extra de ſponſa. c. Si inter Et de ſponſa. duorum c. finali. Et 27. q. 2. c. Sufficiat.

Item. Quia ſi eſſet matrimonium, ſequeretur ꝙ etiam ſi cōuenirent duo ſine aliquo conſenſu eſſet matrimonium: quod tamen eſt falſum. Si enim non adſit conſenſus expreſſus (vt ſuperius determinatum eſt) nō valet cōtractus. At cùm ipſi ignorant factum, perinde eſt, ac ſi mutuò conuenirent ſine expreſsione conſenſus.

2. con. Si filii puberes priùs intellexerunt de matrimonio agi à parentibus: & iuſſu ipſorum parentū, conueniant, & conſumment matrimonium: ipſis non contradicentibus interiùs vel exterius, ſigno, vel verbo, eſt verum matrimonium. Hæc eſt expreſſa determinatio de deſpōſatione impub. c. vnico. lib 6. Ibidem quidem deter-

2. conclu.

Hugo ſummæ ſent. tractā 7. cap. 6.

minatur, quòd parentibus promittentibus, filijs intelligentibus & non contradicentibus, filij obligantur. Eſt etiam determinatio, extra eodem titulo. cap. 1. Vbi dicitur, quòd pater non poteſt filium obligare ad matrimonium ſi ſit adultus, ſi filius aliquo modo non conſentiat: ergo cùm à contrario ſenſu in iure ſit validum argumentum. ſi filius conſentiat, obligari poteſt à patre, ſed qui non contradicit, conſentit, vt in textu præallegato dicitur, ergo erit ratum. Quia licet filij ſint puberes, tamen ſemper ſunt ſub cura parentum, ergo incumbit ipſis parentibus hoc procurare filijs, ergo ipſis intelligentibus, & non contradicentibus, erit matrimonium.

Vigueri⁹ li. inſti. Theo. c. 16. par. 7. ver. 6. Vnica rō.

3. *C*onclu.

3. concluſio. Si filij puberes conuenerunt in vnum iuſſu parentum, ſi tempore quo cõuenerunt ignorabãt, poſt tamen cohabitantes ſimul cognouerunt matrimonium eſſe à parentibus contractum, ſi libere maneant, & interius conſentiant, eſt matrimoniũ: & pro tali præſumendum in foro exteriori: niſi aliud obſtet. Hoc probatur ex eiſdem capitulis præallegatis. Quia ſi à principio ipſi cognouerunt, & non contradixerunt, matrimonium tenet: ergo ſi à principio non cognouerunt, & poſtea ſcientes, non contradixerunt, erit matrimonium. Non. n. diuerſa eſt ratio. Nam ſi in tempore, quo primo cognoſcunt contractũ præceſſiſſe conuenirent, teneret: ergo etiã ſi antè mutuo iuncti fuerint, & poſt ſcientes, non contradixerunt, tenebit. Quia quòd antè fuerint iuncti, vel non, non obſtat. Et tandem, quia ibidem lib. 6. expreſſa eſt determinatio, non eſt opus alia probatione. Hoc debent maximè notare miniſtri, præcipuè in Michoacanenſi prouincia. Quia non raro contingit caſus, quòd mutuo conuenerunt duo, & parentes de matrimonio locuti ſunt, & ipſi ignorantes habitant ſimul, & poſt diſcurſũ temporis cognouerunt, & perſeuerant, & non contradicunt, & deinde caſu aliquo mutuo diſcedunt, & contrahunt cum alijs. Si ita eſt, primum iudicandum tanquam verum, & legitimum matrimonium, nec facilè eſt credendum eis aſſerentibus non cõſenſiſſe. Quia exiſtimabant conſenſum eſſe neceſſarium per totam vitã: & illam voluntatem bonam, ſemper duraturam & cùm incipiunt odio habere ſe mutuo: fingunt non voluiſſe contrahere, licet à principio voluerunt, poſt tamen retroceſſerunt. Ob id cautela vtendum eſt, vt ab eis exigatur non ſimpliciter de voluntate, vtrùm conſenſerunt: ſed vtrùm tempore coniunctionis voluerunt. Vel vtrùm voluerunt aliquo modo, licèt non multum voluerint. Quia ſolent explicare quomodo à principio voluerunt, licèt poſtea non. Si tamen poſtquam cognouerint parentes celebraſſe contractum, diſſentiunt vterq;, vel alter, nullum eſt matrimonium.* Sed tamen & ſi hæc iuridicè ſint dicta iuxta eccleſiæ determinationem olim, modo tamen poſt Concilij Tridentini determinationem prædicta ad matrimonium validum non ſufficiunt ſi non ſit miniſter præſens, & teſtes de quò in fine in appendice.

Notandũ.

*C*autela miniſtrorum.

# ARTICVLVS ſeptimus.

## *Vtrum ſufficiat conſenſus Gubernatoris.*

SED adhuc circa cõſenſum expreſſum eſt alia quæſtio grauis. Vtrùm ſufficiat conſenſus expreſſus ab illo qui gubernat. Verbigratia; quàm frequentiſſime contingebat, & modo ſic euenit, inter incolas noui orbis quod Dux ipſorum, ſiue Rex, vel Rector, tandem dominus ipſorum: cui ipſi erant ſubditi, pro libito ſuo, vel quia iudicabant expedire, dicebant fœminæ: accipe in virum. N. & ſimiliter dicebant viro, accipe in vxorem. N. Et conueniebant mutuo ſine aliqua ex-

pressione



preſſione conſenſus adinuicem. Et aliquando non fiebat à ſuperiori domino, ſed ab alijs inferioribus, qui tanquam Decani, ſeu Centuriones nominari poſſunt, qui vni familiæ ſolum præſidere ſolent.

1. argumentum.

Videtur quòd nullo modo ſufficiat ad matrimonium conſenſus talis. Nã quando iura diſponũt conſenſum aliorum ſufficere, intelligunt conſenſum parentum pro filijs, vt patet in cap. vnico libro 6. De de ſponſa. impube. Et extra. eodem titulo: cap. 1. ſed tales non ſunt parentes, ergo non ſufficit quòd dicat. N. accipe Mariam in vxorem tuam. Et hoc patet authoritate doctorum dicentium, ꝙ in his qui ſunt ſui iuris, requiritur conſenſus per eos expreſſus: ſed in his qui ſunt iuris alieni, vt in filijs familias. ſufficit tacitus cum expreſſione eorũ, in quorum ſunt poteſtate. vt patet. 32. quæſtio. 2. cap. Honoratur: Hæc S. Thom. Innocentius, Guiliel. & Petrus de Paludes, Et Ioannes Andreas in Nouella dicit, quòd ſolum in parentibus loquentibus, & promittentibus pro filio familias tenet verum, quòd qui tacet, conſentire videtur, non autem in alijs conſanguineis. Si ergo non in alijs conſanguineis à parentibus, multò minus erit verum, ſi ſolum ſit conſenſus rectoris.

S. Tho. d. 27 Innocent. Guilielm⁹. Palud. d. 27. Io. Andr.

Dubium.

Pro ſolutione eſt prius dubium determinandum. Verùm Eccleſia habeat poteſtatem ad compellendum ad matrimonium aliquos inuitos. Et idẽ de domino temporali, ad conſeruationem ſuæ reipubl. Nam ſi hoc eſt verum, quòd etiam inuitum poteſt obligare, quanto magis obligatur qui non inuitus, ſed libere conſentit, non tamen exprimit conſenſum? Et videtur quod Deus reliquerit hanc poteſtatem reip. Nam Imperator in omnib⁹ alijs negotijs, omne ius quod alicui competit ex pacto, vel cõſenſu, poteſt ordinare ꝙ conueniat ei ex lege: ergò cùm ex mutuo conſenſu vir & fœmina habeant adinuicem ius, poterit Imperator ordinare, ꝙ per legem talem ius ei conueniat ſine conſenſu. Nam habet poteſtas ſecularis, facultatem transferendi dominium vnius in alterum ex cauſis certis, vt in præſcriptionibus, & in multis alijs, ergo in matrimonio etiam poterit.

Ratio dubitan.

2. argum.

Adr. in 4. q. de præſcr.

Item Ariſtoteles docet, quòd homo pl⁹ eſt reipublicæ, quàm ſui ipſius: ergo reſpublica habet maius dominiũ ſupra iſtum, quàm ipſemet ſupra ſeipſum, ergo poterit eum obligare, ſi ad vſum matrimonij indiguerit iſto homine. Si poſſet eum morti exponere propter bonum reipu. quare non poſſet, & ad matrimonium obligare? Sed tamen, his non obſtantibus, ſit prima concluſio.

Ariſtotel. 2. Ratio.

1. conclu. Nulla poteſtas humana poteſt aliquem inuitum cogere ad matrimonium contrahendum. Probatur. Quia ex tali coniunctione fruſtraretur matrimonium fine ſuo. Non. n. eſſet procreatio, ſeu educatio prolis debita, inter eos, qui violenter conuenirent. Similiter non eſſet operum communicatio. Ob id quicquid ſit de argumento, quia matrimonium Deus voluit libere fieri, nullo modo aliquis inuitus ad hoc cogendus. Et dato habeat Rex poteſtatem circa alios contractus inuitos obligandi, vel transferendi dominium in alium: non tamen in matrimonio. Quia eſſet maximum periculum, ſi cogerentur, quod nõ ſic in alijs. Et hoc eſt verum non ſolùm de ſeculari, ſed etiã de Eccleſiaſtica poteſtate: ita vt nec Epiſcopus, nec Papa id poſſit. Nec obſtat argumẽtum ſumptum ex Ariſt. Nam verè ita eſt, ꝙ poſſet reſpublica morti exponere hominem pro tota republica: ſed ad matrimonium non poſſet cogere. Quia omnino fruſtraretur fine ſuo, & ſi neceſſarium eſſet, hoc ſpectaret ad Dei prouidentiam: quòd talem inclinaret ad matrimonium contrahendum.

1. *C*onclu. Nulla humana poteſtas cogere ad matrimonium.

Solutio. 2. argument. ex Ariſt.

2. concluſio. Licèt poteſtas ſecularis non poſſit aliquem compellere ad matrimonium, poteſt tamen perſuaſionibus ad id mouere, & pro ipſo promittere, & eo non contradicente, erit verum matrimonium. Probatur cõcluſio ex parte qua non probata eſt. ꝙ

2. conclu.

1. Ratio.

poſſit

poſsit perſuadere. Nam nos ſuperiùs diximus in articulo primo, matrimonium eſſe naturale, quia eſt neceſſaria filiorum procreatio, & operum communicatio: quia alia ad virum, alia ad fœminam ſpectant, ſequitur ergo, ꝙ Reſpub. vel qui eius vicem gerit, poterit (non excedendo limites ſuos) perſuadere, & monere ad huiuſmodi coniunctioné. * (Imo præceptum de coniugio à principio poſitum, in poteſtate publica poſitum eſt ſubiectiue: vt ſu-
Art. 1. prà diximus.) Et dictis eorum aſſentientes tenentur adimplere, & verum eſſet matrimonium poſt conſummationem.

2. Ratio. Secundò. Verum eſt matrimonium parentibus loquentibus pro filijs, ipſis non contradicentibus, vt patet ex. c. præallegato lib. 6. Ergo etiam erit
Arg. a ſimili verum Principe, vel rectore promittente, ſi non adſit contradictio. Nam ſicut ſe habet pater in ordine ad ſuam familiam: ſic Rector, vel Prætor in ordine ad ſuā rempublicam, & ſic ſunt ſui ſubditi velut filij patris, ergo etiā poterit ipſis prouidere de neceſſarijs, ſed non aliud magis neceſſarium eſt ad ſuæ reipublicæ cōſeruationem, quàm ſit matrimonialis coniunctio, ergo de ipſa poterit prouidere. Nō enim poſſet diu ſtare reſpublica, ſi tale matrimonium defuiſſet. Dicit enim Ariſt.
Ariſt. in polit. ꝙ Rex gubernandi regulam debet ſumere à fine: cùm ergo finis ſit, temporalis ſuæ reipublicæ conſeruatio, iſto ſuppoſito fine debet gubernare: ſed maximè ad iſtum finem, neceſſaria eſt mariti & vxoris coniunctio: ergo ad ipſum pertinebit huiuſmodi coniunctiones procurare, & ipſo pro eis promittente, illis non contradicentibus erit verum matrimonium.

3. Ratio. Tertio. Si Prætore loquente pro matrimonio inter alias legitimas perſonas, & ipſis non cōtradicentibus non eſſet verum matrimonium: eſſet eò, quia ad ipſos non ſpectat cura, ſicut ſpectat ad parentes, ſed ad ipſos Prætores ſpectat tanquam ſi eſſent paren-
Ariſt. 1. pol. cap. 3. tes. Conſtat enim ex Ariſt. ꝙ naturaliter illi qui prudentia pollent domini ſunt illorum, qui ſunt rudiores, & tardioris ingenij. Quia prudentes agunt, & alij potius aguntur, quam agūt, & tales ab alijs in ordine ad ſuos fines diriguntur. Et qui dirigunt, habent ſe ad modum parentis, cuius officium eſt ducere ad perfectum prolem. Cùm ergo indigenæ noui orbis ſubditi (pro quibus hoc dubium poſitū eſt) ſic ſe habeant, ignorantes quid eis conueniat, poterunt à Prætore in ſuos dirigi fines. Et ſequitur verum eſſe matrimonium, ſi poſtquàm de matrimonio locutum eſt cōueniunt in vnū, non contradicentes, nec verbo, nec ſigno. Et ſic contrahentes non minùs obligantur ad ſimul manēdum, quàm ſi ipſi per ſe celebraſſent contractum.

4. Ratio. De procur. in 6. ca. pro cur. Matrimonium poteſt contrahi per procuratorem, & per nuntium, ergo à ſimili etiam poteſt contrahi per Rectorem, vel Principem non contradicentibus ſubditis. Neq; obſtat, quòd Princeps non habeat ſpeciale mandatum ad id. Quia modo loquimur omni ſecluſo iure poſitiuo.

Quinto. extra de ſpōſa. c. cum apud ſedem. Quintò. Muti, & non valentes aliquo modo loqui contrahunt per hoc, ꝙ ab alijs coniuncti, non contradicūt, ergo ſimiliter quando incolæ noui orbis coniungebātur monitu ſui Rectoris, erat matrimonium, niſi aliud obſtaret.

6. ratio. Sextò. Per illa quæ ſunt cæremonialia in matrimonio (vt eſt modus cōtrahendi) non variatur matrimoniū, manente eo quod eſſentiale eſt: quòd patet ex hoc, ꝙ fermè in qualibet prouincia eſt modus ſpecialis contrahendi certis quibuſdam ſignis, ſed quomodocunque exprimatur conſenſus, eſt matrimonium, quia hoc eſt de eſſentia vt ſupra dictum eſt: ergo cum apud indigenas noui orbis vt in plurimum hic eſſet vſus, vt Rector prouideret in matrimoniali coniunctione: ſi ipſo loquente conuenirent, neque contradicerent: eſſet verum matrimonium. Quia iſte erat modus huiuſmodi naturalis coniunctionis.

7. ratio. Septimò. Quia cùm naturali conditione ſint noui orbis incolæ velut ſerui,



ſerui, puſillanimes, meticuloſi, erant ſic dominis ſuis ſubditi, vt neque mouere poſſent pedem abſque præſidentis conſenſu, ob id in omnibus expectabatur eius conſenſus, & eo adhibito, fiebant tales matrimonij coniunctiones, ergo ſi ipſo loquente libēter cōuenirent vir & fœmina, intus nō repugnantes in animo: videtur habendum tanquam verum matrimonium. Et re vera, ſi hoc non eſſet verum
Optimum argumētū. matrimonium, maior pars illorum, qui modo coniuncti ſunt matrimonialiter, eſſent in ſtatu damnationis æternæ: cùm non aliunde matrimonialiter ſint coniuncti, niſi quia domino, ſeu Rectore conſulente conuenerunt in vnum, abſque aliqua alia expreſſione. * Et ſi eadem eſſet ratio in aliqua gente vel prouincia in antiquo orbe, idem etiam eſſet ius ſtatuendum.

Solu. ad 1. Ad argumenta. Ad 1. Cōcedimus ita eſſe, ꝙ in potentibus loqui: & habentibus liberum arbitrium, requiritur conſenſus, vel expreſſus, vel tacitus: & quia quando domino loquente pro matrimonio, conueniunt inter ſe, eſt conſenſus in matrimonio, tacitus tamen, erit verum matrimoniū. Et ſic eſt verum quod iura diſponunt .ſ. ꝙ patres ſpōdeant pro filijs, ſed Rectores, vel dominos, nos exiſtimamus
Notandū. tāquam ipſorum patres, quia ferè omnes parentes naturales vix habebant
2. Cor. 12. curam inſtruendi filios, vel prouidendi eis. Non theſaurizabant filijs, nec ſibi ipſis, ob id inſtinctu quodam naturali Rectores mouebantur ad prouidendum de matrimonio quod neceſſarium eſſe iudicabant: quibus merito obaudiendum erat. Et ſic patet ſo-
Ad. 2. lutio ad aliud ex doctoribus, ꝙ.ſ. parentes ſoli pro filijs poterunt promittere. Nam verum eſt, quando naturales parentes poſſunt, & volunt de filijs prouidere, ſed in defectu iſtorum, qui tanquam parentes ſunt (vt Rectores) poterunt vrgente neceſſitate, prouidere ſuæ reipublicæ de remedio ad conſeruationem. Sicut ad indiuidui conſeruationem poteſt prouidere vel prohibendo certū genus ciborū, vel cōſulendo, & monendo ad aliquem cibū bonum, quod iuuat ad ſanitatē. Nec minus parentibus, non naturalibus, ſed legalibus adhibēdum eſt fidei, quā naturalibus: qui in defectum naturaliū introducti ſunt præcipue inter noui orbis indigenas, inter quos vix aliquid agunt. niſi à prudentioribus dirigantur. Et ipſi huiuſmodi coniunctiones tanquam matrimoniales reputant: ſi fiant per hoc quòd ipſi qui præſunt primo loquuti ſunt de matrimonio.

* Dictis nō obſtat quæ ſuprà allata ſunt, quando de conſenſu parentum pro filijs loquebamur, dicentes non tenere verum in extraneis, vt communiter notant doctores iuris periti, & Theologi, vt etiam adducit Couarru. in epitome 4. Decretaliū. p. 2. c. 4. nu. 4. Non obſtant inquam, quia apud noui orbis incolas, vt ex longa mora triginta annorum, apud eos didicimus eorum gubernatores ſeu Rectores in tēporalibus, non habendos eſſe velut extraneos, ſed tanquam parentes, & talis modus gubernandi iuxta cōditionem ipſorum, non ſolum proficuus, ſed neceſſariꝰ videtur: & doctores qui contrarium aſſerunt nobiſcum ſentirent cognita eorum conditione, hæc etiam in iſtis tēporibus iuxta Tridentini Concilij determinationem ſunt interpretanda ad hoc ꝙ matrimonium teneat.

## ARTICVLVS octauus.

*Vtrum ad matrimonium ſufficiat coactus conſenſus.*

ET videtur ꝙ ſic. Nam illud quod ſufficit ad peccatū mortale, quo aliquis demoni, & inferno obligatur: videtur ſufficere ad obligandum ſe pro matrimonio, ſed ad primū ſuffi- 1. Argum.

ſufficit conſenſus quantumcunq; coactus, ergo & ad ſecundum.

Secundo. Cauſa effectiua matrimonij eſt conſenſus, ergo eo poſito, ponitur effectus, ſed etiam ſi conſenſus ſit coactus, eſt conſenſus, ergo ſufficiens erit ad matrimonium.

Tertio. Electio per metum facta ſi ſit iuramento firmata eſt obligatoria. extra de his quæ vi metus cau.ſi.c.Ad aures.ergo & matrimonium erit obligatorium quantuncunq; metu fuerit contractum.

*In contra.*

In contrarium tamen eſt. Quia coactio impedit vinculum maius.ſ.profeſſionem religionis, vt habetur.20.q.3. c.Præſens.ergo impedit & minus.ſ.matrimonij coniunctionem.

*Notan.*

Pro ſolutione notandum duplicem eſſe metum, vel coactionem. Quidam qui poteſt cadere in virum cõſtantem. Alius qui non cadit in conſtantem, ſed bene in inconſtãtẽ.

*Quis ſit vir conſtans.*

Vir conſtans ille dicitur, qui ſemper inter duo bona eligit quod melius, & propoſitis duobus malis: vitat quod maiꝰ, & eligit quod minus.

*S.Tho.in 4. d. 29.art. 2. Et Ricar. & alij. Fortuni. in tract.de vlti.fine.illati 22.*

Cõſtans enim ſemper ſequitur rectam rationem, ſecundum quam iudicat quid: pro quo.ſ.vtrùm maius vitandum ſit malum, & ob id, quod minus eſt ſubire, quod inconſtans non facit, ſed leui quodam metu terretur: & ſubit quod maius eſt. Sicut ſi alicui proponantur iſta duo mala pœnæ, vel quod perdet paruam pecuniam: vel ꝙ conſentiat in iſtam: quam tamẽ nullo modo vult ducere in vxorem. Cõſtans vir ſecũdum rationem rectam iudicat minus malum eſſe perdere pecuniam illam: quàm in talem conſentire, eligit minus malum, vt vitet maius. Inconſtans tamen, & menticuloſus non ſic ſe habet: ſed ſi proponatur ei: conſentias in iſtam, & niſi conſenſeris, omnino percutiam te alapa, vel non eris mihi amicus, vel expellam te è domo mea, vel non tibi amplius bene faciam: ob vitãdum iſta, quæ minora ſunt, eligit quod maius eſt: conſentire.ſ.in matrimonium, quod ante nolebat. Talis dicitur inconſtans, quia nõ ſecundum rectam rationem iudicat.

*Quis inconſtans vir.*

Si verò alicui viro forti, vel mulieri (quia pro eodẽ capitur hic) proponatur: conſentias in matrimoniũ, ſin autẽ, mortẽ patieris, vel verbera, vel ſeruitutẽ, vel q̄d ſimile, quia iſta nimis grauia ſunt, ſecundum rectam rationem eligit potius conſentire inuitus in matrimonium, quàm tãtum malum, vt eſt mortem ſubire, vel verbera.

*Aug. de ciu. & S. Thom. 1.2.q.6.ar.4 Alma. ſuper Holcoth. q. 3.Marſil. in 2.q. 16. Duran.in 2. d.24.& 25.*

Secundò notandum eſt: ꝙ voluntas à nullo poteſt cogi, propriè. Poteſt quidem aliquis cogi ad hoc, ut inuitus moueat manum, vel pedem, vel alia membra, quod eſt quantum ad actus imperatos: ſed ad hoc ꝙ interius velit, nullo modo: quod eſt quantum ad actus elicitos. Quia nihil eſt tam in voluntate, ſicut ipſa voluntas. Deus tamen poteſt mouere voluntatem, & cogere vt velit: quod ante odio habebat, vt ſæpe contingit in illis qui ad ipſum conuertuntur. Sed licèt ita ſit, ꝙ volũtas directè nullo poſſit cogi ab aliquo niſi à Deo: poteſt tamẽ indirectè cogi, vt ſi modò nolit eijcere merces in mari, poteſt occurrere magna tempeſtas, ita vt ſit neceſſarium ad mortem euitandam omnes merces proijcere. Tũc voluntas poteſt cogi ad proijciendum. non ꝙ ſi ipſa nolit, cogatur: ſed quia exiſtente periculo, quodam modo cogitur vt velit, quod nullo modo vellet ſecluſo periculo. Et tale vocatur ab Ariſto. Voluntarium ſimpliciter, licèt habeat admixtum, aliquid de inuoluntario. Simpliciter quidem eſt voluntarium: quia de facto vult proijcere, qui alioqui non proijceret, ergo ſi proijcit, ſine dubio vult: ſed dicitur inuoluntarium aliquo modo, quia ſi poſſet periculum euitare, non proijceret. Ob id dicitur mixtum de voluntario, & inuoluntario, licet ſimpliciter tale. De quo latius ſuo loco dicemus.

*Ariſtotel.3. Ethi. c. 1.& S.Tho. 1. 2. q.6.ar. 6. & 7.*

*3. Nota.*

Tertiò eſt notandum: ꝙ loquentes de viro conſtante, vel in conſtante, nõ excludimus mulierem. Dicitur conſtans illa, quæ maiora mala vitat, & minora eligit, & maiora bona eligit, & minora relinquit.

*4. Nota.*

Quartò notandum eſt: quod mala

quæ



*Quæ ſunt illa quæ virũ conſtantem poſſunt mouere. Vide Soto 4. d.29. q.1. art.3.*

quæ poſſunt mouere virum conſtantẽ, ſunt, mors, & cruciatus: vt patet.c. Cum dilec. De his quæ vi me. cauſ.ſi. Item Stuprum, & ſeruitus. ff. quod metus cauſ.ſi.l.Iſti quidem. Et Inſtituta, eodem titulo.§.1.2.& 3. Similiter & vincula.ff.eodem titulo.l.Nec timorem.& additur. Et quæcunq; alia mala quæ iſtis æquiparantur, vt perdere ſtatum, aut infamia grauis. Et ſi de alijs dubitetur, vtrum ſint talia, quæ poſſent virum cõſtantem mouere, ſtãdum eſt iudicis arbitrio, quod notat glo. in l.interpoſitas.C.de tranſac. Et in c. cùm dilect.de his quæ vi.vbi Abb. & Deci.in l.in omnibus cauſis. ff. de regul. iuris.

*5. nota.*

Quintò. Ad hoc, quòd contractus valeat, vel non valeat, non eodem modo iudicandum eſt in foro conſcientiæ, & in foro exteriori. Nam in foro conſcientiæ ſtat quòd non teneat, cùm tamen valeat in foro exteriori Eccleſiæ, quæ iudicat de exterioribus ſolùm.

*Contra Adria.quodlib. 8.*

*6.nota.*

Sextò. Iſta quæ diximus mouere virum conſtantem, non ſunt ex natura rei. Nam aliqua iſtis leuiora poterunt mouere virum vnum, ſicut grauiora virum alium: vt auarus poteſt tantum timere iacturam pecuniæ, quantum cõſtans, & fortis mortem.

*7. nota.*

Septimò eſt notandum: quòd aliud eſt loqui, Vtrum conſenſus coactus iure diuino, & naturali annullet matrimonium. Aliud, Vtrum ſolum iure poſitiuo. Poteſt enim eſſe, ꝙ iure poſitiuo nullum ſit, & tamen intra limites iuris naturalis teneat. Sicut teſtamentum defectu teſtium, vbi nõ interuenit fraus, neque dolus, eſt nullum iure poſitiuo, & tenet iure naturali. Vt alibi eſt a nobis diſputatum. Vel è contrario, poteſt tenere iure poſitiuo, & non iure diuino, nec naturali. Sicut ſi quis ſine conſenſu interiori verba protulit, in foro exteriori iudicatur pro matrimonio, extra de ſponſal. c.conſul. & non in conſcientia. His ſuppoſitis, ſit.1.concluſio.

*Adria. quoli.6. Panor. ext. de proba.c. Quando.*

*1. conclu.*

Metus cadens in conſtantem virum, iure diuino, & naturali, ſimul & poſitiuo annullat matrimonium tali timore contractum. Et ꝙ ſit de iure naturæ nullum, probatur. Quia cõtractus matrimonialis eſt libera datio.ſ.do vt des, ergo requirit libertatem ſecundum ſuam naturam, ſed iſta deficit quando eſt coactio, vel quando eſt metus, ergo erit nullum.

*Sco d. 29 Gabri. in 3. d.39 q 1. conclu. 8*

*2. Ratio.*

Item ſecundo. Ante legem ſcriptã ſolum in lege naturæ dictum eſt. Gene. 2. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, ſed non adhærebit ille qui conſentit tali metu, ergo eſt nullum.

*3. ex. Gen. 24.*

Tertio. Dixit Abraham ſeruo ſuo, qui ibat quęrere vxorẽ filio ſuo Iſaac. Si mulier noluerit tecum venire, tunc liber eris a iuramento. Et cum ſeruus peteret Rebeccam, parẽtes dixerunt. Vocemus puellam, & quæramus voluntatem eius. Iſta fuerunt in lege naturæ facta, ergo eò factum: quia natura inclinabat, vt ad matrimoniũ ſumma eſſet requiſita libertas. Nam ſi parentes noluerunt eam tradere, niſi ipſa reſpondiſſet, conſequens eſt, ꝙ id faciebant, quia erat contrarium naturę, tradere inuitam viro.

*Summa libertas requiſita ad matrimonium Scotus in 4. d.29. & Gabri. in 3. d. 39.*

Probatur idem ex fine matrimonij. Quia ſi ſit conſenſus coactus, impeditur finis matrimonij, ergo libertas ſũma eſt neceſſaria ad matrimonium: neceſſitas enim in rebus (teſte Ariſto.) ex fine ſumenda eſt. ſequitur ergo ꝙ cùm finis matrimonij impediatur, niſi adſit libertas, quòd ipſa naturaliter neceſſaria eſt. Et probatur. Quia ſi non ſit libertas plena, facilè adinuicem diſcedent coniuges: & non erit prolis educatio: nec erit operum communicatio: quæ eſt finis ſecundarius matrimonij. Ex iſto patet, quomodo ſit de iure naturæ, quòd martimonium metu contractum non teneat, vt Panor. cap. Cùm locum de ſponſa. Quia in matrimonio reperiuntur tria bona, fides, proles, & ſacramentum, vt in cap. finali, de conditio. appoſit. Et 27. quæſtio.2. cap. Omnem. Quæ omnia metus intercedens habet excludere. Nam primo matrimonium eſt ſacramentum, quia ſignificat vnionem inter Chriſtũ & Eccleſiam, vt in c.

*Ariſtote. 2. phy tex.co. 75. Altiſio.4.p. tract. 9.c.6. q.6.*

*Panor.*

D de-

ad Ephe. 5. Coloni. q. 252.

debitum. de biga. Vnde ſicut Chriſtus voluntarie aſſumpſit carnem humanam, ita & matrimonium illam vnionem deſignans, debet eſſe voluntariũ: vt ſignum cor reſpondeat ſignato.

Secundo. Metus impedit procreationem prolis, quæ eſt ſecundum bonum matrimonij, quia propter diſplicentiam non intenditur procreationi prolis.

Tertio. Eſt contra bonum fidei, nã fides eſt vnum ex bonis matrimonij, vt nullum ſit adulterium, ſed propter metum, ſeu inuitas nuptias, de facili coniuges labuntur in adulteriũ, quia quod quis non diligit, facile cõtemnit, vt in c. Pręſens. 20. q. 6. Hæc ibi Abbas.

Abbas. S. Tho. d. 29 q. 4. art. 3. Sco. eadem d. & ſupple. Gab. ibidē.

Ecce habes ex iſtis quàm ſit contra ius naturæ, & diuinum, coactio, ſeu violentia in matrimonio. Et propter iſta in iure poſitiuo determinatũ eſt, ꝙ talis matrimonij cõtractus ſit nullus: & eas declarat illegitimas perſonas fuiſſe etiam de iure naturali, & diuino. Quia eſt ſumma requiſita libertas, vt patet in c. Veniens. Et c. Conſultationi. de ſponſa. Hæc concluſio prima eſt contra Palu. in 4. d. 29. q. 1. & Ricar. ea. d. ar. 2. & Maio. ibi. q. 1. Duran. q. 2.

2. concl. ob declarationem primę ſolum poſita.

2. conclu. Si quis timore mortis, vel ſtupri, vel carceris, vel verberum, vel ſeruitutis, vel grauis infamiæ ſui, vel ſuorum, vel amiſſionis ſtatus, vel maioris partis bonorum ſuorum, vel vinculationis, conſenſerit in matrimonium: tale matrimonium eſt nullum iure poſitiuo, & iure diuino, & naturali. Hæc concluſio patet.

Ratio concluſionis.

Quia illa quæ metum inducunt cadentem in conſtantem virum, annullant matrimonium, ſed iſta ſunt, mors, & cruciatus, in c. Cùm dilect. De his quę vi metus cauſa fiunt. De ſtupro, & ſeruitute. ff. eodem titulo. l. Iſti quidem. Inſtitut. eodem ti. §. 1. 2. & 3. Vincula. In l. Neq; timorem. eodem ti. Et de infamia iuris, vt in l. finali. ff. eodem titulo. Et de amiſsione ſtatus, vel partis maioris bonorum expreſſe Panor. in c. Abbas. extra. eodem titulo. ſi non poteſt quis ſuſtentari ſine illis bonis, quæ perdere timet. Et idem glo. in l. Aduocati. C. de aduoca. diuer. iudi. Et facit pro hoc c. Presbyteros. d. 50. & l. pen. C. eodem titulo. Et ibidē Panor. ait non ſolum hoc eſſe verum, quando ſine illis rebus viuere non poteſt, ſed etiam quando grauem patitur iacturam. Et ſic patet, quòd quicunq; metu alicuius ſignatorum contraheret matrimonium. non teneret. Et non ſolum quando iſta in propriam perſonam, ſed etiam quãdo in coniunctam, vt in patre reſpectu filij, & è conuerſo. Nec opus eſt hic alia probatione, quã iuris determinatione. Et de vinculatione. ff. eodem ti. l. Neq; timorem. c. Veniens. in 1. & 2. Et c. Cum locum. de ſponſ. Hoc fit contra Cardinal. qui in c. Abbas. eodem ti. dicit, matrimonium quocunq; metu contractum eſſe rerum, ſed reſcinditur ab Eccleſia. Imò ſecluſo Eccleſiæ pcepto, eſſet nullũ.

Panor. Gloſſa. Panor. Ricar. in d. 29. ar. 1. q. 1.

3. concluſio S. Tho. 4 d. 29. Sylue. verbo metus 4 q. 1. Almain. in mo. c. 3.

Tertia concluſio. Quicunq; ob vitandum maius malum (quodcunq; illud ſit) eligit quod minus eſt, dicitur id agere metu cadenti in conſtantem virum. Ille dicitur eſſe conſtans vir, qui eligit minora mala, vt vitet maiora, vt patet ex 3. notabili: ſequitur ergo quod vbicunq; ſimul duo occurrunt mala, quorum alterum ſubire neceſſe eſt, ſubeundo minus, ad maius vitandum, dicitur illud ſubiiſſe timore cadente in conſtantem virum.

Secundò. Quia iſte, qui ad vitandum maius malum, in minorem conſentit: timore & metu operatur, ergo vel timore iuſto, & viri conſtantis, vel inconſtantis: ſed non inconſtantis: cũ minus eligat, vt vitet maius, ergo eſt viri conſtantis.

4 concluſio

Quarta cõcluſio. Maius malum, vel minus malum, quod cauſa eſt iſtius timoris non conſiderandum eſt ex natura rei, ſed ex parte eius, cui infertur.

Ratio.

Quia ſi verum eſſet, ꝙ ex parte rei eſſet conſiderandum, timor in omnibus eſſet æqualis, & ſic ſi in vno eſſet talis qui caderet in conſtantem virum, ſimiliter in omnibus, ſed hoc eſt falſum. Nam vna res poteſt mouere vnum, maximè: vt eſt verberatio, quę tamē aliũ non mouebit: quia non omnes ſunt eiuſdem virtutis. Item. Aliquis poterit exiſtimare, datis duobus malis, vnũ eſſe minus alio, & illud ſubire: & diceretur cõſtans. Et alius poteſt illud exiſtimare mai⁹, & illud ſubire & erit inconſtans, vt ſuprà diximus.



Nõ eadem æqualiter monẽt omnes.

Coroll.

Ex quo infertur: quòd ſi vni eſſet maius malum percuti colapho, vel verberari parũ, vel victu ad aliquos dies priuari: vel ex terra propria aufugere, aut iacturam in bonis temporalibus pati: quàm ſit matrimonium ducere, quòd qui tali timore matrimonium duceret: non eſſet obligatus ob timorem cadentem in conſtantem virum: Et iſta concluſio eſt notanda propter noui orbis incolas, qui eo ꝙ meticuloſi ex leui metu maximè mouebantur.

Nota ꝙ noui orbis hominibus.

5. concluſio

5. conclu. Matrimonium contractũ imperio, vel precibus regis, vel cuiuſcunque; domini circa ſubditos (qui tyrannicè tractare ſolet ſuos, non obtẽperantes) eſt ipſo iure nullum. Et dicitur cadens in cõſtantem virum. Hoc aſſerit Panor. in c. vltimo. Qui clerici, vel vouentes. Et idem Ioan. Andrea. ibidem & Bar. in tractatu de tyranno.

Panor. Io. Andre. Bart. 1. Ratio.

Et probatur. Ille metus dicitur matrimonium inualidare, qui virum conſtãtem mouere poteſt: ſed preces, vel imperium tyranni, virum conſtantem mouere poſſunt: vt conſtat, ergo talis dicetur metus cadens in conſtantem, virum, & per conſequens annullans matrimonium.

Ille dicitur conſtans vir, qui ſubit minus malum ad vitandum maius, ſed minus eſt in matrimonium conſentire, quàm in manus tyranni incidere, ergo qui iſto timore matrimonium contraheret, liber eſſet à matrimonio.

Corolla.

Ex quo ſequitur: quòd cum apud noui orbis incolas olim domini eſſent ſic ſæui, & impetuoſi: quòd qui imperio ipſorum, vel precibus agerent, & matrimonium inirent nõ eſſent obligati. De quo infrà clariùs.

Nota.

6. concluſio

6. concluſio. Quis metus ſit cadens in conſtantem virum, vel quis non ſit, ſi non ſit expreſſum in iure: arbitrio boni viri in foro conſcientiæ & iudicis in foro iudiciali ſtãdum eſt. Probatur prima pars ex iam dictis. Nam cum extra illa ꝙ expreſſa ſunt in iure, alia ſint quæ virum cõſtantem poſsint mouere: & non poſſit ex iure conſtare, aliunde quærenda eſt veritas. Et non videtur niſi ex arbitrio boni viri.

Ratio 1. partis.

Item. Quia quædam ſunt quæ mouerent virum vnum conſtantem, quæ alium non mouerent: ergo cùm determinatio quæ ſint illa, non poſſit pendere ex re ipſa, ſequitur ꝙ aliunde pendet: & non videtur vnde, niſi ex arbitrio boni viri, ergo ab eo iudicandũ eſt. Iſta eſt determinatio Syluestri in verbo, metus. q. 1. Et ſumma Tabiena eodem verbo alegat Panor. in cap. Cùm locum. de ſponſalibus. idem dicentem, licet ego non inuenerim in Panormi. ſed ſolum hæc verba, quæ faciunt ſatis ad propoſitum. Minor metus in muliere ſufficit, quàm in viro. Et quo ſequitur, ꝙ arbitrio boni viri in conſcientia ſtandum eſſet.

Syluest. Tabiena. Panor.

Alia pars, ꝙ in foro iudiciali arbitrio iudicis eſt ſtãdũ: patet ex expreſſa determinatione Abb. in c. Continebatur, de ſpõſ. impub. vbi ponit hanc determinationē. In his quæ nõ ſunt expreſſa in iure, ſtandũ eſt arbitrio iudicis.

2. Pars probatur Abba.

Et vt recitat ſumma Roſela ex cõmunicatione. 19. §. 10. Petr. de Ancha. ait: quòd iudicis arbitrio relinquitur, quis timor ſit intus cadens in conſtantem uirum, quantum ad ea quæ non ſunt in iure expreſſa. Et probant adducta in principio in notabilibus. Et ratio ſit. Ad ipſum ſpectat de dubijs iudicare, ad quē ſpectat finaliter ſententiã dare: ſed ad iudicem ſpectat finaliter ſententiam dare: ergo ad ipſum ſpectat in tali iudicio & interpretari. De quo vide Couarru. in epitome 4. Decre. p. 2. c. 3. § 4. nu. 8.

Roſela. Ancha. S. Tho. 1 2. q. 96. ar. 6.

Corolla.

Ex iſta concluſione infertur, ꝙ in foro cõſcientiæ licebit iudicare confeſſori circa noui orbis incolas nouiter conuerſos, de metu eis illato ad matrimonium, ſiue fuerit ante fidem, vel poſt. Vtrùm fuerit cadens in virum cõſtantem, & excuſans, vel non fuerit, ſed leuis.

Notandum

7. concluſ

7. conclu. Matrimonium contractũ

ex metu leui, ſed tamen timore: licet ſit validum,& firmum in foro exteriori, in foro conſcientiæ non tenet, ſed eſt nullum, ſtando ſolùm iu iure naturali. Probatur primum, ꝙ in foro exteriori ſit validum ex capitulis ſuprà allegatis: in quibus determinatur, ꝙ ſi matrimonium fuerit metu iuſto cadente in conſtantem virum contractũ: ſit nullum. Et à contrario ſenſu in iure eſt validum argumẽtum. Et ſi leui metu, eſt firmum, & ratum.

Hugo in sũma ſen. tracta. 7. c. 6. Viguerius de inſtitut. theo. c. 16. §. 7. ver. 6.

Secunda tamẽ pars, quę difficultatẽ habet, probatur. Matrimonium contractum metu cadente in conſtantem virum eſt nullum iure naturæ & diuino: quia non eſt plena libertas, quæ in tali contractu requiritur, ergo etiam matrimonium contractum ex leui metu erit iure naturæ, & diuinum nullum. Conſequentia eſt bona. Quia ſicut conſtans cogitur à graui malo, vt in minus conſentiat inuitus: ſic inconſtans mouetur à minori malo, vt in maius cadat. Ex conditione enim diuerſa vtriuſque prouenit, ꝙ res diuerſa æqualiter moueat vnum, & alium. Sicut enim vir fortis poſito timore mortis, timet iuſtè, & aliud minus malum ſubit inuitus, vir inconſtans timet amiſsionem, vel pecuniæ, vel alicuius alterius ſimilis, & tanto mouetur ab iſto obiecto ad conſentiendum alteri malo: quãto mouetur vir fortis à morte. Sequitur ergo, ꝙ ſtando ſolum in iure naturali tanta ſit coactio in vno ſicut in alio. Quòd ſi vnum eſt inualidũ inre naturali, & aliud erit. Et ſi primum eſt nullum, quia plena deficit libertas, ad talem cõtractum requiſita: quòd ſecundum erit etiam nullum, cùm deficiat libertas.

Ratio. 2. p.

Scot. d. 29. Gabr. 3. d. 39. q. 1. Victoria.

2 Item. Panor. dicit in c. Cum locum. de ſpon. Contractus qui requirit liberum conſenſum ipſo iure eſt nullus, ſi interueniat coactio quia licet coacta voluntas ſit voluntas. 15. quæſtio. 1. cap. Merito tamen non eſt voluntas. libera, & ſic quia deficit qualitas libertatis, quæ eſt de ſubſtantia contractus, eſt nullus.

Panor.

Coacta voluntas non eſt volũtas libera.

Et quæ requirunt liberum conſenſum ſunt 8. vt aſſignat idem Panor. in c. Abbas. de his quæ vi. Primo. Omnia quæ ſunt meritoria. Secundo. Matrimonium, c. Cùm locum de ſponſal. Et c. Veniens. & 33. q. 5. c. Notificaſti. Tertio. Voti promiſſio, vel ſolutio. ff. eod. tit. l Si mulier. §. ſi dos. Quarto. Iuriſdictio. Quinto. Authoritas tutorum. Sexto. Abſolutio ab excommunicatione. Septimo. Teſtes teſtamentorum. Octauo. Votum. Ex iſto ſummo argumentum. Omnia iſta metu facta inualida ſunt, quia requirunt plenam libertatem, inter quæ matrimonium ponitur: ergo vbi non eſt plena libertas, non erit matrimonium validũ: ſed in coactione (etiam metu leui) non eſt talis libertas, quia cum ſit inconſtans vir, maxime mouetur quantumcunque leui metu, ergo in iure naturali ſtando, tale matrimonium non valet.

Octo ſunt requirũt liberum conſenſum.

3 Matrimonium contractum timore cadente in conſtantem virum, eſt nullum iure naturali. Quia cum tali timore contractum, non poteſt ſtare finis, ad quem ordinatur, ſiquidem ordinatur tanquam ad finem principalem ad prolem, quæ non procreatur ex inuitè coniunctis: vel ſi procreatur, non debitè fit. Quia non diu manent iuncti. Item. Non eſt operum cõmunicatio. Quia diſſidentes inter ſe, non communicant in operibus. Hanc rationem aſſignant omnet doctores, quare irritum ſit matrimonium vi cõtractum, tam Theologi, quàm iuriſcõſulti, vt dictum eſt. Ex iſta ratione probo concluſionem. In illo qui metu (licèt cadenti in inconſtantem virum) conſentit in matrimonium, concurrũt omnia iſta: ergo ſi ob iſta primus contractus iure naturali inualidatur, & ſecundus ſimiliter. Patet. Quia cum ſic inconſtans vir, moueatur leui metu: vt coactè conſentiat, ſicut conſtãs graui, ſequitur vel quòd non erit proles, vel ſi ſic, non debitè educabitur. Quia non manebunt diu ſimul, qui inuiti coniuncti ſunt. Sequitur etiam ꝙ non erit operum communicatio, ergo iure naturali ſi vnum matrimonium inua-

In 4. d. 29.



inualidum eſt: ſimiliter & aliud erit.

4 Timor maior vel minor non aſſignatur ex natura rei, quia meticuloſus, & auarus poteſt plus timere iacturam paruæ pecuniæ, quàm vir fortis mortem. Minor enim libertas eſt in auaro ad contrahendum matrimonium timore amiſſionis pecuniæ, quàm ſit in conſtanti, timore mortis, ſed hoc ſecundum eſt nullum iure naturæ, ergo primum. Alioqui metus ex natura rei eſſet conſiderandus, quod non apparet. Argumentum ſumitur ex dictis Panor. cap. Cùm locum. de ſponſ. vbi dicit, ꝙ minor metus ſufficit in muliere ad hoc quòd ſit iuſtus, quàm in viro. vt ſupra diximus. Sic gl. in cap. Cùm locum. de ſponſa. Quam ſequitur Anton. & Panormi. & Cardinal. Alexand. & Roman. ſingul. 228. & Socin. conſil. 64. volum. 1. & Hoſtienſ. in cap. Veniens. extra de ſponſa. De quo vide Tiraquel. de legibus connubial. l. 9. num. 121. Sequitur ergo, quòd ex qualitate perſonæ metꝰ metiri debet, ſed noui orbis incolæ ſunt nimis meticuloſi, & debiles, ergo metus in eis erit magnus, etiam ſi leuis videatur ſecundum naturam rei.

Panor. Anto. Panor. Cardi. Alxand. Tiraq. l. 9. connub. fo 82. nu. 121.

5 Qui dicunt timorem cadentem in conſtãtem virum inualidare matrimonium, dicunt, quis ſit iſte timor, & qualis, iudicio, & arbitrio boni viri relinquitur, vt ſupra dictũ eſt. Cũ ergo leuem hominẽ, & meticuloſum leuia, poſſint mouere tantum, ſicut grauia, virum fortem, ſequitur ꝙ eadem erit ratio vtriuſque.

Ex iſto ſequitur, ſi talis conditionis ſint homines, vt ſunt nimis meticuloſi, & inconſtantiſsimi, & ſeruilis conditionis, ſi metu contrahant, & conſentiant, in foro conſciẽtiæ ſtando: non eſt iudicandum pro matrimonio, niſi conſenſus liber adueniat de nouo, quantumcunque cauſa, qua mouetur, leuis ſit ſecundum ſe: quia licet leuis in ordine ad virum fortem, & conſtantem: eſt tamen grauis nimium reſpectu meticuloſi, & inconſtantis. Ex quo poteris multa dubia abſoluere circa Indos, qui ſæpe confitentur ſe timore, contraxiſſe. Et ſatis hoc manifeſtant, quia facilè diuertebant eo quod inuitè contraxerant. Habes etiam, quòd cùm tempore infidelitatis nõ tenerentur legibus Eccleſiæ: matrimonium cõtractum inter eos eſt iudicandũ ſecundum ius naturale, & ob id nõ fuit verum matrimonium, ſi ex illo leui metu valde coactus eſt talis, ad conſentiẽdum. Et probatur vltima ratione. Nã ſi aliquis metu, etiam leui acquiſiuit aliquid, non acquirit ius, ſed tenetur reſtituere illi à quo extorſit per metum: etiam ſi ſit ob timorem reuerentiæ datum, ſi contra voluntatem fuerit datum. Sic diſponunt iura. ff. quare ac. non da. l. 1. §. Quę honorando. Sequitur ergo, quòd ſi quis timore acquiſiuit ius ſupra corpus alterius, ꝙ tenetur reſtituere ſuo domino verò: ſtando in foro conſcientiæ, dato in contentioſo non teneretur. Et iniuſtè poſſidet quod alterius eſt ergo non eſt matrimonium verum in foro cõſcientiæ. Quia non eſt acquiſitio iuris quando intercedit metus. Hæc concluſio eſt contra communem opinio. tamen mihi apparet vera, maximè circa noui orbis incolas. Et ſic abſque diſtinctone videtur ſentire Viguerius.

Corolla.

Nota.

Conſiderandum.

Vltima rõ.

Contra cõmunẽ opi. Inſtitutio. Theologi. cap. 16. § 7. ver. 6.

Ad illa quæ in contra.

Nunc reſtat ad iura reſpondere, quæ videntur contrarium ſonare. Dicendum ꝙ intelliguntur in foro exteriori, in quo pręſumitur, quòd qui metu leui conſenſit, pleniſſimè & liberrimè conſenſit: ſiquidem præſumitur quemlibet virum conſtantem eſſe, & ꝙ non moueretur a re leui, niſi volens. Tamen in iure naturali, & foro conſciẽtiæ, ſtandum eſt in illo quod fuit de facto, non ad præſumptionem. Exemplũ eſt in iure ſatis apertum. Nam. ff. de regu. iur. l. Veniet. Et quod metus cauſa. l. Metum. determinatur, quòd acquiſita per conſenſum metu extortum, teneant in foro contentioſo, ſed in foro conſcientiæ ſunt irrita, vt bene notat Syluester in verbo, Metus. §. vltimo. Sic ergo poteſt eſſe, quòd iura determinent matrimonium contractum ex leui metu tenere: quia præſumit liberũ conſenſum fuiſſe. Et tamen in

Syluest.

in iure naturali, & foro conſcientiæ non teneat, quia non fuit plena libertas ad id requiſita: ſicut teſtamentum habens defectum teſtium, vbi fraus nō interuenit, nec dolus, in foro iudiciali non tenet, ſed in conſcientia, & iure naturali, ſicut egregiè determinat do. Adria. Et ſi fortè alicui hæc opinio noua videatur, rationes tamen quibus hæc fulcitur, non ſunt nouæ. Et mihi valde probabile eſt hoc quòd vnū iſtorum duorum neceſſe ſit concedere, vel ꝙ vbi interueniat conſenſus, ſiue ſit metu cadente in conſtantem virum, ſiue metu leui, eſt matrimonium iure diuino, & naturali, ſed ex Eccleſiæ ſtatuto illud contractum metu cadente in conſtantem virum, annullatur: & aliud tenet, ſicut videtur tenere Duran. & Maio. Vel eſt dicendum, quòd ſi iure diuino, & naturali contractum ex timore cadente in conſtantem virum non tenet: ſicut bene tenet b. Bona. & Scotus, & Panor. in loco allegato ſuprà, etiam nec contractum timore cadente in inconſtantem virum tenebit de iure diuino, & naturali, ſed ſolum ex ſtatuto Eccleſiæ, quæ præſumit liberè conſenſiſſe. Et ratio eſt. Quia vtrobiq; de iure naturali eſt eadem ratio, cùm non ſit plena libertas. Iſtam opinionem videtur tenere. do. de Palud. qui dicit in ſententia, quod eō matrimonium contractum ex metu non iuſto tenet: quia Eccleſia iſtum contractum irritat omnino in pœnam malefacientis, & ſubueniendo oppreſſo, & contractum ex leui metu non irritat, ergo ſaltim ex iſto docto. (ſecluſo iure poſitiuo) eadem eſt ratio vtriuſque Pro hac opinio. facit quod Io. Igneus in l. 3. eleganter. ff. ad Syllani. dicebat: quod matrimonium contractum ex ſolo metu reuerentiali, nullum eſſet, ac ſi ex metu cadente in conſtantem virum, eſſet contractum: dato alijs non placeat hæc opinio. quæ & Scoti eſt.* Et ſtando in hac opinione, oportet cōſiderare differentiam inter votū & matrimonium, quia in voto hęc obligatio fit Deo cùm adſit conſenſus deliberatus ſufficit. in matrimonio vero, quia hominis ad hominem eſt contractus; coactio impedit: etiam ſi ſit conſenſus, ob id irrita ſunt matrimonia, ſic coacta quando votum obligaret.

Adrian. in quoli. 6.

Duran. d. 29 q. 2. Maio. d. 29. q. 2. Ricar. d. 29. q. 2. Cardi. in c. Abbas eod. titulo. Bonauent. in 4. Scot. in 4. d. 29. Panor. Palud. d. 29. 4. q. 1.

Io. Igneus.

Sco. d. 29. in 4.

1. Dubium.

Dubitatur. Si quis metu iuſto contraxit matrimonium, & poſtea manet cum coniuge, & potens fugere, non aufugit: ſed ſemper durat. Vtrùm ſolùm per illam cohabitationem fiat verum matrimonium, quod antè fuit nullum defectu conſenſus. Reſpondetur: quod ſi non interueniat nouus conſenſus, nullo modo per temporis diuturnitatem fit validū, quod à principio fuit inualidum. Et hoc probatur. Nam à principio propter metum interuenientem fuit matrimoniū nullum ex defectu conſenſus. ergo ſi non adueniat de nouo conſenſus, nullo modo fiet ratum, & validum, quod antè fuit nullum. Quia idem ſine aliqua mutatione ſui ſemper facit idem: ergo ſi ille primus cōſenſus ſemper manet, nullo modo ipſo manente, fiet validū matrimonium, quod inualidum eſt. Et patet ex c. Accedens. de conuerſione coniuga. vbi mulier metu, viro ſuo dederat licentiam intrandi religionē; & ipſa manſit in domo monialium, nō accepto habitu: poſtea vero vir retrocedens, relinquens habitum, petitur ab vxore, & reſtituitur ei. Ecce quomodo illud quod metu extortū fuit, per diuturnitatem temporis non fit validum. Et ibidem glo. Alioqui compelleretur ad religionē, & non vt vxorem aſſumeret. Et idem determinatū eſt in l. 2. & penul. C. Quod metus cauſa. Et idem Inno. in c. Super eo. de renunciat. Et Panor. in cap. vltimo. de cōditio. appoſi.

Solutio.

Quod à principio fuit inualidū non fit validum ratione tēporis.

Ariſto. 2. de gener. tex. co. 56. S. Bonau. d. 29 q. 2. Viguerius in ſuis inſti. theo. c. 16. §. 7. ver. bo. 6.

Inno. Panor. Inſtantia.

Contra iſtam determinationē videtur textus apertus. c. Ad id de ſponſalibus; vbi eſt caſus, ꝙ puella vndecim annorum metu, cuidam viro conſenſit in matrimonium: poſtmodum vero liberè cohabitauit per annum, & dimidium, petebat ipſa diuortium. Reſpondet ſummus Pontifex. Quamuis vndecim annos habens, ab initio inuita fuiſſet ei tradita, & renitens, tamen quia poſtmodum per annum, & dimidium ſibi



ſibi cohabitans conſenſiſſe videtur, ad ipſum eſt cogenda redire, nec de cætero recipiendi ſunt teſtes, ſi quos memorata mulier, ad probandum quòd non conſenſerit in eundem nominauerit producendos; cùm mora tanti temporis huiuſmodi probationem excludat. Mandamus igitur, ut propter hoc nō omittas quominus vtrunque compellas, ad alterum maritali affectione tractandum. Ex iſto textu videtur ſumi argumentum contra determinationem. Quia per ſolam cohabitationem ſine alio cōſenſu iudicatur pro matrimonio.

Solutio.

Ad hoc reſpondetur, quòd textus non eſt contrarius, imo facit multum pro nobis. Ibidem enim determinatio fundatur in præſumptione conſenſus de nouo. Siquidem ex hoc quòd liberè cohabitauit, præſumit Eccleſia de ea, quòd non manſerit in peccato, commiſcendo ſe carnaliter ei, quem non acceperat in virum liberè, ſed quòd poſt conſentiens, cohabitauit cum eo abſque peccato. ſic in foro exteriori iudicandum eſſet pro matrimonio, ſtante tali præſumptione conſenſus: ſed in foro conſcientiæ ſi conſtet non fuiſſe talem conſenſum de nouo: nunquam eſſet tenendum pro matrimonio, quantumcunque per longū tempus maneant ſimul. Et iſta eſt communis ſententia. De quo vide Oldra. conſil. 35. Et Calde. conſi. 1. Et Bart. in l. Si ob turpem. ff. de conditi. ob turp. cauſ.

Oldra. Calde. Barto. Dubium 2. Dilutio.

Sed an matrimonium blanditijs, vel importunationibus contractū, teneat?

Reſpon. quòd tale tenet, tam in foro exteriori, quàm de iure naturali, & diuino. Quia vbi eſt plena libertas, cōtractus tenet, ſed in matrimonio contracto blāditijs, & importunationibus eſt plena libertas, ergo matrimonium erit validum. Et probatur. Nam ibi minuitur libertas, vnde voluntarium tollitur, & tantum quantum diminuitur de voluntario, tantundem libertatis diminuitur: ſed per blāditias nullo modo voluntarium tollitur, quia naturaliter fert in huiuſmodi blanditias voluntas, neque refugit. Et nulla tollitur libertas, ſed magis creſcit: ſicut doctor ſubtilis dicit, ꝙ in inductione per blanditias, & delicias, multum eſt de voluntario, & parum de inuoluntario, ſic ꝙ ſi voluntas ipſa ſibi dimitteretur, proſequeretur ipſas blanditias, quia ei connaturale eſt, ergo non cauſant inuoluntarium. Et ob id matrimonium hac ratione contractum, erit omnino validum.

S. Tho. 1. 2. q. 6. art. 6.

Scot. 4. d. 29 q. 1. ad. 3.

Eodem modo contractum importunationibus poſſet probari. Nam importunationes non tollunt liberatem plenam requiſitam neceſſario ad matrimonium, ſuppoſito quòd ſolùm ſunt importunitates, & non comminationes. Nam importunationes aliquo modo mouent voluntatē, ſed non mouent, vt aliquid adimant voluntarij: quia illas importunationes non exiſtimant tanquam aliquid verum, quod moueat ipſam, ſed tanquam quoddam apparens: quod præbet incentiuum eliciendi actum volendi. Non tn̄ ꝙ omnino moueant ipſam voluntatem adactum. Sicque ex parte hac (quia quæ minima ſunt, pro nihilo reputantur) habet, quòd matrimonium huiuſmodi importunationibus contractum, non ſit inualidum aliquo iure: dummodo non concurrant minæ. Nam ſi concurrant, importunationes, & timor reuerentialis, impedirent, vt optimè Matthæus de Affiict. deciſio. 69.

Matth. de Affiict.

3. Dubium.

Dubium eſt tertium. Si quis iuſtè ad ſupplicium ducatur, & timore mortis, conſentiat in matrimonium, vtrùm ſit validum. Vt ſi alicui dicatur, qui ad mortem eſt damnatus: ſi in iſtā conſentias, pœnam mortis euades, alioqui ſuſpenderis, & tali metu compulſus, conſentit. Vtrum ſit inualidum matrimonium. Certum eſt, quòd ſi talis metus inferretur extra iſtum caſum (quo iuſtè ad mortem damnatus eſt) ꝙ non eſſet matrimonium validum. Vtrùm ergo ſit validum modo, propterea quia nulla ei ſit iniuria.

Solutio.

Reſpondetur. Tale matrimonium eſſe validum. Probatur. Quia ſic compulſo ob mortis timorem nulla fit iniuria,

iuria, ſed ad huc condonatur ei, & pœna remittitur: ſequitur ergo quòd cũ ſit ſine iniuria, & non propriè coactio interueniat, ſed beneficium, & libertas, q̃ tale matrimonium erit validũ, ſi omnino conſenſus interior adſit.

Meritrix poteſt petere illũ qui ad patibulũ ducitur.

Et hoc probari poteſt ex cõſuetudine laudabili aliquarum regionum, vbi meretrices publicæ ſolent tales, quia ad patibulum ducuntur, petere in maritos: & conceduntur eis, tanquam ſi inter eos ſit verum matrimonium: dato q̃ ille qui ad ſuſpendium ducitur, nullo modo iſtam eſſet accepturus in vxorem, niſi timor mortis, quia certo ſcit ſe mortem non euaſurum, niſi iſtam ducat vxorem. Et ſic ſimiliter ſi aliquis rogaret priuatum regis, vt à rege impetraret remiſsionem criminis capitalis, & filiam ſuam duceret in vxorem, quàm alioqui non duceret: verum eſſet matrimonium, quia ibi nulla interuenit iniuria. Sic Iacob. de Bellouiſo. in practica crimi. titu. de lenonibus. Et Paris de Puteo, tractatu de ſyndicatu, in verbo. Pœna. Et Guiliem. Bene dict. in c. Rainut. de teſtamen. verbo, mortuo teſta. Et Caſſanæus, de conſuetu. Burgun. rubri. 1. §. 5.

Iac. de Bellouiſo. Paris de Puteo. Guiliel. Caſſaneus. Corolla.

Clariſsimè ex hoc ſequitur, quòd ſi aliquis timore mortis, quam debet pati, ſed iniuſtè, tamen conſentit in matrimonium, q̃ non eſt validum in foro conſcientiæ, neque in foro exteriori. Vt ſi quis iniuſte ad mortem ſit damnatus, & vt mortem euadat, conſentit, non tenet: ſecus tamen eſſet, vbi iuſte ſecundum allegata, & probata eſſet damnatus, dato ipſe eſſet innocens, quia tunc ſi conſentiret, videtur omnino dicendum quòd teneret. Nam dato ipſe ſit innocens, cùm ſecundum allegata; & probata reperitur nocens ad mortem: nulla ſit ei iniuria, ſi compellatur ad matrimonium. Et quod diximus de morte, intelligendũ eſt de alia quacũque graui læſione, vel de graui verberatione.

4. Dubium. Quartum dubium. Si quis tamẽ cõtrahat timore pœnæ pecuniariæ, vel alterius, quæ poſita fuit in contractu ſponſalium, Vtrum teneat.

Dilutio.

Reſpondetur, Quòd in foro cõſcientiæ non tenet: ſi ita eſt, q̃ timore talis pœnæ, ſit contractus matrimonialis. Et ratio eſt. Quia non videtur eſſe plena libertas neceſſaria ad matrimonium. Et hoc determinatur extra de ſponſa. c. Gemina. vbi pœna appoſita non obligat. Quia matrimonium debet habere liberatem: hoc dat pro cauſa ſummus Pontifex. Sequitur ergo, q̃ ſi iſta non adſit, ſiue, ſit parua pecunia, ſiue multa, q̃ matrimonium non tenet, ſaltim in foro conſcientiæ, & ſtando in iure diuino. Licet Panor. ibidem intelligat, quando eſt amiſsio omnium bonorum, vel maioris partis, quia ſi paruæ rei (dicit ipſe) eſt matrimonium.

Panor.

* Poſt primam editionem hanc noſtram in lucem exiuit, quam magiſter Soto in 4. ſen. præmeditate ſcripſit, & hoc argumentũ (vt cætera ſolet) egregiè tractat, & latiſsime in diſt. 29. q. 1. arti. 3. vide quę hic deſiderari poſſunt, quãuis non conſentiat in illis quæ in 7. concluſione à nobis probabiliter dicta ſunt.

Non nulla alia quæ digna ſunt cognitu, vide in appendice in fine & modo in Concilio Tridentino, in ſeſsione 24. c. 9. de reformatione ſub anathemate, eſt interdictum, q̃ nullus cuiuſcunque ſit conditionis directe vel indirecte, ſubditum ſuum, vel alium cõpellat ad matrimonium contrahendũ. Quòd anathema execrationem, ſeu maledictionem dicit, vt infra in appendice etiam ſi Nauarro in additione ad Manuale in c. 28. in additione ad c. 27. num. 150. anathema ſumat pro excommunicatione.

## ARTICVLVS nonus.

*Vtrum ſi aliquis metu cadente in cõſtantem virum matrimoniũ promiſit, poſtea per copulam ſubſequutam fiat matrimoniũ de præſenti. Contingit ſæpe hic caſus.*

Pro



Nota.

PRO ſolutione notandum eſt. Quia vel loquimur in foro conſcientiæ, vel in foro iudiciali. Secũdo. Vel copula eſt extorta vi, vel nõ. Tertio. Vel qui metu contraxit ſponſalia, tempore copulæ habet actũ. Nolo iſtum vt virum, vel habet affirmatiuum conſenſum. Vel nullum habet, quia de eo non cogitat. His ſuppoſitis, reſpondetur.

1. conclu. Prima concluſio. Si in ſponſalibus fuit metus, ratione cuius non libere conſenſit: per ſolam copulam ſequutam, in foro conſcientiæ, nullum eſt matrimonium. Probatur. Quia in foro conſcientiæ, ille metus inualidauit contractum, ergo quicquid poſtea ſequatur, niſi ſit alius nouus conſenſus, non fiet validum. Probatur apertiſſime. Quia quod a principio non valuit, ſine aliqua mutatione non poteſt poſt valere.

1. ratio. regulę iuris in 6.

2. Ratio. Si copula ſolum probaretur inter duos, nullum eſt matrimonium in foro conſcientiæ: ſi nihil præceſsit, ergo etiam ſi ſponſalia, violentia contracta præceſſerint, quia illa nullam vim habent: ſed eſt ac ſi non eſſent. Et probatur. Extra de ſponſa. cap. Tua nos. Vbi qui ſine metu verba protulit, ſed interiùs conſenſum non habuit, licet copula carnalis interuenerit, in foro conſcientiæ, non iudicatur matrimonium: ergo etiam in propoſito à fortiori, vbi metus interuenerit, etiam copula ſuperueniente, ex hac ſolum non eſt matrimonium. Patet ex. c. De illis. de ſponſa. impub. vbi determinatur, q̃ niſi poſt violentiam, conſenſus acceſſerit, non eſt matrimonium.

2. conclu. 2. concluſio. Si ſpõſalia fuerunt metu contracta, & in commixtione carnali nullus fuit actus, vel fuit contrarius, nullum eſt matrimonium in foro conſcientiæ. Probatur quo ad primam partem, quæ habet difficultatem. Nam ad matrimoniũm in foro conſciẽtiæ requiritur verus, & legitimus conſenſus. cap. Tua nos. de ſponſalibus. ſed ibi non eſt talis: quia primo non fuit in ſponſalibus, cùm metu extortus non ſit ſufficiens: nec in commixtione fuit, quia ſupponimus nullum talem habuerit, ergo non eſt verum matrimonium in foro conſcientiæ. Ita concluſio elucidat magis primam.

3. cõcluſio. Poſt ſponſalia contracta metu, copula carnali ſubſequuta, cùm actu interiori conſenſus, faciunt quo ad Deum, verum matrimonium. Probatur. Matrimonium contrahitur per conſenſum expreſſum: ſed in tali fœmina fuit verus conſenſus interior, & expreſſus verbis in ſponſalibus: & poſt facto, in copula: ergo verè erit matrimonium. Quia videtur libere cõſenſiſſe: dũmodò in copula nulla fuerit violentia. 3. conclu. Ratio.

4. concluſio. Poſt ſponſalia de futuro contracta, metu cadente in conſtantem virum: copula carnali ſubſequuta, etiam non violenta, non fit matrimoniũ in foro iudiciali. Probatur ex c. His qui. de ſponſ. vbi determinatur, q̃ ſi poſt ſponſalia copula fuerit ſubſequuta, non violenta, fit matrimoniũ. Si ergo matrimonium præſumitur ex copula, quia præceſſerũt legitima ſpõſalia, vbi non fuerunt talia, per ſolam copulam etiam non violentam nõ poteſt matrimonium præſumi. Item probatur. Quia omnino annullat matrimonium contractum per talem metum, ergo a fortiori etiam non iudicabit matrimonium per ſolam copulam, ſi talis metus præceſſit. 4. conclu. Ratio. 2. Ratio.

5. concluſio. Poſt ſponſalia de futuro leui metu contracta, copula ſubſequuta, facit matrimoniũ in foro exteriori, quantũ ad pręſumptionẽ, ſi copula non fuerit metu extorta. Probatur: Matrimonium de præſenti cũ tali metu contractũ, eſt verũ matrimoniũ, ergo ſpõſalia illo metu cõtracta ſunt vera ſpõſalia, ſed vera ſpõſalia, poſt copulam ſubſequutã faciũt matrimonium de p̃ſenti, ex. de ſpõſ. c. His qui ſi. ergo. 5 conclu. 1. Ratio.

Item. Quia qui leui metu contrahit ſponſalia, præſumitur liberè conſenſiſſe, & quòd conſenſu maritali conſummauerit, & nõ fornicario. * Dixi 2. Ratio.

quo ad præſumptionem quia quo ad veritatē ex conſenſu pendet. Et de coactione ad matrimonium, in Concilio Tridentino ſic diffinitum eſt: vt nullus ſub anathemate cogat, de quo infra in appendice.

De impedimentis, & primo de interdicto Eccleſiæ.

Sed quia de coactione incidit ſermo, quæ matrimonio impedimentum infert, libet impedientia matrimonium exactè tractare.

Duplex eſt impedimentum matrimonij. Vnum quod præcedit, matrimonium. Aliud quod ſequitur. Item dupliciter conſideratur. Vel quia impedit contrahendū, ſi præcedat, ſed factum tenet, nec diſſolui poteſt. Aliud eſt impedimentum quod impedit contrahendum, & dirimit iam cōtractum. De primis loquendo, ſunt vndecim, quæ quidem impediunt contrahendū, ſed cōtractum non dirimunt. Et ſunt iſta. Primò. Interdictum eccleſiæ. Secundò. Votum ſimplex caſtitatis. Tertiò. Sponſalitium cum altera perſona. Quartò. Si quis eſt iunctus alteri catechiſmo. Quintò. Inceſtus cum affinibus, hoc eſt cum conſanguineis coniugis. Sextò. Vxoricidum. Septimò. Raptus alienæ ſponſæ. Octauò. Proprij filij de fonte, vel ad chriſma ſuſceptio. Nonò. Presbytericidum. Decimò. Solennis pœnitentia. Vndecimò. Coniugium ſcienter cùm moniali. Hæc omnia ſunt impedientia matrimonium, ex ſtatuto Eccleſiæ, vt. ſ. aliquis habens aliquod iſtorum, cōtrahere non poſſit abſque peccato, ſecluſa diſpenſatione, exceptis duobus. ſ. ſponſalitio, & voto ſimplici caſtitatis. Quia iſta omnino impediūt, vt licet quis contrahere nō poſſit ex iure naturali. Et quia intentio, & votum noſtrum hoc eſt, vt præcipuè de matrimonio diſſeramus, quantum ad præſens negotium in nouo orbe maximè ſpectat, aliqua impedimenta prædictorum declarabimus, quæ contingunt, vt intelligamus, quomodo miniſtri debeant ſe habere. Et primò de impedimento, quando contra interdictum, & prohibitionem ſanctæ Eccleſiæ, quod eſt vnum inter cætera recitata, quo exiſtente, nullus licitè poteſt contrahere, & abſque pecato. Per Eccleſiæ pceptū intelligimus, vel Pōtificis interdicentis clādeſtina ſponſalia fieri, vel Epiſcopi idipſum prohibentis, vel alicuius intercedentis coniugium ex aliqua rationabili cauſa.

Impedimēta quæ non dirimunt ſunt 11. Interdictū Eccleſiæ votū ſimplex ſpōſalitium.

Interdictū eccleſiæ.

# ARTICVLVS decimus.

## De clandeſtino matrimonio.

PRIMO. Clandeſtina matrimonia fieri eſt prohibitum. Oportet autē priùs ſcire, quod dicatur matrimoniū clādeſtinū. Et omiſſis ſex modis, quos Paludanus aſſignat, ſolùm duobus modis capiamus clandeſtinum, vt capit Panor. & Ioan. Andr. in additio. ad Speculatorem. Et ſicut gloſſa in c. fina. de clandeſti. deſponſ. Hi vero ſunt, quādo fit matrimonialis coniunctio ſine teſtibus. Vel quādo fit teſtibus adhibitis, ſed ſine ſolennitatibus fieri aſſuetis, vel bannis. Iſtis duobus modis omnino, & proprie contingit clandeſtinum matrimonium fieri. Et vtroque modo prohibitum eſt fieri ab eccleſia, vt patet, extra de clandeſ. deſpon. Et eſt peccatum hoc, vel illo modo contrahere, & ſi matrimonium tale ante Cōcilium Tridentinum erat ratum, & validum. Et ſic pro certo tenendum. In quo quidam (alias vir doctus, & grauis) decipitur, putans ſic ab eccleſia olim prohibitum, vt etiam factum ſit irritū. Decipitur, inquam, quia ad hoc ꝙ illud eſſet nullum, requiritur perſonas ſic cōtrahentes eſſe inhabiles per eccleſiam. Quod, licet docti fieri deſiderauerint, non tamen ad huc erat determinatum. Ob id matrimonium tenet, vt S. Tho. & cōmuniter Theologi. Et Decius conſide. 163. & 231. Et Præpoſitus. Rubr. De cland. deſpon. De quo in l. fi. ti. 3. par. 4. Et Conci. Colonienſe tracta. de matri. Et vide Raine. 2. p. ver. matrimonium. c. 6. * Modo tamen in concilio Tridentino determinatum eſt, vt in fine erit notū.

Palu. in 4. d. 28. Panor. Io. Andr.

Glo. Hugo. li. 2. de ſa. p. 11. cap. 5.

Matrimon. clandeſ. pro rato & firmo haben.

S. Tho. in 4. d. 28. art. 3. Doct. ibid. Eraſmus in ānot. 1. co 7 Conc. Colō.



Quæſt. incidens.

Sed pro maiori declaratione incidēter quæritur, Vtrùm ſit peccatū mortale ſemper contrahere primo modo clandeſtinè ſine teſtium præſentia. Sit caſus: Sunt duæ legitimæ perſonæ, cōueniunt inter ſe, & matrimonium contrahunt, Vtrùm ſit mortale.

Nota. 1.

Pro ſolutione dubij oportet diſtinguere. Vel quærimus hoc eſſe peccatū mortale propter eccleſiæ præceptum ſolùm, vel quòd ſit peccatum mortale ſtando in iure naturæ. Quia ſi primo modo, ſequitur quòd infidelis contrahendo haud peccaret, de quo nec teneretur pœnitere, ſi conuerteretur ad fidem. At ſi ſecundo modo, ſequitur infideles contrahendo peccare. cùm ius naturæ ſit idem apud omnes.

Iſido. in li. Etymolo.

Nota. 2.

Eſt etiam 2. conſiderandum, quòd pœnæ quæ apponuntur contra clandeſtine contrahentes, non habent locum in ſponſalibus de futuro, etiam ſi fiant clandeſtine. Sic Gloſſa. in Clementi. vni de conſang. & affini. Idem Cardi. in c. Cùm inhibitio. & Felin. in rubri. de ſponſa. Quāuis Abb. in dicto c. contrarium dicat, & Didac. Caſtillo. in expoſitione. l. Tauri. l. 49. putet idem in ſpōſalibus de futuro. Ratio ergo quòd non intelligatur eſt: quia ſponſalia de futuro non ſunt clandeſtina matrimonia: licet dicantur clandeſtina ſponſalia. Et qui clandeſtine aliquam deſponſaret de futuro, non eſſet excommunicatus, à iure contra ſupplementum Gabri. His prænotatis, reſpondetur. Prima concluſio.

Gloſſat. Cardinal. Felinus. Abbas. Did. Caſt. Cōtra ſup. in 4. d. 28. q. 3. ar. 2.

1. conclu. & ra. eius.

Contrahere clandeſtine primo modo citra neceſsitatem vrgentē eſt peccatum mortale. Probatur, extra, de clandeſtina deſponſa. c. Cùm inhibitio copu. vbi prohibetur iſta fieri, ſed cùm res ſit prohibita, & grauis, ſequitur quòd ſit mortale. Sic Syluest. quia materia eſt ponderoſa. Et probatur ratione ꝙ ſit mortale. Eſt quidem peccatū, & non veniale: ergo mortale. Probo antecedens, ſ. ꝙ non ſit veniale. Quia peccatū indicatur veniale ex paruitate iniuriæ, vel ex paruitate materiæ, & è contrario, mortale ex magnitudine tali, ſed in matrimonio clandeſtino eſt huiuſmodi grauitas, & notabile nocumentū, ergo eſt mortale. Probatur ex fine matrimonij. Ordinatur enim matrimonium ad prolem tanquàm ad finem principalem: vt nō ſolùm ſit procreatio eius, ſed vt optime educetur, & debitè: ad quod mutua vtriuſque requiritur cohabitatio. Itē. Eſt ſecundario ad operum communicationem viri & fœminæ: quia quædam ſunt propria viri, alia propria fœminæ. Et non poſſet vir ſolus ſibi ſufficere, neque fœmina. Et hac ratione eſt naturalis huiuſmodi coniunctio viri & fœminæ, ſed ex tali clandeſtina cōiunctione iſte finis (imo vterque) impeditur, ergo ſequitur cùm ſit graue nocumentum prolis, quòd erit mortale. Nā ex hoc quòd ſine teſtibus contrahunt: deficit probatio, qua deficiente, tranſeunt ad alia matrimonia: verum matrimonium diſſoluitur, quo diſſoluto, fit maximum nocumentū proli: quia non poteſt debitè educari. Fit ſimiliter nocumentum volenti cohabitare: quia non eſt operū communicatio. Fit iniuria Eccleſiæ, quia verum & legitimum matrimonium contemnitur, & diſſoluitur, quia deficiunt probationes ſufficientes. Et non quomodocunque iniuria, ſed grauis fit, quæ eſt mortale.

Syluestr. in ver. matri. 2. §. 17. S. Tho. 1. 2. q. 88.

Supra art. 1. Ariſto. 1. Oeco. c. 3. & alibi ſæpe.

Secundo. Vbi fornicatio, & adulterium præſumitur, ibi & peccatū mortale, ſed in clandeſtino matrimonio eſt huiuſmodi: vt patet ex determinatione Euariſti Papæ. 30. q. 5. c. Aliter. vbi dicitur. Aliter legitimum non fit coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parentibus, & propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tēpore à ſacerdote (vt mos eſt) benedicatur. Ita peracta, legitima ſcitote eſſe connubia, aliter verò præſumpta, non coniugia, ſed adulteria, vel ſtupra, vel fornicationes potiùs, quam legitima coniugia non dubitatur, niſi vota ſuccurrerint legitima. Quod Hugo intelligit, id eſt, niſi publice coram teſtibus

Euariſt.

Hugo. 2. de ſacra. pa. 11. ca 5.

teſtibus ſe mutuo conſentire profiteãtur. Ecce ex iſta Pontificis determinatione conſtare eſt manifeſtum talem clandeſtinam coniunctionem ſine teſtibus eſſe peccatum mortale. Quia vel ſtuprum, vel fornicatio, vel adulteriũ præſumitur.

3 Idipſum tertio probatur ex decre-
Hormiſda. tis Hormiſdæ Papæ.c.6.Et adducitur. 30.q.5.c.Nullus fidelis vbi dicitur. Nullus fidelis cuiuſcunque conditionis ſit, occultè nuptias faciat.

4 Item. Pœna grauior pro grauiori infligitur culpa, & pro leui culpa non grauiſsima infligitur pœna: ſed pro tali clandeſtina coniunctione grauiſsima pœna excommunicationis infligitur, vt patet. Quia in omnibus diœceſibus communiter ſub excommunicatione eſt interdictum. Imo in Salmantina, in cõſtitutionibus, nu.42. ponitur, quòd talis excommunicatus ſit vitandus abſque denuntiatione (quod tamen non eſt tenendum, quia contra con-
Concilium Cõſtan. ſub Mar. 5. de quo S. Ant. 3. p tit. 21. cap. 3. ſtitutionem Martini 5. in Concilio Cõſtantien. quæ dicit, oportet eſſe nominatim excommunicatos vel percuſſores manifeſtos clericos.) Ergo ſic contrahere nõ eſt leuis culpa, ſed grauis. ſi peccatum mortale. Hæc eſt communis opinio omnium, de quo egregiè
Caiet. in opuſc. tom. 1. q. 2. Caiet. Si quintam rationem addere velis. Scandalũ ſcilicet quod generat alijs, quia eos tanquam cõcubinarios habent. Et adhuc philoſophi vidẽtur inſinuare eſſe malum ſic contrahere,
Apuleius. vt Apuleius libro 6. ſui aſini aurei, quando adducit Venerem argumẽtantem non eſſe legitimas nuptias inter Cupidinem, & Phiſcem, cùm res acta ſit furtim.

2.conclu. 2.concluſio. Cõtrahere clandeſtinè ſine teſtibus, ſecluſa neceſsitate vrgente, ſecluſo iure poſitiuo, ſtando in naturali, eſt peccatum mortale. Quia ſe-
Ratio. cluſa Eccleſiæ prohibitione, habet in ſe malum graue mortale. Nam eſt graue nocumentum prolis, & vtriuſque coniugum, cùm poſsint liberè alia contrahere matrimonia, ergo etiam ſine iure poſitiuo hoc eſt malum. Et quia graue eſt, erit mortale. Eſt etiam graue nimis, & nociuum reipub. & ad conſeruationem quietam eius, eo quòd ſecretè contrahentes facilè diuertant.

Ex quo ſequitur, quòd infideles ſic Corollar. Nota.
contrahentes peccabant mortaliter: quia & ſi lege poſitiua humana nõn obligabantur: tamen iure naturali ſunt aſtricti, & ſi modo conuerſi faciant grauiſsimum peccatum committunt, & multo grauiùs, quanto facillius adinuicem recedunt, & deficientibus probationibus, & teſtibus vno negante, alius manet fruſtratus legitimo coniuge. Et hoc maximè monendum, & eis conſulendum omnibus modis, vt non modo clandeſtino contrahant. Cauſam tamẽ vrgentem voco, quando poſſet clandeſtinè matrimonium fieri abſque peccato: vt ſi puella ſub malignis tutoribus degẽs ne tradatur viro inſipienti, oblata oportunitate contrahere cum viro ſibi grato abſque teſtibus. Vel quando poſt excidium, & ciuitatis deſtructionẽ euadunt duæ legitimæ perſonę, inter eos poteſt clandeſtinum celebrari matrimonium abſque peccato. * Et ſi modo id fieri nõ poteſt quia in Concilio Tridentino eſt prohibitum, vt in fine in appendice videbitur. Et quando duo publicè cõtraxerunt exiſtente impedimento, & poſt ablato, clãdeſtine contrahunt ad vitandũ ſcandalũ, licet Catharinus lib. 5. cõtra Caie. Catha. li. 5. cõtra Caie.
non putet hoc clandeſtinum. Iſtis caſibus ſecluſis, vel ſimilibus, tenet verum eſſe mortale contrahere clandeſtine,
Et Caiet. in opuſculis expreſſe hanc te Caie. 1. to. q. 2.
net ſententiam. Et præter hos poſſunt
eſſe alij caſus, qui repentine facti clan Henri. c. fi. codẽ tit. & Prepo. ibi.
deſtine, vt ſtatim publicentur, excuſabunt. Etiam ſi quis in gradu prohibito contraxit, poſt adducta diſpenſatione licet ſecretè contrahunt, vt infra diximus. Dixi infideles contrahendo ſic clandeſtine peccare mortaliter: intelligendo de ſe, niſi propter ignorãtiam inuincibilem excuſentur, quos credo excuſari, ante fidem ſuſceptam. Quia dato hoc ſit de lege naturæ ma-
lum tamen non eſt de primis princi- Nota.
pijs legis naturæ, ſed eſt de concluſionibus, quæ eliciuntur ex principijs, quibus



quibus prohibetur quicquid difficilẽ facit finem, ad quem natura ordinat, vt eſt pluralitas vxorum, quia non commode eſt communicatio operum, vbi ſunt plures fœminæ. Et ſic clandeſtine contrahere, eſt in malum prolis: non ꝗ totaliter eam tollat, ſed quia non facile, imo difficulter educabitur: cùm facile coniuges clandeſtine contrahendo diuertant adinuicem, & quæ facilitas dimittendi non eſſet niſi propter clandeſtinum. Sicque poteſt eſſe de hoc ignorantia, & non exiſtente, eſt mortale. * Et modo inter fideles clandeſtine contractum ſine teſtibus, non valet, quia ſunt inhabiles perſonæ ad ſic contrahendum, vt in fine dicemus.

3.conclu. 3.concluſio. Clandeſtine contrahere ſecundo modo, id eſt, coram teſtibus, ſed ſine bannis, vbi conſueta ſunt fieri, & hoc ſine cauſa rationabili, eſt
Ratio conclu. peccatum mortale. Probatur authoritate Innocent. 3. extra de clande-
Innocen. 3. ſti. deſponſa. cap. Cùm inhibitio. vbi dicitur. Cùm inhibitio copulæ coniugalis ſit in vltimis tribus gradibus reuocata, eam in alijs volumus diſtricte ſeruari. Vnde prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhærendo, clandeſtina coniugia penitus inhibemus, prohibentes etiam ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem ad aliam generaliter prorogando ſtatuimus: vt cùm matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſijs per presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito, vt infra eum, qui voluerit, & valuerit legitimum impedimentum opponat, & ipſi presbyteri inueſtigent vtrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cùm autem apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis. Hæc in
Panor. textu. Et Panormitan. ibidem dicit, Banna ſeruanda: vbi eſt conſuetudo. Et probatur. Hæc eſt iuris determinatio, & præceptum, ergo obligat, niſi per contrariam conſuetudinem ſit derogatum: & non ad veniale, quia grauior videtur ex prohibitione, & ex re ipſa circa quàm eſt, ergo obligat ad mortale. Dixi, ſi ne cauſa rationabili. Quia poſſet caſus dari, vbi non eſſet neceſſe banna præcedere, vt notat Archiepiſcopus Florentinus, vel quia eſt ſenex, & veretur, vel quia timetur ne aliquis iniuſte obijciat impedimentũ, tunc banna poſſunt dimitti, maximè de licentia epiſcopi, ſi commodè ha-
beri poteſt. Sed ait idem Be. Anto. ꝗ Anton 3. p. ti. 1. c. 6. §. 5.
vbi conſuetum eſt illa ſeruare, eſt peccatum mortale omittere, * Magiſter Soto in 4. d. 28. q. 1. art. 2. conſilium ſalutiferum putat, ſi huiuſmodi banna relinquerentur, exemplo aliquarum eccleſiarũ, maximè Toletanæ cùm ſuficiat ſolicitos eſſe miniſtros, ne clã ſine teſtibus, atque ſine diligenti inquiſitione fiant coniungia, vide ibi. Hoc tamen peccatum ſolum eſt ſtando in iure poſitiuo propter iſtud.c. Inhibitio. Nam eo ſecluſo, nullum videtur eſſe peccatum, ſi modo fiat coram teſtibus. Vnde infideles ſine talibus cõtrahentes, nullum pecatum commitebant, excepto ſi ſine teſtibus ipſi ſoli id facerẽt, quia tunc peccarent ſecluſo poſitiuo, cùm hoc in damnum prolis naturaliter re-
dundabat. Et hoc patet ex Panor. ſu- Panor.
per.c. Nam concupiſcentiam. extra de conſtitu. vbi dicit, ꝗ lex obligat ſub mortali, quando loquitur per verba præceptiua, aut æquipollentia, vt eſt. Inhibemus. Et ſic eſt in præſenti. Licet hæc non ſit potiſsima ratio obligans, quia per verbum præceptiuum (vt
bene Caſtro in ſuo de lege pœnali) ſo Caſtro. li. 2. c. 5.
let non induci obligatio ad mortale. * Modo in Concilio Tridentino ius renouatum eſt de publicatione neceſſaria ante matrimonium, & quando poſſit prætermitti de conſilio epiſcopi, de quo infra in appendice dubio primo.

Conſiderandum tamen eſt matri- Nota.
monium contractum coram teſtibus ſufficientibus etiam ſi ſine ſolemnitate, quæ in iure poſita eſt fiat, clande-
ſtinum nõ dici propriè, vt notat Abbas Abbas
ibi,

ibi,in ca.Cum inhibitio,& idem Ioan.
Ioan. Lup. Lupus.Sego.in tracta.de matrimonio.
Sylueſter. Sic Sylueſter in verbo, matr.2. in fine.
Pala. Ru. & Palatios Rubi.in c. Per veſtras.notab.3.§.21.& Palu.in 4.d.28.q.2.ar.3.
Palu. Bart. conclu.3.quanuis Bar.in l.ſi.ff.de ritu nupt. contrariũ dicat.De quo Couarru.in epitome 4.decre.2. p.c.6.nu. 10.
Couarru.

Dubium. Dubitatur tamẽ, Vtrũ vſus clandeſtini matrimonij ſit peccatũ mortale, præter illud quod commiſſum eſt in clandeſtino contractu. Vtrùm tales ſint in ſtatu damnationis, vſque dum publicè manifeſtent ſe, & ad inuicem contrahant.

Solutio. ¶ Reſpondet do. Caie. in ſuis opuſculis in q. de vſu clandeſtini matrimonij, ꝙ ſicut & ipſum contrahere eſt peccatum mortale, ſic & vſus eius.

Dilutio. d.Caie.to.1 q.2.Et in ſũma. in verbo, matrimonialis vſus peccata. Supra art.1. Ariſt.1.pol. cap.3. Et 3. Pol. cap.4.

Ad cuius probationem conſiderandum eſt: ꝙ in matrimonij coniunctione dupliciter malum reperiri poteſt. Vno modo, quia malum de ſe, ſicut coniugium patris, cum filia, vel filij cum matre, quia hoc contra legem naturalẽ eſt. Secũdo modo malum: quia prohibitũ, vt eſt inter conſanguineos, & affines. Et vtroque modo vſus clandeſtini coniugij eſt malum ſecundum ſibi annexa. Nam licet ſecundum ſe clandeſtinũ coniugium habeat omnia neceſſaria ad matrimonium; tamen ex hominis proprietate naturali, qua eſt animal ſociale, atque politicum, prouenit turpitudo in clandeſtino coniugio, & in actu eius. Ex hoc nãque ꝙ animal ſit ſociale, & politicum habet, ꝙ eius coniugium, & actus fiant ſine offenſa, & periculo ſocietatis politicæ: ſed vſus clandeſtini coniugij habet annexum offendiculũ vitæ ſocialis, dum vident perſonas commiſceri, quæ non habentur vt coniuges. Atque etiam ſi ne ſcandalo non apparet mulier grauida. Item habet periculũ offendendi ipſam vitã ſocialẽ. Poſſet enim alter coniugum aliũ ducere; dum ignoratur ligatus altero coniugio. Et quia iſta grauia nimis ſunt habet vſus talis clandeſtini côiugij maliciã mortalẽ annexam, rõne ſcãdali, & rõne Eccleſiæ prohibitionis. 30.q.5. quæ tales coniunctiones fornicatione vocat, & dãnabilem dicit vſus ipſius: qđ nõ eſſet, niſi vſus mortalis eſſet. Sicq; duplici ex capite dicẽdum eſt vſum clandeſtini coniugij eſſe mortale, & ſecluſa prohibitione Eccleſiæ, eſſet malum mortaliter. Hoc tamen oportet intelligas de clandeſtino primo modo, quando id ſine teſtibus fit, & nullo modo approbari poteſt, quia in eò verè ſunt annexa multa mala. Et quia qui periculum amat peribit in illo: conſequens eſt, ut illos in ſtatu damnationis ſecundum ſe eſſe putemus, niſi ſe prodant, & vt tales côiuges haberi ſe manifeſtent. Eccle. 3. Et Caiet. ibidem addit, quòd nõ ſolum vſus, qui frequentia actuum importat, ſed etiam actus vnus eſt mortale, etiã cùm ſterili, ſeu vetula, quæ non poteſt concipere, quantumcunque occultus, eſt mortale peccatum, ſicut & ipſe contractus clandeſtinus, propter damnationem Eccleſiæ damnãtis omnem contractum, & concubitum clandeſtinum in ſua ſpecie. Caiet. Ac per hoc omnem concubitum, & contractum clandeſtinũ, & conſequenter niſi rationabilis cauſa ſubſit contrahendi clandeſtine, aut clandeſtine conſummandi, damnationem incurrit. Et ibidem Caietan. monet confeſſores dicens. Conſilium Caiet. Quo circa caueãt confeſſores viduarum nobilium, ne conſulant fornicari, vt contrahant clandeſtinum matrimonium, quaſi licitè deinceps ſatisfacturæ voluptati ſuæ cum clandeſtino coniuge: tũ quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona: Paulus ad Rom. 3. & multo minus vt euitentur peiora, tùm quia per hoc non euaditur peccatum mortale in vſu dicti coniugij: tùm quia adiungitur periculum homicidij vtriuſque aut alterius côiugis, vt pluries vidimus noſtra ætate. Conſanguinei enim multò magis vindicant talia coniugia, quàm ſi fornicatio ſola fuiſſet. Hæc ibi. Caiet. * Verum in iſtis tẽporibus vſus clandeſtini matrimonij primo modo, quando ſine teſtibus, non ſolum damnatus eſt, ſed contractus nõ tenet, quia in Concilio Tridentino tales clandeſtine contrahentes ſine teſtibus, inhabiles ſunt, ad

latius



ſic contrahendũ, vt diximus, & in fine latius explicandum eſt, & aduerte in ſancto Concilio Tridentino, ita fuiſſe controuerſum de clandeſtino matrimonio inter patres, vt pluſquam quinquaginta epiſcopi ex ibidem congregatis, dicerent non eſſe irritanda clandeſtina matrimonia, tandẽ præualuit alia pars, & ex conſilio omnium diffinitum eſt. Item, & eſt aduertendum, ꝙ & ſi clandeſtina matrimonia modo ſint irrita, & penitus nulla poſt Côcilium Tridentinum, ſi in aliqua diœceſi, vbi ſub excommunicatione eſt prohibitũ contrahere, contrahant, qui impedimentum habẽt, incidunt in excommunicationem quia ratio, quare excommunicatio poſita eſt, manet ſemper. ſ. ad vitanda ſcandala & contentiones, quæ oriri ſolent, ex huiuſmodi furtiuis contractibus, ſic ſentit doctiſsimus Nauarro, in additionibus ad Manuale in c.28.in additione ad c.22.nu.70.

## ARTICVLVS vndecimus.

*Vtrum etiam apud infideles hoc teneat verum, quod vſus clandeſtini matrimonij ſit peccatum mortale.*

PRO quo eſt diſtinguendũ. Quia vel loquimur de clãdeſtino primo modo ſine teſtibus, vel de ſecundo ſine bannis. Item ſecundo, vel loquimur de infidelibus tẽpore ſuæ infidelitatis, vel de ipſis poſtquàm ad finem ſunt cõuerſi. Tertio, vel loquimur de ipſis ratione præcepti eccleſiæ, vel ſolum ſecundum naturam rei, ſtando in iure naturæ. De quo ſint concluſiones. Prima concluſio.

1.conclu. Infideles clandeſtine contrahendo ſine teſtibus, licet peccent ſic contrahendo (niſi ignorantia inuincibili excuſentur) non tamen mortaliter peccant, in vſu talis matrimonij. Prima pars ſuperius probata eſt. Secũda probatur. Si tales infideles in vſu talis matrimonij peccarent, eſſet propter annexam malitiam, ſcilicet quia eſt ſcandalum, & quia eſt in præiudicium magnum communitatis, cùm de facili poſſent tranſire ad alia matrimonia, relicto vero coniuge, ſed propter nullum illorum eſt peccatum vſus in ipſis, ergo, non eſt mortale. Probatur. 1. Quia ſcandalum ceſſat: Nam non amplius noui orbis incolæ, quos infideles nouimus ante baptiſmum, commouentur, aut ſcandalizantur ex huiuſmodi clandeſtino matrimonio, quàm ſi eſſet publicum, & coram multitudine quia nullam patiuntur offenſionem. Item. Nec alia ratiõe, quia ſcilicet poſſent diuertere: quia ſecluſo quòd eſſet clandeſtinum, & ſi eſſet publicum, habebant in conſuetudine repudiare ad libitum proprias vxores: & alias ducere, licet ipſa repudiatio fieret per ſententiam iudicis, vt aiunt: vt poſt dicemus in ſecunda parte. Nec erat in hoc aliqua querela, nec reclamatio apud derelictum. Ex hoc ergo vſus talis matrimonij clandeſtini non debet damnari mortaliter. Vel etiam vſus matrimonij publicè contracti deberet damnari, quod non eſt dicendum: ſi quidem ex vtraque parte apparet æqualis ratio quantum ad facilitatem dimittendi: licet poſſet dici differentiam eſſe: quia ſi quis publice duxit, repudiatam, poterat probari legitima vxor, non tamen ſic de clandeſtinè coniuncta. Hoc non conuincit, quia nunqàm cogebantur retinere primam: nam indiſſolubilitatem matrimonij non intelligebant: imò credebant eis licitum, quando uoluiſſent propriam relinquere, & aliam ducere ſicut modò experiẽtia conſtat de aliquibus: imò vt in plurimum cognoui, ꝙ ſi vnã habeant ſolum, licet fuerit ſecũda (prima viuente, & repudiata) non exiſtimabãt peccatum eſſe. De quo in 2.p.inferiùs.

2.conclu. 2.concluſio. Infideles, qui clandeſtine ſine teſtibus contraxerunt infidelitate, poſt ad fidem Chriſti conuerſi, in vſu talis clandeſtini matrimonij, non peccant mortaliter, niſi eis ſit præce-

ptum

ratio. ptum, ꝙ tales veniant ad contrahendum publicè. Probatur primo. In infidelitate manentes, in vſu nō peccauerunt: licet peccauerint contrahendo, & in tali matrimonio poſt fidem ſuſceptam remanſerunt: ergo ſi peccant in vſu, erit propter eccleſiæ præceptum, vel propter ſcandalū, vel propter periculum diuertendi ad alia coniugia. Non propter primum. Quia ignorantia inuincibili talis præcepti excuſantur. Nec propter ſcandalum. Quia inter eos nullum eſt. Nec propter aliud periculum.

2 Si tales conuerſi in vſu talis clandeſtini matrimonij peccarēt mortaliter, ſequeretur quòd ob hoc ſolum eſſent in ſtatu dānationis, ſed non videtur dicēdum, quòd tot damnentur propter hoc ſolum, cùm maior pars ipſorum clandeſtine coniuncti fuerint quando erant infideles.

3 Si ipſi continuò in tali vſu peccarēt, ſequeretur quòd aliquis faciēs quod in ſe eſt, damnaretur, ſed hoc eſt falſū, ergo, Probatur, Demus ꝙ tales conuerſi ad fidem legitimè ſint coniuncti, & nullum aliud peccatum committāt, ſeruent legem Dei & cætera alia eccleſiæ præcepta: tunc tales faciunt quòd in ſe eſt, nec ampliùs tenētur, ergo vel damnatur qui facit quòd in ſe eſt, vel ſi non damnatur, non peccat in vſu talis matrimonij.

4 Item ignorant inuincibiliter ꝙ ſit præceptum de publicè contrahendo, & non poſſunt aliter vincere, niſi per miniſtros, qui eos docent, ſed non monentur in hoc, ꝙ qui in infidelitate cōtraxerunt, veniant, vt modo publicè contrahant, ergo inuincibiliter ignorant. Et ſic excuſantur. * Verum eſt tamen, ꝙ in numeri, ex eis qui olim contraxerunt ſecrete poſt baptiſmū, admoniti publicè contrahunt. 3. concluſio.

3. conclu. Neophyti clandeſtine contrahentes ſine teſtibus, quibus Eccleſiæ præceptum ſufficiēter promulgatum eſt, & peccant mortaliter contrahendo, & in vſu matrimonij non excuſantur à mortali de ſe. Iſta concluſio probatur.

1. ratio. Quia lex Eccleſiæ iuſta & sācta omnes obligat, & tranſgreſſores non ignorantes culpa reos facit, iuxta illud. Luc. 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Sequitur ergo, ꝙ ſi tales habuerunt notitiam præcepti Eccleſiæ (cū res ſit tam grauis) eſſe mortale contrahere: & etiā ſecluſa Eccleſiæ prohibitione propter mala annexa. Secūda pars, quòd in vſu ſit peccatum mortale ſecūdum ſe, probatur ex iam dictis. In omnibus chriſtianis eſt mortale, ergo in neophytis noui orbis, qui tanquam chriſtiani habentur, & ſunt.

2. Itē probatur ex decreto illo Euariſti Papæ. 30. q. 5. c. Aliter. Vbi dicitur, ꝙ clandeſtina coniugia ſunt habēda tanquam fornicationes, vel adulteria, niſi volūtas propria ſuffragauerit. Hugo. li. 2. de ſac. p. 11. cap. 5. Quod intelligit Hugo de S. Victore, vt ſuprà dictum eſt, ideſt niſi illi, qui ſecreto contraxerunt, publicè conſentiant.

3 Tertio probatur. Ille qui eſt in periculo continuo peccati, peccat iuxta periculum in quo eſt: ſed quilibet ipſorum eſt in periculo peccandi mortaliter, ergo peccat. Quia quilibet eſt in periculo liberè dimittendi aliam, & aliud adire coniugium. Et hoc eſt grauiſſimum. Quòd tale ſit periculū patet. Quia cùm non ſint teſtes, quibus reus conuinci poteſt, manebit alter cū damno ſibi illato. Item. ibi eſt maius & clarius peccatum, vbi periculum eſt certiꝰ, ſed inter incolas noui orbis eſt certius ꝙ vnus alium relinquet (quia ſoliti erant) ergo apud eos clandeſtine contrahere erit grauiſſimū, & ſemper in tali periculo manere erit mortale, quandoquidem alij chriſtiani damnātur quantum ad vſum talis clādeſtini matrimonij: meritò & iſti damnandi ſunt. Dixi tamen de ſe: quia, ex aliqua circunſtantia poſſet eſſe licitū, vt puta quia non ſunt vbi publicè contrahere poſſint, eo ꝙ in ſolitudine. Vel quia non habent ſufficientem notitiam præcepti Eccleſiæ, vel non commodè poſſunt coram teſtibus conuenire. Iſtis ſecluſis, videtur propter grauitatem rei eſſe mortale, quia ex conditione





ditione ſua facilè diuertebant. Et ob id magis tenētur ad ſeruandum remedium appoſitum ab Eccleſia. ſ. contrahere teſtibus præſentibus. Differētia. Verùm eſt differentia inter iſtū neophytum, qui poſt fidem ſuſceptam contraxit clādeſtine ſine teſtibus, & inter aliū, qui in infidelitate contraxit, & poſt conuerſus eſt: ſiquidem talis à principio legē chriſtianorum ignorauit, nec obligabatur: poſt conuerſus adhuc inuincibiliter ignorat in peccato manere, eo quòd clandeſtinè contraxit, ſed ſi audiat non liceret, intelligi modo nouo, non tamen audit quòd qui in infidelitate cōtraxerunt, neceſſe eſt de nouo contrahant: ſed fidelis audiuit legem antequam duceret vxorem, & ſi non audiuit, ignorans, nunquam peccauit, ſed poſtquàm ſciuit, tenetur publicè coram teſtibus. Et ſic ex hac parte poteſt ſtare, quomodo vſus clādeſtini matrimonij in illo, qui poſt fidem ſuſceptā contraxit, ſi peccatum, & non in illo, qui in infidelitate contraxit, & poſt baptiſmum manet eodem modo, dato quantum ad cōtractum vterque mortaliter peccauerit. Et re vera licet hoc valde ſit difficilè aſſerere, quòd huiuſmodi ſint ſemper in pecato, tamē quia chriſtiani ſunt (ſi ignorantia eos non excuſet inuincibilis, quam quidē eſſe credo apud multos) non video propter manifeſtas patrum determinationes, quo alio modo poſſint excuſari. Et fateor verè me timore quodam tētum, quando hæc ſcribebam, & bis, vel ter huc ac illuc animus inclinabatur, nunc pro neophytis, quia eos noui fragiles excuſando, nunc contra eos, quia certò ſcio plures diſſolui vno negante matrimonium præceſſiſſe, quia nō fuerunt teſtes. Et ob id non potui (conſcientia teſte) ad excuſandum eos reperire rationem conuincentem, ſed potius contra eos inueni perſuadentem. Tamen quia forte alius erit, qui meliùs in iſtis dubijs iudicabit, placet pontificum, & doctorum decreta in medium adducere. Euariſtus ¶ Euariſtꝰ Papa in ſuo decreto. c. 2. Et adducitur. 30. q. 5. cap. Aliter legitimum, iam ſuprà allegatum. ¶ Item Hormiſda Papa. cap. 6. Hormiſ. ibidem allegatur, qui ait. Nullus fidelis cuiuſcunque cōditionis ſit, occultè nuptias faciat.

Conci. Arelatenſe. In concilio Arelatenſi. c. 6. Sine publicis nuptijs quiſquam nubere, vel vxorem ducere non præſumat, c. Nullum. Nicola' 30. q. 5. ¶ Nicolaus Papa ibidem. c. Noſtrates. cuius verba (quia prolixa) non recitantur.

Leo. Leo Papa ibidem. c. Qualis debeat vxor eſſe: quæ habenda eſt ſecundum legem. Et. c. Si quis, dicitur Coniugia quæ clam contrahunt, non negantur eſſe coniugia neque iubentur diſſolui, ſi vtriuſque cōfeſſione probari potuerunt: veruntamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorū, alterius confeſſione fides iudici fieri non poteſt. Vnde publicè cùm alterius vota in alteram partem ſe tranſtulerint, pro priori cōiugio (quod iudici incertum eſt) ſententia ferri non poterit. Sixtus. Incerta enim (vt Sixtus Papa ſcribit Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis) nemo pontificum iudicare præſumat. Et quamuis vera ſint, non tamen credenda, niſi quæ certis iudicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur. Alia non adduco, in quibus ſolennitates fieri ſolitæ in nuptijs depinguntur, ne lectorem offendamus. Extra de clandeſt. deſponſa. Si tamen vacauerit, in loco allegato. 30. quæſt. 5. per totam, poterūt videri omnia de clādeſtina deſponſatione. Et in decretalibus, eodem titulo, per totum, certè taliter ſunt prohibita, vt ex ipſo colligere liceat quam graue ſit peccatum huiuſmodi. * Quæ in hac tertia concluſione ſunt poſita, quantum ad id de clandeſtine contrahentibus ſine teſtibus matrimonium locum nō habet cum poſt fidem ſuſceptam inhabiles ad ſic contrahendum ſint per Concilium Tridentinum declarati, de quo in appendice dubio 1. & 2. & 3.

# ARTICVLVS duodecimus.

## De benedictionibus nuptiarum.

De benedictionibꝰ nuptiarum.

SED quia de clãdeſtino coniugio ſermo incidit, nõ erit ab retractare de benedictionibus nuptiarum, vndè ortũ habuerint. Et vtrũ illas omittere ſit peccatũ. Et vtrùm omnes neophyti noui orbis teneãtur ad eas, quãdoquidem iam chriſtiani ſunt effecti.

B. P. Aug. B. Pater Auguſtinus in quæſtionibꝰ no. & ve. legis cap. 127. ait Benedictiones, quæ fiunt in nuptijs, in paradiſo ſumpſerunt initium, & deinceps in lege ſeruatæ, & ſic transfuſæ ad eccleſiã. Et idem. 14. de ciuitate Dei. cap. 22. Nos autem nullo modo dubitamus ſecundùm benedictionem Dei creſcere, & multiplicari, & implere terram, dono nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio conſtituit, (Gene. 1.) creando maſculum, & fœminam. Cui operi Dei benedictio, ſubiuncta eſt.

Ambro. B. Ambroſius lib. 7. epiſtolarum ad Vigilium. Ipſum coniugium velamine ſacerdotali, & benedictione ſanctificari oportet. Iſidorus. Iſidorus lib. 2. De origine officiorum. Nam quòd ipſa coniugia à ſacerdote benedicuntur, hoc à Deo in ipſa prima conditione factum eſt. Sic (Gene. 1.) enim ſcriptum eſt. Fecit Deus hominem ad imaginẽ Dei, & fecit eum maſculum, & fœminam, & benedixit eis dicens. &c. Hac enim ſimilitudine fit in eccleſia, quod antè factum eſt in paradiſo. Hæc ille. His ſuppoſitis, ſit prima concluſio.

1. conclu. 1 argumentum. Prima concluſio Benedictiones nuptiales in Eccleſia ſuſcipere omnibus fidelibus, qui matrimonialiter coniunguntur, præceptum eſt. Probatur authoritate Syricij Papæ in ſuo decreto. c. 4 dicẽtis. Benedictio illa, quã nupturis ſacerdos imponit apud fideles cuiuſdam ſacrilegij inſtar eſt, ſi vlla tranſgreſsione violetur, ergo eſt præceptum. Alioqui tranſgredi non eſſet ſacrilegium. Item. Euariſtus Papa 30. Euariſtus. q 5. cap. Aliter ait. Vxor petatur. &c. Et ſuo tẽpore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cum precibus, & oblationibus à ſacerdote benedicatur. Item. Ibidem Hormiſda Papa. cap. Nullus fidelis (cu Hormiſdæ. iuſcunque conditionis ſit) occultè nuptias faciat, ſed benedictione accepta à ſacerdote, publicè nubat in domino. Ecce quàm clarum præceptum de benedictione.

Nicolaus Papa. c. Noſtrates. ibidem Nicolaus. ait. Ambo ad nuptialia fœdera perducuntur. Sic demum benedictionem, & velamen cœleſte ſuſcipiunt.

Item ex concilio Carthaginenſi. 4. Conci. Carthagi. 4. Et habetur ibidem. c. Sponſus, & ſponſa, cùm benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus, vel paranymphis offerantur in Eccleſia ſacerdoti, qui cũ acceperint benedictionem, eadem nocte Nota. pro reuerentia benedictionis in virginitate permaneant. * Et modo in Concilio Tridentino innouatum eſt, quando de matrimonio clandeſtino diffinitum eſt, vt infra in fine.

Et ratione probatur. Aliquid fideli Ratio ad cõcluſionem. bus eſſe ab Eccleſia præceptum, non poteſt nobis aliter conſtare, quam per ſacros canones: ſed ibidẽ (vt cõſtat) reperitur expreſſe omnibus Chriſtianis præceptum, ergo ſuſcipere benedictiones eſt præceptum. Et probatur maxime ex vſu Eccleſiæ catholicæ, quæ quidem, ſi de conſilio eſſent ſolum nõ compelleret fideles ad publicè contrahendum.

Secundo probatur. Si non eſſet præ 2. Ratio. ceptum coniugibus benedictiones ſuſcipere quorſum eſſet opus tanto rigore in iure vti contra illum, qui ſecũdas nuptias ſcienter benedicit? Nã ſuſpenditur ab officio, & beneficio extra. De. 2. nuptijs. c. Capellanum. & c. Vir autem. Vbi dicitur, quod ſi alter coniugum eſt benedictus, non ſunt benedicendæ de nouo nuptiæ. Quod Pa Panor. nor. intelligit ibidem hoc eſſe: quia benedictio fuit communis viro, & vxori, non debet iterari. Quia tunc iteraretur ſuper perſonam iam benedictam. Licet modò iſta derogata ſint per cõ-

ſtitutionem



ſtitutionem Ioan. 22. de quo infra. Sequitur ergo, cum in iure tanta ſit ſolicitudo circa nuptialem benedictionẽ: quod illa eſt in præcepto. Et omnes Chriſtianos obligat, qui copulari debent.

2. conclu. Vide Vual. in ſuo de ſacra. c. 133. 2. cõcluſio. Has Eccleſiæ benedictiones contemnere non licet, cùm ſit mortale: ex negligentia tamen non ſuſcipere eas, videtur veniale. Prima pars probatur ex illa determinatione Ciriaci (Ciriacus.) Papæ ſuperiùs adducta, qui dicit, inſtar eſſe ſacrilegij aliquid trãſgredi. Sed alia maiori, clariori, & indubia determinatione probatur concilij Conſtantienſis (Concilium Conſtan.), contra Vuitcleff hæreticũ. Cuius verba ſunt hæc. Quicunque chriſtianus, qui ſolennizationem matrimonij contemnit, peccat mortaliter. Nõ ergo opus eſt alia probatione, quàm Eccleſiæ vniuerſalis determinatione. Sed tamen quòd ſecluſo contemptu non ſit mortale, ſed veniale, patet. Nam iſtæ benedictiones nõ ſunt ſacramentum, ſed ſacramentalia quædam: ſequitur ergo, ꝙ ſeruatis eſſentialibus ſi alia (ſecluſa contemptu) omittantur, non erit mortale. Item probat expreſſa determinatione. 30. q. 5. c. Noſtrates. Vbi per ordinem expoſitis ſolennitatibus, & ſacramentalibus ad matrimonium cõcurrentibus, ſub infertur. Peccatum autem eſſe ſi hæc omnia in nuptiali fœdere non interueniant, non dicimus. Gloſſa. Vbi glo. dicit, & ſi dos non interueniant, nullum eſt peccatum, vel ſi aliqua alia leuia, vel modica, non nocent: etſi aliquid non leue, ſicut eſt benedictio, omittatur, ſi nocet, non mortaliter nocebit, ſed ſolùm venialiter. Alioqui male determinatum eſſet, quòd ſi ſingula non interueniant, non ſit peccatum.

Syluest. in verbo debitum. §. 9. & Ange. eodẽ verbo. §. 1. pro quo facit tex. in c. noſtrates. 30. q. 5. Caiet. in propria. q. c. 5. Tho. in 4. d. 29. ar. 2.

Item. Quicunque operatur aliquid cõtra præceptum, peccat, ſed qui ducit vxorem ſine benedictione facit contra præceptum prohibitiuum, vt patet ex allegatis, ergo peccat, & non mortaliter ſecluſo contemptu, ergo venialiter. Et ad hoc probandum ſufficeret vſus eccleſiæ catholicæ per totum orbem diſperſæ, qui ſic habet: vt tales publicæ benedictiones nullo modo omittantur, ergo ſequitur quòd ſit peccatum omittere.

3. concluſio. Infideles, qui in infide 3. conclu. litate contraxerunt, ſi poſt ad Chriſti fidem conuertantur, non obligantur ad benedictiones ſuſcipiendas: nec ſub mortali, nec ſub veniali. Si tamen recipiant, bene fit. 1. Ratio. Probatur hoc ex capitulis allegatis. Iſtæ benedictiones videntur introductæ tanquàm quædã cæremonialia, & ſacramentalia concomitantia ſacramentum matrimonij, ſequitur ergo ꝙ poſtquàm matrimonium eſt celebratum, non obligantur ad huiuſmodi benedictiones, vel ſi obligantur ad hoc, ſimul & obligantur ad contrahendum de nouo: ſed non obligantur ad contrahendum de nouo: ergo nec ad ſuſcipiendam benedictionem.

2 Iſtæ huiuſmodi benedictiones (vt ex dictis eccleſiæ patet) etiam ſunt præceptæ tanquàm quædã diſpoſitiones ante copulæ conſummationem, ſequitur ergo ꝙ poſtquàm iam matrimonium eſt conſummatum non tenerentur. Quando quidem tunc tempore infidelitatis, non obligabantur.

3 Si tenerentur, erat quia matrimonium talibus ſolennitatibus debebant celebrare, ſed quando celebrauerunt ad tales non tenebantur, ergo nec modo tenentur. Et quidem ſi ad illas modo tenerentur: quia non ſeruatæ ſunt in ſua infidelitate: ſimiliter & tenerentur ad omnia alia requiſita in matrimonio fidelium, ſed hoc nullus dicit, ergo ſequitur quòd non tenentur.

4 Si ad benedictiones tales conuerſi tenerentur, ſequeretur ſimiliter, ꝙ etiam ad contrahendum in facie Eccleſiæ, ſed hoc non, vt conſtat ex. c. Gaudemus. extra de diuortijs. Et. c. De infidelibus. de conſang. & affini vbi ſummus Pontifex approbat verum matrimonium inter infideles fuiſſe. Et ſi verum eſt non eſt neceſſe de nouo contrahere. Apud infideles eſt verum matri. De quo latius in 2. p. Alioqui non eſſet verum matrimonium, ſi neceſſarium eſſet de nouo contrahere. Hanc ſententiam memini me legiſſe in quodam doctore, licet non probet, dicens quidẽ infideles

ſi in infidelitate contraxerunt, & poſt conuertantur, non benedicuntur in Eccleſia. Credo iſtum doctorem intelligere, ex obligatione præcepti. Alio qui malè loqueretur, cùm apud noui orbis incolas ſæpiſsimè contrarium contingat. Et Archiepiſco. Florentinus dicit, quòd poſt conuerſionem infidelium ad fidem ratificatur matrimonium. Non vult dicere, quòd de nouo contrahant, vel benedicantur neceſſario, ſed quòd poſt conuerſionem ad fidem ſit indiſſolubile, vt nullo modo poſsit ampliùs diſſolui, quod tamen antè poterat: ſi alter eorum conuerteretur ad fidem, alio nolẽte cohabitare cum fideli, vel non ſine contumelia creatoris: vel ſine eo quòd fidelem pertrahat ad peccatum. In quibus caſibus matrimonium diſſoluitur infidelium. extra de diuortijs. c. Quanto. Et ſic. 2. pars concluſionis remanet probata ex dictis. Quòd ſi tales conuerſi huiuſmodi benedictiones recipiant, ſanctè recipiunt, & earum ſunt capaces, licet non obligentur ad id.

Anton. 3. p. tit. 1. c. 7.

Quãdo diſſoluit matr. infideliũ S. Anto. vbi ſupra.

4. concluſio. Noui orbis neophyti, qui poſt conuerſionem matrimonium contraxerunt, ſunt benedicendi, ſi facultas adſit. Probatur ex dictis ſuperiùs. Quia cũ chriſtiani ſint, tenentur legem ſeruare chriſtianorum, niſi cum eis fuerit diſpenſatum: ſed in hoc non videtur cùm eis eſſe diſpenſatum, ergo ſunt benedicendi, ſi adſit facultas, ſecluſo aliquo alio impedimento. Hoc dixerim propterea: quia mihi videtur hucuſque ſanctè factum, vt non facilè admitterentur, ne fictè venirent ad matrimonium cùm non ſua, & contractum in facie Eccleſiæ cùm illis ſolennitatibus eſſet diſſoluendum. * Si fuerit inuentum aliam priorem habuiſſe, quàm repudiauerat tempore infidelitatis.

4. conclu.

Ratio conclu.

## ARTICVLVS Decimustertius.

### *Vtrum ſecundæ nuptiæ ſint benedicendæ.*

SED quia de benedictione nuptiali loquuti ſumus, non erit ab re appẽdicẽ apponere. Vtrũ ſint ſecundę nuptiæ benedicendæ. Hoc dixerim propter ius antiquũ ex. de ſecun. nupt. prohibetur. c. Capellanus. Et c. Vir. ¶ In contrarium tamen eſt vſus Eccleſiæ propter quandam determinationem, ſeu reuocationem. Ioan. 22. qui conceſſit, ꝙ ſi alter illorum nondũ recepit benedictiones, poſſint ambo recipere. Et ſic dicendum eſt ob hoc, ꝙ illa extrauagans, quæ Ioan. 22 dicitur eſſe, non reperitur in corpore iuris. Credibile tamen eſt ſic fuiſſe. Alioqui contra expreſſam decretalem non prę ualuiſſet conſuetudo. Et S. Tho. qui fuit temporibus Ioan. 22. dicit, loquens de ſecundis nuptijs, ꝙ ſi vir ducat vxorem virginem, licet vir ſemel fuerit benedictus, poterit de nouo benedici: quia in eo reſeruatur ſignificatio iſta, quæ eſt vnio Chriſti ad animas, quæ ſunt multæ. Si tamen ſecunda vxor benedicta, nubat viro, qui non fuit benedictus, non recipit benedictiones. Quia hic nulla manet repreſentatio, eò quòd duobus viris nupſit, cùm ſolum Chriſtus ſit vnus. Sed adhuc eſt mihi dubium: quia vel S. Thom. tunc vidit reuocationem factam à Ioann. 22. iuris antiqui, vel non. Si non vidit, quomodo potuit dicere contra textum, vbi expreſsè prohibetur, quod ſi alter receperit, nullo modo de nouo benedicantur? Si tamen vidit, ergo ſi alter non recepit, ſiue ſit vir, vel fœmina, quæ ante recepit, denuo poterunt recipere. Verè videtur quod non viderit. Et tamen quod non ſit contra textum, declarat Sylueſter dicens, textum intelligi, quod

Argumentum.

In contra.

Ioan. 22.

S. Tho. in 4. d. 28. art. 3. q. 4.

Syluest. in ver. nupt.



quòd non ſint benedicendi coniuges, quando vterque benedictus eſt. Sed hoc non placet. Panor. nec mihi.

Panor.

Sed meliùs poteſt dici, quod tunc erat conſuetudo tempore S. Thom., vt ſic illa decretalis ſeruaretur, vt. ſ. quãdo vterque eſſet benedictus, non benedicerentur: vel quando vir ſolum erat benedictus, & ducebat ſecundam non benedictam. Et mihi relatum eſt fieri in diœceſi Placentina. Sed in Hiſpalen. & in partibus Indiarum imitãtes eam ſequuntur diſpẽſationem Papæ, vt quando alter ſolùm eſt benedictus, ſiue vir, ſiue fœmina, vterque de nouo benedicantur. Et quod antè dictum erat, quòd ſcienter benedicentis, caſus Papæ reſeruatus erat, iã epiſcopo eſt commiſſum, vt diſpenſare valeat, vt patet in manuali Hiſpalenſi.

2. Solutio.

* Epiſcopus Segouienſis in epitome. 4. Decretalium. p. 2. c. 8. §. 11. notat cùm ex iure antiquo, vt in c. Capellanus de ſecundis nuptijs eſſet ſuſpenſus presbyter, qui ſecundas nuptias ſcienter benediceret, & ad Papã mittendus per extrauagantem Io. 22. ablatum quòd ſit ad Papam mittendus, & dicit ſuſpenſionem non fuiſſe illatam ipſo iure, ſed inferendã in quo ſenſu citat Ioan. Bernardum de Lugo, in ſua crim. pract. cap. 68. vide ibi.

## ARTICVLVS XIIII.

### *De tempore feriarum, quibus interdictæ ſunt nuptiæ.*

CIrca impedimentũ de tempore feriarũ, quibus interdictæ ſunt nuptiæ dicẽdum. Primò ab Aduentu vſq; ad Epipha. prohi. propter communio. quæ fieri ſolebat in Natiuitate. Et ſic poſt primum diem Epiphaniæ (ſicut notat Ioan. And.) poſſunt celebrari nuptiæ. Similiter ſunt interdictæ a ſeptuageſima vſq; ad octauam Paſchæ, quia ẽt communicare ſolebãt fideles. De iſtis duobus tẽporibus habetur. 33. q. 4. c. Non oportet. Et tribus capitulis ſequẽtibus. Et item eſt interdictum nuptias celebrare à tribus diebus ante Aſcenſionẽ, vſq; ad 8. Pent. Ex. de fer. c. Capellanus. Et in dominica quæ eſt 8. Pent. in qua feſtum ſanctiſs. Trinitatis celebratur, poſſunt etiã nuptiæ celebrari. Itẽ aſſerit Archi. & Petrus de Palude, & Ray. & eſt tex. clar⁹ in c. Capellanus. Tñ in 8. Paſchæ non poſſent celebrari, q̃a tex. dicit: poſt 8. Paſchæ. Et in c. Capellanus. dicitur, poſt 7. dies feſti Pẽtecoſtes. * Modo tamẽ per ſanctam ſynodũ Trid. in ſeſs. 24. de matr. c. 10. reſtrictio facta eſt ſolũ Ab Aduẽtu vſq; ad diẽ Epiph. & a fer. 4. Cinerũ vſq; ad 8. paſchatis incluſiuè. in alijs temporibus poſſunt nuptiæ celebrari, vt in fine in appendice adduximus.

Io. And.

Archi. 3. p. ti. 1. c. 17. Palude. Ray.

Vtrùm in iſtis temporibus à iure aſſignatis ſit peccatum contrahere matrimonium.

Dubium.

Pro ſolutione oportet diſtinguere. Quia vel loquimur deſponſalibus de futuro, vel de matrimonio per verba de præſenti coram teſtibus, ſed ſine ſolennitate. Vel loquimur de matrimonio de præſenti, ſed cum ſolennitate conſueta fieri alijs temporibus. His ſuppoſitis, ſit. 1. concluſio.

Nota.

Prima concluſio. Temporibus feriarum ſponſalia contrahere, per verba de futuro, eſt licitũ. Probatur. Si hoc nõ liceret, eſſet propter prohibitionẽ eccleſiæ factam in illis tẽporibus, ſed propter hoc non patet. Quia ibi in c. Non oportet. dicitur. Non oportet in quadrageſima nuptias celebrare. Item. In ſequentibus loquitur Concilium Ilerdenſe, vt nuptiæ non celebrentur, ſed ſponſalia, quæ ſunt futurarum nuptiarum promiſſiones, non ſunt nuptiæ, ergo nõ eſt prohibitum illis temporibus.

1. conclu. Ratio. 1. Viguerius inſtitutio. Theo. c. 16. §. 7. ver. 8.

Concilium Ilerdenſe.

Vbi ceſſat ratio legis, debet, & ipſius obligatio ceſſare (vt latè probauimus alias) ſed lex illa data eſt, vt illis temporibus inordinatæ, & diſſolutæ comeſſationes & diſſolutiones euitentur, ergo ceſſantibus ipſis in ſponſalibus, ceſſabit & legis obligatio.

1. Cor. 7.

Ex lege aliqua ſcripta, aut naturali, nulli eſt tempus præfixum, quo nõ poſsit, ꝓmittere alteri quod ſuũ eſt: ſequitur, ergo, quòd homo habens ſui corporis poteſtatem, poterit, ſi voluerit, alteri promittere. Et tandem hæc eſt communis opinio.

Communis opinio.

2. conclu.

2. concluſio. Matrimonium contrahere per verba de præſenti tempore feriarum coram teſtibus, ſine tamen ſolẽnitate aliqua, non eſt peccatum, ſecluſo contemptu. Extra de ferijs. c. Capellanus. Ibidem Panor. dicit poſſe contrahi omni tempore ſine ſolennitate. Nã extra de matrimonio cõtracto contra interdictum eccleſiæ, repræhenditur & prohibetur huiuſmodi ſolennis contractus: ergo vbi ceſſaret talis ſolennitas, non eſſet peccatum. Et 33. q. 4. in omnibus illis capitulis nuptiæ ſolẽnes prohibentur, & non contractus matrimonialis abſque ſolennitate, ergo cùm fauores ſint ampliandi, & odia reſtringenda (ſecundũ iura) nõ erit prohibitum de præſenti contrahere abſque ſolẽnitate. Hoc idem affirmat Ray. Et Archiepiſcopus Florẽtinus videtur idẽ aſſerere, licet dicat ſtandum conſuetudini. Et S. Tho. id videtur dicere, quando affirmat cauſam prohibitionis in iſto tempore nuptias celebrare, eſſe: quia quando nouæ ſpõſæ traducuntur, animas coniugum magis ex ipſa nouitate ad curam carnaliũ occupatur. Ideoque in nupijs conſueuerunt multa ſigna oſtẽdi lætitiæ diſſolutæ. Propter quod in temporibus illis, in quibus præcipuè debent homines ſe ad ſpiritualia eleuare, prohibitum eſt nuptias celebrare, quę ſunt tẽpora prædicta. Hæc S. Tho. Certum eſt S. Tho. affirmate, prohibitas eſſe nuptias, vbi talia cõcurrũt diſſoluta ſigna lætitiæ: ſed in ſimplici contractu matrimonij non iſta concurrunt, ergo non intelliguntur iſta prohibita. Et ſic non eſt peccatum. Hoc affirmat Caietan. Idem Syluеſter.

Panor.

Ray.
Floren. 3. p. ti. 1. c. 17.
S. Tho. in 4. d. 32.

Caie. in ver. Nup. Sylue. in ver. matri. 7. §. 2.

3. conclu.

3. concluſio. Temporibus feriarum ſolenniter cõtrahere, videtur eſſe peccatũ, non tamẽ mortale apud nouiter conuerſos in nouo orbe de ſe, ſi deſit contemptus. Probatur. Hoc non eſt de ſe peccatum, ſed ſolum quia prohibitum, ergo in tantùm erit malum, inquantum prohibitio tenet, ſed cauſa prohibitionis non tenet, ergo nec ipſa grauiter obligat. Probatur. Quia prohibitio facta eſt, vt omnes doctores fatentur: propter hoc, quòd illis temporibus cònſueta erat communio: ſed talis conſuetudo ceſſauit: ergo & prohibitio, non tantam vim habet. Et ſi non tantam vim habet, & non videtur aliquid graue fieri contra Dei honorẽ, vel Eccleſiæ præceptum, cùm deſit cõtemptus, ſimul & ſcandalum, ergo non videtur eſſe mortale ſecũdum ſe, ſtando ſolum in præcepto Eccleſiæ. Sed tamen (vt dicit Caietanus) reputatur mortale peccatum violare hoc Eccleſiæ ſtatum, & meritò, ſi ſcienter fiat. Quia cùm deliberatè, ac publicè hæc fiant, & cũ ſcandalo, nòn videtur poſſe niſi contemptus interueniente) tranſgreſsionem huiuſmodi ſcienter eſſe. Sequitur ergo, ꝙ vbi non eſſet ſcandalum, & vbi non eſſet contemptus, non eſſet peccatum mortale. Et quia difficilè eſt illas ſolennitates eſſe abſque ſcandalo, aſſerit Guiliel. & Ray. eſſe mortale. Tamen ſi iſta ceſſaſſent, ſicut circa neophytos in nouo orbe omnino ceſſat: non video quare ſtando ſolum in iure poſitiuo, ſecluſo alio, ſit mortale. Imò fortaſsis aliquando poſſet a miniſtro meritoriè fieri. Vt ſi in defectu miniſtrorum contingeret tali tẽpore prohibito eſſe apud aliquos, quibus nimium expediret publicè contrahere: & nõ eſſet ſpes, alio tempore non interdicto: credo non id fore mortale. Imò nec peccatum, ſed potius meritum, cùm apud eos, omnis diſſolutio, in talibus nuptijs (cõſueta apud noſtrates) ceſſet.

Ratio concluſ.

Caietan. in ver. Nup.

Guliel. Ray.

4. conclu.

4. Concluſio. Tempore interdicto ab Eccleſia, ſponſam traducere in domum, etiam ſine ſolemnitate conuiuij, licet ſit peccatum, non tamen apparet de ſe mortale. Primũ patet. 33. q. 4. c. Nec vxorem. Vbi ſimpliciter dicitur, ne quis vxorem ducat, ſed hoc eſt traducere, ergo eſt peccatum. Et

ſic



S. Tho. 4. d. 32.

ſic tenet S. Tho. dicens, ꝙ etiam ceſſante conuiuio, ex ipſa nouitate traductionis animus circa carnalia occupatur. Idem tenet Panor. in loco ſupra citato. Idem ſumma Roſe. Sed quòd non ſit mortale de ſe, patet ex ſuperiùs adductis. Quia cùm ſolum ſit malum quia prohibitum, vbi deſineret eſſe ſcandalum, vel contemptus, non videtur tanta irreuerentia temporis eſſe, vt poſſit talis circunſtantia mortaliter aggrauare. Præcipuè incolas noui orbis non condemnarem de mortali: ſi iſtis temporibus traducerent ſponſas: & conſummarent, dato ſcirent eſſe prohibitum.

Panor.
Roſella. impedi. 16.

5. conclu.

5. Concluſio. Temporibus ab Eccleſia prohibitis, ſicut non eſt mortale traducere ſponſam, nec matrimoniũ conſummare. Prima pars iam probata eſt. ¶ Secunda patet ex hoc, quòd circunſtantia temporis, vbi ſcãdalum, & contemptus deſit, non videtur in hac materia aggrauare in infinitum, quicquid dicat Abulen. Matthæ. 5. q. 235. Item. Quia ſi eſſet mortale conſummare, eſſet, quia expreſſe prohibitum, ſed non eſt hoc expreſſe, ſed ſolum non ducere vxorem: nec cum illis ſolennitatibus traducere ſponſam. Si ergo traducere, nec ducere de ſe non eſt mortale, ergo nec conſummare: quod fieri poteſt abſque aliquo ſcandalo, ſecrete.

1. Ratio.

Abulen.
2. Ratio.

3. Si cõſummare iſtis temporibus eſſet mortale, ſimiliter quicunque accedens ad ſuam iſto tempore peccaret mortaliter, quod S. Thom. negat. Itẽ. Ad hominem, contra contrarium opinantes. ſ. Angelicã qui dicit licere iſto tempore conſummare, ſi non ſunt virgines, ſed ante contraxerunt. Et idẽ tenet Palu. Archie. & Panor. Si licet ergo conſummare illis, qui ante fuerunt coniugati, quare non licebit & illis, qui nunquàm fuerunt coniuncti? Re vera ego non intelligo diſcrimen: quia vel hoc eſt ratione ſacramenti, quod in iſtis præceſſit, vel quia iam ſunt corrupti. Non ratione ſacramẽti quod præceſſit. Quia iſtud ſecundum non dependet à primo. Nec propter primum habet maius ius in ſponſam ſuam, quàm ſi non præceſſiſſet. Cùm ergo ſi primum eſſet, nõ liceret, ergo nec ſi ſecundum, vel ſi ſecundum licet ſecundum eos, ergo & primum. Item nec propter corruptionem eis licebit. Quia ſequeretur, ꝙ ſi alias illicitè corrupti de nouo, modo cõtraherent: iſto tempore interdicto poſſent cõſummare, & ſi ipſi poſſent, quare non & quæ virgines ſunt: cum hoc, ꝙ eſt eſſe virginem, vel corruptam, nõ aggrauet mortaliter? Et ſic (quicquid dicant iſti, & Syluеſter) videtur mihi non eſſe mortale ratione præcepti eccleſiæ, imo videtur ex dictis. S. Tho. hoc elici, qui ibidem affirmat non eſſet prohibitum his diebus debitũ exigere. Sequitur ergo, ꝙ ſi non eſt prohibitum, ꝙ cùm iſta iam ſit ſua, debitum ſibi petens non peccabit mortaliter: ſiue primo fuerint coniuncti, ſiue modo de nouo.

S. Tho. in 4. d. 32.

Angelus.

Matri. 3. impe. 2.
Anton. 3. p. ti. 1 c. 17.

S. Tho. in 4. d. 32.

6. conclu.

6. Concluſio. In nullo tempore, ante benedictiones nuptiarum fieri conſuetas, cõſummare matrimonium, eſt peccatum mortale. Probatur. Quia ſi eſſet mortale, vel eſſet ex natura rei, de ſe, vel ratione prohibitionis, vel ratione iniuriæ, quę fit benedictionibus, ſed nullo iſtorum modorum eſt mortale. Non ex natura rei. Quia cũ ſint viri vxorati, per legitimũ vtriuſq; conſenſum, habent poteſtatem corporum adinuicem, & poſſunt petere, & reddere pro libito: ſicut quilibet de ſe poſſet vti re ſua: vbi, & quando voluerit. Nec eſt mortale ratione prohibitionis. Quia nec ipſas benedictiones omittere, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, eſt peccatum mortale, vt ſuprà declarauimus, ergo à fortiori, nec ante ipſas conſummare matrimoniũ. Item. Quia nullibi reperitur prohibitum, ꝙ talis matrimonij conſummatio, nõ fiat ante receptam benedictionem à ſacerdote, ſed prohibitum eſt, ne aliquis ſibi ſolemniter ducat aliquã ſine benedictione ſacerdotali, de conſummatione verò nihil.

1. Ratio.

3. Nec erit ratione iniuriæ benedictionum. Quia nulla fit iniuria. Pri-

mò.

mò. Quia propter hoc non contem-
nuntur benedictiones, cùm poſtmo-
dum ſumantur poſt conſummationē.
Item. Nec quia aliquam falſitatē con-
tinerent benedictiones poſt conſum-
mationē, qua carerent, ſi fierent ante,
quia in ipſis nulla ſit mētio de virgini
tate nulla ſit mentio, quod ante nō fue
rint copulati, ergo ſequitur ꝙ nō erit
mortale peccatum conſummare.

4 Nec erit mortale ratione conſuetu
dinis. Quia non vbique talis conſuetu
do ſeruatur. Nam nobiles in Germa-
nia, ante benedictionem, nocte præce
denti conſummant matrimonium. Et
* in nouo orbe etiam eſt in vſu. * Et qui
dem hanc noſtram ſententiam ſancta
ſynodus Tridentina demonſtrat. nam
in ſeſsione 24. vbi de matrimonio agi
tur in c.1. cùm nō nulla ponat ſub præ
cepto, per modum conſilij in hæc ver
ba ait, præterea eadem ſancta ſynodus
hortatur, vt coniuges ante benedictio
nem ſacerdotalem in templo ſuſcipié-
dam, in eadem domo non cohabitent. ſ.
ecce cohabitationem denegat ante be
nedictionem, vt conſummationem tol
lat, ſed tamen hortando, de quo in fine
in appendice.

Sed tamen à veniali peccato, tam ex
parte petentis, quàm reddentis non
excuſantur. Quia prohibitum eſt, ergo
contra facere, peccatum incurritur.
Quòd ſi non eſt mortale, neceſſe eſt ſit
veniale. Hanc ſententiã tenet Caieta.
Et S.Tho. videtur inſinuare, niſi ſit ſcã
dalum. Idem Innocent. & Anton. de
* Butrio. c.1. de ſponſa. * Neque quo ad
veniale obſtat Concilium Tridentinũ,
ex hortando loquutum, quia quo ad
illa quæ ibi nō ſunt mutata, manet ius
antiquum in ſua firmitate, & obſeruã
tiam hortari, non eſt vim Canonum
tollere, & ꝙ non ſit mortale, ante be-
nedictionem ſuſceptam conſummare,
Soto in 4.d.28.q.1.arti.2. & conſuetu
dinem Germanorum adducit, vt pri-
die ante benedictionem conſumment,
& hæc vera reputo, etiam ſi plura à nō
nullis adducantur iura, qualia ſunt
quæ de clandeſtinis ſuprà, & Thomas
Vualden. in ſuo de ſacramentis. c.133.

Caiet. in opuſ.
S.Tho. in 4.
Innocent.
Butrio.

mortale eſſe dicat, & multi ex iuris pe
ritis quos Sylueſt. in verbo debitũ cõ
iugale. §. 9. refert, & S.Tho. in 4.d.24.
ar. 1. dicit non eſſe mortale.

* Dubiũ tamen poſſet hic eſſe an ſi- *
cut Papa diſpēſat ut in tēpore interdi
cto, poſsint nuptiæ celebrari, poſsit
epiſcopus diſpenſare. videtur ꝙ non,
quia iura illa in quibus interdicũtur,
à Papa emanarunt: ob id videtur ꝙ
non poſsit epiſcopus diſpenſare. verũ
ſi cauſa vrgeat diſpenſandi videtur id
per epiſcopum fieri poſſe, quia in illis
in quibus ei non eſt interdictum à Põ
tifice, videtur habere in ſua diœceſi po
teſtatem quam Papa habet in toto or
be. Sic docet Soto in 4.d.32.q.1.ar.3.
vt caſu quo quis puellam pauperem
dotare vellet hac cõditione, vt ſtatim,
cùm aliquo ſolenniter nubant. ſ. hæc
ſunt notanda propter illa quæ à nobis
adducuntur alibi circa benedictiones
conferendas tempore interdicto, neo-
phytis in nouo orbe ob paucitatem mi
niſtrorum.

# ARTICVLVS XV.

*De voto ſimplici, Vtrum impediat.*

VOTVM ſimplex con-
tinentiæ, vel religionis,
eſt impediens matrimo
nium contrahendum,
ſed non dirimens con-
tractum. Votum ſim-
plex intelligimus, quod non eſt ſolen-
nizatum profeſsione tacita, vel expreſ
ſa, religionis approbatæ, aut ſacri or-
dinis ſuſceptione. Et quòd tale impe-
diat, habetur in decretis, diſt. 27. per
multa capitula. Et gloſ. ſpecialiter. ca.
Quidam nubentes. Et c. Si vir. omnes
affirmant doctores, tam Iuriſconſulti,
quam Theologi. Innocen. in c. Rurſus.
Et c. Conſuluit. Qui cle. vel vouen. Et
Theologi in 4. diſt. 38.

S.Tho. 2.2.
q. 80.
Innocent.
Theo. in 4.
d. 38.

Et primo quæritur, Vtrùm ꝙ vo-
tum ſimplex impediat contrahendum
matrimonium, & non dirimat contra-
ctũ, habeat ex natura rei, vel ex eccleſiæ
ſtatuto



ſtatuto ſolum. Et omiſſis opinionibus,
videtur dicendum cum S.Thom. & Du
rando, ꝙ hoc prouenit ex natura rei.
Et cum Scoto, quòd etiam prouenit
ex ſtatuto eccleſiæ. Ex natura rei ſi-
quidem, ſecluſo iure poſitiuo. Quia
in ſimplici voto eſt quædam promiſſio
Deo facta, in quã nondum interuenit
traditio, ſeu datio rei promiſſæ, ſed ad
huc manet ſemper in poſſeſſione pro-
mittentis. * Quanuis Michael de Me-
dina. li. 4. de Celibatu, controuerſia 7.
c. 37. probet in voto ſimplici traditio-
nem eſſe ſicut in ſolemni de quo infrà.
Et ideo ſicut in alijs rebus eſt verum,
quòd ſi Petro tunicam promitto, te-
neor ipſimet dare, ſi poſt tradam de fa
cto Ioanni, erit vere Ioannis, & non
Petri. Sic, ſi aliquis voto ſimplici vo-
uit, promiſit ſe Deo, ſed nondum in
poſſeſſionem traditus eſt: contrahit
matrimonium, non promittit ſolum,
ſed dat ſeipſum in poteſtatē alterius.
Non manet ampliùs ſui iuris ad hoc
ꝙ poſſit auferre quod contulit de fa-
cto. Et hac de cauſa videtur iſtis do-
ctoribus, quòd votum ſimplex impe-
diat contrahendum, quia talis peccat
mortaliter (vt poſt dicemus) eò quòd
frangit fidem: nec ſeruat promiſſum,
ſed tamen datio tenet: quia antè fue-
rat promiſſio ſolum. Similiter etiam
ex ſtatuto eccleſiæ hoc habet vim.
Quia eccleſia non videtur acceptaſſe
votum ſimplex, vt illegitimet ad ma-
trimonium: quod tamen in voto ſo-
lemni fecit acceptando, & recipiendo
traditionem vouentis ſolenniter: ita
vt non poſſit iam alteri dare per ma-
trimonium, quòd in poteſtate alte-
rius eſt. Et placet hoc dictum, eò ꝙ
dato primum appareat probabile, ſtan
do ſolum in iure naturæ, ſecluſo hu-
mano præcepto: tam poſſet pati ca-
lumniam, quandoquidem per ſimpli-
cem promiſſionem Deo factam, ſic ho-
mo eſt obligatus, & ei dicatus, ſicut
eſt in voto ſolenni. Ob id ratio non
concludit, ſed apparentiam habet.
Et ex hac parte videtur ex natura rei
hoc eſſe, vt ſimplex votum matrimo-
nium contractum non diſſoluat. Et

S.Thom. d. 38. ar. 3. q. 3.
Sco. d. 38.
Abulen. nu. 30 q. 62.
Io. And. ca. Vnico de voto & voti redemp. in 6.
Soto de iuſti. & iu. lib. 4. q. 5. ar. 5.
1. Cor. 7.
Probatur dictum Scot.

fortius ex eccleſiæ ſtatuto, & ordina-
tione, quòd illum qui vouit ſimplici-
ter, non fecit perſonam illegitimam ad
contrahendum. tamen eum qui ſolen
niter, illegitimauit, vtraque opinio-
num verum dicit. Nec eſt contrarie-
tas quantum ad hoc inter doctores.
Satis eſt iam nobis eſſe certum, votum
ſimplex impedire contrahendum, ſed
non dirimere contractum. Et cùm iam
conſtat de re ipſa, fruſtra diſcruciabi-
mur contendentes argumentis, an ſit
ſolùm iure humano, vel iure naturali.
Quia vtroque modo videtur eſſe. De
quo inferius.

Palu. d. 38. q. 2.
Caie. 2. 2. q. 88. ar. 7.

Circa hoc tamē eſt dubium, Vtrùm
poſt votum ſimplex contrahens poſſit
exigere debitum vxori. Et ſi non poſ-
ſit, Vtrum quotiens petit, peccet mor
taliter, vel ſolum quando primo pe-
tit. Pro cuius ſolutione ſit. Prima
concluſio.

Dubium.
Vigueri[9] in ſtirutio. Theo. c. 16. §. 7. ver. 8.

1. Concluſio. Contrahens, poſt ſim-
plex votum continentiæ, mortaliter
peccat, ſed matrimonium verum exi-
ſtit, quo ſtante, tenetur petenti red-
dere debitum. Probatur ꝙ mortali-
ter peccet. Qui agit contra votum
ſuum, peccat mortaliter, ſed talis agit
contra votum ſuum, quia ducēdo vxo
rem, trãsfert poteſtatem ſui corporis
in aliam, & virtualiter conſentit in co-
pulam, quod eſt agere contra votum
ſuum. Item. Si aliquis promiſit ſe da-
turum centum aureos Petro, & poſt-
modum dat Ioanni, non ſeruans pro-
miſſum, mortaliter peccat, quia iniu-
riam notabilem facit Petro: ergo à for
tiori qui promiſit ſeipſum Deo, ſi po-
ſtea tradat ſe vxori, peccat mortaliter.
Et hoc aſſerunt omnes Theologi, & iu
riſconſulti. * Quanuis Calderinus in
c. Rurſus qui clerici, vel vouētes dicat
contrariũ, de quo vide Nauar. in c. 28.
in additio. ad Manuale. in c. 16. nu. 30.

1. conclu.
1. Ratio.
Soto de iuſti. & iu lib. 7. q. 2. art. 1.
Communis opi. d. 38.

Secundo. Qui facit contra iura in re
graui, peccat mortaliter: ſed talis facit
contra iura. diſt. 27. c. Si vir. Et c. con-
ſuluit. Et c. Rurſus, qui clerici, vel vo
uen. Et ſimiliter facit contra fidem, de
cipiendo alterum. Sic Archiepiſcopus
Florent. ¶ Secunda pars concluſionis

Ant.2.p.tit. 11.c.1. §.2.

eſt manifeſta ex capitulis allegatis, & rationibus ſuprà adductis, ꝙ ſit verum matrimonium: quia eſt ibi vera datio, & vera commutatio. Ex quò probatur tertia pars concluſionis, quòd tenetur debitum reddere petenti. Quia ſi verum eſt matrimoniū, iam vir (teſte Paulo) non eſt dominus ſui corporis, ſed vxor, & ſic poterit vxor vti re ſua quando voluerit. Nec poterit vir negare, quod ſuum non eſt, ergo reddere tenetur.

1. Cor. 7.

2. conclu.

2. concluſio. Licet poſt votum ſimplex cõtrahens mortaliter peccet matrimonium conſumando: exigendo debitum, non tamen poſt, quotieſcunque petat, mortaliter peccat. Hæc concluſio probatur. Primo, ꝙ ſi petat ad conſummationem matrimonij peccet mortaliter. Talis poſtquàm contraxit ante conſummationem, poteſt adimplere votū, ergo ad illud tenetur. Sed ꝙ poſsit, eſt notum. Quia poteſt intrare religionem ante conſummationem, etiam inuita vxore, ſed petendo debitum ad conſummationem: non poteſt ampliùs, ergo peccat mortaliter petendo. Quòd non poſsit poſt, eſt manifeſtum. Quia poſt conſummationem, nolente vxore, nõ poterit religionem ingredi. Et ob id, quia poſuit ſe in ſtatu, in quo non poteſt votum adimplere, peccauit, ſicut ſi frangeret votum.

Nota.

Ratio 1.

1. Ratio.

Secunda pars, quæ difficultatem habet, quòd non toties quoties exigit, ſed quòd ſine peccato poterit deinceps exigere: ſicut & reddere, probatˢ. Iſte iã eſt liber à voti executione, ergo non peccat exigendo. Probatur. Poſt matrimonij cõſummationem, viuente propria vxore: nullo modo poteſt continentiam ſeruare, ergo iam eſt à voto liber, quantum ad hoc. Quia ſi non eſt liber, ergo adhuc tenetur. Si ergo adhuc tenetur, ipſe non debet ſimiliter reddere. Quia ſic videtur facere contra votum reddendo, ſicut petendo.

2. Ratio.

Votum cõtinentiæ non poteſt eum aliter obligare, quàm iuxta intentionem vouentis: ſed illius qui vouit cõtinentiam hæc eſt intentio, vt extra matrimonium continentiam ſeruet, ergo in matrimonio coniunctus ad ipſa continentiam non tenetur. Quòd ſi ad ipſam non tenetur, ergo non peccat exigendo. Nam vel continentiam vouit matrimonium ducendo, & hoc votum non poteſt ſtare, quando in matrimonio non ſic caſtitas, ſeu continentia ſeruari poteſt. Vel vouit extra matrimonium, vt notum eſt hanc eſſe intentionem omnium ſimpliciter vouentium: & non obligat eum extra matrimonium.

3. Ratio.

Si peccaret quoties exigeret debitum, eſſet, quia ad illam partem voti, quàm poteſt ſeruare: ſaluo coniugio teneretur, ſed non tenetur ad partem, quando nõ obligatur ad totum, cuius erat pars. Quia qui vouit religionem, in qua includuntur iſta tria ſ. obedientia, paupertas, & continentia: ſi non recipiatur in religione: non tenetur ad alia duo, quæ poteſt extra religionem ſeruare. Quia non tenetur ad continentiam. Similiter neque ad paupertatem, ſuppoſito ſui voti intentio fuit religioſum fieri ſolum: ergo à ſimili, qui continetiam vouit, ſi ipſam ſeruare non poteſt, iam coniugatus cùm teneatur reddere debitum, non tenebitur ad hoc quod ipſe non exigat, tanquàm iam liberatus ab obligatione voti. Et certè videtur conſequentia bona, & antecedens eſt mihi veriſimile valdè, ſicut elegantiſſimè Caietan. in commentarijs probat. Et probatur iſta opinio ex dictis iuriſconſultorum. Hoſtienſis in cap. Rurſus. qui cle. vel vouentes. Et ſumma Angelica idem dicit. Communiter doctores ita tenent, maximè Cardinalis in d. c. Rurſus. dicens hanc eſſe veriorem opinionem, ꝙ poſtquam ſemel peccauit exigendo, nõ peccat amplius. Et vltimo probatur iſta ſentẽtia. Quia vir, quandoquidem ligatus eſt vxori tenetur reddere matrimonium non oneroſum: ſed ſi nunquam exigeret, nimis oneroſum redderet, ergo tenetur exigere aliquando. Quod ſi aliquando tenetur, cùm non ſit maior ratio de vna vice quã de alia, ſemper intra

Caie. 2. 2. q. 88. art. 3.

Caie. vt ſup.

Hoſtienſis.

Angelus.

Cardinalis.

Vltima rõ.

1. Cor. 7.

Ad Rom. 7.





tra limites matrimonij poſſet petere. Et ꝙ verè eſſet oneroſum ſi mulier ſolū peteret, eſt in aperto. Imò, S. Tho. contrariam ſententiam tenens cum cęteris Theologis dicit in 4. ſent. quando nimis oneroſum redderet matrimonium, liceret exigere. Si ergo tūc liceret, non video quare non ſemper liceat petere. Quia ſi exigere de ſe ratione voti peccatum eſt mortale: nullo modo poteſt bene fieri, vel ſi bene fit, eſt quia de obligatus eſt a voto. Hanc ſententiam tenet ſumma Roſella, quòd ſi votum præceſſit matrimonium, peccat petendo prima vice tantum. Et quia quantum poſſibile eſt laquei animarum ſunt tollendi, placet hæc opinio. Quia certum eſt periculoſiſſimum eſſe, ꝙ duo ſint veri coniuges, & ꝙ vir non petat debitum, ſicut & mulier. Vel ſaltim quòd aliquando non petat. Et tunc ſi petat, mortaliter peccat. Ob quod cum ſit (inquantum apparet) talis in continuo periculo peccati mortalis, fortè eſſe videretur in ſtatu damnationis, quod non eſt credibile Eccleſiam in tali poſuiſſe ſtatu, obligans eum ad matrimonium, cùm ante eſſet obligatus ad votum. Et qui iſtorum doctorum opinionem ſequutus fuerit, ſine ſcrupulo conſcientiæ poterit poſt primam vicẽ petere: Mitior hæc videtur, & ſanior, & fortè verior, quanuis aliam propter tantorum virorum authoritatem magnifacio. Sed conſiderata humana fragilitate, optimè iuriſconſulti determinant. Fateor tamen argumenta pro iſta opinione allata non conuincere alios, nec euidenter probare quod intendunt: perſuadent tamen piè affecto ad hanc. * Et hanc opinionem videtur tenere Maio. in 4. d. 32. q. 2. & eandem probabilem reputat, & iuxta doctrinam S. Tho. Ledeſmius in 2. par. 4. ſent. q. 66. artic. 4. Et conſiderandum ꝙ ſummus Pontifex Pius Quintus, viuæ vocis oraculo, die vigeſima Octobris, anno 1569. conceſſit quòd prouinciales Mendicãtium, poſſint dare confeſſoribus approbatis, authoritatem diſpenſandi cùm his qui ante matrimonium vouerunt caſtitatẽ, vt poſſint petere debitum, & hoc in foro conſcientiæ tantum. Hæc conceſſio deſeruiat pro illis qui cõtrariam habẽt opinionẽ. Sed vtrùm ad hoc ꝙ poſſit exigere ſine peccato, poſſit epiſcopus diſpenſare, inferiùs dicemus. Et dic ꝙ ſic, vt aſſerit Archi. Florent. Et Adria. dicit cõem eſſe opinionem, & idẽ Maio. in 4. d. 38. q. 2. & Soto eadẽ diſt. q. 2. art. 1. quicquid dicat Couarruuias.

S. Thom. d. 38. ar. 3. q. 2. ad 4.

Maio. in 4. d. 32. q. 2.

Roſella in verbo impedimentum. 4. §. 5.

Angel. matr. 3. impe. 5

Nota.

Dubium. 2.

Dubitatur, 2. Vtrùm talis, qui poſt votum ſimplex cõtraxit matrimoniū, poſtea mortua vxore, teneatur continere, & peccet aliam ſecundam ducendo. ¶ Reſpon. ſecundum omnes doctores, quòd talis poſt mortem vxoris tenetur ad votum, ſicut tenebatur antequàm primum contraheret matrimonium. Et probatur. Quicunque aliquid promittit, tenetur illud adimplere, ſi commodè poteſt, ſed talis ſe Deo vouit, ergo tenetur adimplere ſi poteſt: ſed mortua vxore prima poteſt adimplere, ergo tenetur, & ſic quãdo contrahendo peccat mortaliter, ſicut quando primo cõtraxit. Quia alias ſequeretur, ꝙ ſi aliquis ſit debitor, & modo non habet vnde ſoluat, ꝙ poſt veniens ad pinguiorem fortunam non teneretur reddere alienū, ſed hoc eſt falſum, nam tenetur reddere quando poteſt: ergo à ſimili qui votum fecit Deo, & vxoratus non potuit adimplere, adimplebit quando ab vxore liber erit. * Neq; obſtat ꝙ quando erat in matrimonio poterat exigere, vt diximus probabile eſſe contra communem opinionem: quia pro tempore quo viuebat vxor extincta erat obligatio, quia videbatur tanquàm non habens vnde ſolueret, ſed mortua vxore venit ad pinguẽ fortunã, & ſoluere tenetur, cõſequẽter loquendo, hæc ſunt dicenda.

3. p. tit. 1. c. 22. §. 2.

2. p. epito. c. 7. §. 2.

Ratio.

Dubium 3.

Dubitatur tertio. Si ſint duo alioqui legitimi ad contrahendum, & vterque ipſorum votum fecit continẽtiæ, Vtrùm matrimonium contractum poſtea ſit validum, vel non. ¶ Reſpon. ꝙ eſſet matrimonium verum. Sic communiter tenent iuriſconſulti, ſed tamen neuter illorum põt abſq; peccato

Solutio.

exigere debitum ad conſummationem matrimonij, bene tñ reddere, & exigere poſtea, iuxta ſuperiùs dicta. * Ad ꝓpoſitum nonnulla, vide in appendice.

Dubium 4. Solutio.

Dubitatur 4. Si quis non habens votum ſimplex continentiæ ſcienter contrahat cum habente, Vtrùm ſit matrimonium & peccet cõtrahendo. ¶ Reſpond. ꝙ eſt verè matrimonium, & peccat mortaliter contrahendo cum tali, ſcienter. Quia ſocius, & particeps eſt peccati alterius. Qui fecit votum, non poteſt ſine mortali contrahere. ergo qui adiutor eſt huius facti, ſimiliter peccabit mortaliter.

Agentes & conſentientes par pœna conſtringit 2. q. 1. c. Notum.

5. Dubium.

Vltimò dubitatur circa hoc. Si aliquis voto ſimplici continentiæ obligatus inquirat à me, vtrùm poſsit cõtrahere matrimoniũ. Vtrùm debeã ei reſpondere ꝙ ſic. Hoſtien. dicit ꝙ debeo reſpondere ꝙ nõ licet. Et ſi iterum interroget. Vtrùm ſi de facto faciat, tenebit matrimoniũ. Dicit ipſe Hoſti. ꝙ nõ debet reſpõdere, quia daret occaſionẽ peccandi, ſi diceret ꝙ ſic. Sed meliùs videtur dicendum cum Syluestro, quòd nullo modo talis peccaret dicendo veritatem ſcilicet tu peccabis mortaliter cõtrahendo, ſed matrimonium tenebit: quia occaſio peccandi non eſt data, ſed accepta. Et tale ſcandalum non tenemur vitare, quia phariſæorũ eſt. Nam ſi illud dicere, peccatum mortale eſſet, peccarent ſimiliter doctores, qui iſta ſcripta nobis reliquerunt, quod eſt falſum. Sed adde ſuprà ipſum Syluestrum, vnum, ꝙ ipſe ibi non approbat, ꝙ ſi aliquis habens votum, nõ ſeruet ipſum, quia incontinens eſt, licitè poſſum conſulere quòd ducat vxorem, conditionatè dicendo. Si tu non abſtines à mulieribus, nube, melius enim eſt nubere, quam vri. Nec ob hoc ego do occaſionẽ peccandi, vt ipſe Syluester dicit. Quia ego nollem aliquod iſtorum facere, cùm vtrunque peccatum ſit, ſed parato maius malum facere, conſulere minus eſt bonum, vt nos in expoſitione epiſtolæ ad Roma. cap. 3. latè expoſuimus. Et ne videar fingere hoc, ex ſcripturis capiam exẽplum, quæ ad noſtram doctrinam ſcriptam eſſe conſtat. Dicitur enim in Gene. 19. ꝙ Loth. Sodomitis volentibus contra naturam cognoſcere viros, qui in domo ſua erant, obtulerit filias dicens. Nolite fratres hoc malũ facere, habeo duas filias nec dum cognouerunt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodò viris iſtis nihil mali faciatis. Iſtud factum laudat S. Ambro. vt habetur. 32. q. 7. cap. Offerebat. Vbi dicitur. Offerebat. S. Loth filiarum pudorem: nam & ſi illa quoque flagitioſa impuritas erat, tamen minus erat ſecundum naturam coire, quàm aduerſus naturam delinquere. Hæc ibi. Ecce ſanctus Loth dicitur in hoc facto, & laudatur ex zelo quem habuit, minus malum conſulendo illis, qui parati erant maius facere. Item habes exemplum quando fratres Ioſeph volebant eum interficere, & Iudas dixit, melius eſt vt venundetur Hiſmaelitis, & manus noſtræ non polluantur. Certum eſt doctores omnes Iudam non damnarent, ſi ipſe conſulendo minus malum ad venditionem non operatus eſſet: ergo non peccauit in conſilio, ſicut doctores fatentur, ſed peccauit quia fuit criminis particeps vendendo. Item habes & 3. exemplum Iudicum, vbi quibuſdam volentibus vti contra naturam, quidam probatus ſenex dixit. Nolite fratres, nolite facere malum hoc, ceſſate ab hac ſtultitia: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis, tantùm obſecro ne ſcelus hoc contra naturam operimini in virum. Ecce quomodo iſte conſulebat minus malum ad maius vitandum, nec peccauit in illo, ſed ſanctè fecit.

Hoſtien.
Abulen. n. 30. q. 63.
Syluester. matri. 7. §. 5
Matth. 15.
Paulus 1. Cor. 7.

Conſulere minus malum ad vitãdum maius licet.

Ambro.
Gene. 37.
Iudicum 19

Exemplum habes 4. ex Hieremia, quando quidam viri volebant interficere alios, & tales dixerunt. Nolite interficere nos, quia habemus theſauros in agro, frumenti, & olei, & hordei, & mellis, & nõ interfecerunt eos. Certũ eſt, ꝙ iſti conſuluerunt minus malum. ſ. rapere alienum, vt maius vitarent, ſ. mortem. Propter iſta, & ſimilia, quæ contingere poſſunt, mihi videtur dicendum: ꝙ illis, qui votum continentiæ non ſeruant: ſanctè conſulitur vt vxorem ducant, & ad hoc maius malum paratum, moneo, & conſulo minus malum. Nec hoc contra Paulum dicentem. Non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Quia nec veniali ter eſt peccandum pro vita hominis, nec pro vita omnium hominum ſeruanda. Placet tamen conſilium B. Antonini, ꝙ in his oportet prudenter nos habere, & eludere tales quærentes, vt docet Origenes, & habetur diſt. 43. in c. In mandatis. Vult ibidem dicere Origenes, ꝙ talibus quærentibus iſta, vel ſimilia, non oportet nos tacere, ne defectu ſolutionis id eſſe ſuſpicetur, & audientibus noceat. Ob id prudenter reſpondendum.

Hier. 41.



Ad Ro. 3.
Adria. quo lib. 1. ad 1.
Anton. 3. p. tit. 1. ca. 16. §. 1.
Orige.

* Dubitatur vtrũ poſsit epiſcopus diſpenſare in hoc, ꝙ eſt exigere debitum cùm illis, qui voto caſtitatis erant obnoxi. Tenendo opinionem communem quòd poſt votum coniugatus, nõ ſolum mortaliter peccat cõſumando, ſed prorſus exigere non poteſt licet reddere teneatur, & videtur ꝙ nullo modo epiſcopus poſſit, ſed id ad Papã ſpectet, quia in voto perpetuo ipſe ſolus eſt qui diſpenſat, varie loquuntur doctores, ſed videtur tenendum quòd etiam ſi vera ſit communis opinio, ꝙ poſt votum caſtitatis non poſſit exigere, tamen poteſt epiſcopus diſpenſare, vt licite exigat, & reddat. Sic S. Antoni. 3. p. tit. 1. c. 22. §. 2. Maio. in 4. d. 38. q. 2. idem Soto in eadem diſt. 42. art. 1. Et eſt communis opinio, quòd quando coniuges ad tempus certum vouẽt mutuo conſenſu ſeruare caſtitatẽ poſſit diſpenſare epiſcopus, Syluester in verbo votum. 4. §. 4. & Tabiena in verbo diſpenſatio. §. 9. & in caſu quo vterque emiſit votum ex mutuo conſenſu. Imò etiam ſi ante matrimonium, cùm nullus ſecundum communem opinionem poſſet petere, poteſt Papa diſpenſare, & in caſu etiam ſi Syluester in verbo matrimonium. 7. §. 5. dicat ꝙ non poſſet etiam reddere alteri petenti, quia illicite petit. Eſt dicendum ꝙ etiam ante diſpenſationem poſſet reddere exigẽti, etiam ſi illicite petatur, quia & ſi non tenetur reddere ratione voti, ex obligatione iuſtitiæ tenetur, quia petit ſuum ſicut ſi quis pecuniã apud me depoſitam peteret, etiam ſi ſciam velle prodigè cõſumere, teneor dare, ſic in propoſito. Et notandus eſt caſus, quia ſæpe contingit, vel quando ambo ſimul vouerunt, vel quando alter & alius ſcit votum. verum in quacunque opinione tenendum eſt, ꝙ epiſcopus poteſt diſpenſare, de quo infrà redibit ſermo in appendice ad hunc articulum in fine. An miniſter teneatur copulare in matrimonio, eum qui voto ſimplici ligatus eſt, vide in fine in appendice latè.

## ARTICVLVS XVI.

### *De ſponſalibus.*

Quid ſponſalia.

SPonſalia ſunt futurarũ nuptiarũ promiſſio. Si ergo quis promiſit alicui nuptias de futuro, alio conſentiente, non poteſt aliam ducere, ſed tenetur ſeruare promiſſum. Si tamen de præſenti cõtrahat, tenet matrimonium, & ſoluuntur ſponſalia, vt patet extra de ſponſa. c. Si inter virum. Et cap. 1. de ſponſa duorum.

Quæritur circa hoc. Vtrùm talis poſt ſponſalia de futuro cum alia contrahẽs de præſenti, peccet mortaliter. ¶ Reſpondetur quòd ſic. Omnes doctores fatentur, quòd ſi poteſt promiſſum adimplere, & non adimplet, contrahendo cum alia peccat mortaliter. Ratio eſt in manifeſto. Quia facit iniuriam, & graue damnum nõ dando promiſſum illi, cui promiſit, ſed graue dãnum, & iniuria non eſt ſine peccato mortali. Hoc tamen intelligẽdum eſt, dummodò non ſit aliqua iuſta cauſa eum excuſans. De quo infra.

Concluſio.
Ratio.

Oportet tamen notare, quòd propriè ſponſalia illa dicuntur, quæ ſunt

per

Nota.

S.Tho. 4.d. 27.q.2. per verba de futuro. Et de iſtis intendimus loqui. S.Thom. dicit ſponſalia propriè trahi à ſponſione coniunctionis matrimonialis per verba de futuro: quia ſunt tales promiſſiones velut quædam ſacramentalia matrimonij, ſicut exorciſmus baptiſmi. Largè tamen capiendo ſponſalia, dicuntur illorum, qui per verba de præſenti cõtrahunt. * Et olim quidem ſolum de futuro cõtractus erat, vſque dum publicè in eccleſia per verba de præſenti fiebat.

De tempore contrahẽdi ſpõſalia. Viguerius. cap. 16. §.7. ver.7. Primo. Sponſalia poſſunt contrahi à primo ſeptennio, & non antè. De ſpon. impub. lib. 6. c. Si infantes. Ante iſtam ætatem ſi non ſint nimis propinqui ad eam, non contrahuntur ſponſalia, etiã ſi parentes inter ſe fidem dederint pro filijs non valent, niſi ipſi poſt ſeptennium ratum habeant. Idem in 6. Et licet tales per verba de præſenti ſponſentur, ſemper tenent vim verborum de futuro, quia ſunt ſponſalia. Extra de ſponſa. impub. cap. fi. licet primum ſeptennium ſit requiſitum ad ſponſaliæ in fœmina, & in viro: tamen ad matrimonium contrahendum, tamen nõ æqualiter in vtroque ætas requiſita, quia in viro 14. annus requiritur, & in fœmina 12. vel propè. Quia quod parum diſtat, quaſi nihil diſtare videtur. Ariſtot. Huius rationem dat. S.Tho. Quia S.Tho.d.27 artic.2. in ſpõſalibus requiritur vſus rationis qui ſimul incipit in vtroq;, ſed in con Ariſto.9. de animalibus tractu matrimoniali requiritur diſpoſitio ex parte corporis, vt ſit tempus generationi aptũ, quod in puella eſt in 12. anno, & in maſculo in fine 14. ſecundum Ariſto. Hæc S.Tho.

Dubium 1. Dubitatur. Si ante iſtam ætatem perfectam, conſumment matrimoniũ, an ſit iudicandum pro matrimonio. Dicendum ꝙ ſic, vt bene S.Tho. ibidem affirmat. Quia tunc malitiæ ſupplet ætatem. De quo infrà dicemus.

2. Dubium. Solutio. Dubium eſt ſecundum. Quot modis ſponſalia contrahi poſſunt? Dico quòd multis modis contrahi poſſunt. Primo per verba de futuro. Secundo de præſenti inter impuberes, quæ habeant vim de futuro. Tertio contingit per anuli ſubarrhationem. 27.q.2. Si quis deſponſauerit. Quarto per arrhãrum dationem, putà iocalium, aut pecuniarum. Tamen circa iſta duo eſt notandum, vt notat Panor. in c. fi. de ſpõ. Panor. impub. ꝙ iſta poſſent dici matrimoniũ, ſicut ſpõſalia, vt in c. Fœminæ. 30.q.5.

Pro cuius clara intelligentia oportet notare, quæ præceſſerunt verba. Nam ſi de præſenti, & poſt ſequuta eſt ſubarrhatio: eſt matrimonium, ſed ſi Nota. de futuro, ſunt ſponſalia. Et ſi nulla verba præceſſerunt, tunc oportet ſtare conſuetudini. Nam ſi fuerit conſuetudo, ꝙ ſine verbis præcedentibus huiuſmodi donis ſponſalia ſoleant fieri, vel matrimonium de præſenti, ſicut apud Mexicanos eſt ſolitum fieri apud nonnullos, ſubarrhatio deberet capi ſecundum conſuetudinem: quia ſic illis exprimere ſolebant huiuſmodi ſponſalia. Si verò non ſit aliqua conſuetudo, ſola ipſa dona, non probant ſponſalia, eò quòd talia ſigna non ſunt determinata ad vnam rem ſolum ſignificandã: ſed ad plura poſſunt applicari.

3. Dubium. Dubitatur 3. Si ſolum vnius verba præceſſerũt, vtrùm in miſſione anuli, & receptionem harum denotetur conſenſus alterius expreſſus. licet taceat verbis ſed arrhas recipiat. Reſpon. ꝙ Solutio. Gloſſa. ſic. Nam quando verba præceſſerunt, & ſubarrhatio, receptio, habetur pro conſenſu expreſſo. Sic notat. Gloſ. ſuper. c. penul. de ſponſalibus. Hoc oportet notare pro declaratione dubij Sup.ar.5. ſuprà poſiti: vtrùm vno exprimente conſenſum, alio non contradicente, ſed conſentiente in copulam, ſit matrimoniũ. Ibi diximus, ꝙ ſic, ſi non ſit actus contrarius in animo. Sic contingebat apud incolas noui orbis, quòd vnus ſolus verba cõſenſus exprimeret: & alius taceret, & deinde ſimul manebant in vnum tanquàm cõiuges. Nam ſolitum erat apud eos, vt vnus diceret, Ego accipiam te in meam, & tũc alter reſpondebat, Accipies me, & non ampliùs.

4. Dubium. Solutio. Dubium 4. Vtrùm fieri poſsint per procuratorem. Reſpon. ꝙ poſſunt ſponſalia contrahi per procuratorem: ſicut & matrimoniũ de præſenti, & per literas, abſentes poſſunt ſponſari, vel con-



Gene.24. contrahere. ff. de ſponſalibus. l. Sufficiet. Et quòd poſſit per abſentes, & per procuratores fieri, ex ſcriptura exemplum ſumitur, quando Iſaac contraxit cum Rebecca per nuncium. 32. q.2.c. Non omnis mulier.

Dubium 5. Sed vtrùm ſufficiat ad hoc, ꝙ ſit miſſus ad ſponſalia, vel ad matrimonium contrahendum. Reſpon. ꝙ eſt neceſſarium, procurator, de hoc habeat ſpecialiſſimum mandatum, & exprimatur perſona, cum qua debent ſpõſalia, vel matrimonium contrahi, vt in l. genera li. ff. de ritu nupt. Nec talis poteſt aliũ ſubſtituere, niſi de hoc habeat ſpeciale mandatum.

Dubium 6. Dubitatur adhuc. Si poſtquàm commiſſum eſt procuratori, vt contrahat cum aliqua, vel aliquo, & interim dum vadit exequi mandatum, qui miſit eũ, ductus pœnitentia reuocat mandatũ, antequàm procurator contrahat: tamen ignorante procuratore, & perſona, cum qua ſit contractus, contrahũt de facto, vtrùm teneat. Reſpon. quòd non tenet, ſiue ignorauerint, ſiue ſci- Solutio. uerint. Sic eſt determinatum. c. Procurator. de procuratoribus lib. 6. Et Ratio. ratio ad id eſt. Quia matrimoniũ eſſentialiter dependet à legitimo conſenſu, ita vt ipſo deficiente, nullum ſit. Cùm ergo tempore contractus defuit ex parte illius, qui procuratorem miſit: eò ꝙ reuocauit antequàm contractus fieret, ergo dato alia pars conſentiat, nihil fiet. Sic Hoſtienſis te- Hoſtien. net in c. ſuprà dicto. * Hæc tamen omnia modo intelligenda ſunt, iuxta diffinita in Concilio Tridentino, vbi ad matrimonium eſt requiſita, & præſentia miniſtri & teſtes.

7. Dubium. Sed maius dubium eſt. Si quis conſentiat in abſentem per verba de præſenti, poſteà mittat procuratorem ad illam, & antequàm alia perſona conſentiat, ille qui priùs conſenſit in abſentem diſſentit: vtrũ ſit matrimoniũ ipſa conſentiente, putans ꝙ ſemper du- Argumentum. rauerit in primo conſenſu. Et videtur ꝙ tale ſit matrimonium. Præceſſit legitimus conſenſus vnius, & poſt ſequutus eſt alterius, ergo erit matrimoniũ. Quia poſtquàm quis conſenſit in aliquẽ, habuit actum voluntatis transferendi poteſtatem in alium, & ſic poſt alio acceptante tenebit, quamtuncunque poſtea reuocauerit. Hoc non ob- Solutio. ſtante, reſpon. ꝙ ſi antequàm illa conſentiat, reuocatio conſenſus veniat ad procuratorem, nihil actum eſt: quia conſenſus deficit. Sed ſi peruenit poſtquàm iam illa conſenſerat, & poteſt Eccleſiæ fieri fides, ꝙ ante ille diſſentit, non tenebit: quia nec verè, nec interpretatiue concurrit conſenſus. Si tamen non cõſtaret de diſſenſu priuato, cogeretur per Eccleſiam vir eam ducere: quia iudicans de exterioribus ſolum, non conſtat ei de diſſenſu. Si tamẽ de diſſenſu conſtaret Eccleſiæ, antequàm alia conſenſerit, licet ipſa ignorans conſentiat, non eſt matrimonium, dato quod reuocatio, ad procuratorẽ non peruenerit. Et hoc eſt ſpeciale in matrimonio, vt dicit Innocen. in cap. Innocen. Iuuenis. de ſponſa. Et de procuratori. in 6. cap. fi. * Sed modo ex Cõcilio Tridentino, cõſtat non eſſe matrimonium, quia nõ eſt præſens miniſter, cui cõſtare poſſit, vtriuſq; conſenſus nec teſtes.

8. Dubium. Sed dubitatur, vtrùm quantum ad Deum in foro cõſcientiæ teneant ſponſalia, vel matrimonium, quando quis conſentit in abſentem, & mittit procuratorẽ, & poſt reuocat antequàm alia conſentiat, & talis reuocatio eſt ſolum interior. Reſpon. non valere. Quia Dilutio. dato ita ſit, quòd talis conſenſerit, talis conſenſus ſolus non facit matrimonium, nec ſponſalia, niſi adueniente conſenſu alterius. Nam à duabus cauſis ex æquo dependet, & vna exiſtente ſolum, non eſt verus contractus. Nam quando vnus effectus à duabus cauſis dependet ſimul, & æqualiter, vna ſolum concurrente, non fit. Ergo cùm ſolum adſit conſenſus vnius, quia alterius non erit matrimoniũ, nec contractus ſponſalium. Nec 1.Cor.7. obſtat quod ſuperius adducebamus. Quia iam talis per primum cõſenſum, videtur transtuliſſe poteſtatem ſui corporis in illum, cui conſenſit. Iſta enim translatio, dependebat ex alterius conſenſu,

ſenſu, ſi acceptaret. Sequitur ergo, ꝙ effectum non habuit, ante conſenſum alterius: ſed tunc quando alter conſentit, iam primus non manet, quia reuocatus eſt, ergo nullo modo tenet in conſcientia. Et adhuc probatur. Si quis in præſentia fœminæ diceret. Accipio te in meam, & ipſa non ſtatim reſponderet, ſed remoraretur parum, & antequàm ipſa reſponderet, ille rurſus diceret. Nolo te accipere in meam: certum eſt, nullum eſſet matrimonium, neque ſponſalia. Ergo à ſimili, quando miſſo nuncio contradicit, ante quàm alter conſenſum adhibeat. Et hoc patet. 27. quæſt. 2. cap. Sufficiat. * Neque ſufficit promiſsio facta ad hoc quòd obligetur, quia in contractu matrimoniali, do, vt des, iſta ſic ſe habent, quòd promiſſio non tenet quo vſque alius acceptet ob interim, quòd alius non acceptat, liberum eſt illi qui primo promiſit reuocare. Vide Soto de iuſtitia & iure. lib. 4. quæſt. 5. arti. 1. An tamen peccet reuocando promiſſum abſque rationabili cauſa aliud eſt.

Simile.

9. Dubium.

Sed quid ſi primo conſenſit, & nuncium, miſit, & poſt nunquàm diſſentit, nec aſſentit, ſed diſtractus ad alia non aduertit. Vtrùm alio conſentiente ſit matrimonium. Dicendum, in foro conſcientiæ, & Eccleſiæ tenere. In conſcientia patet. Quia ibi re vera fuit aſſenſus, & non reperitur diſſenſus, ergo tenet. Sicut ſi quis voluit conſecrare, & poſtea ad alia diſtractus non aduertit, non tamen habet nolitionem, verè conſecrat. Ergo ſimiliter in propoſito. Idem probatur de baptiſmo. Si quis voluit recipere baptiſmũ, & poſt nõ cogitat, neque habet actum contrarium, eſt baptizatus. in cap. Maio. de baptiſmo, & eius effectu. Et in foro Eccleſiæ ſtandum eſt pro matrimonio in fauorem ipſius. Extra de re iudicata. cap. Duobus. Et in dict. cap. idem Ray. Et ſi non fuerit interiùs, vel exteriùs facta reuocatio primi conſenſus, etiam ſi non aduertat. Poſt adueniente expreſſo conſenſu alterius partis, eſt matrimonium verum in vtroque foro: ſi ſit per verba de præſenti factum, & ſi de futuro, erunt vera, & legitima ſponſalia: ſi aliud non obſtat.

Solutio. Ratio.

S. Tho. 3. p. q. 64. art. 8. & doctor. Theo. in 4.

Raymun.

Dubium 10

Sed de modo, quo matrimonium contrahi poteſt per nuncios, per literas, eſt aliud dubium. Si aliquis miſit in literis conſenſum ſuum, dicens. Ego te accipio in meam. Et ipſa legat, & conſentiat. Vtrùm ſit matrimonium, ſuppoſito ꝙ conſenſum nulli explicet, ſed ſolum interius habeat. Reſpon. quòd non erit matrimonium. Probatur. Si præſentibus duobus, vnus diceret alteri. Ego te accipio in meam, & illa nihil reſpõdet, ſed interiùs conſentit, tamen poſtea ambo diuerterent, & nõ ſimul manerent, nec in vnum conuenirent, nullum eſſet matrimonium, neque in foro Eccleſiæ, nec conſcientiæ, vt ſuprà de conſenſu loquentes determinauimus: ergo dato per literas promittat quis, & alter conſentiat: non erit matrimonium. Quia ad hoc eſt requiſita expreſsio conſenſus vtriuſque verus: vel vnius verus, & alterius interpretatiuus, vt ibidem probatum eſt.

Solutio. Ratio.

Supra art. 5

Ratio 2.

Secundo patet. Per ſolum interiorem conſenſum (de quo viro non poteſt conſtare) non poſſet licite vxore vti tanquàm ſua, ſed peccaret. Hanc ſententiam tenet Ray. & dicit, ꝙ tunc ſolum erit matrimonium, quando exprimat conſenſum vel illi, à quo miſſæ ſunt literæ, vel alteri. Et facit pro hoc. c. Cùm apud. de ſponſa. Et 32. q. 2. c. Honorantur. Et idem Roden. & Aſtẽ. Iſta nota ꝑ illis, quæ ſuprà dicta ſunt: ꝙ interior conſenſus amborum, nec vnius cum expreſsione alterius ſufficit ad matrimonium. Et idem eſt de ſponſalibus, & matrimonijs.

Roden, Aſten.

Dubium 11

Pro complemento dubitatur. Vtrũ ſi mittens literas vel procuratorem, iurauit non reuocare, & poſt reuocet, teneat matrimonium. Reſpon. quòd nõ, ſed eſt periurus. Sic dicit directorium. Probatur. Sic ſe habet iuramentum de non reuocando, ſicut ſe habet iuramentum de adimplendo: ſed iuramentum adhibitum in ſponſalibus nõ impedit, quin contrahendo cum alia ſoluantur ſponſalia, vt patet de ſpon.

Reſponſio

cap.



c. Sicut ex litteris. Ergo à ſimili ſi qs adhibuit iuramentum de non reuocando, ſi reuocet, periurus erit, tamen cõtractus ſecũdus tenebit. * Et patet ex glo. in cap. finali in 6. de procuratoribus, quam ſequuntur docto. idem Socinus 3. volum. conſiliorum conſi. 58. Feli. in c. diligenti de foro compet. & Deci. in c. ad noſtram de confirma. vtili, vel inutili. idem Couarru. in 2. p. epito. c. 4. nu. 10.

Modus contrahẽdi per procuratorem de futuro.

De modo contrahendi matrimoniũ vel ſponſalia per procuratorem, dicit Ioan. Andre. in cap. Procurator. de procuratoribus, libro ſexto, quòd ſi contrahantur ſponſalia: dicendum eſt ſic. Promitto tibi de mandato talis domini mei, & nomine eiuſdem, quòd ipſe te ducet in vxorem, & hoc in animam ſuam iuro. Et verſa vice puella reſpondebit. Promitto tibi nomine domini tui recipienti, & ſibi per te; quòd ego ducam ipſum in virum, niſi ſteterit per ipſum. Et hoc iuro. In matrimonio verò de præſenti dicitur, Talis dominus meus mandat tibi, quòd ipſe per me, ſiue mediante me, & tibi nunciante accipit te, & conſentit in te tanquam in vxorem ſuam. Et e contrario reſpondet puella. Et ego te mediante, dominum tuum recipio in meum virum: cùm ipſe te mediante me, in ſuam recipiat, & in eum conſentio tanquam in dominum, & maritum. Hæc ſunt verba, quibus oportet vti, quando ſponſalia, vel matrimonium per procuratorem contrahũtur. ¶ An ſit ſacramentum, quando per procutatores contrahitur. Aliqui dubitant, vt Caietan. & alij, quicquid Catharinus. lib. 5. contra Caietan. dicat. De quo, * infrà in fine in appendice, in 5. dubio, vbi diſputatur de neceſſitate miniſtri in matrimonio. Vide quæ ſub compendio adduximus, & hæc omnia variata ſunt & aliter conſtituta per Cõcilium Tridentinum, vt in fine in appendice.

Modus contrahẽdi per procuratorem de præſenti.

Couar. 2. p. Epito. 1. c. & c. 4.

Cano. de locis Theologicis lib. 8. c. 5.

# ARTICVLVS XVII.

## *De verbis, quibus ſponſalia contrahuntur.*

Circa verba, quibus ſponſalia cõtrahuntur, quęritur, Vtrùm iſtis verbis, Ego volo te accipere in meam, contrahantur ſponſalia, vel matrimonium. Et quidem in prouincia Michoacanenſi ſic habet frequens vſus.

Nota. 1.

Pro ſolutione dubij notandum eſt: quòd per hoc verbum, volo, poteſt ſolum denotari velle deſiderij inefficax. Vel poteſt dicere velle eligentis efficax, quod eſt actu ponere rem antè deſideratam, & conceptam.

2. aduertẽ.

Oportet aduertere etiam quæ ſint illa verba, quæ præceſſerint contractum matrimonij: tanquàm quid, de præſenti fiendum, vel ſi ſolum de futuro fuerunt illa, quæ de matrimonio tractata ſunt. His ſuppoſitis, ad dubium reſpondetur.

1. conclu.

Prima concluſio. Si aliquis proferat iſta verba, Ego te volo accipere in meam, & conſtat de intentione, in foro conſcientiæ ſtandum eſt intentioni. Quia iſta verba ſecundum ſe poſſunt referri ad deſiderium, quod habet capiendi ipſam, quòd nondum exequitur. Vel poſſunt referri ad exequutionem facti. Sequitur ergo, ꝙ ſi ipſa æquiuocè ad vtrunque referri poſſunt, & de intentione conſtat, ꝙ in foro conſcientię ſtandum eſt intentioni. Sic quòd ſi per illa verba de præſenti voluit illam ſumere, ſit matrimonium, & ſi in futurum, erunt ſponſalia ſolum.

Ratio conclu.

2. conclu.

2. concluſio. Si non conſtat de intententione, per illa verba ſecundum ſe, Volo te accipere in meam, non eſt iudicandum pro matrimonio, niſi per

Ratio. Palud. in 4. d. 27. q. 2. arti. 4. alia verba accipiatur. Probatur. Quia ipſa verba non dicūt certò actum exequutiuum, ſed ſolùm deſiderium. Et ob id ſolum videntur habere ſponſalium vim: & non matrimonij. Sic tenet Paludanus.

Conclu. 3. 3. concluſio. Licet verba iſta ſecundum ſe non explicent conſenſum de præſenti magis quàm deſiderium de futuro, ex præcedentibus tamen poteſt præſumi pro matrimonio, vel pro ſponſalibus. Nam ſi præceſſerunt verba de matrimonio de præſenti, & iſta fuerunt ſubſequuta, præſumi poteſt pro matrimonio. Si tamen verba de ſponſalibus, pro ſponſalibus præſumendum. Ratio conclu. Et ratio ad hoc non poteſt alia dari, quàm arbitrium boni viri: Quia ſi de intentione nō conſtat, præſumendū eſt, q vbi contractus de præſenti præceſsit, q per iſta verba voluit proferens ea exequutionem manifeſtare. Adria. in 4. Iſtam ſententiam tenet do. Adrianus, limitans dictum domini de Palu. Et quidem placet iſta præſumptio, vbi non eſſet aliud obſtaculum.

Dubium 1. Sed eſt dubium, Vtrùm iſtis verbis: Volo te eſſe vxorem meam, & illa reſpondente, Volo te eſſe maritū meū, contrahatur matrimonium, vel ſponſalia. Reſpond. Aliqui ſunt dicentes non eſſe matrimonium ſimpliciter. Solutio. Verū melius videtur diſtinguendum, quomodo vtantur illo verbo, Volo. Vel explicat appetitum, ſeu deſiderium quoddam, quod eſt velle inefficax. Et iſto modo, illis verbis nec contrahitur matrimonium, neque ſponſalia. Si verò illo verbo, Volo, explicetur velle eligentis, ſeu velle efficax, quod eſt actu velle, tunc eſt matrimonium. Ratio. Probatur. Verum matrimonium, eſt, quando eſt conſenſus expreſſus de præſenti mutuus inter perſonas legitimas: ſed iſtis verbis in iſto ſenſu dicto verè explicatur conſenſus de præſenti, ergo eſt matrimonium. Quod verè explicetur, patet. Quia dicens, Volo te eſſe vxorem meam, nihil aliud eſt quàm dicere, Capio Adria. in 4. de ſponſ. te in vxorem meam, ſed iſtis verbis verè explicatur conſenſus de præſenti, ergo & alijs æquiualentibus. Hanc ſententiam tenet do. Adrianus in quarto.

Reſtat inquirendum, Quid agendum eſt, quando nō conſtat de intentione. Dubium 2. Dilutio. Ad hoc reſpondet dominus de Palude, q in hoc, & in omnibus verbis dubijs an faciant matrimonium, vel ſponſalia: attendendum eſt de quo inter partes actum fuerit, an de ſponſalibus tantùm contrahendis, vel de matrimonio, Palud. 4 d. 27. q. 2. ar. 4. con. 5. quia ſecundum intentionem iudicandum eſt, pro ſponſalibus tantùm, vel pro matrimonio intelligentia enim dictorum, (ſecundum Hilarium) ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non res, ſermoni, ſed rei, ſermo ſubiectus eſt. Hilarius 13 de Tri. Extra de verbo. ſigni. cap. Intelligentia. Si dubium ſit de quo agebatur, ſi ille, qui primo loquutus eſt, dixit verba, de quibus conſtat, cui determinatè deſeruiunt, vel ſpōſalibus, vel matrimonio: ſecundum intellectū illorum debent intelligi verba ſequentis, qui videtur ad interrogata reſpōdere. Adria. in 4. q. vlt. Hæc affirmat Adrianus, Hoc eſt ſanè intelligendum, quando verba ſunt æquiuoca, & poſſunt intelligi pro matrimonio, vel pro ſponſalibus: quia ſi verba eſſent determinata pro ſponſalibus, vno loquente de præſenti, & alio reſpondente de futuro, non debent intelligi pro præſenti.

3. Dubium. Sed an iſtis verbis, Cōtraho tecum, vel Do tibi fidem ſi vis, & altero reſpondente eodem modo, cōtrahantur ſponſalia, vel matrimonium. Nota. Pro ſolutione eſt notandum, quòd hæc conditio, ſi vis, poteſt facere duplicem ſenſum. Vel Do tibi fidem, & Contraho tecum ſi vis, ideſt, ſi tu vis vt contraham, vel ſi tu vis vt dem tibi fidem. Secundo modo poteſt intelligi, Contraho tecum ſi vis, ideſt, ſi tu ſimiliter vis mecum contrahere.

Solutio. Reſpon. q primo modo intelligendo, eſt contractus conditionatus: & exiſtente conditione, ſtat matrimonium, & ea nō exiſtente, non ſtat. Ratio. Quia contractus emptionis, & venditionis collatus in ementis, vel vendentis voluntatem, non tenet, niſi in euentu cō-

ditionis,



ditionis, vt patet in l. Vendentis. C. de contrahen. empt. Ergo à ſimili, in præſentiarum. alia ratio. Si ego dicam Mariæ, Contraho tecum ſi tu velis vt contraham, non erit matrimonium, etiam ſi ipſa reſpondeat, Contraho tecum ſi tu velis, niſi ipſa Maria habeat actum, quo velit ipſum contrahere. Et probatur clarius. Nam matrimonium, vel ſponſalia ſub cōditione honeſta, & poſſibili contracta: non habent vim obligandi, niſi in aduentu conditionis: ſed iſte contractus ſic eſt conditionatus, ergo non obligat, niſi conditione adueniente. Adria. in 4. q. pen. Iſtā ſñiam tenet do. Adrianus. Si tñ illa conditio, ſi velis, capiatur in ſecūdo ſenſu. ſ. Cōtraho tecum ſi velis, vel ſi tu mecū velis contrahere, dico, q ipſa aduertente & reſpōdente. Contraho, tecum, ſi per verba de præſenti, eſt matrimonium: ſi per verba de futuro, ſunt ſponſalia. Hoc in foro exteriori, quia tunc iudicaretur conditio tanquàm adimpleta. Patet. ff. de fide inſtru. l. Cùm delanionis. §. Aſinam. Sed tamen in foro conſcientiæ ſtandum eſt intentioni cōtrahentium. Si enim ipſi intendebant ſe obligare mutuò. ſ. q Ioannes volebat ſe obligare Mariæ, Maria ipſo volente, & Maria ſe obligauit, erit verus contractus. Adrian. vbi ſupra. Iſtam intentionem ſolet communiter habere, qui huiuſmodi verbis loquitur. Et ſic dū aliud de intētione nō cōſtet, in vtroq; foro iudicandum eſt pro matrimonio.

Dubium 4. Ad huc eſt dubium, Vtrùm, iſtis verbis, Habebo te in vxorem, & muliere reſpondente, Habebo te in virum, ſit matrimonium vel ſponſalia ſolum.

Nota. Pro cuius explicatione nota, Si iſtis verbis addit aliquid determinatum, vel nō. Si addit, vt ſi diceret, Habebo te in vxorē ab iſto inſtāti in perpetuū. Vel ſolū abſolutè profert verba ipſa.

1. conclu. Prima concluſio. Si iſtis verbis de futuro, Habebo te in vxorē meam, additur iſta particula, ab iſto tempore, vel ab iſto inſtanti, eſt verum matrimonium, & non ſponſalia. Nam licet ipſa verba de futuro exprimantur, & ſecundum ſe ſponſalia denotent cum tali conditione: iam videtur quòd cō-ſentiant de præſenti in matrimonium. Hoc eſt expreſſe determinatū in c. Ex parte. de ſponſa. Quia ibi iudicatur pro matrimonio. Vir enim iurauit, quòd ab eo tempore eam pro coniuge teneret, & ſicut vxori fidem ſeruaret, & illa ſimiliter. Sic omnes iuriſconſulti tenent ibi matrimonium eſſe. Ratione probatur. Ratio ad cō cluſionem. In illo qui talia verba profert cum intentione, explicatur conſenſus de præſenti, ergo verū eſt matrimonium. Quia explicatur ab iſto tempore, habebo, ergo ab iſto tempore iam capio, ergo verè capit. Et eſt idem ac ſi diceret, Accipio te in meam, ſed iſtis verbis fit matrimoniū de præſenti, ergo & ſimili modo alijs verbis, poſita clauſula, ab iſto inſtanti, vel deinceps.

2. concluſio. Illis verbis, Habebo te in vxorem, & ipſa reſpondente. Habebo te in virum, ſolum contrahuntur ſponſalia ſecundum ſe, & non matrimonium, ſicque in foro iudiciali, & conſcientiæ iudicandum. Probatur. 2. Conclu. 1. Ratio. Verba quæ denotant exequutionem matrimonij in futurum quanuis inducant obligationem ad ſtatim, non tamen pro tempore prolationis, ſed pro futuro. Alias idem eſſe dictū, Habebo te pro vxore, & Habeo te pro vxore: ergo ex hoc q ſtatim contrahitur per illa verba obligatio, nō habetur quod eo ipſo, & per illa verba contrahitur matrimonium. Conſequentia tenet. Quia ſatisfacit vtrique obligationi, ſi immediatè poſt hoc incipiat conſentire, & eam habere pro vxore.

2. Ratio. Eadem penitus ſignificant iſta duo, Aliquo futuro tēpore habebo te pro vxore, & habebo te pro vxore, ſed ſub prima forma non contrahitur matrimonium, ergo nec ſub ſecunda.

3. Per verba exequutiua in præſenti concepta, non contrahitur matrimonium: ſicut nec per actionem facto ſub ſequutam, niſi inter partes agatur de matrimonio contrahendo, & nō refert quibus verbis exprimant ſuum conſenſum de præſenti, quamuis alias ſint inepta. Nota. Patet. Cùm quis contraxit cum ſerua, quam putauit liberam,

deinde donata eſt libertate, quantumcunque vir etiam poſt libertatem tractet, cognoſcat, & habeat pro vxore, ſiue etiam verbis ſiue factis exprimat: non iudicatur pro matrimonio, niſi detecta fuerit mutatio ſtatus, vel conſtiterit alias de animo, quòd de nouo contrahere velit, vbi matrimonium non fuerit rectè contractum: nam intelligitur omnia facere ex primo conſenſu, quem habuit contrahendo cum ea, dum ipſa erat ſerua per capit. primum. de eo qui duxit in matrimoniũ, quam polluit per adulterium, & per c. 2. de coniugio ſeruorum. Imò ſi moueatur vxori quæſtio ſtatus, ſi vir cognoſcat eam, & tractat vt vxorem ex mandato Eccleſiæ, quouſque lis deciſa fuerit, non facit ſibi præiudicium, vt de nouo dicatur contraxiſſe matrimoniũ, vt dicit Hoſtien. & eſt communis opinio iuriſtarum. A ſimili ergo in propoſito. Si ex hoc, ꝙ tunc non fuit matrimonium, dato poſtea tractet eam vt vxorem non eſt matrimonium, ſic dato illis verbis poſtea obligetur ad contrahendum, cùm tempore prolationis non obligatur, ſequitur quòd non eſt matrimonium.

Hoſtienſis cum cõmuni opinione.

Hæc eſt opinio Magiſtri ſent. & Palu. ibidem dicentium, ꝙ prædictis verbis, Habebo te in vxorem, ſolum contrahuntur ſponſalia, etiam ſi iuramento firmentur. Et eſt communis Theologorum. Imò inter Iuriſtas tenet eam Hugo, Lauren. 20. d. & plures alij. Et Archi. in c. Ex parte. de ſponſa. Et tenet dominus Adrianus. Et vt refert ibidem doctor Angelus de Vualdio Peruſinus ait. Si quis in Eccleſia, vel alio loco ſacra tangens eloquia, iurauit ſe in vxorem aliquam habiturum, & eam in domum traduxit, vxor legitima efficitur, quam de domo expellere ſiue iuſta cauſa ei non licet. Conſentit ergo, quòd per verba, Habeo te in vxorem. &c. ſub iuramento prolata, ſolum ſunt ſponſalia, & tradu-ctione, præſumitur matrimonium.

Magi. ſen. 4 d. 27.
Palu. ibi. q. 2. ar. 4.
Hugo.
Lauren.
Archi.
Adria. in 4. de ſpon.
Nota.

Dubium 5

Vtrùm. Non capiam aliam in vxorem niſi te. Vel, Non habebo aliam niſi tè, ſit matrimonium.

Solutio.

Reſpondetur, ꝙ iſtis, Non contrãham cum aliqua quã tecum. Et iſtis, Non habebo aliam in vxorem niſi te. Et iſtis, Non contraham cum aliqua alia muliere à te. Et, Non contraham cum aliqua alia muliere niſi tecum, non ex verborum vi contrahuntur ſponſalia. Quia ſi eſſent ſponſalia, ſequitur ꝙ ex hoc obligaretur eam ducere aliquando, ſed hoc non, vt patet. ff. de act. emp. & ven. l. Si ſterilis. §. Si tibi fundum. Eſt caſus ibi, Si tibi fundum vendidero cum pacto, vt nulli alij venderes quàm mihi, actio eo nomine etiam venditio eſt ſi alij vendideris, ſed ſecundum omnes obligaris mihi vendere.

3. Ratio.

2. Ratio.

Item. Si quis diceret. Promitto nihil aliud dare ex bonis meis quam vineam, vel oliuetum: non obligatur dare oliuetum. Sequitur ergo à ſimili, ꝙ iſtis verbis, Non habebo aliam niſi te ſolam: Vel, Non accipiam aliam niſi te ſolam, ꝙ non contrahitur obligatio aliqua. Probatur. Quia ſicut propoſitio negatiua nihil ponit in eſſe, ita promittens factum negatiuum non obligat ſe ad aliquid poſitiuè faciendum. Vnde Palud. deducit, ſponſalia ſolum contrahi propoſitione affirmatiua, non autem negatiua. Quia ſi dicat, Promitto tibi quòd nunquã ducam aliam à te non tenetur eam ducere, ſi velit continere: ſed ſi velit contrahere, non licet aliam ducere. Sicut cum alicui prohibetur alienare ſeruum, extra familiam, non tenetur alienare, ſed ſi alienet, tenetur in familiã. Hæc aſſerit do. Adria. * Quæ in præſenti articulo dicta ſunt, quando ſint ſponſalia, & quando matrimonium intelligenda veniunt modo vt ſę pe dictum eſt iuxta Concilij Trident. nouam diffinitionem.

Palud. d. 27 4. q. 1. art. 1.

Adria. in 4. de ſpon.





# ARTICVLVS XVIII.

## De contractu ſub conditione impoſſibili.

Nota 1.
Ex Ariſt. 1.

QVæritur, Vtrùm contractꝰ matrimonij teneat, ſi fiat ſub cõditione impoſſibili, vel turpi. Vtrum vitietur. Pro cuius ſolutione oportet primo notare, quòd impoſſibile capitur dupliciter. Vno modo impoſſibile, quod per nullam potentiam fieri poteſt, nec ponitur in conditione tanquam faciendum. Aliud eſt Impoſſibile, quod idẽ eſt, quod difficile. Vt impoſſibile eſt diuitẽ intrare in regnũ cœlorum, ideſt, difficile. Sicut dicere ſolemus. Impoſſibile eſt ꝙ. N. ſit ſummus Pontifex, quia difficulter erit.

Cœli tex. co. 111.
Matt. 19.

2 Notandum etiam, quòd conditio turpis, quæ apponi poteſt contractui, eſt duplex. Vel turpis, quæ eſt cõtra bona matrimonij. Vel turpis, quæ nõ eſt directè contra illa, ſed præter illa.

3 Notandum 3. Contractum eſſe irritum, vel validum, ſtat dupliciter. Vno modo in foro conſcientiæ. Alio modo in foro exteriori. Et item dupliciter. Vno modo ſtãdo in iure naturali. Alio modo ſtando in iure poſitiuo. His notatis, ſit prima concluſio.

Conclu. 1.
Supplementum. d. 28. q. 2.

Prima concluſio. Contractus matrimonij, ſeu ſponſalium, ſub conditione impoſſibili: quod impoſſibile nõ eſt factibile, non eſt validus in foro cõſcientiæ: nec ſtando in iure naturali, vt ſi quis contrahat ſub iſta conditione impoſsibili. Ego accipio te in meam, ſi Deus non eſt vel ſi ſolem pugno clauſerit. Si tales verè voluerunt contrahere, exiſtente conditione, ſtabit, & non ſtante, nullũ eſt matrimonium in foro conſcientiæ nec in iure naturali ſtando. Nam matrimonium de eſſentia ſua requirit conſenſum liberum. extra de ſpon. c. Triæ frater. ſed in tali contractu deficit conſenſus, ergo nullum eſt matrimonium. Patet ex hoc, quòd conſenſus fertur ſtante conditione, ergo ipſa non ſtante, non eſt talis conſenſus.

1. Ratio.
Supra art. 2

Si aliquis diceret, Ego vendo tibi hanc domũ, ſi Deus nõ eſt: nullus dicet hunc cõtractũ eſſe venditionis, ergo à fortiori cũ ad matrimonium magis requiratur: non erit cõtractus matrimonij ſub tali conditione impoſſibili.

Doct. d. 27.

Si quis contrahat hac conditione, ſi pater conſenſerit. Stante conditione, eſt verus cõtractus, & nõ ſtãte, nõ ſtat, ergo & ſi quis contrahat cum hac conditione, ſi Deus non eſt, non ſtante conditione non tenebit ſecundum ſe. Probatur. Quia non maior conſenſus eſt in vno, quàm in alio contractu: nã totum ex euentu conditionis pendet: ergo quomodocunque apponatur cõditio, non ſtante, nõ erit matrimoniũ.

Cùm impoſsibilis conditio adijcitur obligationi, nihil valet ſtipulatio, vt ex tex. Inſtitu. de inuti. ſtipu. §. Si impoſsibilis. Idem l. impoſsibilis. de de verbo. ſignific. Et l. impoſsibilium ff. de regulis iur. dicitur quòd impoſſibilium, non eſt obligatio: ergo ſequitur quòd nec in propoſito.

2. conclu.

2. concluſio. Contractus ſponſalium, ſeu matrimonij, ſub conditione impoſsibili: faciendi quod non eſt poſſibile ex natura rei, ſtando in foro conſcientiæ, & in iure naturali, ſtat ſtante conditione, & non ſtante, non ſtat, vt ſi aliquis contrahat ſic, Ego contraho tecũ, ſi dederis mihi regnũ, vel ſi filio meo dederis epiſcopatũ. Si cõſenſus talis cõtractus, feratur in aduentũ conditionis: ſtãte ipſa, ſtabit, & non ſtante, non. Patet ex ſuprà dictis. Quia ad matrimonium eſt requiſitus conſenſus, qui deficit non ſtante cõditione, ergo nullo modo tenet.

Ratio.

3. conclu.

3. concluſio. In foro eccleſiæ nullo modo eſt prę́ſumptum matrimonium contractum, ſub conditione impoſſibili ex natura rei, ſi contrahentes exprimunt, nolle obligari niſi in euentu conditionis. Eccleſia enim non facit quod non eſt matrimonium, eſſe matrimonium: ergo cùm ille contractus non ſit matrimonium, non facit eũ eſſe. Sed tamen poteſt præſumere,

Probatio.

*Eccleſia iudicat de exterioribus ſolum.*

quia iudicat de exterioribns, ergo debet ex ipſis contrahentibus, iudicare pro matrimonio, tãquàm præſumens, ꝙ liberè ſe voluerunt obligare, ſine euentu cõditionis, & quòd iocoſo appoſuerunt eam: ſed hac non poteſt, conſtat conditionem ſeriò poſitam, & noluiſſe obligare niſi conditione ſtante, ergo non eſt matrimonium præſumptum. Hanc determinatio, ſingularem tenet do. Adrianus, vbi ait ſecundum commu. docto. ſententiam. Conſtito, quòd animus vtriuſque vel alterius contrahentium non fuit contrahere niſi ſub exiſtentia cõditionis: non eſſe in foro iudiciali pro matrimonio indicãdum, vt ſi exprimant, & niſi conditio euenerit, nolumus inuicem eſſe obligatos. Vt ſi diceret. Si eſt poſſibile ſtellam liqueſcere, & ſic ruere in terram, non laqueatur matrimonio propter conditionis impoſſibilis adiectionem. Hæc Adrianus. Vide ibi.

*Adria. in 4. de ſponſ.*

2 Et probatur adhuc. Quia adijciens conditionem, non obligat ſe, niſi in cõditionis euentu. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt. c. Contractus. de regulis iur. lib. 6. Ergo cùm euentus conditionis ſit impoſſibilis, non eſt vnde in iure præſumatur pro matrimonio. Hanc ſententiam ponit quidam doctor Stephanus ſacramentali Neopolitano. dicens. Si adijciens cõditionem ſimpliciter impoſſibilem; addat ꝙ aliter contrahere nõ intẽdit, quia mens certa eſt, non eſt locus coniecturis. Et ſic in neutro foro iudicandum eſſet pro matrimouio. Iſtum docto. allegat do. Adria.

*Stephanus.*

*4. conclu.*

4. concluſio. Matrimonium contractum ſub conditione impoſſibili faciẽda. Eccleſia reputat, & præſumit eſſe verum, etiam ſine conditionis euentu: quia reputat pro non adiecta, Vt ſi aliquis dicat ſic, Contraho tecum, ſi regnum mihi dederis, eſt conditio impoſſibilis tanquàm facienda, Eccleſia habet tanquàm ſi non adiecta, quia præſumit, ꝙ conſenſus ex tali non dependeat conditionis euentu. Item. Quia non vult iſtum obligari ad talem conditionem ponendam, ſed approbat conſenſum tanquàm ſi abſolutè eſſet datum. Sicut & in conditione turpi facit: quia non vult Eccleſia iſtum teneri ad talem ponendam cõditionem, nec facit matrimonium quod non erat matrimonium, ſed illud quod erat matrimonium, ſtante conditione facit, ꝙ etiam ſi non adueniat, ſit tanquàm ſi eueniſſet. Quia non credit omnino velle aſtringere aliũ ad tantum onus ſubeundum. Hoc patet ex. c. vltimo. de condi. appoſi. vbi determinatur, ꝙ impoſſibilis, & turpis conditio habentur pro non adiectis, & non inualidant matrimonium, ſed in fauorem ipſius hoc factum eſt. Et hoc patet ex hoc, ꝙ pro eodem reputatur, ꝙ ſic cõtractus ſub conditione turpi non contraria bonis matrimonij, vel impoſſibilis. ergo loquitur de impoſſibili iſto modo. Itẽ. Quia Eccleſia nõ vult obligare ad hoc impoſſibile.

*5. conclu.*

5. concluſio. Si Eccleſiæ conſtat de vtroque contrahentium, vel ipſorum altero, quòd conſenſum ſuum in conditione poſuerint, quòd ipſa ſtante, eſſet matrimonium, & ipſa non ſtante non, nullo modo præſumeret pro matrimonio, ſed potiùs è contra. Probatur ea ratione, qua ſuperiùs in 3. diximus de contractu facto ſub cõditione impoſſibili, ſecundum naturam rei. Quia quando conſtat de voluntate contrahentium, non habetur pro non adiecta, conditio impoſſibilis. A ſimili ergo nec quando illud ſit ſub cõditione. Qui vtrobique par videtur ratio. Hoc expreſsè affirmat do. Caieta. reſpondens ad textum illum vlt. de cõditio. appoſi. vbi dicit. Ad rationes ante oppoſitum reſpondeo vnica reſponſione. Quomodo in foro iudiciali, ob fauorem matrimonij, præſumitur contrahens, omnem conditionem turpem non contrariam ſubſtantiæ matrimonij, vel impoſſibilem, habere pro non adiecta, ſicut in teſtamentis, ſeu vltimis voluntatibus: niſi colligi poſſit, & doceri, contrahentium animos, vel eorũ alterius animum fuiſſe non contrahere, niſi ſub conditionis euentu, & aliter non. In alijs autem contractibus non eſt talis fauor inducẽs ad hoc præſumendum. Et ſic procedunt textus ante oppoſitum inducti. Ecce ſententiam iſtius doctoris, ꝙ quomodocunque conſtet Eccleſiæ de intentione contrahentium ſub conditione impoſſibili. ſ. ꝙ ſecluſa illa noluerint contrahere, nec eſt matrimonium in foro conſcientiæ, nec in foro iudiciali eſt iudicandum pro tali.

*Ratio.*

*Caiet. in opuſ.*

*Sic Adri. in 4. & Palud. d. 27. q. 2. con. 5. Et Medina. de contrac. q 23.*



*6. conclu.*

6. concluſio: Sponſalia, vel matrimonium contractum ſub conditione turpi, & non contra ſubſtantiam matrimonij tenet ante aduentum conditionis. Vt ſi aliquis dicat, Ego contraham tecum ſi furtum committas, ſunt ſponſalia ſine aduentu conditionis. Hoc probatur ex. c. vltimo, de condit. appoſit. vbi Eccleſia determinat verum, & abſolutum eſſe contractum. Quia talem conditionem habet tanquam ſi non eſſet adiecta. Ratio eſt. Quia illa conditio licet de facto ſit factibilis, non tñ de iure, quia nulli licet furari: & qui ſub tali conditione contrahit, videtur abſolutè contrahere, quia non poteſt aliquem ad peccatum obligare, ſicq; Eccleſia habet illã tanquam ſi adiecta non eſſet: quia impoſſibilem reputat.

*Ratio.*

*7. conclu.*

7. concluſio. Sponſalium, vel matrimonij contractus, ſub conditione turpi, contra bona matrimonij, eſt nullus. Vt ſi quis dicat, Contraho tecũ, ſi venena ſterilitatis procures, vel ſi generationem prolis euites, vel vſque dũ aliam te ditiorem, vel pulchriorem inueniam. Hæc concluſio eſt expreſſa determinatio c. ſupra allegati. Et ratio eſt. Quia ſi contractui apponatur conditio talis, ꝙ poſita ipſa, cõtractus tollitur: non habet talis contractus vigorem. Vt ſi diceret aliquis, Vendo tibi hanc rem ſub conditione, quòd nõ ſit tua, non valet contractus: quia cõditionis poſitio repugnat eſſentiæ contractus. Ergo à ſimili, ponere, Contraho tecum ſi prolem euites, non tenet: quia matrimonij contractus hoc in ſe neceſſario includit, ꝙ ad prolem, vel propter prolem ſit. Et ſimiliter de alijs bonis.

*Cõditio cõtra bõa matrimonij appoſita vitiat contractum.*

*8. conclu.*

8. concluſio. Si conditio contra bona matrimonij appoſita ſit per modũ aſſertionis, & non per modum obligationis, ſub tali conditione contractus tenet. Quia habetur pro non adiecta. Vt ſi dicat aliquis, Contraho tecum, ſi generationem prolis euitabis, ſic vt conditio non apponatur, vt ipſa ſtante ſit obligatio, & ipſa non ſtante non ſit, ſed additur in modum aſſertionis, Huius ratio eſt. Quia talis conditio cùm ſit turpis, habetur pro non adiecta, quando non fuit poſita, tanquã ex ipſa dependere obligatio, ſed fuit addita. Si ergo turpis eſt, & non contra bona matrimonij, erit matrimoniũ talibus verbis contractum. Sic textus interpretari debet, ꝙ quando apponitur conditio contra bona matrimonij, non valet contractus, intelligitur, quando apponitur conditio per viam obligationis obligantis ad illud, Si tamen ponatur in modum aſſertionis, tunc valebit matrimonium. Quia conditio turpis quę non eſt contra eſſentiam matrimonij, habetur pro non adiecta. Hoc aſſerit Adria. vb ſupra.

*Ratio.*

*Adria.*

Circa textum illum, quando apponatur conditio contraria bonis matrimonij, eſt notanda limitatio Ioan. And. in dict. c. qui ait, quòd intelligitur. c. illud. quando vterque contrahentiũ conſentit, quia tũc contractus eſt nullus. Vt ſi aliquis dicat, Contraho tecum, ſi prolis generationem euites. Si enim vterque conſentiat, non eſt matrimonium. 32. quæſt. 2. cap. Aliquando. Si enim vnus dicat: Contraho tecum, ſi generationem euites, vel donec aliam ditiorem inueniã, ſi alius contradicat, eſt matrimonium, vt in primo c. Idem ſi taceat, quia præſumitur ꝙ contradicat in fauorem matrimonij, vt ſupra dictum eſt. Idem Hoſtienſis. Et tandem circa conditiones appoſitas diligens eſto: quia vel conditio eſt poſſibilis, vel impoſſibilis. Si poſſibilis, aut ex natura rei, & tunc nullum eſt matrimonium, nec ratum, nec præſumptum. Si vero ſit conditio impoſſibilis facienda, & non conſtat de intentione contrahentis, ha-

*Io. Andr. limitatio.*

*Hoſtien.*

habetur pro nõ adiecta tanquàm turpis, propter authoritatem Eccleſiæ irritantis, ac ſi ex natura rei eſſet irrita. Si verò eſt poſſibilis. Aut eſt neceſſaria. Et ſic ſemper contrahitur. Aut eſt contingens. Et ſi eſt turpis, & non contra bonum matrimonij, tenet matrimonium, quia habetur tanquã non adiecta. Si autem eſt honeſta, aut eſt de futuro, aut de præſenti. Si de præſenti, tenet matrimonium, ea ſtãte. Si de futuro; habetur vice ſponſalium. Volo tamen notetur, ꝙ Angelus in verbo, Matrimonium, impendi. 3. §. 2. dicit, Contraho tecum ſi te adulterandum proſtitueris: licet canoniſtæ communiter teneant quòd non eſt matrimonium, tu tamen dic ꝙ ſic; & conditio recipitur: quia nõ eſt contra eſſentialia matrimonij. Iſte doctor non aduertit textum expreſſe dicentem contrarium. De condi. appo. cap. finali. * Etiam hæc ad normam Concilij Trident. ſunt expendenda.

Angelus.

# ARTICVLVS XIX.

## *De conditionibus appoſitis.*

1. Dubium.

VTrùm ſi aliquis dixit hæc verba, Capiam te in vxorem ſi patri placuerit, & pater primo diſſentit, deinde cõſentit, Vtrũ ſint ſpõſalia.

Solutio.

Reſpon. ꝙ poſito ſemel contradixit, verè ſponſalia ſunt ſoluta, & ampliùs non tenetur. Hoc patet ex. c. Per tuas. eodem titul. Vbi ex copula carnali non iudicatur pro matrimonio: ſi probatur patrem aliquando cõtradixiſſe ante copulam carnalem, vt patet ex fine. c. Alias oporteret ſic cõtrahentem expectare ad totam vitam patris, priuſquàm extinguerẽtur ſpõſalia. Vnde ſicut copula carnalis non facit vinculum matrimonij, ſi inuenit extincta ſponſalia, ſic in propoſito, ſuperueniente conſenſu patris, nõ erũt ſponſalia; ſi primo diſſentit, dato poſtea conſentiat. Hoc oportet notare, propter publicam honeſtatẽ, quæ ex ſponſalibus oritur.

Ex ſponſalibus oritur publica honeſtas.

Dubium 2.

Sed poſtquàm ſemel pater diſſentit, & poſt conſentit, vtrùm manentibus ipſis in prima promiſſione, & voluntate priori, ſint ſponſalia, etſi iungantur carnaliter, ſit matrimonium. Ad hoc do. Car. in c. Super eo. de ſpõ. dicit, tenere matrimonium vel ſponſalia, ſi partes manſerint in eodẽ propoſito, vt refert Angelus. Tamẽ hoc eſt ſanè intelligendũ, id eſt, ſi habeant animum ſe obligandi, vt priùs obligati ſunt. Nam ſi ſolum ſint in propoſito perficiendi id ad quod obligabantur ex primo contractu, non ſunt ſpõſalia, neque matrimonium, cùm illud primum iam inualidum fuit per diſſenſum patris. Nec poteſt validari niſi per nouum conſenſum. Cuius ſimilitudo eſt. Si quis per errorem conditionis contraxit ſponſalia, vel matrimonium cum ſerua, & eo manente eiuſdem propoſiti ſit libera, non eſt matrimonium, etiam ſi tractet eam vt vxorem, & eam vocet vxorem, ſi de nouo non conſentiat: quia ex publico contractu nulla obligatio orta eſt, & de nouo non poteſt oriri, niſi adſit nouus conſenſus interior, vel exterior. Sic quidem ſufficeret interior, quando præceſſerunt verba exteriora. Quod probatur per. ca. primum. de eo qui dux. in ma. eam, quàm pol. per adulterium. Et cap. 2. De coniugio ſeruorum. Et ſingulariter Panor. c. vlt. de conditio. appo. Et tene menti hanc determinationem, quia iuuabit multum ad iudicandum de iſto caſu. De quo infrà. Vtrum ſi quis contraxit cum conſanguinea intra quartum gradum, & poſt diſpenſatum eſt à Papa, & mutuò habitant ex primo conſenſu, & poſt contrahit cum alia, debeat redire ad primã. Ex iſta enim determinatione reſpondendum eſt, ꝙ ſecundus non eſt diſſoluendus, quia primus nunquàm fuit verus contractus, ex quo à principio non valuit. De quo infrà.

Cardin.

Ange.

Infra. in appendice.

Panor.

Nota. Victo. in relect. de matri.

Dubium 3.

¶ Sed quid ſi pater neq; diſſentit, neque conſentit?





Solutio.

Hoſtien.
Cardin.

Reſpon. quicquid dicat Angelus: ꝙ ſicut dicit Hoſtienſis, & do. Cardin. in c. Super eo. eſſe matrimonium, & ꝙ hoc eſt ſpeciale in matrimonio in fauorem ipſius. Et probatur. Vbi in conditione non fit ſpecificatio de conſenſu expreſſo, vel verbis inſinuato, videtur ſufficere pro conditionis impletione tacitus conſenſus: ſed quando pater non contradicit eſt tacitus conſenſus, ergo videtur ſufficere. Quod probatur in c. vnico. de ſponſa. impub. in 6. Vnde in caſu quo parẽtes contrahunt filio præſente, & non contradicẽte, eſt verum matrimonium, vel vera ſponſalia, iuxta modum contrahendi, vt ſuprà diximus. Ergo à ſimili in propoſito: Si aliquis contrahat ſub conditione, ſi pater conſentiat, & ipſe nihil loquatur, nec conſentiat, neque diſſentiat, in fauorem matrimonij eſt pro matrimonio iudicandum. Sicque patre teſtificante interius conſenſiſſe, iudicandum eſt pro matrimonio: licet expreſſe non conſenſerit exteriùs. do. Adria. vbi ſuprà.

Ratio.

Adrian. in 4. de ſponſalibus.

4. Dubiũ.
1. argumẽtum.

Quid de iſto contractu. Capio te in vxorem, ſi es virgo: ſuppoſito ꝙ non ſit virgo, an ſponſalia contrahantur. Et videtur ꝙ ſic. Quia conditiones impoſſibiles adiectæ contractibus, & legatis, habentur pro non adiectis. l. Obtinuit. ff. de condit. & demonſtr. & præcipuè in fauorem matrimonij, vt patet in c. fi. de condi. appo. ſed impoſſibile eſt corruptam eſſe virginẽ: poſtquam ſemel corrupta eſt, vt dicit D. Hieronymus. Ob hoc dicit Hoſtien. quòd ſi quis tali conditione contrahat, erit matrimonium, etiam ſi non inueniatur virgo, ſed corrupta. ar. ff. de contrah. emp. l. Aliequi. Et 29. q. 2. §. 1. Sed meliùs dicitur, ꝙ talis contractus, non exiſtente conditione, non tenet. Et ſi non inueniatur virgo, non valet. Quod probatur. Iura enim diſponentia, quòd conditiones impoſſibiles in legatis habentur pro non adiectis, loquuntur de impoſſibilibus per ſe, & ex natura rei: hoc autem impoſſibile, ꝙ virgo ſit, quæ fuit corrupta, eſt impoſſibile per accidens. Propter hoc tenet contractus adueniente tali conditione. Deficiente verò, minimè. Sic Syluester, & Couarruuias.

Hieron.
Hoſtien.
Dilutio dubij.

1. Ratio.

Sylueſt. in matrimo. 3. q. 8.

Couar. 2. par. epito. c. 8.

2 Præterea. Si cum aliqua contrahã ſub hac conditione, Ego contraho tecum, ſi es nobilis, talis, vel talis generis: ſic ꝙ non habeo conſenſum niſi adueniente conditione, certum eſt ꝙ ſi conditio deſit, non erit matrimoniũ, ſi tamen ſine cõditione, dato quis abſolute ignoret eam eſſe ignobilem, ſed exiſtimet nobilẽ, tenet. Tamen ſi ſub conditione id faciat, nõ tenet. Impoſſibile eſt enim hanc eſſe nobilem, cùm ignobilis ſit.

3. Ratio.
Ariſt. 6. Ethi. c. 2.
S. Tho. p. p. q. 25. arti. 4. & c6iter docto. d. 22.

Item. Si ego lego Bertæ decem, ſi ante mortem meam fornicata non fuerit, ſi fornicata eſt, legatum non tenet, & tamen conditio eſt impoſſibilis. ſ. ꝙ non ſit fornicata, cùm fuerit fornicata: quia præteritum non eſt potentia. Sequitur ergo in propoſito, ꝙ nõ ſtante conditione, non erit obligatio contractus. Hãc tuetur Petrus de Palude. & do. Adrianus in 4. qui citat pro ea Stephanum de Caieta. in ſacramentali Neapolitano addentem, ꝙ ſi adijciens conditionem ſimpliciter impoſſibilem, addat ꝙ aliter contrahere non intendit, quia mens certa eſt, nõ eſt locus coniecturis, & ſic in nullo foro, pro matrimonio iudicandum eſſet ſecundum eum, vt ſuprà dixi.

Palu. in 4. d. 36. q. 2. art. 5.
Adri. in 4.
Piſa. matri. 6.

Ad motiua Hoſtiẽſis reſpondet do. Adria. vbi ſuprà, quia quàm plurima vitiant contractum in modum conditionis, ſeu ratione erroris. Idem finaliter tenet ſumma Piſana.

5. Dubiũ.

Quòd ſi quæras. Vtrũ iſtis verbis, Contraho tecum, ſi Papa diſpẽſet, ſint ſponſalia. Papa diſpenſante.

Solutio.

Reſpondetur ꝙ non. Nullum enim vinculum ex cõtractu oritur, qui fuit nullus. Sic Innocen. Abbas. Cardin. ca. Super eo. Ita vt adueniente diſpenſatione ſit requiſitus nouus conſenſus vt ait. S. Thom. Maio. & Adria. & Victor. in relec. de matrim. Quanuis Calderinus, & Anton. & Præpoſit. in d. cap. Super eo. teneant contrarium. Exiſtimant enim, ꝙ adueniente conditione nõ requiritur nouus conſenſus.

Innocen.
Abbas.
Cardin.
S. Tho. 4. d. 29. ar. 3.

Maio. 4.d. De regulis iur. De quo in 3. p. huius
28.q.4. operis latiùs, & diffuſiùs agemus Deo
dante.
Dub. 6. Dubitatur 6. Vtrùm ſponſalia ſint
iſtis verbis, vno dicente, Ego accipiã
te in vxorem, & alio reſpondente, For
tè ego accipiam te in virum, vel paren
tibus loquentibus filio ſic, Duc iſtam
in vxorem, ipſo reſpondente, Fortè
capiam, & alia abſente, dicente, Ca-
piam: Hoc dubium peto non ſine cau
ſa, eo q apud Michoacanenſes ſit in
vſu iſte modus, ſiquidem vno abſente
loquente, alius reſpondere ſolet per
verbum (notero) quod ſignificat, for-
tè, vel lingua vernacula (por ventu-
ra) & contingebat eos ſtatim iungi.
1. conclu. Prima concluſio. Per iſta verba du
1. ratio. bitatiua ſecundum ſenſum quem vidẽ
tur facere dubitantis, non eſt præſu-
mendum matrimonium, nec ſpon-
ſalia. Quia ad ſponſalia requiritur
promiſſio certa de futuro ſicut ad ma
trimonium conſenſus de præſenti: ſed
vbi ſunt talia verba dubitatiua, nõ eſt
talis promiſſio, nec cõſenſus, ergo nul
lus eſt contractus.
Ex ſponſalibus oritur obligatio ad
matrimonium ſub peccato: ſed talis
qui per verba dubitatiua reſpondet,
non tenetur ad ducendum talem, cui
illa verba dixit, ergo nulla fuerunt
ſponſalia.
2. conclu. 2. concluſio. Iſta verba cum alijs ab-
ſolutè prolatis, ſi ſtatim ſequatur tra
ductio in domum, & copula, niſi aliud
obſtet, matrimonium verum faciunt.
Matrimonium enim ſtat per mutuum
1. Ratio. conſenſum expreſſum verbis, vel ſi-
ſup. art. 3. gnis: ſed ſi poſt illa verba ſit tradu-
ctio, & copula, eſt talis conſenſus, er-
go eſt matrimoniũ. Patet. Quia vno
pronunciante expreſſe, alio dicente,
fortè ita erit, & tunc de facto qui pro-
tulit verba traducit, & conſummat, vi
detur alter in factum conſenſiſſe, & ex
virtute conſenſus alterius proceſſiſſe
Nota. ad opus: ergo eſt matrimonium. Di-
co, niſi aliud obſtet. Quia ſi interiùs
non haberet conſenſum conſumman-
di matrimonium, in foro conſcientiæ
non eſſet.

Et probatur adhuc. Si vnus loqua
tur per verba de præſenti exprimens
conſenſum, & alius interiùs non con-
tradicat, & nec exterius diſſentiat: ſi
permittat ſe tractari ſicut vxor, eſt ve
rè vxor: & ſi conſument matrimoniũ,
in vtroque foro, præſumitur pro ma-
trimonio iuxta ſuperiùs dicta ſecun-
dum ſe: ergo & in caſu quãdo ille qui Sup. art. 5
per verba dubitatiua reſpondit, ſi con
ſummet, erit iudicandum pro matri-
monio.
3. concluſio. Si traductio in domũ, 3. conclu.
& copulæ conſummatio non fiat ſta-
tim poſt verba illa expreſſa vnius, &
dubitatiua alteriùs: ſed longum tem-
pus, vel ſaltim aliquod tempus inter-
ueniat, vt eſt menſis, vel annus, non
præſumitur pro matrimonio, nec in
foro conſcientiæ, neque exteriori, ex
virtute verborum quæ præceſſerunt.
Quia cum illa ſecundum ſe nõ habeãt Quando
vim ſponſaliũ, niſi adueniente aliquo nõ præſu-
exteriori ſigno: ſequitur q poſtquàm mitur pro
non fuit ſtatim ſequutũ, vt eſt tradu- matrimo.
ctio in domũ, vel copula, q dato poſt
ſequatur, non præſumetur pro ma-
trimonio in virtute verborum præce-
dentium. Patet in c. Per tuas. de con-
di. appo. Vbi per copulam carnalem Ratio.
non iudicatur matrimonium, vbi ſpon
ſalia extincta ſunt. Si tamen de nouo
tunc conſenſerunt interiùs, virtute il-
lorum verborum præcedentium, licet
multum temporis trãſierit, poterit iu
dicari tanquam verum matrimoniũ.
Et hoc oportet notare propter inco- Nota.
las noui orbis, inter quos continge-
bat poſt prolationem vnius, Ego acci-
piam te: & alio reſpondente, Fortè
capiam te, vel Fortè capies me (quia
his duobus modis fiebat aliquando)
ſtatim iungi, & conſummare matrimo
nium. Ob quod ſuſpicatus ſum, q illa
verba, quæ dubitatiua videntur, ibi-
dem non capiantur, ſed tanquam affir
matiua. Tamen oportet cautè in iſtis
procedere & ex adiunctis tollere am-
biguitatem, & aliquando de ipſis iudi-
care velut dubitatiuè dicta, aliquãdo
velut affirmatiuè.
Quid de iſtis verbis. Quando tu Dub. 7.





morieris ſepeliam te, an contrahan-
tur ſponſalia? Iſtud dubium petimus
propterea, quia aliqui ex Michoacanẽ
ſibus ſolent iſtis verbis contrahere.
Solutio. Reſpon. abſque dubio illa eſſe ſpon
ſalia, & cum carnali copula fieri ma-
* trimonium. * Olim, modo tamen ob-
ſtat Concilium Tridentinum. Quia,
vt nouimus, illi per talia verba volũt
explicare mutuam cohabitationem fu
turam inter eos vſque ad mortem, ac
Nota. ſi vellent dicere ſic, Volo te capere, &
quãdo morieris, ego te ſepeliam, quia
ſimul erimus, Et ſimiliter ſi ego mo-
riar primo, tu me ſepelies: quia ſimul
cohabitabimus in vnum.
* An modo liceat contrahere cum
hac conditione ſi Papa diſpenſet: quia
poſt Concilij Tridentini diffinitionem
eſt alia ratio. Vide in appendice.

## ARTICVLVS XX.

*Vtrum ſponſalia de futuro per con-
ſummationem copulæ tranſeant
in matrimonium de præſenti, vel
per traductionem in domum, vel
per aliquid ſimile.*

Nota. PRO ſolutione notan
dum eſt: q vel loqui-
mur in foro conſcien
tiæ, vel in præſum-
ptione Eccleſiæ. Se-
cundo oportet nota-
re, quia vel quærimus, vtrùm per ſolã
traductionem, vel per ſolam copulam
ſine nouo conſenſu fiat matrimoniũ.
Vel, vtrum interiori conſenſu, cum
iſtis fiat matrimonium ex ſponſalibus.
His conſideratis reſpondetur.
1. conclu. Prima concluſio. Sponſalia de fu-
turo mente, & verbis: non tranſeunt
in matrimonium de præſenti per coha
bitationem, nec per traductionem ad
domum, nec per oſcula, niſi adſit no-
1. Ratio. uus conſenſus. Probatur. Sola coha-
bitatio, nec in domum traductio, nec
oſcula, ſunt ſufficientia ad matrimo-
nium, vt patet: ergo nec ipſa ſi ſequan
tur poſt ſponſalia de futuro ſunt ſuffi
cientia ad matrimonium ſecundũ ſe.
Quia ad matrimonium verum requi- Sup. ar. 4.
ritur conſenſus de præſenti, ſed per il
la verba ſolum fuit de futuro, ergo ſi
non adueniat nouus conſenſus, nõ pro
batur matrimoniũ in foro conſciẽtiæ.
2. Si aliquis conſentiat de præſenti in
aliquam, cum qua eſt legitimum impe
dimentum, & maneant poſt, ſimul, ab-
lato impedimento, nullum eſt matri-
monium, niſi adſit nouus conſenſus: vt
affirmat Panor. c. Super eo. de condit. Panor. &
appo. Et Adrianus, & alij. Et non ob Inno. & a-
aliud, niſi quia à principio non fuerũt lij. & aſſe-
poſita neceſſaria ad matrimoniũ, poſt, rit eſſe cõ
quicquid fiat, ſi nouus conſenſus non munẽ opi.
ſit (qui neceſſarius eſt) non tenet. Se Loazes in
quitur ergo, q cùm ſponſalia de ſe ma tractat. de
trimonium non faciãt ob defectum cõ matrimo.
ſenſus: q quãtuncunque ſequatur tra 12. dubio.
ductio, & oſcula, nullum erit matrimo
nium in foro conſcientiæ. Hoc docto-
res Iuriſtæ in cap. 1. de matrimonio cõ
tracto contra interdi. Eccleſiæ. Ex-
preſsè Panor. c. ſi. de ſponſa. Panor.
2. concluſio. Si poſt ſponſalia de fu- 2. conclu.
turo, ſequatur traductio in domum,
& oſcula, eſt matrimonium præſum-
ptum ab Eccleſia. Probatur determi- Ratio.
natione expreſſa. Extra de reſtitutio-
ne ſpoliatorum. c. Ex parte. vbi dici-
tur, Per ſolam traductionem, quam
non præceſſerunt ſpõſalia, vel conſen
ſus legitimus, nec etiam fuerunt ſub-
ſequuta, nullum inter eos eſt obliga-
torium vinculum: ergo ex textu à cõ
trario ſenſu, ſi traductionem in domũ
ſponſalia præceſſerunt, faciunt matri-
monium quãtum ad Eccleſiæ præſum
ptionem, quæ iudicat iſtum traducere
iſtam, vt ſuam, affectu maritali. Oſcu-
la enim, & alios ſimiles tactus hone-
ſtos ſolum inter coniuges, iudicat ſo-
litos fieri.
3. concluſio. Poſt ſponſalia de futu 3. conclu.
ro verbis, & intentione, copula ſubſe-
quuta, non interueniente alio conſen
ſu, non fuit in foro conſcientiæ matri
monium: in foro tamen Eccleſiæ fa-
cit præſumptum. Prima pars proba- 1. p. proba
tur ex ſuprà dictis. Quia conſenſus tur.

ad matrimonium neceſſarius non præceſſit, & de ſe copula talem non facit, nullo modo eſt matrimonium: alioqui copula ſola, etiã ſecluſis ſponſalibus, eſſet ſufficiens ad matrimoniũ.

Secundo probatur. Quia iſte actus commixtionis, nec ex natura rei, nec ex lege diuina eſt forma ſacramentalis, nec matrimonij, vt conſtat: ſequitur ergo, ꝙ ipſa copula per ſe, etiam ſi præceſſerint ſponſalia, non facit in foro

Sco. d. 28.

conſcientiæ matrimonium. Scotus tenet iſtam primam partem concluſionis tanquam verum. & Theologi omnes, inter quos S. Thom. ponit iſtam cõcluſionem, & probat eam.

S. Tho. in 4. d. 28. ar. 2. & quo- li. 5. ar. 15.

Carnalis copula in foro conſcientiæ, vbi ſolum ſponſalia præceſſerunt, non facit matrimonium: quia etiam verba de præſenti vbi conſenſus mentalis deficit, non faciunt, ergo nec de futuro. Et adducit Nicolaum Papam dicentem. Si conſenſus in nuptijs defuerit: cætera cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur. De quo latè ſuprà arti. 5. Et doctè valde probat Ioan. Arboreus.

Nicolaus Papa.

Ioã. Arbo. in theoſo. li. 11. c. 15

Corolla.

Ex quo ſequitur, ꝙ ſi conſenſum interiorem nõ habeant conſumandi matrimonium, vel ſolum habeant perſiſtendi in ſponſailbus, non eſt matrimonium in foro conſcientiæ.

2. p. probatur.

Secunda pars probatur. Extra de ſponſalibus. c. Is qui fidem. determinatur, ꝙ ſi poſt ſponſalia fuerit copula ſubſequuta, & non conſtat de diſſenſu, ꝙ præſumendum eſt matrimonium conſummaſſe, contra Hoſtien. qui dicit non præſumi pro matrimonio. Cuius ratio eſt: Quia cùm Eccleſia iudicet de exterioribus, & iudicet in bonã partem, præſumit talem accedere tanquàm ad ſuam, cùm præſumit eum non velle peccare. Et ob id, ſtante tali præſumptione, iudicat matrimonium conſummaſſe. Quia ita eſt, ꝙ ſi tale, quod præſumitur in veritate ſit, eſt matrimonium, cùm ſit conſenſus verus de præſenti. Sed tamen ceſſante tali præſumptione, quia conſtat de cõtrario, nõ præſumeret eccleſia pro matrimonio. Quod (vt docet Adrianus) ex circũſtantijs cognoſci poterit, vtrũ ex animo conſumandi conuenerint tales, nec ne. Ex quo patet, ꝙ ſi de conſenſu non conſtat, in foro conſcientiæ, non iudicandum pro matrimonio, ſolum ex copula.

Sylue. in verbo. matri. 2. §. 15.

Maio. diſt. 28 q. 1.

Adria.

Dubiũ 2.

Sed quid ſi coniuges dubitant, vel ignorant quem habuerunt cõſenſum, quando matrimonium conſummauerunt? Videtur dicendum: ꝙ ſi non habuerunt expreſſe intentionem non cõſumandi, vel actum contrarium, ſed ſolum ſine actu aliquo formali acceſſerunt, in vtroque foro eſſe pro matrimonio præſumendum. Quia dubia ſunt interpretanda in meliorem partem. Et ſic cùm talis acceſſit, probabile eſt acceſſiſſe tanquam ad ſuã, quia non creditur peccare voluiſſe. Item. Quia omnia quæ fecit poſt, circa ſponſam ex quo nõ reuocauit intentionẽ, videtur egiſſe in virtute primæ intentionis, & promiſſionis. Et ob id in dubio pro matrimonio præſumendũ eſt, quando copula ſequuta eſt, ſi ignoret, vtrũ habuerit, vel non habuerit. Quia ſi certò ſcit nullum habuiſſe conſenſum, non eſt in foro conſcientiæ matrimonium, vel ſi habuit actum non conſumandi. Eſt conſideratione dignum quod dicit Albert⁹ Magnus, ꝙ ſi poſt ſponſalia carnaliter conueniunt habẽtes ætatem, & potentiam coeundi, puto ꝙ eſſet matrimoniũ: niſi diſſenſus ab vtroq; vel altero exprimatur. Hęc Albertus. Quæ notanda pro neophytis. Noui orbis non enim raro contingit.* Hæc tamen poſt Concilij Tridẽtini diffinitionem in quo clandeſtina matrimonia quæ ſine teſtibus & parocho fiunt ſunt irrita & nulla locũ non habent: quia quanuis præcedat promiſſio de matrimonio futuro, & poſt ſequatur copula etiã cum intentione conſummandi matrimoniũ, adhuc nec eſt verum matrimonium, nec præſumptum: & non ſolum hoc eſt verũ quãdo ſolum ſponſalia præceſſerunt clam ſine teſtibus: ſed etiam ſi eſſent coram teſtibus & parocho, dummodo ſolum de futuro ſit promiſſio per copulam ſubſecutam non ſit validũ, quia à principio non fuit matrimonium, etiã quã

Dilutio.

De reg. iu. & S. Tho. 2. 2. 60. ar. 4. & ibi do. Caiet.

Nota pro neophytis

Albertus Mag. d. 28. art. 2.

4. conclu.





do fuerunt teſtes: ſed ſolũ promiſſio vt ſupponimus, & quãdo ſequitur copula nõ eſt traditio de præſenti, per mutuum conſenſum intellectum à parocho, vt eſt diffinitũ in Cõcilio, ergo nõ eſt matrimoniũ, & hoc eſt conſideratione dignum in hac materia.

4. Concluſio. Sponſalia verbis, & mẽte de præſenti: ſed ſecundum iuris interpretationem de futuro, propter ætatem minorem vtriuſque, vel alterius, poſt legitimam ætatẽ tranſeunt in matrimonium de præſenti, per amplexus, vel oſcula, vel iocalia, vel ſimilia.

Ratio.

Probatur. Quia fuerunt antè de præſenti, & ſolum fuit defectus ex ętate: ergo poſtquàm peruenerunt ad ætatem, & ſe tractant vt coniuges, in vtroque foro eſt matrimonium: niſi interior diſſenſus adſit. Hanc concluſ.

Panor.

ponit Panor. in cap. vlt. de ſponſa. Et eſt determinatio in cap. Si infantes. de ſpon. impub. lib. 6.

Dixi, ſecundum iuris interpretationem. Quia poſſet eſſe, ꝙ poſt legitimã ætatem eſſet diſſenſus interior, etiam ſi eſſent amplexus, & oſcula, & ſimilia: & tunc non eſſet matrimonium verum.* Modo tamen nõ hæc ſufficiũt, quia deeſt miniſter & teſtes.

## ARTICVLVS XXI.

### *Quæritur quot modis ſponſalia de futuro diſſolui poſsint.*

Albertus Mag. in 4. d. 26. ar. 16

SPonſalia legitima diſſolui poſſunt duodecim modis. Primus. Quando alter ipſorũ religionem ingreditur cùm effectu, vt eſt quãdo religionem de approbatis aliquam profitetur. Extra de conuerſio. coniu. c. Verum. & c. Ex publico.

Ex profeſſione 1.

2. ratione. matr.

Secundus. Quando contraxit cùm alia per verba de præſenti. Quia minus vinculum ſoluitur per maius. Extra de ſponſa. c. Si inter. Imò etiam ſi ſint ſponſalia de futuro, & ſubſequuta fuerit copula, diſſoluuntur ſponſalia, quæ præceſſerunt, vbi non interuenit copula, cùm in ſponſalibus ſolũ ſit promiſſio, ſed in iſtis duobus caſibus eſt datio, vel exhibitio.

3. Quando ad loca longinqua ſe tranſitu.

Tertius. Quando alter ſpõſatus trãſtulit ſe ad loca longinqua ante carnalem copulam, & conuenienti tempore exſpectatus, & debito modo requiſitus non reuertitur. Extra de ſponſ. c. Ex illis. Ratio huius eſt. Quia tũc virtualiter nõ vult recipere promiſſum, quandoquidem non vult venire in patriam, vbi recepturus erat.

4. Ob grauẽ morbũ.

Quartus. Quando alter ipſorũ incurrit grauem morbum, vt paralyſin, aut lepram, aut aliam enormem læſionem, quæ ipſum nimis debilitant. Extra de iureiur. c. Quemadmodum. §. Quòd ſi. Et in glo. vbi innuitur, ꝙ etiam ſi iuraſſet ducere, non tenetur ducere, ſed tamen ductã iam non poſſet dimittere: etiam ſi infirmaretur.

5. Ob forni.

Quintus. Quando alter ipſorũ fornicatur, eo ꝙ talis habetur ſuſpectus de non ſeruanda fide, quæ eſt vnũ ex tribus bonis matrimonij. Et quia tũc, iam ductam propter fornicationem liceret quãtum ad thorum dimittere: ergo à fortiori ſi nondum factum eſt, ſoluitur promiſſio, & ſponſalia nõ manent in ſuo vigore.

6. ob affi.

Sextus. Quando ſuperuenit affinitas, vt ſi cognouit conſanguineã ſponſæ, vel ſponſa, conſanguineum ſponſi. Quia propter illã affinitatẽ ſuperuenientem, ſponſalia tolluntur, nec tales poſſunt de cætero coniungi. Extra de conſang. & affini. c. Super eo. Eſt n. impedimentũ adimplendi promiſſum, vt ſi quis promiſerit alicui dare certã pecuniam, & poſt, lege præcipiatur ne talis fiat datio, de obligat. à ſolutione.

7. Quia mutuo ſe abſoluũt.

Septimus. Quando alter alterũ abſoluit, ne deterius contingat, vt ducat illã quam odio habet. Sicut ſolet accidere: ꝙ duo facilè ſpondent, facilè promittunt adinuicẽ: ſed tamen poſt pœnitet facti, & odio habent ſe, tunc ſponſalia per mutuam ipſorum voluntatẽ diſſoluuntur. Extra de ſpon. c. Præterea. §. Si autẽ. Nec ob id peccant, quicquid alij dicant, vt docet Celaia.

Celaia in 4. diſt. 26. q. 3.

8 Quādo in ætate legitima reclamatur. Octauus. Quando impuberes contrahunt ſponſalia, & poſt ad legitimam ætatem peruenientes, non conſentiunt reclamantes, quia conceſſum eſt eis propter defectum ætatis, vt poſſint ſponſalia contrahere, & poſt adultam ætatem reclamare, liberum eſt eis tunc acceptare, vel reclamare.

9 ob famā de impedimento. Nonus. Si fama ſit, ꝙ inter eos ſit aliquod impedimentum, conſanguinitatis, vel affinitatis, etiam ſi non ſit certum tale eſſe impedimentum ſed aliquod eſt ſcandalum, de huiuſmodi coniunctione, ad tollendum ſcandalum, etiam ſi non conſtet de impedimento, diſſoluuntur ſponſalia. Extra de ſponſa. c. Cum in tua. Et de conſan. & affini. c. 2.

10. quādo non cōſtat condi. Decimus. Quando quis promiſit contrahere intra certum tempus, vt infra vnum annum, nec ſtetit per eū, quin illo tempore ad impleſſet promiſſum: ipſo facto tempore tranſacto, ſoluuntur ſponſalia: quia promiſsio, ſolum facta eſt in tali tempore ſignato: Extra de ſponſa. c. Sicut.

11. ob cognationē ſpiritualē. Vndecimus. Quando ſuperuenit cognatio ſpiritualis, vel legalis, putà adoptio. Ex. de cognit. ſpiri. c. Veniēs.

12. ob votū ſimplex. Duodecimus. Vt ait Ricardus, & communiter doct. ſi ſponſalibus ſuper uenit ſimplex votum continentiæ. Nā ſicut votum ſolennizatum in religione, ſoluit matrimonium ratum non conſummatum: ita votum continentiæ ſoluit ſponſalia.

Præter iſtos ſunt alij caſus, in quibus ſponſalia diſſolui poſſunt, & ſit decimuſtertius.

13. ob inimicitiam capitalē. Hoſtien. Decimuſtertius. Si ſuperueniat capitalis inimicitia inter ſponſos, quia alter poteſt petere ſeparationem, ſecundum ſententiam Hoſtien. in ſumma, per rationem cap. 2. Et cap. Requiſiuit. de ſponſal. Meliùs eſt enim tunc diſſolui, quàm ꝙ iungantur, qui odio habent ſe mutuo.

14. ob contractū ſpōſa. ante annos puber. Decimuſquartus. Si ſponſalia fuerunt cōtracta ante annos pubertatis, & alter poſt pubertatem petit abſolui ante tacitum conſenſum: vt determinatur in 6. de ſponſa. impub. c. De illis. Et cap. A nobis. Hoc eſt verum, etiam ſi nulla cauſa ſit reſiliendi. vt bene notat Panor. in c. De illis. Secus tamen eſt, ſi pubes contraxit cum impubere. quia ipſe pubes reſilire non poteſt, ſimiliter neque impubes, ante pubertatem. Panor.

15. ob ſæuitiam. Decimuſquintus. Propter ſæuitiā ſponſi. Nam tunc meritò ſunt ſoluenda ſponſalia, quando timet ſibi ſponſa de dāno futuro. Neque tenetur promiſſum adimplere cùm tali iactura: vt bene notat Panor. in cap. Veniens. qui cle. vel vouen.

Panor. 16. ob quācunq; cauſam rationabilem. Decimuſſextus & vltimus. Poſſunt etiam diſſolui propter quancunque aliam cauſam rationabilem ſuperuenientem: quæ ſi à principio fuiſſet excogitata: impedimentum præſtaſſet.

Dubium. Argumentum. Verum pro ampliori elucidatione eſt inueſtigandum circa ſeptimum modum. Vtrum ſponſi ſola ſua volūtate poſſint legitime contracta ſponſalia diſſoluere, liberè adinuicem remitendo. Et ſuppono ipſa eſſe iuramento firmata, vt dubium ſit maius. Et videtur ꝙ non. Quia Eccleſia nudum pactum compellit obſeruare. Extra de pact. c. r. ergo matrimonij pactum iuramento firmatum, non poreſt reſcindi voluntate cōtrahentium. De quo ſit prima concluſio. 1. conclu.

Celaia. d. 27. q. 3. Albertus Mag. d. 26. ar. 16. Prima concluſio. Sponſalia legitimè contracta de futuro, diſſolui poſſunt per ſolam voluntatem cōtrahentium ſine alia cauſa. Quia in ſponſalibus ſolum eſt promiſsio de aliquo faciendo, neque eſt aliqua exhibitio: ergo ſi non eſt exibitio, ad huc manet in poteſtate, & iure promittētis quod promiſſum eſt. Si ergo manet, poterit voluntate alterius, cui debetur, ſibi retinere.

Spec. Panor. S. Tho. d. 27. Promiſsio facta alicui, dependet ex voluntate ipſius cui fit. ad hoc quòd transferatur dñium, nam ſi alius non acceptet, non transfertur ſequitur ergo, ꝙ ſi vir promiſsionem fœminæ nō acceptet, ad huc fœmina poteſt alteri ſuum corpus dare, & ſimiliter ſi fœmina viri promiſsionem. Iſtam ſententiā tenet inter iuriſtas. Ray. Goſ. Spec. & Panor.

Panor.



Palu. ibi. Panor. Et inter Theo. S. Tho. Petrus de Palude.

2. conclu. Ratio conclu. 2. concluſio. Sponſalia de futuro legitime contracta, etiam iuramento firmata, ſoluuntur per ſolam voluntatem contrahentium remittentium ſibi promiſsionem. Quia quamuis quis in aliquo promiſſo iuret ſe adimpleturum, dependet adimpletio ex volūtate ipſius cui fit: ergo ipſo remittente, non tenet tale promiſſum, etiā ſi fuerit iuramentum adhibitum.

Item. In alijs contractibus ita eſt, ꝙ ſiue ſocietas, vel quid ſimile fuerit iuramento firmatum, per voluntatem contrahentium diſſoluitur, non obſtante iuramento: ergo etiam in præſentiarum nō obſtante iuramento per ſolam voluntatem contrahentiū ſponſalia poterunt diſſolui. Spec. Panor. Innocen. Iſtam ſententiam tenet Specula. in tit. de legatis. §. Nunc oſtendendum. Et Panor. in cap. Præterea. eod. tit. qui dicit hanc opin. eſſe communem. Et idem tenet Innocent.

Nota. Notandum propter hoc, ꝙ inter noui orbis indigenas quàm facilis eſt promiſsio nuptiarum, Eſt etiam libera adinuicem remiſſio, vt eos non dānes de mortali, ſi ſolum fuit ſimplex promiſſio de futuro. Hoc eſt ſpeciale in matrimonio, vt. ſ. nō compellat promiſſionem de futuro ſeruare alio remittente, vt ſit liberum matrimoniū. Innocen. Arg. c. Requiſiuit. de ſpon. & Innoc. in c. Veniens de iureiurān.

Dubiū 2. Sed adhuc eſt dubium. Vtrùm ipſo facto exiſtente aliquo caſuum ſuprà poſitorum diſſoluantur ſponſalia, vel iudicio Eccleſiæ ſint ſoluenda. Reſpō. primo, ꝙ quando quis contrahit cùm alia de præſenti, ipſo facto ſoluuntur. Item per ingreſſum religionis. Solutio 1 Item ſi alter fornicatur, & eſt notorium. Et idem de quacunque alia cauſa dici poſſet. Veruntamen quia ſcādalum ſuboriri poterit, loquamur 2. ſolutio. oportet diſtinguendo. Vel ipſa publicè ſunt contracta ꝙ probari poſſunt: & propter iſtud ſcandalum diſſolui nō debent, niſi iudicio Eccleſiæ, quæ habet de omnib⁹ iudicare propter ſcāda lū infirmorū. Palud. d. 27. q. 1. Si tñ ſecrete fuerint contracta, in conſcientia poteſt eſſe remiſſio adinuicem ſine iudicio Eccleſiæ, quia ob id requiſitum eſt iudicium Eccleſiæ, quia ob id requiſitum eſt iudiciū Eccleſiæ, ne ſcandalizētur infirmi. Sed quando ſecretè, nullum ſequitur ſcandalum. S. Tho. in 4. d. 27. q. 2. ar. 3.

Corolla. Ex hoc habes, ꝙ cùm noui orbis incolæ ſæpiſſimè ſecretè contrahebant inter ſe: ſi poſt ſponſalia de futuro, remittuntſe adinuicem: ſunt diſſoluta. Iſtam ſententiam, apertè inſinuat Ricardus in 4. Et ſic tenendum. Ricard. d. 27. art. 3. q. 4. Et (vbi dixi) inter noui orbis incolas non contingit raró, & quantò faciles ſunt in promiſſione mutua, pro matrimonio, tantò etiam faciliter diuertunt: & recedunt à promiſſione. Imò & conſilium eſt pro miniſtris, vt ſi contingat poſt hanc de futuro promiſſionem, ꝙ vnus recedat, & alius perſtet in promiſſo, vt conſulat perſiſtenti, vt etiā remittat, & maneāt liberi. * Et adhuc conſilium pro antiquis chriſtianis videtur eſſe, & omnia iuxta regulam Tridentini concilij conſideranda. conſilium authoris.

# ARTICVLVS XXII.

## De impedimento catechiſmi.

per ſolum catechiſmum oritur impedi. IAm ſequitur de alio impedimento, quod contrahitur ex hoc, quod tenuit aliquem in catechiſmo, qui ſit ante baptiſmum: nam tunc videtur contrahi quædam cognatio ſpiritualis. Et in præſentiarum loquimur ſolum, quando quis tenet in catechiſmo, etiam ſi non teneat in baptiſmo. Et ꝙ per ſolum catechiſmum contrahatur: vt ꝙ qui tenet in catechiſmo non poſsit ducere quam tenuit, neque filij eius, eſt textus expreſſus, Extra de cognatione ſpirituali. c. Cōtracto, ex hoc ꝙ ibi Papa determinat quòd matrimonium legitimè contractum nō diſſoluatur, licet vir tenuerit antè, filium vxoris, quam antè habuit

vt

vt concubinam, quia iſta res, vix matrimonio contrahendo impedimentũ, affert. Si ergo non affert. ad diſſoluendum contractum,& vix affert, aliquod impedimentum cauſat. Panorm. dicit impedimentum contrahi, quod impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum.

Panor.

Sed expreſſius determinatum eſt in 6. de cognatio. ſpirituali. ca. Per catechiſmum cuius verba ſunt hæc. Per catechiſmũ qui præcedit baptiſmum, ſacramentorum fundamentum, & ianuã reliquorum: cognatio ſpiritualis contrahitur, per quam cõtrahendum matrimonium impeditur: vt ex prædeceſſoris noſtri Clementis Papæ 3. decretali colligitur euidenter, dicendo enim, ꝙ talis res vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret, velle videtur ꝙ afferrat. Nam ꝙ vix fit, fieri tamen dubium non exiſtit. Per illam tamen cognationem matrimonium poſt eam contractum minimè ſeparatur. Hæc in textu. Ibi iuncta gloſſa. Ex quo apparet eſſe impedimentum, vt impediat contrahendum, & non dirimat contractum. Hanc ſententiam tenent omnes Theologi communiter. Et huius S. Tho. rationem aſſignat. Quia in catechiſmo fit profeſſio futuri baptiſmi, ob quod oritur impedimentum aliquod, ſicut ex ſola promiſſione nuptiarum, ſine aliquo alio, etiam inſurgit impedimentum, quod dicitur publica honeſtas de quo infrà ſuo modo per ſolam promiſſionem, quæ fit in catechiſmo, oritur iſta cognatio ſpiritualis, quæ impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum.

Gloſſa. Diſt. 42. S. Tho. in 4. d. 42.

Dubiũ 1. Circa hoc mouentur aliqua dubia. Primum, Vtrùm iſta cognatio ſpiritualis, ſic contracta impediat, vt etiam contractum dirimat.

Dubiũ 2. Secundum eſt, Vtrùm contrahatur verè ſecluſo baptiſmo, vt ſi fiat poſt baptiſmum.

Dubiũ 3. Tertium eſt. Si contrahitur ſolum per catechiſmum 1. per reſponſionem de credendis. Vel etiã per omnia alia, quæ baptiſmum præcedunt: vt eſt ſalis impoſitio, & ſaliuæ, & aliorum.

Ad 1. pro affirmatiua parte.

Et de primo videtur eſſe determinatio expreſſa 30. q. 1. c. Peruenit. Vbi decretum eſt, quòd ſit in catechiſmo impedimentum contractum, vt etiam diſſoluatur matrimonium poſt cõtractum, ex hoc quòd ibidem dicitur, quòd tales ſeparentur poſt matrimonium contractum, & quòd à primo pabulo ſalis, vſque ad confirmationem per chriſma, oritur tale impedimentum. Videtur ergo determinaſſe, quod in catechiſmo eſt tale impedimentum, vt etiã diſſoluat iam contractum. Tamen ad dubium dicendum: quod licet ſit impedimentum in catechiſmo, ſolum eſt de illis, quæ impediunt cõtrahendum, ſed non dirimunt contractum. Et ad textum dupliciter reſpondendum. Vel quod intelligit tale impedimentum, quod etiam contractum matrimonium diſſoluat ibi ortum, nõ ex ſolo catechiſmo, ſed ex baptiſmo. Hoc enim eſt verum quia per cognationem ſpiritualem, venientem propter baptiſmum impedimentum oritur, quod non ſolùm impedit contrahendum, ſed dirimit etiam contractum, vt infrà. Non tamen ibi ſummus Pontifex intelligit, quod ſolũ ex catechiſmo oriatur, ſed ex omnibus illis ſeptem ibidem numeratis.

Reſpon. 1. Intelligentia textus.

2. Solutio

Secundò dici poteſt, & forte melius, ꝙ ſuppoſito intelligat impedimentũ ortum ex catechiſmo, & alijs, quæ baptiſmum præcedunt, & ꝙ tales ſeparentur, nõ intelligitur ꝙ fiat ſeparatio quantum ad vinculum matrimonij: quia ſolùm impedit cõtrahendum: ſed intelligit, ꝙ ſeparentur quãtum ad thorum vel quantum ad exactionem debiti: cùm talis, qui tenuit in catechiſmo puerum, non poſſit debitum exigere à matre filij etiam ſi ſit vxor propria. Et iſte eſt modus loquendi ſanctorum patrum. Sic etiam determinatur, quod ſi quis duxit vnã, & poſt habuit inceſtum cum ſorore vxoris, quòd nullam habeat. Certum eſt, ꝙ poſt contractum matrimonium, per inceſtum ſuperuenientem, nõ ſol-



uitur matrimonium primum, legitimè contractum: tamen dicitur, ꝙ nullam habeat, intelligit quãtum ad exactionem debiti: quia exigere non poterit abſque diſpenſatione. Et ſic manet verum, ꝙ per catechiſmum oritur impedimentum, quod impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum.

Ad ſecundũ dubiũ. 1. Ratio. contra verita.

Ad 2. dubium. Vtrùm per ſolũ catechiſmum contrahatur impedimentum. Et videtur quod non. Quia huiuſmodi impedimentum eſt compaternitas quædam, ſed hæc nõ eſt, niſi vbi eſt regeneratio, in ſolo autem catechiſmo nõ eſt talis regeneratio: neq; in aliquo alio ſacramentali, ergo non cõtrahitur huiuſmodi impedimentũ, niſi ſit ſimul cum baptiſmo.

In contrariũ eſt veritas. Solu. ex.

In contrarium tamen ſunt textus allegati, in quibus expreſſe determinatur, quòd per catechiſmum, qui eſt ante baptiſmum contrahitur tale impedimentum.

Albertus Mag. diſt. 42. art. 5. ad 6.

Ad dubium reſpõdet Albertus Magnus, & dicit, quòd catechiſmus non completur niſi in baptiſmo, ob id non impedit niſi cùm baptiſmo exiſtens, & eo ſolo, non contrahitur impedimentum. Sed tamen opinio communis eſt verior, quòd per catechiſmum ſolum impedimentum contrahitur, tamen debile, eo quòd impedit contrahendum, non dirimens contractum. Sicq; intelligendi ſunt qui id videtur negare, vt illi qui concedunt diſpoſitiue ſolum oriri impedimentum ex catechiſmo. Quia alioqui expreſſe dicerent contra textum ſuprà allegatũ. Et idem Albertus Magnus fortè poſſet intelligi, eò quòd non impedimentum præſtat, ſic vt etiam contractum dirimat.

Opi. com. d. 42.

Ad 3. dubium.

Ad 3. dubium, Vtrùm contrahatur huiuſmodi impedimentum per ſolum catechiſmum, Vel, vtrùm etiam per alia quæ præcedunt. Reſpõdetur vnica concluſione.

Concluſio Ratio concluſ.

Per ſolum catechiſmum, & nõ per alia quæ ipſum præcedunt, inſurgit iſtud impedimentum. Quia ſecundũ regulam iuris, Fautores ſunt ampliãdi, & odia reſtringenda, ergo tantundem erit impedimenti, quod eſt odioſum, quantum in iure eſt expreſſum: ſed in iure ſolum exprimitur, quòd per catechiſmum contrahitur, ergo non inſurget per aliud, quod nõ eſt catechiſmus: ſed vt conſtat ex ipſo nomine, ſalis pabulum, & ſaliuæ appoſitio, & olei perunctio, & his ſimilia, non ſunt catechiſmus, ſed potius exorciſmus, ergo non contrahitur in ipſis, vel ſi contrahitur per aliquod illorum, & per quolibet contrahetur. Et ſic tot inſurgerent impedimenta, quot cæremonialia præcedũt ipſum baptiſmum. Et quidem per catechiſmum ego intelligo inſtructionẽ illam, quæ præcedit baptiſmum, per quam ſolam contrahitur hoc impedimentum. Et licet Pet. de Palu. dicat etiam per exorciſmum, melius intelligit S. Tho. & Durandus eadem diſ. De quo nos dicemus inferius quando de cognitione ſpirituali.

Quid catechiſmus. Palud. 4. d. 42. S.Thom. quolib. 12. ar. 19. Duran. d. 42.

Obiectio.

Sed contra iſtam concluſionem eſt argumentum 30. q. 1. cap. Peruenit. Vbi ſummus Pontifex determinat cõtrarium, dicens. Scitis quòd quomodo ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, ita ſunt ſeptem dona baptiſmi, A primo ergo pabulo ſacrati ſalis, & ingreſſu Eccleſiæ, vſque ad confirmationem per chriſma, hoc eſt à primo vſque ad ſeptimum nullus chriſtianus ſuam cõmatrem in coniugium ſuſcipere debet. Hæc ſunt verba textus, quæ videntur contraria concluſioni, ſcilicet, quòd contrahantur per omnia quæ præcedunt, quæ ſunt. Primum. Salis collatio. Secundum, aurium, & narium linitio cum ſputo. Tertium, in pectore, & in fronte facta ſignatio. Quartum, olei ſacrati perunctio. Quintum, Baptiſmi ablutio. Sextum, in vertice chriſmatis perunctio. Septimum, in fronte ſignatio.

Solutio.

Reſpondetur tamen, quòd textus hic non eſt contra concluſionem poſitã. Pro cuius ſolutione maximè oportet notare, vt intelligamus quid ſummus Põtifex, ſeu Eccleſia velit diffinire in ſuis determinationibus, Quæ aũ

Nota. fuit q̃ſtio mota. Quia illud quod mo-
tũ fuit in queſtione, illud voluit deter
minare. Cætera quidem quæ iungun
tur, apponuntur tanquam quædam
probabilia vera, non tanquam deter-
minationes Eccleſiæ, niſi ibi exprimã-
tur. Exempli gratia. In cap. Maio-
res. de baptiſmo, & eius effectu de-
terminatur, ꝙ in baptiſmo confertur
gratia, & conferuntur virtutes. Et
clariùs in Clement. vnica. De ſumma
Trini. & fide catho. Non tamen eſt fi-
de tenendum tanquam ſi Eccleſiæ eſ-
ſet determinatio, ꝙ in baptiſmo ſimul
omnes infundantur virtutes, neq; hæ
reticus eſſet dicẽdus, qui negaret for
titudinem infundi (quæ eſt habitus)
puero baptizato, ſicut videtur dubi-
Scot. in 3. tare. Sco. Tamen eſſet hæreticus, qui
d.26. negaret gratiam infundi, quia id de-
Duran. d. terminatum eſt ibi. Et ſimiliter qui
23. q.6. nunc negaret aliquid infundi, & nobis
inhærere, & formaliter in nobis eſſe,
eſſet anathema, vt patet ex Concilio
Conc. Tri Tridentino ſub Paulo 3. celebrato.
dẽ. Seſs.5. Hæc dicimus non ob aliud, niſi quia
cano. 11. quæſtio ibidem mota fuit, Vtrum gra
tia infunderetur in baptiſmo. Et re-
ſpondet ſummus Pontifex ꝙ ſic, & vir
tutes. Iſtud ꝙ virtutes, apponit tan-
quam verum, non tanquam determi-
natè verum, ꝙ non liceat contrarium
opinari, ſed tamen primùm determi-
nat vt verum, quia illud fuit quæſi-
Mirãdula. tum. Sic (& bene) Picus Mirandu-
lanus theoremate 8. de fide. Ita in pro
poſito. In cap. Peruenit. fuit relatum
ſummo Pontifici, quod quidam viri, &
mulieres, ex magno concurſu in ſab-
bato ſancto proprios filios ſuſcepe-
runt ex lauacro ſancto, & conſulitur
Papa quid faciendum, & reſpon. quod
ſeparentur quantum ad thorum, &
concludit: quia à primo pábulo ſalis,
vſque ad chriſma, nullus recipiat com
matrem in matrimonium. Per iſta ver-
ba ſolum determinatur, quod propo-
ſitum erat in quæſtione, ſed in quæ-
ſtione ſolũ fuit de illis, qui proprios
filios de ſacro fonte leuarunt, & hoc
determinat ſummus Pontifex, ꝙ fuit
ortum impedimentum. Et hoc eſt ve
rum, ꝙ in baptiſmo oritur, & in ca-
techiſmo, non tamen ſequitur ꝙ ſit
determinatum, ꝙ in pabulo ſalis ſo-
lum, tale impedimentum oriatur, ſed
ꝙ incipiat ibi, & perficiatur perfecto
catechiſmo, & baptiſmo. Hæc eſt ſen Duran. d.
tentia Durandi. 41. q. 1.
Sed adhuc dubitatur circa hoc im- 4. Dubiũ,
pedimentum, Vtrùm oriatur quoties
matres, vel patres tenent proprios fi-
lios apud neophytos in nouo orbe,
propter multitudinem puerorum ba
ptizandorum, & quia aliter commo-
dè fieri non poteſt. Sic tamen tenent
quando fiunt iſtæ cerimoniæ: vt ipſi
in catechizatione non reſpondeant,
ſed illi qui ſunt patrini conſtituti to-
tius multitudinis. Nec etiam paren-
tes de ſacro fonte leuant puerum, ſed
ſolum illi patrini. Tamen contingit,
ꝙ ipſis matribus tenentibus proprios
filios, miniſter apponat ſal, & ſaliuam,
& oleum, & cætera alia omnia. Vel cõ
tingit ꝙ non apponat niſi ſolum duo-
bus, vel tribus pro omnibus, & iſtos
non tenent matres, ſed tales deſtina-
ti patrini. Multum iuuat pro ſcru-
puloſis iſta ſcire. Contingit enim ma
gna confuſio aliquando, & ob id nõ cõ-
temnendus ſcrupulus. Ad hoc reſpõ.
per duas concluſiones.
Prima concluſio. Viri vel fœminæ 1. conclu.
proprios tenentes filios, in pabulo ſa
lis, in appoſitione ſputi, & crucis ſi-
gno, imò & in appoſitione olei, nõ con 1. Ratio.
trahunt impedimentum hoc, ſiue ſciẽ-
ter, ſiue ignoranter faciant. Probatur.
Si oriretur impedimentum, eſſet pro-
pter Eccleſiæ determinationem, ſed
non eſt talis determinatio, ergo nec
tale impedimentum. Quia ſi eſſet, ob
hoc eſſet, ꝙ dicitur, ꝙ propter cate-
chiſmum, ſed nullum iſtorum eſt ca-
techiſmus, vt conſtat ex nomine, ergo
non ob id contrahitur. ¶ Secundo.
Vel eſſet per decretum. cap. Peruenit.
30. q. 1. iam allegatum, in quo dici-
tur, quod à primo pabulo ſalis. Sed
non ob hoc, vt diximus. Quia ibi ſo-
lùm determinatur iuxta dubium pro-
poſitum de illis, qui tenuerunt in fon
te baptiſmatis, ergo verè ex Eccleſiæ
de-



determinatione non habetur, quod ta
les proprios filios tenentes contrahãt
Cõfirma. impedimentum. ¶ Et cõfirmatur ex
ſuperius dictis. Quia odia reſtringẽ-
da ſunt, & fauores ampliandi. Neque
oportet fingere impedimentum, vbi
non eſt expreſſum in iure.
2. conclu. 2. concluſio. Viri, vel fœminæ pro-
prios filios tenentes in catechizatio-
Matres te ne, quando exigitur ab eis fides, ipſis
nentes in ſolum tenentibus, ſed illis, qui patri-
catechiſ- ni ſunt, reſpondentibus pro illis, non
mo, ſi non contrahunt tale impedimentum, ſed
reſpondẽt ſolùm patrini reſpondentes in cate-
non incur chizatione. Probatur. Iſtud impedi-
runt impe mentum, contrahitur in catechiſmo
dimentũ. per hoc ꝙ eſt quædam promiſſio ba-
S. Tho. in ptiſmi ſuſcipiendi, vt dicit S. Thom.
4. d 42. Et eſt quædam regeneratio per fidẽ,
quam proteſtatur patrinus pro par-
uulo, ergo cum illo erit impedimen-
tum contractum, qui promittit ba-
ptiſmum ſuſcipere, qui & fidem pro-
teſtatur: ſed hoc non facit parens te-
nens filium, ſed patrinus, vt ſupponi-
mus: ſequitur ꝙ cum illis non con-
trahitur aliquod impedimentum.
Cõfirma. Et cõfirmatur. Nam ſicut in baptiſ-
mo ſolùm contrahitur, quia tangit le
uando de fonte, & non quia aſſiſtit le-
uanti: ſic in catechiſmo, quia pro-
mittit, & fidem proteſtatur, & nõ quia
proprijs manibus tenet. Sequitur er-
go, ꝙ cùm in baptiſmo impedimentũ
non oriatur inteſtantes, niſi tangant,
ꝙ etiam non oritur in catechiſmo in-
ter tenenter, niſi fidem profiteantur
pro paruulo, & baptiſmi reſponſio-
nem faciant. Et ſic eſt ſublatus ſcru-
pulus, qui cruciat nonnullos in nouo
orbe, putantes tale oriri impedimen-
tum, ſi ſolum habeant matres filios
proprios, ipſis tamen matribus non
reſpondentibus: quia ſi non reſpon-
deant in catechizatione, perinde eſt,
ac ſi in terra paruuli iacerent, vel ꝙ
aliæ mulieres haberent, quia nec ſic
cum illis (ſi non reſpondeant) tale vin
culum cõtrahitur, ſed ſolùm cum pa-
trinis profitentibus fidem, per quam
ad heb. 11 eſt quodammodo quædam ſpiritualis
ad Roma. regeneratio, quia iuſtus ex fide viuit,
ſine qua impoſſibile eſt placere Deo.
Ex iſtis patet, ꝙ à fortiori nullum
erit impedimentum per hoc, ꝙ pro-
prios habeant filios, & cæremoniæ om
nes fiant cum duobus, vel tribus pro
omnibus, ſicut fit ob Pauli 3. diſpenſa Diſpenſa-
tionem. * Hic oritur dubium modo tio.
poſt Concilij Tridentini diffinitionẽ Paul. 3.
in Seſs. 24. c. 2. De matrimonio ſiqui-
dem ibi reſtrictio graduum in cogna-
tione ſpirituali facta eſt, vt non latè ſe
extendat ſicut olim, vt nos in fine in
appendice latè diſputamus. Dubium
ergo eſt an hoc impedimentum, ꝙ in
ſolo catechiſmo contrahitur, modo
ſit ablatum per Concil. Trident. quia
cùm in diffinitione Concilij quando
res facta eſt ſolum de cognatione ſpiri
tuali in baptiſmo fit mentio, & nullũ
eſt verbũ de catechiſmo: ob id videtur
quod iura citata maneant in ſuo vigo
re vt erant ante Concilium.
Reſpon. ꝙ per Concilij determina
tionem totaliter videtur ablatũ, hoc
impedimentum catechiſmi, ſolùm võ-
lo dicere, quòd per hoc ꝙ quis in ca-
techiſmo ſolum ſine baptiſmo, nõ ha-
beret tale impedimentum, probatur,
Concilium voluit auferre impedimẽ-
ta ad matrimonium contrahendum, &
gradus reſtringere cognationis ſpiri-
tualis, ergo & abſtulit impedimentũ,
quòd in ſolo catechiſmo, patet quia
ibidem docet experiẽtia propter mul
titudinem prohibitionum multoties
in caſibus prohibitis ignoranter con-
trahi matrimonia, in quibus, vel non
ſine magno peccato perſeueratur, vel
ea non ſine magno ſcandalo dirimun-
tur, volẽs itaque ſancta ſynodus huic
in commodo prouidere, & a cogna-
tionis ſpiritualis impedimento inci-
piens, ſtatuit ſcilicet ecce ſancta ſyno
dus gradus voluit reſtringere cogna-
tionis ſpiritualis: & dicit ſolum ma-
neat prohibitus inter tenentem cùm
tento, & patre, & matre eius in baptiſ
mo, & cùm baptizante, & baptizato: &
patre, & matre eius: & ꝙ nullus am-
pliùs ſit gradus. Cũ ergo ſolum in ba-
ptiſmo velit eſſe & vltra primum no-
lit extendi, videtur ꝙ oẽm alium gra-
 dum

dum abſtulit cognationis ſpiritualis: & ſic per ſolum catechiſmum nulla contrahatur: quia ſi gradus in baptiſmo primum, & videtur auferre in catechiſmo etiam quo ad primum: quia in cognatione ſpirituali ius dicendo ſolũ de baptiſmo meminit: & ſic quouſque aliud per Eccleſiam ſit declaratum, videtur mihi hoc dicendum, nam ſi id quod magis videbatur ineſſe ablatum eſt nempe confraternitas, & compaternitas in baptiſmo, ergo & ablatum eſt quid minus videbatur in eſſe id quòd per ſolũ catechiſmum, & hic ſoluitur argumentum in contrarium adductum, ꝙ in ſancta ſynodo non eſt facta mentio de catechiſmo: quia ablato id ꝙ in baptiſmum quòd principale erat intelligebatur ſublatum, ꝙ minus erat, & propter principale introductum. De principali in appendice in fine diſputatum eſt.

# ARTICVLVS XXIII.

## *De impedimento inceſtus.*

Conſequenter agendum de inceſtu. Pro cuius declaratione aduertendum eſt, ꝙ inceſtus dupliciter committitur. Primo cum conſanguineis proprijs. Secũdo poteſt committi cum affinibus, qui ſunt conſanguinei propriæ vxoris, vel viri. Tanta eſt hæc differentia inceſtus, vt ſecundum iura virum impedimentũ ſit, & aliud non. Pro cuius recta intelligẽtia ſit 1. cõcl.

1. conclu. Prima concluſio. Inceſtus commiſſus cum conſanguineis proprijs, non eſt impedimentum: quominus talis inceſtuoſus pſſit matrimonium contrahere. Probatur. Si eſſet impedimentũ, vel eſſet iure naturæ, vel iure Diuino poſitiuo, vel iure humano ſed nullo iſtorum ergo nullum eſt impedimentum. Primo. Non iure naturæ, vt eſt apertiſsimum. Nec Diuino iure, quia in Leuitico ſolum prohibetur matrimonium cum affinibus, & conſanguineis, tamen non determinatum eſt, ꝙ inceſtuoſus non poſſit aliã ducere. Nec eſt impedimentum iure poſitiuo. Probatur. Quia cap. Tranſmiſſæ. & ca. Ex literis. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. ſolem ponitur impedimentũ de inceſtuoſo cum affinibus. Item 32. quæſtio. 7. in pluribus capitulis ſolum ponitur de affinibus. Sequitur ergo, ꝙ cùm non ſit in iure expreſſum tale impedimentum, ꝙ nullo modo eſt aſſerendum. Hæc S. Tho. & Ricardus, & Archi. & omnes Theologi, licet contrarium Palu. in 4. diſt. 34. q. 1. & Angelus in ſua ſumma in verbo, Inceſtus. §. 5.

Ratio. — Leuit. 18. — Caiet. 2. 2 q. 154. arti. 9. — S. Tho. d. 34. q. 1. Ricard. d. 34. Archi. 3. p. ti. 1. c. 16 §. 4.

Sed contra iſtam cõcluſionem ſunt valida argumenta ex determinationibus ſacrorum Canonum. In primis eſt illud ex Concilio Agatenſi. 35. q. 3. c. De inceſtis. vbi dicitur. Inceſtuoſos verè nullo cõiugij nomine deputandos. Et nominat qui ſint tales, dicens. Si quis conſobrinæ, ſobrinæq; ſe ſociauerit. Et ſubdit. Aut quia ex propria conſanguinitate aliquam habuerit, vel concùbitu polluerit. Sequitur ergo ex huius Concilij determinatione, ꝙ prohibitum ſit matrimoniũ generaliter omnibus inceſtuoſis.

Cõtra Palud. & Ange. & contra legẽ. 13 ti. 2. p. 4. & contra Abba. c. D de eo qu cogno. cõſan. vxo.

Ad hoc dicendum ex ipſo textu, in cuius calce ſubditur. Sanè quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugij libertatem. Hæc ibi. Apertè textus inſinuat ꝙ non interdicatur coniugium omnibus inceſtuoſis, ſed quòd interdicatur ex inceſtu cùm affinibus.

2. Obiectio. Secundum argumentum eſt ex alio textu 35. q. 6. c. Si duo viri, vbi dicitur, quod tales inceſtuoſi cum proprijs cõſanguineis ſi iuuenes fuerint, poſſint alia inire coniugia. Videtur ergo quòd ſit ibi diſpenſatio cum iuuenibus, & ſic ſaltim quòd ſenes non poterunt contrahere ſine diſpenſatione, ſi inceſtum commiſerunt cum conſanguineis proprijs.

Solutio. Reſpon. quòd ex iſto textu colligitur ſolutio expreſſa. Nam dicens, quòd iuuenibus liceat matrimonio iũgi



gi; non interdicit ſenibus. Sicut ſi quis diceret, iuuenes non ieiunent, nõ dicit ꝙ ſenes ieiunent. Quamuis hęc ſolutio inepta iudicetur à viro, alias non vulgariter docto Reuerendo Patre Fratre Antonio de Cordoua Minorita in ſuo quæſtionario. q. 12. quãuis alia quæ hic dicta ſunt probet.

2. conclu. Secunda concluſio, Inceſtus commiſſus cùm conſanguineis vxoris, vel ſi fœmina ſit, cùm conſanguineis viri: eſt impedimentum, vt altero decedente, qui inceſtum commiſit, non poſſit alteri matrimonio coniungi. Iſta concluſio eſt expreſſa determinatio Eccleſiæ. Extra de eo qui cognouit conſanguin. vxor. cap. Tranſmiſſæ. & 32. quæſtio. 7. per multa capitula. Sed tamen contractum tenet, contra glo. cap. 2. de pœniten. & remiſſi. regiam, l. 14. & 13. tit. 2. par. 4.

Ratio concluſionis. Ratio diuerſitatis iſtarum concluſionum hæc poteſt eſſe: quia dato peccatum grauius ſit commiſſum cũ propria conſanguinea, quàm commiſſum cum conſanguinea vxoris, propriè tamen per inceſtum cum conſanguinea vxoris, matrimonio ampliùs contrahitur. Et quia talis inceſtus ex ſua ratione habet, ꝙ impediat exactionẽ debiti à proprio coniuge: quia per inceſtum factus eſt affinis.

Hic poteſt eſſe dubium an etiam inceſtuoſus dicatur ille qui carnaliter cognouit illam, cum qua impedimentum habet publicè honeſtatis, vt ſi aliquam habuit ſponſam cum qua eſt orta publica honeſtas, fuerũt ſoluta ſpõſalia, & contraxit cum alia, quæritur an ſi cognouit, vel illam q̃ habuit ſpõſam, vel conſanguineam intra quartũ gradum, ſit dicendus inceſtuoſus, videtur quod ſic quia eadem videtur ratio, & ſic idem ius, vt. ſ. ſi Petrus ſibi deſponſauit Mariam, & antequã carnaliter eam cognouit ad conſanguineã eius acceſſit ſit vocandus inceſtuoſus, & abſque diſpenſatione poſt mortem ſponſæ, non poſſit aliam ducere.

Ad dubium reſpondentes, oportet conſiderare, ꝙ ſi ſolum fuerunt ſponſalia de futuro per copulam carnalem cum conſanguinea ſponſæ, ſunt ablata, & ſponſam non poterit habere vxorem, ſunt textus expreſſi, vt infrà quãdo de impedimento criminis.

2. Etiam conſiderandum, ꝙ poſt diffinitionem Concilij Tridentini in publica honeſtate, ſolùm eſt primus gradus prohibitus, & non extenditur ampliùs, vt in fine in appendice notauimus, & patet in Seſſione 24. c. 3.

3. Etiam notandum, ꝙ aliud eſt loqui de pœna inceſtuoſorum, ſecundũ iura ciuilia, & aliud de impedimento iuris canonici. Reſpon. ad dubiũ non eſſe inceſtum carnaliter cognoſcere cõſanguineam illius cum qua eſt publica honeſtas patet, quia nullum tale in iure olim. ¶ 2. Dico, ꝙ etiam ſi olim fuiſſet modo per Concilium eſt ablatum: quia gradus nullus eſt extra primum in publica honeſtate. ¶ 3. Dico, ꝙ quo ad pęnas inceſtuoſorum poſſet ad arbitrium iudicis, de quo vide Couarru. in 2. p. epitome. c. 6. §. 8.

Dubiũ 1. Sed circa iſtud impedimentũ dubitatur, Vtrũ dato ſit impedimentũ hoc in iure, liceat inceſtuoſo cõtrahere abſque diſpenſatione. Et quis eſt qui cũ eo diſpenſare poſſit. Sit prima concluſio.

1. conclu. Prima concluſio. Inceſtuoſus cum affinibus, ſciens impedimentum, contrahens matrimonium abſque expreſſa, vel interpretatiua diſpenſatione, peccat mortaliter. Quia hoc eſt in iure prohibitũ, vt patet ex. c. allegatis. ergo contra faciens ſcienter, peccat, & non venialiter ſolum, cum ſit res grauis, ergo mortaliter. Ex hoc enim maxime cognoſcitur contrauenire præcepto Eccleſiæ, vtrùm ſit mortale aut veniale. Dixi, ſcienter: quia ſi ignoranter id faciat, neſciens impedimentum expreſſum in iure, contrahens non peccat, nam ignorantia inuincibilis eum excuſat, quam puto inuincibilem in illo, qui nunquam audiuit tale eſſe impedimentum. Hæc ſententia eſt Petri de Palu. in 4.

Ratio concluſio. — S. Tho. 1. 2 q. 76. arti. 13. — Palud. diſ. 34. q. 1.

Dixi etiam, ſine diſpenſatione: quia vbi interuenit diſpenſatio nullum eſt peccatũ. Nam qui ſic cõtrahit, non

non cõtrauenit alicui præcepto. Quia iam cum eo diſpenſatum eſt. Dixi etiã expreſſa, vel interpretatiua. Quia ſi ille qui poteſt diſpenſare, videat inceſtuoſus communiter contrahere, neque prohibet videtur tacitè diſpenſaſſe. Et ſic vbi talis eſſet conſuetudo: nullum eſſet peccatum contrahere. Vt patet à ſimili in alijs Eccleſiæ præceptis, vbi ex hoc ſolum, ꝙ Epiſcopus permittit, aliquid in quo poteſt ipſe diſpenſare, videtur diſpenſaſſe vt eſt, ꝙ ſacerdotes adinuicem ſe abſoluant, quod eſt contra expreſſum ius, ſed tamen quia ipſe videt, & conſentit, videtur diſpenſaſſe. * Modo per Conciliũ Tridentinum ius eſt renouatum, & conſuetudo in contrarium nõ ſufficit in Seſſione 23. cap. 15. Sic S. Thom. Hoc idem Petr. de Palude, & Archiepiſc. Floren. Et eſt Theologorum communis opinio. Et qui talem inceſtum commiſit, non poteſt exigere debitũ, licet poſſit reddere. Sed tamẽ Epiſcopus poteſt diſpẽſare vt infra dicetur. Oportet tamen ꝙ ſcienter cognoſcat conſanguineam vxoris, nam ſi ignoranter, poteſt exigere: De quo Soto. de Iuſti. lib. 1. q. 7. ar. vlti.

Doctores in 4. d. 17. — S. Tho. di. 34. ar. vlt. — Palud. di. 34. q. 1. — Anto. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4.

2. conclu. ratio. opi. cõmunis.

2. concluſio. In huiuſmodi impedimento, ꝙ inceſtuoſus cum affinibus poſſit contrahere, poteſt Epiſcopus diſpenſare. Probatur ſententia omnium doctorũ, tam Theologorũ, quã Iuriſperitorum. Imo & ſecundùm Veruecenſem, ſufficit proprij ſacerdotis licentia. Et idem Monal. & Roden. Et Ioan. And. in c. In adoleſcentia. 33. q. 2. ait ꝙ iuuenis inceſtuoſus poteſt contrahere ſine diſpenſatione, ſed non ſenex. Et ita tenet ſumma Angelica. Huius ratio eſt. Quia eſt periculum incontinentiæ in iuuene. Ob id iuueni abſque diſpenſatione conceditur: ꝙ negatur ſeni, vbi nullum imminet periculũ. Et expreſſe ꝙ Epiſcopus poſſit diſpenſare, vide in Palu. Couarru. in Epito. p. 2. cap. 7. nu. 6. & idem Nauarro in manuali confeſſo. c. 22. nu. 86.

Monal. — Ioan. — Angelus. — S. Anton. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4. — Palud. di. 42. q. 1. & d. 34. q. 1.

3. conclu.

3. concluſio. Noui orbis incolæ inceſtuoſi, contrahentes abſque diſpenſatione, nullum peccatum (ſaltim mortale) cõmittunt. Probatur. Ignorantia inuincibilis excuſat à actũ à toto, qui alias ſecluſa ignorantia eſſet peccatum, vt apertè conſtat in facto Iacob cognoſcente Liam, & in multis alijs: ſed noui orbis indigenæ inceſtuoſi, contrahentes, inuincibiliter ignorant, ergo dato eſſet mortale ſecluſa ignorantia, cùm ipſa adſit, non peccant mortaliter. Maior eſt nota. Et probatur minor. Quia dicitur inuincibiliter ignorare, qui faciendo quod in ſe eſt, adhuc ignorat: ſed iſti faciunt quod in ſe eſt, & audiunt prædicatores, nec eis adhuc eſt declaratum, ergo ignorant inuincibiliter.

Gene. 24 — S. Tho. 1. q. 76. ar. 3. Doct. in 2. d. 22.

2. Ratio.

Probatur ſecundo. Iuuenes qui timent de incontinentia, non peccant mortaliter, licèt inceſtuoſi, contrahendo ſine diſpenſatione, ſed apud neophytos timetur incontinẽtia, ergo licebit eis contrahere, etiam ſine diſpenſatione. Maior probatur ex capit. In adoleſcentia. 33. q. 2. vbi dicitur, ꝙ ſolenniter pœnitens, ſi timens incõtinentiã iuuenilem, copulã vxoris elegerit, videtur rem feciſſe venialem. Ex iſto probatur. Solennis pœnitentia eſt impedimentum, ſicut inceſtus, ſed tali impedimento non obſtante, quando timetur de incontinentia, non eſt mortale contrahere, ergo nec inceſtuoſus ſimiliter etiam ſine diſpenſatione.

Confirmatio.

Confirmatur ex c. Antiqui. vbi dicitur. Si continere non poteſt, redeat ad coniugium. 33. q. 2. Imò hoc expreſſe determinant doctores Iuriſtæ ſupra allegati. Minor eſt clariſsima, ꝙ ſit talis timor de incontinentia, cùm in plurimum eos nouerimus tam debiles, quod vitam non poſsint ducere niſi vxorem habeant apud ſe. * Et non tantum hæc indigentia pro carnali copula quantum pro communicatione operum. Et conſidera quòd SS. Papa Pius quintus conceſſit die 27. Septembris, anno 1569. *viuæ vocis oraculo*, ad inſtantiam Reuerẽdi Patris Fratris Ioannis de Aguilera, commiſſarij Romanæ curiæ ordinis Minorum, quòd prouinciales poſſint cõmittere viris religioſis & doctis, & iuxta Concilij decretum approbatis, authoritatem diſpenſandi cum viris ſeu mulieribus inceſtuoſis. Qui carnaliter peccauerunt cum conſanguineis, alterius coniugis intra quartum gradum, ad hoc quòd poſsint petere debitum, & hoc in foro conſcientiæ tantum.



# ARTICVLVS XXIIII.

## *De impedimento vxoricidij.*

EST aliud impedimentũ, impediens quidem contrahendum, ſed non dirimens cõtractum, quãdo quis interficit propriam vxorem. Tunc enim in pœnam huius peccati interdicitur ei, ne ſecundo ducat vxorem. 33. q. 2. c. 1.

Nota.

Sed circa hoc dubitatur. Vtrũ hoc verum ſit quotieſcunque & quomodocunque vir occidat vxorem. Item ſi ita verum eſt, ſi mulier occidat virũ. Et vt certa ab incertis ſegregemus, eſt aduertendum, quòd hic loquimur ſimpliciter, quando vir occidit vxorem & non quando cum intentione ducendi adulteram quia tunc eſt impedimẽtum non ſolùm impediens contrahendum, ſed dirimens contractum cum tali: quam voluit habere vxorem, vt infra dicemus. Itaque ſolùm loquimur quãdo occidit vxorem quia odit eam.

Secundo eſt notandum, quòd vir poteſt occidere vxorẽ, vel quia adultera eſt, & in adulterio deprehenſa: vel quia alioqui moleſta eſt viro ſuo. His habitis reſpondetur.

1. conclu.

Prima concluſio. Vir occidens propriam vxorem ſine intentione ducendi concubinam (quam non deprehendit in adulterio) peccat mortaliter contrahendo cum alia ſine diſpenſatione expreſſa, vel interpretatiua. Probatur ex textu. 33. q. 2. c. 1. vbi interdicitur: ergo ſequitur quòd contrà faciens peccat, & non venialiter, quia res eſt grauis, ergo mortaliter.

Ratio concluſio.

2. dubio.

2. concluſio. Vir occidens vxorem propriam deprehenſam in adulterio, non incurrit tale impedimentum. Patet. d. 37. in fine. leges enim dãt authoritatem ad hoc faciendum impunè, Et quam per legem facultas datur. q. 1. art. 3. * Vt poſſit de adulterio damnata occidere, nam & ſi vt poſſit miſericorditer ſe habere vxori condonando, non facit iniuſtum occidendo, alias inique faceret iudex iuſtitiæ executionẽ ei committendo, verum differentia notanda eſt in illo qui vxorem in adulterio deprehenſam interficit, & in illo, qui occidit vxorem à iudice damnatam de adulterio, quia primus: & ſi impunè id agat coram Deo homicida eſt, quia nullus ante condemnationẽ morte plectendus, & ſic canon Nicolai Papę. 33. quæſt. 2. c. Interfectores. Sed lex ciuilis permittit. l. Grachus. C. ad l. Iuliam. de adulterijs, & ſi marito. ff. eod. tit. Secundus tamen qui à iudice vxorem damnatam de adulterio interficit, non ſolum in foro exteriori, rem damnatam non committit, ſed et in foro conſcientiæ: quia ſine peccato exequitur. vide Soto de iuſtitia & iure. li. 5. q. 1. ar. 3. in fine Medina de reſtitutione. q. 3. cauſa 4. Abulen. Math. 5. q. 113. & docto. 5. in 4. d. 37. q. 2. ad primum. Et vide Syluestrũ in verbo Homicidium. 1. q. 2. & latiſſimè diſputat doctiſſimus epiſcopus Segouienſis Couarr. in 4. Decretalium. p. 2. c. 7. § 7. num 8.

Palud. d. 34. q. 1. — Soto de iuſti.

3. conclu.

3. concluſio. Vxor occidens propriũ virum, non incurrit talem pœnã. Probatur. Quia non eſt ponendum impedimentum, vbi in iure expreſſum non eſt: ſed non eſt in iure expreſſum de muliere ſicut de viro, ergo non eſt aſſerendum. Quia fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringenda. Et ratio diuerſitatis hæc poteſt eſſe. Quia magis timetur, quòd vir occidat propriã vxorem, quàm quòd vxor virum, propter debilitatem ſexus. Hinc videtur pœnam appoſuiſſe viro ad cohibendũ iram: & non fœminæ, quæ ex natura ſua videtur fragilis, nec facilè audaciam

De regul. iur.

rit. Iſta concluſio eſt determinata. 30. q. 1. c. Ad limina beati Petri. vbi determinatur, ꝙ talis, qui in neceſsitate filium baptizauit, bene fecit, & quòd nullo modo debet ſeparari. Et ſic doctores intelligunt in nullo contraire matrimonio. * Cætera alia quæ de cognatione ſpirituali infrà, & in appendice in fine quãdo de limitatione facta in Concilio Tridentino erit ſermo.

## ARTICVLVS XXVII.

### *De impedimento presbytericidij.*

IN c. presbyterium. De peni. & remiſ. fit mẽtio de presbytericidio. Et l. 14. ti. 2. p. 4. Et de pœnitente ſolenniter. Et de illo, qui ſcienter contraxit cum moniali profeſſa. 32 q. 1. & 27. nihil ſpeciale videtur notatu dignum, ad alia difficiliora properamus, intelligentes quòd hæc omnia impedimẽta ſuprà dicta vndecim, ſunt quæ impediunt contrahendum, ſed minimè dirimunt contractum. Et omnia præter duo, quæ ſunt, votum ſimplex caſtitatis, & ſponſalitium cum altera perſona, Sunt (iſtis duobus exceptis) impedimenta ex ſtatuto Eccleſiæ. Et tamen iſta duo videntur vim habere à iure naturæ, ſecundum ꝙ ſeruandum eſt promiſſum, & fidelitas alicui data. Et in omnibus (iſtis duobus exceptis) poteſt epiſcopus diſpenſare. Quia cum non habeant aliud robur, niſi ex iure poſitiuo, epiſcopus poteſt in omnibus diſpenſare, ad hoc quòd ſine peccato poſſit quis contrahere, in quibus diſpenſatio reſeruata non eſt. Et hæc eſt opinio communis. Verùm dominus de Palude in 4. abſolutè dicit, quòd epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus criminibus quæ impediunt, & non dirimunt. Idem tenet Nauarro in Manuali confeſ. cap. 22. num. 86. Et credo idem eſſe quòd Caiet. dicit, quia ſponſalia, & votum non ſunt crimina, & ibidem dicit quòd nõ videtur ei, quòd poſsit diſpẽſare in impedimẽto quod oritur ex catechiſmo. ¶ Sed pro ſolutione quæritur, Vtrùm ſit mortale peccatum contrahere ſine diſpenſatione in omnibus iſtis impedimentis. Expedit hæc ſcire propter confeſſores, vt ſciant cognoſcere quãdo ſit mortale. Nam dictum eſt, quòd abſque expreſſa diſpenſatione, vel interpretatiua non licet.

Couarr. 2 p. epit. 4. decr. c. 16. §. 1. nu. 5.

De omnibus impedimentis ſuprà dictis nota.

Anto. flo. 3. p. tit. 1. c. 16.

In d. 34. 41. & 42.

Nauarro

Caiet.

Dubium.

Prima concluſio. Contrahere poſt ſponſalia cum alia, vel poſt votum ſimplex, eſt peccatum mortale, niſi, cum diſpenſatione. Quia qui promiſit aliquid, ſi eſt graue, tenetur reddere ei, cui promittit ſub mortali, ſed ſic eſt in voto, & in ſponſalibus, nam in voto promiſit ſe Deo, & in ſpõſalibus, ſponſæ, ergo tenetur reddere. Sicut qui tenetur aliquid reddere, & ſe impoſſibilitat ad illud, peccat mortaliter, ſi eſt aliquid graue, quia ponit impedimentum reſtitutionis. Sed qui cum alia contrahit poſt votum, vel poſt ſponſalia, quantum in ſe eſt, ſe impoſſibilitat ad implendũ quod promiſit; ergo peccat ſic contrahendo. Iſtã opinionem tenet expreſsè do. de Palude, & Caie. in ſumma.

1. conclu. Ratio. Supra artic. 15.

Palud. d. 34. q. 1. Caiet.

2. concluſio. In omnibus alijs impedimentis, vt eſt Interdictum Eccleſiæ, Inceſtus, Catechiſmus, Vxordicium, Raptus alienæ ſponſæ, Proprij filij de fonte, vel ad chriſma ſuſceptio Inſidioſa matrimonio, Presbytericidium, Solennis pœnitentia, Matrimonium cum moniali, contrahere ſine diſpenſatione: abſque contemptu tamen, non videtur eſſe mortale, niſi conſuetum ſit petere diſpenſationẽ. Sed tamen quia non eſt in vſu hominum hanc petere, videtur quòd non ſit mortale. Caieta. in ſumma, in verbo, Matrimonium.

2. conclu.

Caiet.

Ex iſtis ſequitur, quòd cùm neophyti in nouo orbe, in quibus interuenire ſolet inceſtus, ob occaſiones quas habent vehementes ex modo cõuiuendi: quòd licet contrahant cum alijs abſque Epiſcopi diſpenſatione,

Corolla.



vel curatorum, aut religioſorum, qui eorum conuerſioni intendunt: nõ peccant mortaliter, maximè ad eorum fragilitatem attendendo.

## ARTICVLVS XXVIII.

### *De impedimentis impendientibus contrahendum, & dirimentibus contractum.*

IMpedimẽta quæ impediunt matrimonium contrahendũ, & dirimunt contractum ſunt duodecim. Error perſonæ. De quo Theologi d. 03. Secundũ. Conditio ſeruitutis. d. 36. Votum ſolenne. diſt. 38. Cognatio carnalis. diſt. 40. Cognatio legalis. diſt. 42. Crimen. diſt. 35. Cultus diſparitas. d. 39. Vis, vel metus d. 29. Ordo ſacerd. d. 37. Ligamen. 33. Honeſtas publicæ iuſtitiæ. d. 41. Si ſit affinis. Ibi. Si forte nequit coire. diſt. 34.

De primo impedimento, ſcilicet, errore perſonæ, primo dicendum. De quo oportet notare, quia error poteſt eſſe, vel circa perſonam quantum ad ſubſtantiam, vel error conditionis. vel fortunæ. Vt ſi exiſtimat Petrum, & ſit Ioannes. De ſecundo. Vt ſi ſit impotens, vel ſeruus. De tertio. Vt ſi quis contrahat cum aliqua, putans quòd ſit diues, & eſt pauper. Sed tamen antequam ad dubium reſpondeamus, oportet circa omnia iſta impedimenta notare, quomodo ſufficienter talia ſunt, quæ impediant contrahendum, & dirimant contractum. Nam in matrimonio quędam ſunt de eſſentia eius, alia ſunt de ſolennitate, ſicut & in alijs ſacramentis. Et ſicut in alijs ſacramentis remoto eo quod eſt de ſolennitate, non tollitur quin ſit verũ ſacramentum, ſic erit & in matrimonio. Et huiuſmodi ſunt impedimenta ſuperiùs allata, quæ impediunt cõtrahendum, ſed non dirimunt contractum. Sed impedimenta quæ contrariantur his, quæ ſunt de eſſentia matrimonij, faciunt, vt non ſit verum matrimonium, impediunt quidem cõtrahendum, & dirimunt contractum, qualia ſunt duodecim aſſignata, quorum ſufficientia, & numerus ſic accipi poteſt. Matrimonium enim poteſt impedimentum habere, vel ex parte contractus, quia non eſt legitimus, & deficiunt neceſſaria in contractu. Vel poteſt impedire ex parte contrahentium. Poteſt ſiquidem eſſe, quòd cõtractus legitimus ſit, & tamen quòd perſonæ ſint inhabiles ad contrahendum. Vt ſi duo religioſi inter ſe contractum faciant emptionis, vel venditionis, vel commutationis, ſine licentia ſui ſuperioris, non valet. Quia perſonæ inhabiles ſunt ad contrahendum. Et poteſt eſſe, quòd perſonæ ſint habiles, tamen contractus non valeat. Nam interfuit deceptio, vel aliquid ſimile.

No. circa omnia impedimenta quæ dirimunt.

Differẽtia inter impedimẽta.

Sufficientia impedimẽtorum quæ diremunt.

Primo modo ex parte contractus, Cùm matrimonium fiat per voluntarium conſenſum, ſi non adſit conſenſus, impeditur matrimonium. Et voluntarius conſenſus tollitur, vel per ignorantiam, vel per coactionem, ſeu metum. Et ſic ponuntur duo impedimenta, ſcilicet, Error, & Violentia.

S. Tho. 1. 2. 7. 6.

Secundo modo impeditur ex parte contrahentium. Et tunc poteſt aliquis impediri à matrimonio contrahendo, vel ſimpliciter, vel reſpectu alicuius perſonæ. Simpliciter, vt cum nulla poſſit matrimonium contrahere. Et non poteſt eſſe, niſi quia impeditur à matrimoniali actu. Et hoc contingere ſolet, vel quia omnino nõ poteſt. Et ponitur impedimentum, Impotentia coeundi. Siue quia liberè non poteſt. Et eſt ſeruilis conditio. Nam cum ſeruus ſit aliquid domini tanquàm pecunia, velut inſtrumento animato, poteſt eo vti ad libitũ, quocirca liberè non poterit exercere actũ matrimonialem cum vxore. Vel eſt, quia licet poſſit, non tamen licitè. Et hoc contingit in obligatis ad continẽtiam, quod euenit dupliciter. Vel

d. 34.

Ariſto. 1. poli. c. 3.

quia obligatur ad cõtinentiam ex officio ſuſcepto. Et eſt impedimentum Ordinis. Vel ex voto emiſſo. Et impedit votum ſolenne.

Si autem quis impeditur à matrimonio non ſimpliciter, ſed reſpectu alicuius perſonæ, vel propter obligationem ad aliquam perſonam: ſicut qui vni matrimonialiter iunctus eſt, non poteſt alteri coniungi, & eſt ligamen matrimonij. Vel poteſt impedimentum eſſe, quia deficit proportio ad aliquam perſonam. Et hoc tripliciter. Vel propter magnam diſtantiam. Et ponitur Diſparitas cultus. Vel propter nimiam propinquitatem. Et ponitur cognatio, & publica honeſtas. Et tertio contingit non eſſe proportionem, propter indebitam coniunctionem factam, & ponitur impedimentum criminis. His ſuppoſitis nunc de primo impedimento, ſcilicet, errore agamus. Et ſi prima concluſio.

1. conclu. Prima cõcluſio. Error perſonæ quãtum ad ſubſtantiam, ſcilicet, ꝙ quis putet contrahere cum Ioanne, & ſit Petrus, annullat matrimonium. Quia non eſt matrimonium, vbi deficit conſenſus debitus: ſed vbi eſt error perſõnæ deficit conſenſus, ergo non eſt matrimoniũ. Patet. Quia nihil volitum, quin præcognitum, ſed vbi eſt error, perſona non eſt cognita, ergo nec volita: nec eſt conſenſus ſufficiens ad matrimonium. Et hoc quidem apparet verum ex facto Iacob, quando Lyam cognouit, putans Rachelem. De quo dicunt doctores non fuiſſe matrimonium per concubitũ. Quia error præceſſit perſonæ, ſed fuit poſt, per conſenſum ſequutum. Et ſic in l. Non idcirco. C. de iur. & fact. ignor.

Suprà de conſenſu. Ariſt. 3. de anima. com. 39. Gene. 29.

Viguerius in ſuis inſtitu. c. 16. §. 7. ver. 9.

2. conclu. 2. concluſio. Error qualitatis perſonæ non euacuat matrimonium, vt ſi quis contrahit cum hac, quam putat eſſe virginem, vel diuitem, vel admodum nobilem, ſed tamen nec eſt virgo, nec diues, neque nobilis, tenet matrimonium. Quia error qualitatis non variat aliquid quod eſt de eſſentia matrimonij: ergo etiam ſi adſit talis error, erit matrimonium. Nam ſi conſenſus ſit in iſtam perſonã, ſiue ſit virgo, vel non, ſiue pauper, ſiue diues, poteſt nihilominus in matrimonium conſentire, & verum habere conſenſum. Sequitur ergo, quòd verum erit matrimonium, cum nihil deſit, quod eſt de neceſſitate matrimonij. Secùs tamen eſt, quando eſt error perſonæ, quia tunc deeſt conſenſus. Si aliquis conſentiret in filium regis, quia diues eſt, ſi alius apponeretur pro eo, non eſt matrimonium, quia interuenit error: non quidem qualitatis, ſed perſonæ, eo quòd pro filio regis appoſitus ſit alius infimæ ſortis: & ſi contraheret cum eo ſub conditione, ſi eſt nobilis (quia ſi alias non habet animum contrahendi) non exiſtente conditione, nõ valeret, quod eſt notandum.

29. q. 1. §. Non omnibus.

Vigue. vbi ſuprà.

Dubiũ 1. Sed circa hoc impedimẽtum eſt difficultas, nam concluſio propoſita vera videtur de errore antecedente, quia euacuat conſenſum. Vt ſi aliquis conſentiat in Mariam, & appoſita ſit Magdalena, eo quòd tunc deficit conſenſus neceſſario requiſitus ad matrimonium. Sed quæro de errore concomitante: vt ſi aliquis conſentiat in Ioannem, & apponitur Petrus: ſed tamen etiam ſi cognoſceret eum eſſe Petrum, conſentiret in eum, tunc eſt error concomitans. Vtrùm eſſet matrimonium. Et videtur quòd ſic, ex eo ꝙ tunc non eſt error, qui euacuare dicitur conſenſum. Nam ſi ſciret Petrum, in eum conſentiret, ergo adhuc manet conſenſus. Item ex Ariſtot. 3. Ethicorum. Non eſt ibi inuoluntarium ſimpliciter, cùm eſſet volitum ſi ſciret. Reſpon. non eſſe matrimonium, exiſtente tali errore concomitante. Quia licet non ſit ſimpliciter inuolũtarium non tamen eſt voluntarium: quod requiritur ad matrimonium. Nã nihil volitum quin præcognitum, ſed non eſt ibi cognitio, ergo nec volitio.

Error concomitans euacu. matrimoniũ.

Ariſtot. 3. Ethic. c. 1. S. Tho. 1. 2. q. 6. ar. 8.

Solutio. Ariſtot. 3. de anima. com. 39.

Corolla. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi quis cõtrahat cum ancilla, quam putat liberam, nihilominùs tantum exardeſcit in eius amorem, quòd ſi cognoſceret ancillã,

adhuc



adhuc conſentiret in eam, non eſt verum matrimonium, niſi adſit nouus cõſenſus, poſtqũam ſciuerit eam ancillã, etiam ſi Palu. in 4. d. 36. q. 1. ar. 2. dicat cõtrariam, & Ricar. d. 36. q. 1. ar. 1.

Ricar.

Dubiũ 2. Adhuc dubitatur, Si mulier contraheret cum Ioanne, quem optimè nouit, ſed decepta putat eum eſſe primo genitum Comitis Beneuentani, vel alteris, Vtrùm teneret matrimonium?

Solutio. Reſpondetur ꝙ ſic. Quia ibi nõ eſt error perſonæ, cùm optimè nouerit ipſum, ſed ſolum error conditionis, vel qualitatis, quia putat eũ eſſe primogenitum, & non eſt. Hoc enim nõ ſufficit ad euacuandum matrimonium, niſi contractus eſſet ſub tali conditione, vt in conclu. 2. dictum eſt.

## ARTICVLVS XXIX.

### *De impedimento conditionis ſeruilis.*

Solutio. VTrum matrimonium cõtractum inter liberũ, & ancillã, ignorata conditione ſeruitutis teneat, vel ſit nullũ. Reſpondetur eſſe impedimentum quod impedit contrahendũ, & dirimit contractum: ita ꝙ ſi conditio ſeruitutis ignoretur, nõ tenet matrimonium. Hoc patet. Extra de coniugio ſeruorum. c. Propoſuit. &c. Ad noſtram.

Ratio. Ratio eſt. Quia liber, ex tali errore nimis læditur contrahens cùm ancilla. Primo in bono prolis, ex hoc, ꝙ eam non habet in ſua poteſtate. Et in bono fidei. Quia ancilla, non poterit ei debitum reddere, & fortè tunc dñs poſſet eam alio negotio impedire. Læditur in bono, ſacramenti. i. in cohabitationis inſeparabilitate. Quia dñs ancillæ, poſſet eam vendere, & ad terras longinquas mittere. Ponit tamen Palu. tres conditiones ad hoc requiſitas. Prima, ꝙ qui contrahit ſit liber. Secunda, ꝙ ignoret ſeruitutũ. Tertia, ꝙ ignorantia duret. Quæ declarantur infrà.

d. 36. q. 1. conclu. 3.

Sed anteꝗ dubia emergẽtis circa impedimentũ abſoluamus, oportet non ignorare, vtrùm hoc impedimentum etiã impediat, ſtando in iure naturali, & Diuino, aut ſolum ſit impedimentũ ſtando in iure poſitiuo. Expedit ſcire ꝓpter noui orbis incolas, qui in infidelitate contraxerũt liber cum ancilla, & fortè conditione ignorata. Nam ſi hoc impedimentum etiam in iure naturæ impedit, ſicut error perſonæ, inter illos etiam infideles, non teneret matrimoniũ. Si tamen eſt impedimentum ſolum in iure poſitiuo, cùm infideles non teneantur legibus Eccleſiæ, verum eſt matrimonium, etiam conditione ignorata.

1. conclu. Prima concluſio. Impedimentũ erroris conditionis, ſolum eſt impedimẽtũ ſtando in iure poſitiuo. Quia de iure naturæ quilibet eſt liber ad cõtrahendũ matrimoniũ. Neque in hoc eſt aliqua ſeruitus, cùm ſeruus ẽt inuito dño poſſit contrahere. Sequitur ergo, ꝙ ſi eſt impedimentũ, non erit de iure naturali. Item. Neq; eſt de iure Diuino poſitiuo. Nullibi. n. reperitur tale ius Diuinum ſimpliciter vetans ſeruũ contrahere, ergo ſequitur ꝙ ſolũ eſt de iure poſitiuo humano. Quanuis Almayn dicat iure naturali eſſe.

ad Gal. 4. Vuandel. d. 36. q. 1 art. 2. Ioã. Arbo. li. 11. Theo. c. 15. Viguerius c. 16. §. 7.

2. conclu. 2. concluſio. Si tẽpore infidelitatis liber, cõtraxit cũ ancilla: ẽt conditione ignorata, verè teneret matrimonium. Tales. n. non obligantur legibus humanis. At ꝙ iſtud impedimentum ſolum iure poſitiuo impedit, ita vt Eccleſia poſſet facere, ꝙ non impediret, ſi tolleret prohibitionem, ſic Petrus de Palude in 4. vbi dicit. Aliter impedit error perſonæ, quàm conditionis, quia ille ex natura matrimonij. Vnde Eccleſia non poſſet facere, ꝙ error perſonæ nõ impediret matrimonium, cum deſit conſenſus, ſed error conditionis impedit ex ſtatuto Eccleſiæ. Vnde Eccleſia poſſet ſtatuere quòd non impediret. Poſſet etiam ſtatuere, quòd error qualitatis, vel fortunę impediret. Hęc ille. Aduertendũ, vt in iſtis impedimentis ſciat quilibet quæ impediunt ſolum ex ſtatuto Eccleſię, & quę ex iure naturæ,

Cõtra Almay. d. 39.

Palu. d. 36

Nota.

naturæ, vt circa noui orbis neophytos rectum ſit iudicium: circa illa quæ tempore infidelitatis.

1. Dubiũ. Dubitatur. Vtrùm ſeruus, contrahens cum ſerua, putans ꝙ ſit libera, verè contrahat. Videtur ꝙ non. Eo ꝙ ſit error conditionis. Reſpon. quòd verũ eſſet matrimonium. Seruus enim non poteſt conqueri de conditione ancillæ, cum eiuſdem ſint conditionis, ob id nullam patitur iniuriam. Quocirca nullum eſt impedimentum. Nam impedimentum erat in primo caſu, propter iniuriam quàm patiebatur liber, contrahendo ignoranter cum ſerua, ſed ſeruo contrahente cum ſerua, nulla fit iniuria: ergo tenet matrimonium. Sic determinant doctores. Idem ſi liber cum illa quam putat ſeruam, & eſt libera, quia non patitur iniuriam.

ſupplemẽ. d. 36. q. 1. art. 2. Corolla.
Doctor. in 4. d. 36.

2. dubium Dubitatur adhuc. Si liber contraxit cum ancilla ignoranter, & poſt donata libertate, manet cum ea, & habet acceſſum ad ipſam ſicut antè, vtrũ ſit verum matrimonium ſine conſenſu de nouo adueniente.

Argum. Videtur quòd ſic. Eo quòd ceſſauit impedimentum, quo ſtante, non tenuit à principio: matrimonium erit verum & firmum, quando nihil obſtat.

Confirmatur. ¶ Et confirmatur. Ad verum matrimonium ſufficit conſenſus legitimus ex vtraque parte inter perſonas legitimas, ſed talis fuit inter iſtos duos, qui iam ſunt legitimę perſonæ, ergo verum eſt matrimoniũ.

In contrarium. ¶ In contrarium tamen eſt veritas. Pro quo ſit prima concluſio.

1. conclu. ſupple. d. 36. q. 1. artic. 3.
Prima concluſio. Quando duo cõtraxerunt, & à principio matrimonium non tenuit, quantumcunq; poſt ſe tractent tanquam coniuges, & mutuò commiſceantur, non erit verum matrimonium, etiam ceſſante impedimento, ſi non adſit nouus conſenſus.

Vict. in re lec. de matrimo.
Hoc probatur. Vbi non eſt conſenſus inter perſonas legitimas, non eſt matrimonium, etiam ſi ſit traductio, & copula: ſed in caſu poſito non adeſt conſenſus, ergo copula non ſufficit. Probatur. Primus conſenſus fuit nullus: quia fuit inter perſonas illegitimas, ergo non fecit matrimonium, & ſic non erit matrimonium, niſi adſit de nouo. Iſtam concluſionem expreſſe ponit glo. in cap. Ad noſtram. Extra de coniugio ſeruorum. Hæc eſt determinatio Ricardi. in 4. Et probatur per cap. primum. de eo qui duxit in matrim. quàm pollu. per adult. Et per cap 2. de coniugio ſeruorum. Ita tenet doctiſſimus Adrianus in 4. de ſponſalibus. Et vt Iuriſperitos adducamus, hæc eſt ſententia Panormi. in cap. Super eo. de conditio. appo. poſt determinationem Innocentij. Quia ex regula iuris, ex contracto irrito alias, nulla naſcitur obligatio.

Gloſſa. Ricar. d. 36. q. 2. artic. 2.
Adrian. Panor. Innocen. Regula.

Hanc concluſionem maximè commenda memoriæ, propter dubia emergentia inter noui orbis neophytos. Contingit enim quòd duo inter ſe contraxerunt more ſolito, & fuit impedimentum, vel diſparitas cultus, vel quia viuebat propria vxor, vel primus vir: poſt verò, ablato impedimento, manent ſimul ſine alio nouo conſenſu, non eſt iudicandum pro matrimonio, quamtumcunque ſimul fuerint per multũ temporis, & ſe tractauerint vt vir, & vxor, ſi non fuerit nouus conſenſus, * In tantum hoc eſt verum, ꝙ ſi quis cum aliqua contraxerit, cum qua non tenuit matrimonium: vt ſi ſic contraxit, Contraho tecum, ſi Papa diſpenſet: & Papa diſpenſante, & dicunt ei periti, ꝙ tenetur ducere ſine nouo cõſenſu: ſed ipſe alias non vellet, & ex illo errore conſentit, & ducit eã, poſtquàm inuenerit ꝙ non tenebatur ducere, poterit relinquere: quia ille cõtractus in errore fundatus eſt.

Nota pro Indis.

2. conclu. Ricard. d. 36. arti. 2. q. 2.
Si tamen poſt ablatum impedimentum, ob quod ante matrimonium non tenuit: intus in corde de nouo conſentiant, verum efficitur matrimonium, etiam nullo exprimente conſenſum. Probatur. Matrimonium verè contrahitur per conſenſum mutuũ inter perſonas legitimas: ſed ablato impedimento interuenit talis conſenſus, ergo ſufficit cum expreſſione verborum, quæ præceſſit. Hæc Ricardus in 4. Eandem ſententiam tenet do. de Turrecremata, & eſt communis opinio doctorum.



Tur. cre.
Cum hoc ponit conſilium: quòd quando alter coniugum non conſenſit in matrimonium, ſi velit manere iunctus matrimonialiter abſque peccato, debet conſentire intus in anima. Vel ſi viuente prima cõiuge contraxit, putãs quòd eſſet mortuus, poſtquam conſtiterit de morte eius, ſi interiùs conſentiat, verum eſt matrimonium, ſi maneant in matrimonio. Hanc dicit eſſe opi. communem Loazes in tractatu de matrimonio. dubio 12. Idem Ioan. Andre. & Baldus. Nouellus in tractatu de dote p. 11. Sed tamẽ requiritur ad hoc, quòd ſciat perſona, quæ de nouo cõſentit, impedimentum ablatum, ſicut Hoſtien. & Præpo. & alij explicant in cap. 1. De eo qui duxit in matri. Ad argumentum in contrarium ſolutio patet ex dictis.

Loazes. Ioã. Andr. Baldus. Nouellus. Hoſtien. Panorm. Præpo.

# ARTICVLVS XXX.

*An poſſit ſeruus cõtrahere matrimonium contra voluntatem domini. Et ſi cum voluntate eius, vtrum ſiat liber.*

Argu. ET videtur quòd non poſſit. Quia quòd eſt alterius, non poteſt quis alienare inuito vero dño: ſed ſeruus eſt aliquid domini, ſicut pecunia (vt ait Ariſto.) ergo non poteſt per matrimonium alteri dare, ſine conſenſu veri domini.

1. Poli.
ad Gal. 3.

In contrarium tamen eſt autho. B. Pauli dicentis, In Chriſto Ieſu non eſt ſeruus, neque liber. Ac ſi diceret, ꝙ ad ſacramenta ſuſcipienda, nulla impedit ſeruitus. Sicq; determinatum eſt. Extra de coniugio ſeruorum. c. 1.

1. conclu. Prima concluſio. Seruus, vel ancilla, poteſt matrimonium contrahere inuito, vel ignorante, vel ſciente domino. Patet. Matrimonium eſt de iure naturæ, inquantum maris & fœminæ coniunctio ordinatur ad conſeruationem ſpeciei. Et ſeruitus eſt de iure poſitiuo, & non naturali, ſed non poteſt per ius poſitiuum derogari iuri naturali. Nam ſicut non poteſt ſeruitus impedire, quominus ſeruus comedat, vel aliquid aliud ad ſui cõſeruationem operetur, & hoc ex eo, ꝙ eſt de iure natura obſeruatio indiuidui: ſequitur à ſimili, quòd nec poterit in poſitiuum tollere, id quod eſt de iure naturæ ad conſeruationẽ ſpeciei: quale eſt matrimonium, eſt expreſſa determinatio in c. ſupra dicto. Et 29. q. 2. c. Omnibus nobis. Et c. Dictum. Et cap. Prudentia. De officio delegati.

Sco. d. 36. artic. 2. q. vni.
ad Gal. 3. ſupra ar. 1 Supplẽ. d. 36. q. 1. artic. 3. Ioan. Arbo. li. 11. Theoſo. c. 15.

2. conclu. 2. concluſio. Seruo, vel ancilla cõtrahente matrimonium contra voluntatem domini, non priuatur dominus debito ſeruitio, ſed poteſt eo vti, ſicut ante matrimonium vtebatur. Iſta concluſio determinata eſt in c. 1. de cõiugio ſeruorum. Ratio eſt. Quia ſi verus eſt dominus ſerui, vel ancillę, non debet ſuo iuſto ſeruitio priuari per aliquid ſuperueniẽs. Ergo ſequitur, quòd poterit eo vti eo modo quo ante vtebatur, etiam ſi per hoc impediatur debitũ maritale: quia qui ſcienter cum ſeruo cõtraxit, tali conditione videtur contraxiſſe, ſicq; non fit ei iniuria.

Ratio con clu.

3. conclu. 3. concluſio. Dominus ſerui, contra cuius voluntatem matrimonium contractum eſt, licet poſsit vti ſeruo ſuo ſicut ante, vt impediat interdum debitum coniugale, non tamen poteſt licitè vendere eum in regionẽ longinquam, vbi impediretur coniunctio maritalis. Probatur pro. 2. parte, quia pro prima iam patet. Nam ſi ſeruus quantum ad contrahendum, vel non contrahendũ eſt liber: ſequitur quòd dominus nõ poteſt eum impedire, impediret autem ſi poſt contractum matrimonium, poſſet vendere in longinquas terras: ergo ſequitur quòd non poteſt vendere. Nam alias ſeruus non eſſet liber quantum ad matrimoniũ

Viguerius ca. 16. §. 7. ver. 9.
Ricard. d. 36. arti. 4. q. 2.
pal. ibi. q. 2

Fru-

Supple.d. Fruſtra enim eſſet talis libertas, ſi non
36.q.1.ar. poſſet exequi actum matrimonialem.
tic.3. Hoc Ricardus. idem videtur aſſerere
Scotus. do. de Palude, & eſt contra Scotum, &
Almayn. Almayn. d. 36.
4. conclu. 4. concluſio. Si dominus velit, ſer-
uum, vel ancillam contrahere, licet nō
eo ipſo liberum efficiat, non tamen
poteſt eum impedire à redditione de
Io. Arbo. biti, quoties exigatur ab eo. Proba-
vbi ſuprà. tur. Nam eo ipſo, quo conſentit eum
ducere vxorem, videtur dediſſe licen-
tiam alteri, vtendi ſeruo ſuo quoties
voluerit ad illum actum, & videtur ceſ
1.Cor.7. ſiſſe iuri ſuo. Quare petenti vxori de-
bitum, plus tenetur ſeruus, quàm do-
Ricar. mino tunc aliud præcipiēti. Sic Ricar.
in loco ſuprà allegato.

Quòd tamē non fiat liber, eo quòd
dominus conſentiat, eſt ſententia om-
nium doctorum. Neque in iure Cano-
Io. Arbo. nico contrarium habetur. Ob id tan-
& Viguer. quam certum tenendum. Secùs tamē
vbi ſuprà. eſt, ſi ſeruus ordinetur, vel religionem
profiteatur domino volente, & non
contradicente. Quia tunc cùm ipſe
poſſit impedire ne ſeruus ſuus ordi-
netur, vel profiteatur, eo ipſo ꝙ con-
ſentiat, videtur eum manumittere.
Sed tamen quia matrimonium non po
teſt dominus impedire, non eo ꝙ con-
ſentiat iure Diuino, aut Canonico
manumittit, licet ſecundum ius ciuile
videatur manumittere. Hanc conclu-
Palu. d.36 ſionem in ſententia ponit Petrus de
q.2. cō. 2. Palude in 4.

Dubiū 1. Sed eſt dubium circa hoc, Si domi-
nus dat ancillam, vel ſeruum in matri
monium alteri libero, & ipſe liber igno
rat conditionem ſeruitutis, vtrùm ſit
matrimonium. Et videtur ꝙ non ex
Argum. ſuperiùs dictis. Quia conditio ſerui-
Solutio. tutis ignorata, ex iura poſitiuo annul
lat matrimonium. Reſpon. Dominus
dans ancillam, vel ſeruum, in matri-
monium alteri liberæ cōditionis, facit
quòd verè teneat matrimonium, ſi ad
eſt legitimus conſenſus contrahentiū.
Hæc cōcluſio eſt determinatio Panor.
Panor. in cap. Ad noſtram. de coniugio ſeruo
rum. Et iure ciuili. In authentica de
nuptijs. §. Si vero. & l.1.titu.5.parti.
4. Et ſic in l.5.titu.22. Cuius ratio eſt.
Quia in pœnam illus fraudis lege ſta-
tutū eſt, quòd ipſo facto ſit libera illa
ſerua. Idem ſi fuerit ſeruus, & domi-
nus tradat alicui liberæ. Et ſufficit ad
hoc determinatio iuris ciuilis. Poteſt
namque ius ciuile punire volentes de
fraudare liberos, conditione. Si tamen
ita eſt, quòd dominus ancillam, vel
ſeruū tradit matrimonialiter libero,
& manifeſtat ſeruitutem, non ob hoc
facit eam liberam, vt ſuprà dictum eſt.
Quod bene probat Couarruuias in Couar. 2.
epitome. p.c.3.§.7.

Dubitatur adhuc. Vtrùm ad hoc ꝙ 2. Dubiū.
dominus ancillæ incurrat hanc pœnā,
ſufficiat quòd dominus taceat, & no-
lit impedire matrimonium, cùm poſ-
ſit. Vel vtrùm requiratur, quòd ipſe
actu, det ipſam libero in matrimoniū. Solutio.
Reſponde. Ad hoc quòd dominus in- dubij.
currat hanc pœnam iuris, non ſufficit,
quòd taceat, vel non prohibeat, cum Supple. d.
prohibere poſſit, ſed requiritur ꝙ 63.q.1.ar.
actu eam tradat libero in matrimo- 3. con. 2.
nium, quicquid dicat Panor. Quia
taciturnitas eius, cuius nō requiritur Ratio.
conſenſus, non debet reputari conſen-
ſus: ſed non requiritur conſenſus, do
mini ad cōtrahendum matrimonium,
ergo eius taciturnitas non debet re-
putari conſenſus. Item. Quia fauores Ratio 2.
ampliandi ſunt, & odia reſtringenda,
ex regulis iuris, ſed hoc eſt maximè
odioſum, ergo non ampliandum eſt,
ſed reſtringendum, ſed ſolum dicit de
dominis tradentibus ancillas ſuas libe
ris, ergo de illis ſolum intelligi debet,
& non de alijs tacentibus, & non con-
tradicentibus. Iſtam concluſionem te-
net Paludan. in loco ſuprà allegato.
Sed tamen probabile eſt, quòd ſuffi-
ciat, ſit ipſo præſente, & non contra-
dicente. Quod probat Couar. in ſuo Couarru.
epitome. 2.p.c.3.§.7. Dubiū 3.

Sed quid erit dicendum, ſi dominus
præcipit clerico, vel religioſo, vel alte
ri vt tales coniungat, an tunc habeat
locum hæc pœna. Reſpon. quòd ſi do- Solutio.
minus conditionem nō manifeſtet illi,
cui præcipit, vel illi, cui vult tradere
(eadem enim eſt ratio vtrobique) per
inde



inde eſt, ac ſi ipſe faceret. Et ſic mane-
ret ſeruus liber, & verum eſſet matri
monium.

# ARTICVLVS XXXI.

## *De voto ſolenni.*

QVia propoſitum noſtrū
eſt de matrimonio lo-
qui, præcipuè quantū
ſpectat ad incolas noui
orbis, ſub breuitate il-
la quæ non admodum
ad eos attinent, tranſcurremus, quale
hoc eſt impedimentum de voto ſolen
ni, quod quidem impedit matrimoniū
contrahere, & contractum dirimit. d.
Ratio qua 27. c. Presbyteris. Item. Qui clerici,
re votū ſo vel vouentes c. Inſinuante. Nec de hoc
len. impe. aliquod dubium eſt apud catholicos.
& diri. Cuius ratio eſt. Quia qui alteri eſt
obligatus, & non habet in ſua poteſta-
te, nulli poteſt alteri dare: ſed huiuſ-
modi eſt qui votum ſolēne facit, quia
iam obligatur, & datus eſt in poſſeſſio-
nem illi, cui ſe vouit profitendo, ergo
non poteſt abſolutè dare alteri ſeip-
ſum in matrimonium.

Sed circa hoc eſt dubium non contē
nēdum, vtrùm hoc ſit iure Diuino, vel
naturali. Vel ſolum ſit præceptū Ec-
cleſiæ.

Conclu. Quòd votum ſolenne matrimoniū
impediat contrahendum, & contractū
dirimat, habetur iure poſitiuo Eccle-
ſiaſtico, & non Diuino, vel naturali.
Ratio con Probatur. Quia ſi ex natura rei vo-
cluſio. tum ſolenne dirimeret iam contractū,
Votū ſolē. eodē modo votum ſimplex dirimeret
ex iure po ſed non dirimit iam contractum, licet
ſitiuo im- impediat contrahendum (vt ſuprà di-
pedit. ctum eſt) ergo neque ſolenne ſic diri-
meret. Quod ſit idem quoad Deum,
patet ex eo, ꝙ illa cæremonia, & mo-
dus ſolennizandi ſolum eſt quid de iu
Sup. ar. 15 re poſitiuo introductum. Sequitur
ergo, ꝙ cùm primum non impediat de
iure Diuino, neq; naturali quominus
matrimonium contractum ſit validū,
ſic etiam de voto ſolenni dicendum.
Sicq; habes ſolum iſtum impedimen-
tum voti eſſe de iure poſitiuo, eo ꝙ iā
videtur tranſtuliſſe corpus ſuum in ma
nus prælati: ita vt nullo modo poſſit Sco. d. 38.
alteri dare quod non habet in poſſeſ- vnica.
ſione. Iſtam ſententiam tenet docto.
ſubt. in 4. Idem Caie.* Hāc modo Re Caie. 2.2.
uer. P. F. Michael de Medina nititur q. 80.
quàm pluribus in ſuo de Cœlibatu in diſt. 38. 4.
lucem reducere, & quaſi ob literatam
reuocare, locus eſt, lib. 4. Cōtrouerſia.
7. Plura alia dici poſſent de voto, quæ
doctores in 4. tractant, de quibus quia
non ad propoſitū, tacendum cenſui.

Non tamen eſt negandum probabi-
lem eſſe opinionē illam, quæ tenet, vo
tum ſolenne matrimoniū dirimere iu
re Diuino. Quia mutatio eſt ſtatus in-
ferioris in ſuperiorem. Et quidem in
voto ſolenni eſt traditio. Et dato ſo-
lennitas ipſa ſit iure poſitiuo, ratione
traditionis factæ habet ꝙ nō poſſit ma
trimonium contrahere, ſicut Magiſter Soto de iu
Soto in ſuo de iuſtit & iu. probat eſſe ſti. & iu. li.
à doct. S. A. quo tamen cùm alias eius 7.q.2.ar.5
angelicam potiùs q̃ humanā ſequamur Vigu. c. 16
doctrinam, in præſenti liceat digreſſio §.7.ver.9.
nē momētaneā facere, quāuis ab eo in Doct. in 4.
ſcriptis non fiat receſſus. De quo ſup. d.38.
quando de voto ſimplici agebamus.

# ARTICVLVS XXXII.

## *De diſparitate cultus.*

EST nunc differendum
de impedimento diſpa- Nota 1.
ritatis cultus, Vtrùm Hugo in
ita ſit ꝙ impediat con sūma ſen.
trahendum, & dirimat trac.7. c.8
contractum. At vt exa
ctè hoc tractemus, notandū ꝙ hic lo
qui poſſumus, vtrùm ſit impedimentū
ſtando in iure naturali, vel vtrùm per
legem ſcriptam Diuinam, an ſolū per
legem poſitiuam humanam.

Secundo notandum, ꝙ aliud eſt lo-
qui de infidelitate in genere. Aliud de
infidelitate, vt dicit priuationē ſacra-
menti fidei. ſ. baptiſmatis.

Tertio notandum, quòd non eſt idẽ quærere, vtrùm fidelis poſſit contrahere cum infideli, & quærere, vtrum illi qui diſparis ſunt cultus poſſint contrahere. Poteſt enim eſſe quod nullus ſit fidelis, & tamen quòd ſint diſparis cultus.

1. conclu. Prima concluſio. Tempore legis naturalis, ante legem ſcriptam, licebat fideli contrahere cum infideli. Liceret quidem tunc fideli Abrahæ cõtrahere cum infideli, ideſt, cum illa quæ non proteſtabatur fidem venturi aliquo ſigno, vel aliquo ſacrificio. Quia vbi nulla eſt prohibitio perſonarum, manet matrimonium in iure naturali: ſed in iure naturali non videtur talis prohibitio, quominus poſſent fidelis, & infidelis, iungi: ergo.

Cont. Viguer. in ſuis inſtitut. theo. c. 16. §. 7. ver. 9.

2. conclu. 2. concluſio. Poſt legem ſcriptam datam populo Iſraeli non licuit fideli coniungi in matrimonio alicui ex Cananeis, bene tamen cum alijs infidelibus. Quia ſic lege præceptum eſt in Exo. Et expreſſe in Deutero. Imò ꝙ omnes interficerentur. Et ratio huius erat, quia nimium timebatur de euerſione fidelis, per infidelem. Et ob id niſi conuerteretur Cananeus, nullo modo licebat inire fœdus matrimonij.

S. Tho. in 4. d. 39. Ricar. ibi. q. 1. Palu. ibi. Exo. 13. Deute. 7. Ioã. Arbo. libr. 11. 1. theoſo. c. 1 Geneſ. 41.

Secunda pars concluſionis probatur. Quia nullibi in lege præceptum eſt, quod non liceret ex alijs infidelibus capere in matrimonium, imò conſtat id ſanctos feciſſe. Ioſeph, Moyſes, & Heſter cum infidelibus contraxerunt, quia non erat timor deauerſione à vera fide. Hæc dicta ſint contra Viguerium Granatenſem, qui in ſuis inſtitutionibus Theologicis. cap. 16. §. 7. ver. 9. dicit, iure Diuino eſſe nullum matrimonium inter fidelem, & infidelem contractum. In hanc etiam ſententiam videtur declinare Io. Arboreus. lib. 11. Theoſophiæ. cap. 15. quamuis non dicat apertè. Quod ex Paulo nititur probare.

Heſter. 2. Viguerius Io. Arbo.

3. conclu. 3. concluſio. Fidelis, cum infideli cuiuſcunque ritus ſit, dummodo non ſit baptizatus, non poteſt contrahere matrimonium. Et ſi contrahat, iure humana poſitiuo eſt nullum matrimonium. Probatur. 28. q. 1. c. Sic enim. Et ibidem in c. Caue. Quæ ſunt verba. B. Ambro. in lib. 1. de Patriarcha Abraham c. 9. Cuius ratio poteſt eſſe, quam aſsignat Ricardus ibidem. Quia non deceret Chriſtianum contrahere matrimonium, in quo non eſſet ratio ſacramenti, ſed inter fidelem, & infidelem non eſſet ratio ſacramenti quia nõ poſſet habere rationem ſacramenti ex parte coniugis non baptizati: ergo non poteſt inter eos eſſe verum ſacramentum matrimonij. Sic Canoniſtæ in c. 1. de ſponſ. Et eſt concluſio Theologo. in 4. diſt. 39. Ibi Palu. q. 1. Et Sco. Et Ioan. Echius Homi. 71. De ſacramentis. Et quidem videtur fuiſſe à tẽpore Apoſtolorum hæc prohibitio. 1. Cor. 6. Noli coniungi cum infidelibus. Et 2. Corinthi. 6. Idem. Et in Concilio Toletano. 3. c. 14. & 4. c. 61.

Cyprian. ſer. delapſis. Ambr. etiã in epiſto. Theo. 1. co rin. 4. Taranta. d. 39. Ray. lib. 2. de matri. c. 21. Palude. Scotus. Echius. 1. Cor. 6.

4. concluſio. Licet in iure non habeatur expreſſa determinatio, vel Cõcilij, vel Pontificis, ꝙ fidelis non poſſit contrahere cum infideli, habet tamen iſta prohibitio, vim iuris poſitiui expreſsi. Probatur primo ꝙ non habeatur expreſſe talis determinatio. Quia ſolum reperitur authoritas B. Ambr. ſuprà allegata lib. 1. de patriarcha Abraham. cap. 9. Et D. Auguſt. & Hieronymi lib. 1. aduerſus Iouinianum. Et Cypria. lib. 3. aduerſus Iudæos. c. 62. Nam dato in Concilio Toleta. 3. & 4. fiat mentio ibi tamen ſolũ de Iudæis eſt ſermo. 4. conclu.

D. Aug. de adul. coni. c. 23. & de fide & ope ribus. c. 19

Secunda pars manifeſtatur, ꝙ habeat vim legis expreſſæ. Qua vel olim fuit determinatum, & perijt talis determinatio. Et non eſt dubium, quin modo vim teneat, ſicut ſi ſcripta eſſet. Sicut & multa alia ſunt in Eccleſia, quæ tamen ſcripta non apparent, quæ fuerunt determinata. Sicut & multa oretenus habet Eccleſia ab Apoſtolis, quæ licet ſcripta non ſint, habent tamen eandem vim, ſicut ſi ſcripta eſſent, vt catholici fatentur. Vel non fuit facta determinatio, ſed ſolum fuit in Eccleſia in conſuetudine, ſicut ſi eſſet determinatum, quæ conſuetudo habet vim legis, & quomodocunque

Damaſ. S. Tho. 3. par. q. 25. art. 3. ad 3

ſit,



ſit, tenet. Et credibile eſt (quandoquidem omnes doctores, catholici loquuntur de huiuſmodi impedimento, tanquam ſi ſit iure poſitiuo determinatum) ſic fuiſſe determinationem factam, licet nobis nõ conſtet in ſcripto, ſed ſolum ex dictis doctorum, quos Deus dedit Eccleſiæ ſuæ ad illuminandum, & docendum alios. Et hæc conſuetudo non eſt intelligenda eſſe contra Apoſtolum. In quo errauit Ioan. Igneus in l. fideicommiſſum. §. ad Syllani. qui dixit prædictam Eccleſiæ prohibitionem de diſpari cultu eſſe contra Paul. Apoſto. 1. Cor. 7.

ad Ephe. 4 Celaia. d. 37. q. 1.

5. conclu. 5. concluſio. Secluſo iſto iure poſitiuo, ſtando modo in iure naturali, nulla lex eſt quæ impediat huiuſmodi coniunctionem. Hoc patet ex dictis. Quia lex vetus iam ceſſauit.

6. conclu. 6. concluſio. Licet in Concilio Toletano 4. & Agathenſi ſit prohibitum fideli contrahere matrimonium cum hæretico (cùm iuxta Paulum vitandus ſit poſt primam, & ſecundam admonitionem) ſi tamen quis attentet cõtrahere, verum erit matrimonium. Probatur. Nam ſi non teneret, eſſet propter ius poſitiuum, ſed nullum tale eſt de hæretico irritans factum, nec talis cõſuetudo, vt aſſerunt doctores. Sanct. Tho. in locis allegatis, Ricardus, Palude. Nam poſito quod ſit baptizatus, ſiue ſit apoſtata, ſiue hæreticus, tenebit matrimonium. Sicut ſi quis contraheret cum excommunicato. Licet eſſet mortale contrahere. Sequitur ergo, ꝙ erit verum matrimonium.

Ad Ti. 3. Hoc contra glo. in c. ſi. de cõ. app. & regia. li. 15. ti. 2. p. 4. S. Tho. d. 39. q. 1. ar ti. 1.

7. conclu. 7. concluſio. Videtur probabile, poſſe defendi, ſi non ſit prohibitum in iure, ſed ſolum ex conſuetudine: inter noui orbis incolas matrimonium tenere, quanuis ſint diſparis cultus. Cuius probabilitas ſic perſuadetur. Vbi ceſſat ratio legis, ibi & obligatio legis. De quo nos alias. Ergo multo magis vbi ceſſat ratio conſuetudinis, & ibi obligatio conſuetudinis ceſſabit. Vt ſi ſit lex, ꝙ propter pericula nocturna nullus portet arma noctu. Ceſſat iſta ratio, ceſſante ſcandalo, & ſic ceſſat in conſcientia legis obligatio. Ita à fortiori de conſuetudine. Ratio iſtius conſuetudinis eſſet timor, quòd vir fidelis ſubuerteretur ab infideli: ſed inter noui orbis indigenas ceſſat, cùm experientia conſtet eos ſic conuiuere, quorum alter fidelis, & alter infidelis, & ꝙ nunquàm fidelis, dicat infideli vt conuertatur: nec è cõtrario, infidelis, fideli vt fidẽ neget, vel quid ſimile in contrarium fidei agat. Sequitur ergo, ꝙ probabiliter poſſet dici, ſi non eſt determinatio iuris, ſed ſolũ conſuetudo, ꝙ eſſet matrimonium inter tales.

Ratio 7. conclu. Adrianus. quolib. 6. Medina.

Item ſecundo. Quia conſuetudo ſolum obligat illos, qui eam receperunt: ſed iſti nunquàm receperunt, neque aliquid audierunt de illa, ergo videtur quòd excuſentur. 2. Ratio.

Sed tamen quicquid ſit de hoc, non oportet ſapere pluſquam oportet ſapere, ſed teneo cum omnibus doctoribus catholicis, quòd Eccleſia irritat, & annullat tale matrimonium, & fidelem facit perſonam illegitimam ad contrahendum cum infideli non baptizato, etiam ſi ſit catechumenus. Et ſi contrahant, quantuncunque ignorauerint ius, licet excuſentur à peccato in contrahendo, & ſimul manendo, quando tamen conſtiterit de impedimento, ſeparandi ſunt, niſi alter iam ad fidem conuerſus ſit, & de nouo cõtrahant. Et facit ad hanc iuſtam prohibitionem, ꝙ iure ciuili, cautum eſt, Chriſtianum contrahentem matrimonium cum Iudæo, vel Iudæum cum Chriſtiano, pœna adulterij mulctari, quæ erat mortis in l. Ne quis. C. De Iudæis. & ibi Salicetus.

Eccl. 7. & ad Ro. 12. Salicet.

8. conclu. 8. concluſio. Infideles inter ſe, quãtuncunque ſint diſpares cultu, & religione, poſſunt contrahere matrimonium, niſi ſuis legibus prohibitum fuerit. Nam cùm ſint extra Eccleſiam, non arctantur legibus humanis: nec Diuinis poſitiuis veteris teſtamenti. Quia illis, ſolum tenebantur Iudæi, qui eam legem receperunt, ergo ſi lege tenentur, erit naturali: ſed lege naturali non eſt prohibitum inter gentes di-

Ratio con cluſ.

uerſorum ritum, inire fœdus matrimonij: vt ſuprà probatum eſt.

ratio. 2.p.

Secũda pars, ꝙ intelligitur, niſi ſuis legibus aliter fuerit prouiſum, probatur. Quia poteſt dominus infidelium leges, & edicta ponere (quandoquidẽ verus eſt dominus) pertinentia ad ſuam rempublicam, & bonum communitatis, ſed tale edictum ideſt, ꝙ infideles, non iungantur alijs alterius ritus, poteſt pertinere ad bonum ſuorum ciuium, ergo poterit legem ferre de illo. Et ſi lex ſit lata, tenentur omnes illam ſeruare. Et contra faciens, nihil facit. Sequitur ergo, ꝙ ſi legibus ſuis fuiſſet prouiſum, nõ poſſet infideles diuerſi ritus, & cultus cõtrahere, ſicut nec modo fidelis, poteſt cum infideli non baptizata, vel catechumena, ex lege, vel conſuetudine approbata Eccleſiæ. Et videtur quòd maximè circa matrimoniũ poſſent domini infideles has condere leges. Quia eſt quidam contractus neceſſarius, ſine quo eſt impoſſibile rempublicam poſſe conſtare. Quod videtur aſſerere poſt S. Tho. B. Antoni. dicens. Poſſunt infideles vnius ritus, contrahere cùm infidelibus alterius ritus, putà Sarraceni cùm Tartaris, niſi per aliquod ius poſitiuum prohibeantur. Idem allegat Sylueſter. Certum eſt, ꝙ non loquitur de iure poſitiuo Eccleſiaſtico. Quia non ſubduntur tales legibus Eccleſiæ, ſed loquitur de iure poſitiuo humano regali, cui ſubduntur etiam infideles.

Vide relectio. noſtrã de dominio infidelium, & iuſto bello.

S. Tho. d. 39. arti. 1. S. Anto. 3. p. ti. 1. c. 6. Sylueſter. verbo. matri. 8. §. 10.

Dubium.

Sed circa hoc quæritur, Dato ita ſit, ꝙ matrimonium contractum inter fidelem, & infidelem non baptizatum ſit nullum, Vtrùm ſi poſt conuerſionem infidelis ad fidem maneant ſimul, verum ſit matrimoniũ ſine alio nouo conſenſu, ſed ſolum ex communi cohabitatione. Hoc eſt vnum dubium dignum profectò ſcitu, propter neophytos noui orbis. Et quidem in parte in præcedentibus diſcuſſum eſt, ſed tamen operæpretium cenſeo diffinire clariùs.

Nota.

Pro ſolutione dubij priùs oportet diſtinguere, quòd poteſt eſſe, quòd tales poſt conuerſionem infidelis, cohabitent ſicut ante, ignorantes ius, & impedimentum quod fuit à principio, vel ꝙ ſcienter. Et adhuc dupliciter. Si ſcienter. Vel ignoranter, vel de nouo exprimendo conſenſum verbis, vel ſignis, vel interiùs conſentiendo, vel merè priuatiuè ſe habendo, id eſt, neque conſentiendo, neque diſſentiendo. Quibus prælibatis, reſpondetur.

1. conclu.

Prima concluſio. Si fidelis contraxit cum infideli ignorans ius, & poſt conuerſionem infidelis cohabitet, & exigat debitum, non de nouo conſentiendo, ſed eadem fidem ſicut priùs, nullum eſt matrimonium vſque dum adſit nouus conſenſus. Nam ad matrimonium requiritur cõſenſus mutuus inter legitimas perſonas: ita ꝙ altero iſtorum deficiente, non eſt matrimonium: ſed quando affuit conſenſus à principio, non fuit inter legitimas perſonas, ergo non fuit matrimoniũ tũc, nec modo eſt. Quia modò ſolum ſunt perſonæ legitimæ poſt conuerſionem infidelis, ſed non adeſt conſenſus, qui eſt adhoc neceſſarius. Sequitur ergo quòd non eſt matrimonium.

Sup. ar. 2.

Secũdo. Si eſſet matrimonium, per ſolam cohabitationem, probaretur eſſe tale, ſed non ſufficit ſola cohabitatio, imò neque traductio ſponſæ in domum, vt determinatum eſt. Extra de reſti. ſpol. c. Ex parte. Panor. in c. Super. eo. de condit. appoſit. Et eandem tenet do. Adria. Et eſt ſingularis determinatio glo. in 6. de ſponſa. impub. c. vnico dicentis. Solo temporis curſu non firmatur quod à principio non valebat, ſed nouo ſubſequenti conſenſu, interdum tacito, vt ſuprà adduximus, Idem Ricardus. Nam vbi ſemper eſt iuris ignorantia, & facti, ſemper videtur conueniſſe ex illo priori conſenſu, qui nõ fuit ſufficiens propter perſonas illegitimas. Sicq; quandoquidẽ à principio ſuum non eſt ſortitus effectum, neque poſt poterit: niſi adſit de nouo. Alioqui ſequeretur, quòd ſi quis ducit aliquam de præſenti, & ipſa non conſentit, vel eſt impedimentum, ſi poſt ſucceſſu temporis iungantur

Panor.

Adria.

Sup. art. 3.

Ricar. vt ſ.



tur, ſine alio nouo conſenſu exteriori, vel interiori eſſet verum matrimonium, quod eſt falſum, & ſi conuenirent inde ad decimum annum, deberet iudicari pro matrimonio, quod tamẽ nullus audebit dicere. Ratio huius eſt. Tunc enim à principio ille conſenſus viri, nullum habuit effectum. Et ad hoc ꝙ poſt ſortiatur effectum, eſt neceſſarium, ꝙ adſit de nouo. Et hoc in c. Veniens. Extra de eo qui dux. in matrimonio. quam po. per adult. Hoc tenet doct. ſub. in 4. Imò eſt expreſſus textus de ſponſa. impub. in 6. cap. vnico. vbi dicitur, ꝙ ſi impuberes ipſi, vel parentes pro eis, ſponſalia contrahũt: ſi poſt ætatem cõpletam ipſi iuuenes non conſentiant verbo vel facto, propter mutuam cohabitationem ſimul ſolum, nõ eſt validum, quod antè non fuit validum. Et ibidem glo. dicit ſolum per curſum temporis non fit validum, quod antè fuit inualidum. Et idẽ determinatur de matrimonio ibidem, vbi fuit contractum inter minores, 14. annorum.

Sco. d. 35. q. vnica.

Gloſſa.

Abu. 1. regum. 8. q. 140.

2. conclu.

2. concluſio. Si poſt conuerſionem infidelis, fidelis cõſentiat interiùs actu directo in matrimonium, vel exteriùs exprimendo, etiam ignorando ius, eſt verum matrimoniũ. Probatur. Quia ad verum matrimoniũ requiritur conſenſus inter legitimas perſonas: ſed iſta concurrunt in caſu, dato ſit ignorantia iuris de facto iam præterito, ergo verum erit matrimonium. Nam ad matrimonium nõ requiritur quòd contrahentes ſciant ſe poſſe contrahere, ſed ſatis eſt conſtet eis non poſſe non contrahere, quod poteſt facilè cognoſci. Imò dato opinentur ſe non poſſe, ſed decipiuntur. Et tamen de facto ſi contrahunt, verum eſt matrimonium, licet ipſi peccent contrahentes. Quia ſunt ibi omnia neceſſaria, & ſufficientia ad verum matrimonium.

Ratio concluſ.

Sup. art. 2.

3. conclu.

3. concluſio. Si poſt conuerſionem infidelis, conſtet fideli de impedimento quod præceſſit: & habitent, & commiſceantur, conſentiendo interiùs, eſt verum matrimoniũ. Probatur. Quia eſt verum, etiam ſi ignorent impedimentum, vt in proximo articulo probauimus: ergo à fortiori erit verum matrimonium, ſi poſt detectam conditionem ſimul cohabitent interiori conſenſu. Quia nihil deficit ad rationem matrimonij. Sic affirmant doctores citati, cum quibus & Ricard. & ſuprà in ſimili diximus.

Ratio.

Ricar.

4. conclu.

4. concluſio. Si fidelis, poſt conuerſionem infidelis cohabitet, & debitum exigat, cognoſcẽs impedimentum præteritum: ſed tamen neque conſentiens, neq; diſſentiens, ſed indifferenter ſe habens: non eſt verum matrimonium, quantum ad Deum in foro conſcientiæ. Quia ad matrimonium, requiritur expreſſus conſenſus inter perſonas legitimas: ſed in caſu non eſt talis conſenſus, quia merè priuatiuè ſe habet, ergo non eſt matrimonium.

Sup. art. 2.

Cõfirma.

Confirmatur. Quia ſi ad aliquam accederet non conſiderando, neque promittendo, neque exteriùs conſentiendo, nec interiùs, non eſſet verum matrimonium quoad Deum, ergo neque in propoſito quoniam nullus eſt conſenſus poſt legitimationem perſonarum.

5. conclu.

5. concluſio. Si fidelis, poſt conuerſionem infidelis ſciens impedimentũ cohabitet ſicut antè, etiam ſi non exprimat conſenſum exteriùs, vel interiùs, licet quantum ad Deum non iudicetur verum matrimonium, eſt tamen verum ſecundum Eccleſiæ præſumptionem. Quia Eccleſia præſumit in bonam partem hunc ſcientem impedimentum præcedens nolle peccaſſe, & acceſſit ad vxorem tanquam ad veram, & conſenſiſſe interiùs. Hoc videtur expreſſe determinatum in c. Ad id. Extra de ſponſ. Vbi determinatur, ꝙ puella quæ ante ætatem legitimam coactè nupſit viro, ſi poſt ætatẽ completam non reclamauerit ſtatim, licet poſt dicat ſe non conſenſiſſe, non eſt credendum ei, ſed ſimul debet cohabitare. Quia eo quòd potuit contradicere, & non contradixit ſtatim, videtur conſenſiſſe. Sicque præſumit Eccleſia, quòd ipſa non voluerit peccare,

Ratio.

care, quæ tamen peccaſſet, ſi coniungeretur viro, non conſentiendo in eum matrimonialiter. Sic in propoſito. Ex quo fidelis nouit impedimentum præteritum, & non diuertit, ſed adhuc manet ſicut priùs, eſt matrimonium præſumptum, & ſi non ſit nouus conſenſus. Quia Eccleſia præſumit eũ non voluiſſe peccare. Pro hoc verò notandum, quod Abulen. dicit, ꝗ non ſolent de nouo conſentire, qui matrimonialiter coniuncti ſunt, quãdo fuit impedimentum, niſi conſtet poſtea eis de impedimento quod præceſſit. Ex quo patet, ꝗ ad præſumptionem matrimonij in foro Eccleſiæ inter illos, qui non poterant coniungi, non ſufficit impedimentum ceſſet, ſed requiritur ſcientia, ꝗ à principio præceſsit.

Abu. 1. re. 8. q. 38.

Ab. art. 28 vſq; ad 32

Poſſet etiam circa hoc impedimentum hic adduci qualiter per conuerſionem vnius ad fidem diſſoluatur matrimonium, alio nõ volente conuerti. At quia ſpecialis occaſio ſeſe offert, cùm in 2. p. huius Speculi agẽdum erit, ibi reſeruabimus. Tractabimus nãque de matrimonio infidelium. Et ob id lectorem illuc mittendum duximus.* Dicta in proximo dubio per quinque concluſiones intelligantur modo, iuxta ſanctionem Concilij Tridentini, ſiquidem ad matrimonium teſtes, & parochus neceſſarius eſt, vel alius de ei* licentia.

# ARTICVLVS XXXIII.

## De impedimento criminis.

S. Anto. 3. p. tit. 1. c. 5

SEQVITVR de impedimento criminis, quod etiã impedit contrahendum, & dirimit contractum: eſt expreſſum in iure, per totũ titulum, Extra de eo qui duxit in matrinonium, quam polluit per adulterium.

Tria crimina in iſto impe.

Et quidem tria ſunt crimina. I. Homicidium in facto. Secũdum eſt, adulterium cum promiſsione. Tertium, contrahere de facto cum ſecunda, viuente prima. At vt debitè, & clarè procedamus, vnumquodque iſtorum ſeorſum tractãdum ſtatui. Et 1. de homicidio. Illud autem ſic intelligimus eſſe. Vt ſi quis vir occidat virum alterius, vt habeat eius vxorem in matrimonium.

Vigue. ca. 16. §. 7.

Et pro intelligẽtia huius impedimẽti oĩa dubia ſimul proponamus. Vtrũ ſufficiat ad hoc impedimennum, machinatio ſolum mortis ſine effectu, id eſt, ꝗ non ſequatur mors. Item ſi ſufficit præcepiſſe homicidium fieri. Præterea. Si caſu factum eſt homicidium, vtrùm impediat. Item. Si alius interfecit, ſed qui duxit vxorem ratum habuit. Et vtrùm ſimiliter intelligatur impedimentum ex parte fœminæ, vt ſi machinata eſt in mortem vxoris illius, quem vult in virum: vel ſi machinata eſt in mortem proprij viri. His ſuppoſitis, ad dubium.

1. conclu. Angel. in verb.

Prima concluſio. Vir qui machinatus in mortem verè occidit, vel propriam vxorem, vt aliam ducat, vel virum alterius, vt vxorem, ducat in matrimonium, poſt tale homicidium, nõ poterit talem fœminam ducere, & ſi duxerit, ſunt ſeparandi. Iſta concluſio habetur in titulo ſupra allegato. cap. Significaſti. Et 31. q. 1. c. Si quis viuente. Dixi, ſi verè occidat: quia (quicquid dicant aliqui) ſi non ſequatur homicidiũ, non eſt impedimẽtũ. tenet inter Iuriſtas Vgutius. Quę eſt communis opinio Theologorum, quos contigit videre. Dixi præterea in concluſione, ſi interficiat animo, ducendi vxorem illius: quia ſi non ipſo animo faciat, ſed odio, vel in bello, nullum eſt impedimentum, vt patet. Extra de conuer. infi. in c. Laudabilẽ: vbi determinatum eſt, ꝗ illi, qui in bello interfecerũt viros proprios quarundam mulierum, non animo ducendi vxores, ꝗ poſſint eas matrimonialiter ſibi copulare. Ad hoc enim crimen incurrẽdum requiritur actualis occiſio, & ſimiliter actualis intentio, ducendi adulteram: ita ꝗ ſi id non intendat, non erit impedimentũ. 30. q. 1. c. Si quis viuente.

Matri. 3. impedi. 9. Baſſo. in 4. d. 34. ar. 2. Vgutius.

Nota hæc



2. conclu.

2. concluſio. Vir non occidens vxorem propriam, vel virum alterius, ſed tamen præcipiens occidere, vt adulteram ducat, non poterit poſt mortem propriæ vxoris, vel alterius viri, eam habere in matrimonio. Quia quod conſilio, & mandato eius factum eſt, ei imputatur ſecundum iura, ita ꝗ eſt impedimentum ad contrahendum, & dirimitur contractum.

S. Anto. 3. p. ti. 1. c. 5. §. vni.

Cõfirma.

Confirmatur. Quia in textu dicitur. Si quis fuerit machinatus in mortem viri, ſed talis cuius conſilio ſit, machinatus eſt.

3. conclu.

3. concluſio. Vir ratum habens homicidium viri, ab alio perpetratũ non ſuo conſilio, aut fauore, poterit ducere eius vxorem. Quia cùm hoc ſit odioſum, non debet extendi ampliùs, quàm verba textus ſonant. De regu. iuris. lib. 6. At ſolum dicitur in tex. quando eſt machinatus. &c. ſed qui ratum habet factum in nullo eſt machinatus, ergo ſequitur ꝗ non eſt tale impedimentum. Hæc eſt communis opinio Iuriſconſultorum, & Theologorum, & Tur. crema.

Tur. cre. 30. q. 1. c. Si quis.

S. Anton. vbi ſupra.

conclu. 4.

4. cõcluſio. In caſu poſito in prima, & tertia concluſione, vir non poterit ducere vxorẽ, cuius virum interficit, etiam ſi non commiſerit adulterium cum ea. Iſta concluſio poſita eſt propter Ricardum, qui videtur tenere, ꝗ hoc impedimentum debeat intelligi, ſi interueniat adulterium, & alias non. Sed probo concluſionem. Nam hoc impedimentum habet ortum, & vim ex iure poſitiuo, ſic diffiniente: ſed in textibus allegatis ſolum fit mẽtio de homicidio: ergo ſi interueniat homicidium etiam ſi non ſit adulterium erit impedimentum. Sic Innoc. Hoſtien. & Archie. Floren. Verum tamen eſt, ꝗ doct. tenentes contrarium, vt eſt Ioan. Andr. & Panor. & Ricardus intelligunt iura, quando vterque machinati ſunt in mortẽ viri, vel vxoris, tunc enim non eſt neceſſarium interueniat adulterium. Attamen, quã do alter tantùm machinatus eſt, tunc requiritur adulterium. Secundum eos hoc habet apparentiam. Sed dicendũ videtur nullo modo requiri adulterium, ſed ſufficeret mortem. S. Tho. tamen vtrumq; recitat requiri.

Cõtra Ricard. d. 35.

Ratio con cluſio.

Innocen. Hoſtien. S. Anto. 3. p. tit. 1. c. 5 Ioã. Andr. Panor. Ricard.

S. Tho. d. 35. in ex po. lite.

5. conclu.

5. concluſio. Fœmina, quæ machinata eſt in mortem vxoris adulteri, vt eum habeat in matrimonio, poſt, non poterit ei nubere. Iſta concluſio eſt determinata in tit. ſupra allegato. c. Super hoc, vbi dicitur, quòd ſi mulier fuerit machinata ĩ mortẽ vxoris adulteri, non poterit ei nubere. Et in c. Significaſti. eod. tit.

6. conclu.

6. concluſio. Mulier, quæ in viri proprij mortem, cum effectu eſt machinata, vt adulterum ducat, non poterit poſt mortem proprij viri adultero cõiungi. Hæc concluſio ponitur propter quendam magiſtrum non vulgariter doctum, qui reputat non idem eſſe de viro, qui machinatur in mortem vxoris, & de vxore, quæ machinatur in mortem viri. Ratio quæ illum mouet eſt, quia non ſic iure diſpoſitum eſt. Contra eum pono concluſionem. Et ni fallor, non indiget probatione: quia expreſſe videtur determinatum, 31. q. 1. c. Si quis viuẽte. Vbi eſt caſus, ꝗ quis adulterium cõmiſit cum muliere, quæ habebat virũ proprium & poſt, mortuo viro proprio, duxit eam in matrimonio, & ad caſum iſtis verbis dicitur, & reſpondetur ibi ex concilio, ꝗ ſi ita eſt, pœnitentiam agat, & non diſſoluatur matrimonium, dummodò vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, non occiderit. Sequitur ergo, quòd ſi mulier proprium virum occiderit, non poterit iungi adultero, cùm ad paria ſimiliter obliget determinatio virum, & fœminam. Hæc eſt ſententia Petri de Palude in quarta, vbi dicit ſic. Sunt autem tria, quæ dirimunt matrimonium poſt contractum. Primum eſt, cum vxor machinatur in mortem viri, vt poſtea contrahat cum adultero, vel è conuerſo. Hæc ille. Ecce ergo habes de hoc primo, quomodo hoc crimeu homicidij impedit matrimonium conttahendum, & dirimit iam con-

Ratio con tra concl.

Palu. d. 34 q. 1. con. 1.

contractum. Si tamen hac intentione fiat, vt alteri nubat. Habes etiam eſſe impedimentum, etſi non interuenerit adulterium, ſed ſolum ſit homicidium cum effectu: ſiue hoc ſit ex parte fœminæ, quæ machinata eſt in mortem alterius vxoris, vt ſuum virum habeat: ſiue quæ machinata eſt in mortem proprij viri, vt alium habeat, ſiue ſi vir machinatus eſt in mortem viri alterius, vt habeat eius vxorem; ſiue in mortem propriæ vxoris, vt aliā ducat, etiā ſi non interueniat adulterium, ſecundum probabiliorem opinionem. Et requiritur ad hoc, ꝙ ſit vera vxor, vel verus vir: & non ſufficit ꝙ ſit exiſtimatio de vera vxore, ſed ꝙ in veritate ſit. *Nota.*

*Dubium.* Dubitatur tamen. Si aliquis occidit vxorem propriam, vt aliam ducat, non intendens hanc, vel illam, ſed ſolum in generali, Vtrùm poſt mortem poſſit aliquam ducere. De quo ſit. 7. concluſio.

*conclu. 7.* 7. concluſio. Vxorem propriam occidens, vt aliam ducat, non ſignando quam, ſed indifferenter aliquam, licet peccet contrahendo, tenet matrimonium. *Ratio. 7. conclu.* Quia cùm hoc ſit iuris poſitiui impedimentum, in tantum erit, in quā tum iure expreſſum: ſed in iure ſolum eſt expreſſum, quòd ille, qui vxorem ſuam odio interficit, ſi tamen non id faciat intendens, ducere adulteram, quòd ſolum ſit impedimentum impediens, ſed non dirimens, quo ſtante, qui contrahit peccat. Sequitur ergo, ꝙ cùm qui ſimpliciter nullam ſignat, ſed confuſe vxorem occidit, vt aliam ducat, non eſt ſimpliciter inhabilis ad matrimonium, ſed ſi contrahat, tenet: quia eſt ſolum impedimentum quod impedit, ſed non dirimit.

*concl. 8.* 8. concluſio. Si quis occidat vxorem vt aliquā ducat, in intentione ſignans iſtam, vel illam: ſiuè illæ omnes ſint plures, ſiue paucæ, dummodò omnes ſint ſpecialiter: & expreſsè intentæ, nullam poterit ipſarum ducere. Et ſi duxerit, dirimendum eſt matrimoniū. *Ratio concluſio.* Probatur. Quia eſt expreſſa determinatio, vt ille qui vxorē occidit intendens aliam habere, nullo modo illam poſſit habere, quā intendit conſequi: ſed talis expreſsè intendit illā habere, ſiue de illa ſola tunc cogitet, ſiue de ipſa cum alijs, ergo non poterit eam habere. Nihil enim refert, ꝙ ſimul alias cogitet ducere. Nam tunc intentionem actualem habet, quæ ſufficit.

## ARTICVLVS XXXIIII.

### *De impedimento criminis propter adulterium.*

SEQVITVR impedimentū de crimine adulterij. ſ. quādo quis adulterium commiſit, & fidem dedit de matrimonio contrahendo poſt mortem propriæ vxoris. Et vt clariùs iſta pateant, oportet notare, poſſe cōtingere ꝙ ſolum ſit adulterium ſine fide, vel promiſſione de matrimonio. Item. Dato ſit promiſſio, & adulteriū, poteſt eſſe ꝙ primo fuerit adulteriū, & poſt promiſſio. Vel ꝙ ſolum ſit promiſſio, & non adulterium. *1. Not.*

*2. Nota.* Item notandum, Omnia iſta contingere poſſe altero ignorante, ꝙ adulter habeat proprium virū. Vel vtroque ſciente. Vel ꝙ à principio fuerit ignoratum, & poſt ſcitum. Et tamen ꝙ eodem modo adulterentur, ſicut prius. Pro ſolutione ſint concluſiones, Quarum prima.

*1. conclu. Sylu. ver. matrimo. 8, q. 9.* Prima concluſio. Qui viuente propria cōiuge, adulteratur ſolū: ſine fide, vel promiſſione de matrimonio, poſt mortem propriæ coniugis poterit ducere illam, cum qua commiſit adulteriū. Sic in titulo ſuprà allegato in cap. Significaſti.

*2. conclu.* 2. concluſio. Qui commiſit adulterium, cum fide, vel iuramento de matrimonio contrahendo, non poterit poſt mortem propriæ coniugis ducere eam cum qua adulterauit. Hęc etiā eſt expreſſe determinata in iure, in c.

Cùm



Cùm haberet. eodem titulo. vbi præcipitur, ꝙ & ſi per decennium cohabitauerunt, & plures filios genuerūt, ſeparentur, quia priùs adulterium fuit cum fide, viuente legitimo coniuge.

*3. conclu.* 3. concluſio. Licet ita verū ſit, quod dicunt duæ concluſiones propoſitæ, requiritur tamen ad hoc ꝙ ſit tale impedimētum ꝙ ſciat vterque ſe habere proprium coniugem. *S. Ant. 3. p. tit. 1. c. 5 Theologi. d. 35.* Verbi gratia. Si Ioannes habens legitimam vxorem promittat alteri, & habeat acceſſum, & tamen illa cui promittit, ignorat Ioannem habere veram vxorem. Vel etiam ſi ipſe Ioannes ignorat ſe habere propriam vxorem. Vel ſi Ioannes eſt ſolutus, & promittit Mariæ, & ignorat eam habere proprium virū, poterit poſt mortem viri coniungi Ioanni. Et è contra. Hæc etiam eſt expreſſe determinata in iure. Ibidem. c. Propoſitum. Et ſic intelligunt omnes doctores. Et c. Veniens. Extra de ſpōſa. Et de conceſs. præben. cap. 1.

*4. conclu.* 4. concluſio. Si à principio quando interuenit fides de matrimonio, & adulterium, ignorauit alter ipſorum, ꝙ habuerit adulter legitimum coniugem, & poſtquàm ſciuit, rurſus adulterium commiſit: etiam ſi non interfuerint verba de nouo, eſt impedimentū, & nō poterit poſt mortem legitimi cōiugis iungi ei. *S. Anto. p. 3. tit. 1. c. 5* Probatur ex 2. cōcluſione. Quia quando quis cum fide adulteratur, vtroq; ſciente, eſt tale impedimentum, ſed ita eſt, quando poſtquàm *Ratio conclu.* cognouit habere legitimum coniugē, adulteratur. Quia ibi eſt adulterium, & cōcurrunt verba, vel promiſſio præcedens, *S. Ant. vbi ſupra.* in virtute cuius ſemper iungū tur, ergo ſemper erit impedimentū. Hanc concluſionem attende, propter illa quæ ſtatim dicturi ſumus. Et eſt ſententia Archiepiſcopi Florent.

*5. conclu.* 5. concluſio. Si ſolum ſit fides de matrimonio, & non interueniat adulterium, nullum oritur impedimentum. Probatur. In titulo allegato. cap. Si quis. vbi eſt expreſſum, ꝙ ſi quis viuente propria vxore promiſit alteri quòd ducturus eſſet eam, non tamen cognouit eam: poſt mortem propriæ vxoris poterit eam ducere.

6. concluſio. Ad hoc ꝙ tale impedimentum incurratur, non ſufficit promiſſio, ſeu fides de matrimonio contrahendo poſt mortem vxoris, ſimul & copula carnalis, ſed requiritur ꝙ talis adulter verè habeat legitimam vxorem. Vel ſi ipſe ſolutus promiſit habenti virum, ꝙ ipſa habeat legitimū virum. Nam ſi non eſt vir legitimus, vel vxor legitima, non incurritur impedimentum. In c. Significauit nobis. eodem titulo. Et ratio eſt. Quia non interuenit adulterium, cùm non fuerit verum matrimonium. *6. conclu. Angel. in ver. Matr. 3. impe. 9. §. 1.*

7. concluſio. Si promiſſio præcedat, ſiue ſequatur, dūmodo ſit promiſſio, ſimul & adulterium, dato vnum iſtorū aliud præcedat, ſiue ſequatur, oritur hoc impedimentum. *7. concl.* Quia iura dicunt impedimentum incurri, quando interuenit adulterium cum fide, & iuramento de promiſſione. Nec tamen aliquid diſponunt quòd ſequatur, vel illud præcedat. Ergo ſequitur quòd ſiue primo commiſſum ſit adulteriū, & poſt ſequatur promiſſio: etiā ſi poſt promiſſionem nō amplius iungantur, erit impedimentum. Do. Archie. Floren. in loco citato. Et Caiet. Et Palude in 4. *Archid. 3. p. ti. 1. q. 5 Palu. d. 35 Caieta. in ſum.*

8. concluſio. Si quis verè vxoratus habens propriam vxorem, ſecundam duxerit, ipſa ignorante: poſtquàm ipſa ſciuerit, ſi mortua fuerit propria vxor, poteſt (ſi velit) cum adultero contrahere, & ipſa volente, compellitur ſtare matrimonialiter. In c. Veniens. eo. tit. Hoc quidem optimè factum eſt in pœnam fraudis: quia fraus, & dolus nulli debent patrocinari. *8. conclu.*

9. concluſio. Si quis viuēte proprio coniuge alteri promiſit matrimoniū ſimul cum adulterio, ſed tamen interiùs diſſenſit, incurritur hoc impedimētum. Probatur. Quia Eccleſia, quæ poſuit impedimentum, iudicat talem verā eſſe promiſſionē, nō curans de interiori conſenſu. Et cū ipſa diſponat illum, qui fidem dedit de matrimonio ſimul cū adulterio, tale incurrere impędimētū, quia nō iudicat de occultis; *9. conclu. Si mancas in inſti. catho. c. 42. Almayn. d. 10. S. Tho. 1. 2 q. 91. ar. 4. Duran. in 4. d. 11. q. 8*

M erit

Palu. in 4. d. 13. dicũt Eccle. non iudicare de occul. contra.

erit impedimentũ, etiam ſi non ſit aſſenſus interior. Idem dicendum ſi fœmina, viuente viro, cum adultero talia verba proferat, etiam ſi id non habeat in animo. Quia eadem eſt ratio.

Adri. quo li. 8. & Alber. pihi. Eccle. hie. c. ap. 6. & Medin. de pœni. trac. 6. Ricar. d. 35. ar. 3. & S. Ant. vbi ſupra.

Sed pro intelligentia perfecta eſt bonum dubium. Quid ſi interueniat ſolum promiſsio cum adulterio, & non fides, vel iuramentum? Eò dubitatur, quia in tex. Significaſti. dicitur. Quando interuenit fides, ſed poteſt eſſe ꝙ interueniat noua promiſsio ſolum. Vt ſi diceret: Accipiam te in meam poſt mortem vxoris. Ecce nuda promiſsio eſt. Vel ſi dicat, Do tibi fidem ꝙ accipiã te. Ecce fides data. Vel iuramento iuro. Hoc dubium mouet Ricardus in 4. & refert quoſdam dicere ꝙ impediret, alijs dicentibus ꝙ non, & relinquit dubium. Et B. Anton. loco ſuprà allegato refert eandem ſententiam, & dicit ꝙ in caſu eſſet Papa cõſulendus, vel petenda diſpenſatio ad cautelam. Nec faciliter dirimendum matrimonium contractum. Hæc ille. Exiſtimo tamen ſummum Pontificem, qui determinauit hoc fore impedimentum ad vitanda adulteria, non feciſſe vim in hoc, ꝙ cum promiſsione addatur fides, vel iuramentum, vel ꝙ ſit ſimplex promiſsio. Sed quia communiter promiſsio de re tanta, fide firmatur, vel iuramento, addidit illud. Tamen eius intentio fuit obuiare malis, quæ ſolent euenire propter tales commixtiones, vt homines terrerentur ab adulterio perpetrando. Videretur enim gratis dictum, ꝙ vis ſolũ eſſet in hoc, ꝙ addit fidem promiſsioni, vel non. Et ſic exiſtimo per ſolam nudam promiſſionem, ſine fide, vel iuramento (dummodò adſit adulterium) incurri tale impedimentum. Et ꝙ per fidem de matrimonio intelligatur etiã nuda promiſsio, ita expreſsè tenet Palude in 4. idem Roſella. idem Patauinus, qui ædidit aditiones Angeli. At, quia contingit ſæpiſsimè caſus apud noui orbis neophytos, eò ꝙ ante habebãt cõſuetudinẽ dimittendi proprias vxores, & ducendi alias, vel dãdi fidẽ: dico, ꝙ ſi contingeret caſus, poſſet quis ſequi opinionem, & ſententiam B. Antonini. Et probabilitatem quam affert Ricardus non reprobando, poſſet facile cum eis diſpenſare, & non dirimere iam contractum. Nec peccaret ſequendo hanc opinionem.

Roſela impedimentum. 8. q. 2

Palu. d. 34 q. 1.

Patauinus matrimoniũ. 8. impe. 9. §. 1.

Nota in fauorem Indorum.

Dubiũ 2.

Sed adhuc dubitatur circa hoc. Si aliqua cõiugata permittit ſe cognoſci ab alio, & hac lege, quod ipſe ducet poſt mortem vxoris illam, quam ſoror eius ſignauerit, intẽdens in hoc quòd ſoror deſignabit eam, Vtrùm poſt poſſint iungi in matrimonio. Hoc dubium mouet Ricar. & B. Anto. in locis ſuprà allegatis, & reſpondent, quòd ſi ipſa prætendat in conditione, quòd ipſam iubebit ſoror ſumere in matrimoniũ, oritur tale impedimentum: & quòd perinde eſt, ſicut ſi promitteret eam ducere, & adulterium committeret. Si tamen non prætendat hoc, ſed ſolum quòd ſoror prouidebit ei de vxore, & ſoror caſu dicat quòd ſororẽ capiat, poterunt coniungi. Sed (bona venia iſtorum doctorũ) crediderim in vtroque caſu nullum eſſe impedimentum.

Ricard. d. 35.

S. Anto.

Ratio contra Ricar. & S. Antoni.

Probatur. Si aliquod eſt impedimentum, hoc ſolum erit eſt determinatione Pontificis, ergo in tantum incurritur, in quantum ſonant verba textus: ſed ſolum ibidem dicitur, quòd eſt impedimentum, ſi fidem dederit adulteræ, & adulterium commiſerit, at in præſentiarum ipſe nõ dat fidem adulteræ, ſed ſorori, ergo non videtur ꝙ incurratur impedimentum. Fauores enim ampliandi, odia autem ſunt reſtringenda, ſecundum regulam iuris.

Fauores ampliandi odia reſtringenda.

Confirma.

Confirmatur. Si ſolum ſit adulterium, & in ente ſolum promiſsio de matrimonio, nõ erit impedimentũ: hoc autem non ob aliud, niſi quia concurrunt quæ textus explicat, ſcilicet, promiſsio exterior. Ergo eodem modo licet interueniat adulteriũ, ſi promiſsio non fiat ei, videtur quòd non ſit impedimentum. Et fortè dicentes contrarium, in fundamento ponunt, quòd fraus, & dolus nulli debent patrocinari, quod eſt verum. Sed tamen requiritur in odioſis, ꝙ ſeruẽtur quæ ſcripta ſunt prout iacent.

Dubi-



3. Dubiũ.

Dubitatur 3. Si aliquis infidelis, habens legitimam vxorem, contrahat de facto cum aliqua fideli, adhuc vera vxore viuente, vtrùm poſt mortem illius primæ poſsit contrahere cum illa, cum qua adulterium commiſit.

ad dubiũ.

Nota.

Reſpon. diſtinguendo. Vel legitima vxor mortua eſt antequàm vir baptizaretur, vel non Si ſic, ex parte viri nullum eſt impedimentum: quia cũ eſſet infidelis, nullo modo incurrit tale impedimentum criminis. Si verò poſt baptiſmum adhuc viuente legitima vxore habebat adulterã, erit impedimentum, & non poterit poſt mortem primæ eam ducere, vt poſt dicemus in ſequenti dubio. Veruntamen dato ante baptiſmum prima moreretur, ſi ipſa, cum qua contraxit, viuente prima erat baptizata, & conſtabat ei illum virum (dato eſſet infidelis) habere legitimam vxorem, licet non ſit impedimentum reſpectu viri, quia poſſet de nouo ducere illam adulteram, erit impedimentum reſpectu fœminæ. Nam cum eſſet fœmina fidelis, incurrit impedimentum criminis. Quia ſcienter contraxit cum adultero habente legitimam vxorem. Vnde etiam ſi vir baptizetur, non poterit ei nubere.

Hæc conſideranda, quia cõtingunt frequenter.

4. Dubiũ.

Dubium 4. Quid ſi quis tempore infidelitatis viuente legitima vxore promiſit adulteræ matrimonium, & tunc non habuit acceſſum, ſed poſt baptiſmum, non tamen promiſit, Vtrum mortua legitima vxore poſsit talis ducere illam adulteram in matrimoniũ.

Ratio dubij.

Dubium eſt ex eo, quòd cùm hoc impedimentum non ſit ex natura rei, ſed ſolum ex iure poſitiuo humano: & infidelis non teneatur huiuſmodi legibus, videtur quòd non ſit impedimentum. Quia baptizatus ſolum committit adulterium, neque interuenit promiſsio, & quando hoc euenit, iam diximus non eſſe impedimentum. His non obſtantibus, reſpondetur.

1. conclu.

Prima concluſio. Si aliquis tẽpore infidelitatis promittit matrimonium, & poſt paptiſmum committit adulterium, verè inſurgit impedimentum, neque tales poterunt cõtrahere inter ſe etiam mortua prima, dummodò in virtute talis promiſsionis iungatur adulteræ poſt baptiſmum. Probatur ex ſuperiùs dictis. Quia quando promiſſum eſt ei, & ignorauit impedimentũ, & cognita eſt, & poſteà ſciuit & permiſit ſe cognoſci, ſine noua promiſsione incurritur impedimentum, vt ſuprà diximus, & non ob aliud, niſi quia in virtute illorum verborum videtur iungi, & quæ adhuc manet in effectu, licet tunc nullum cauſarunt impedimentum propter ignorantiam. Ergo etiam à ſimili, quando interuenit poſt baptiſmum adulterium, etiam ſi promiſsio tunc non ſit, ſed præceſsit tempore infidelitatis, quãdo nullum cauſauit impedimentum, quia non erat fidelis. Sequitur ergo quòd impedimentũ orietur. Quia tunc ſic habentur verba illa præterita, ſicut ſi de nouo dicerentur. Videtur quòd non ſit potior ratio de vno, quàm de alio. Nã ſi illud quod à principio non cauſauit impedimentum propter defectum ſciẽtiæ, poſt impedit adueniente ſcientia: etiam quod nõ impediuit propter defectum baptiſmatis, incipient impedire poſt baptiſmum ſuſceptum. Sicque erit impedimentum. Probo illam adhuc ex iure. Extra de conuerſione infidelium. c. vnico dicitur, ꝙ infideles quidam Sarraceni interfecerunt quoſdam Chriſtianos, & Chriſtiani Sarracenos, & poſt Sarraceni conuerſi ad fidem duxerunt in matrimonium illas vxores, quarum viros occiderant, & ſimiliter Chriſtiani duxerunt Sarracenas conuerſas, poſt cùm mulieribus conſtauit de morte virorum, petunt diuortium, ad quod ſummus Pontifex, ꝙ cum tales non procurauerint mortem virorum, non debet diuortium celebrari, ſed matrimonium tenet. Sequitur ergo quòd ſi mulieres procuraſſent mortẽ virorũ, eſſet impedimentũ, ſed inter eas erant Sarracenæ, quæ poſt fidẽ ſuſceperunt. Sequitur ergo, ꝙ ſi infidelis aliquid agat illo tempore, prohibitũ iure poſitiuo, poſt conuerſionẽ nocebit ei tale factũ, etiã ſi quãdo fecit nulla lege teneret.

Ratio.

Sco. d. 35.

Supple. d. 27. q. 3.

N 2 Alio

Alioqui quorſum determinatur de il
lis,ſi non procuraſſent tempore infide-
litatis,nullum incurri videbatur impe
dimentum.

**Obiectio.** Poſſet aliquis dicere hoc argumen-
tum non probare concluſionem. Ibidē
enim videtur intelligi in textu fidelē
ſimul cooperatum eſſe infideli,ad mor
tem legitimi coniugis. Et ob id impe-
dimentum cauſatum eſt, ſed caſu no-
ſtro operatus eſt fidelis.

**1. Solutio** Ad hoc dicendum 1. ꝙ non ſolum
propter argumētū probatur cōcluſio.

**2. Solutio** Secundo dico, ꝙ dato in textu alle
gato non dicatur,ꝙ Chriſtiani operati
ſunt ad occiſionem illa intentione,ſed
intelligamus factum eſſe vt intelligūt
aliqui docto. ſic ſimiliter in caſu ali-
quid operatus eſt fidelis: quia poni-
mus etiam poſt baptiſmum retinuiſſe
adulteram, vel acceſſiſſe, vel promi-
ſiſſe. Et ſic manet argumentum in ſua
infirmitate. A ſimili ergo dicendū, ꝙ
ſi aliquis infidelis fidem dedit adulte-
ræ, & poſt conuerſus maneat cum ea,
viuente legitimo cōiuge, etiam ſi poſt
fidem ſuſceptam nō det fidem, ſed ma
neat cum illa cum adulterio, erit im-
pedimentum,quo ſtante, non poterit
poſt mortē veri coniugis eam habere.
Et hoc patet. Quia hoc impedimentū
oritur, qn̄ quis de facto contrahit cū
adultera, & adulterium cōmittit, ſed
qui tempore infidelitatis promiſit ali
cui,& habuit acceſſum, & poſt conuer
ſus ſemper retinet eā, de facto talem
habet:& cōmittit adulterium,etiam ſi
non ſit noua promiſſio.

**Cōfirma.** Et confirmatur hoc. Quia tale im-
pedimentum non tollitur per baptiſ-
**Duran. in 4.d.4.q.3.** mum. Nam ſicut dicit, & bene,Durā.
in baptiſmo ipſis baptizatis remitti-
tur omnis pœna, quantum ad Deum.
Et quo ad Eccleſiam ſolum remittun
tur illæ pœnæ, quæ ſunt determina-
tæ ab Eccleſia vt remittantur baptiza
**Notandū.** tis. Cum ergo non ſit determinatū,
ꝙ talis criminis pœna remittatur ba-
ptizatis, ſequitur ꝙ non tollitur per
baptiſmum,ſed ſemper manet. Et ita
videtur dicendū,ſi aliquis neophytorū
tempore infidelitatis promiſit alicui
adulteræ habenti proprium virum, &
poſt fidelis factus antequam ad alia di
uertat, in virtute illius promiſſionis
commiſcetur ei, eſſe impedimentum
criminis, dummodò aliud non obſtet.
Et idem eſſe ſi de facto, aliquam
tempore infidelitatis accepit in vxo-
rem, quæ habebat legitimum virum,
& poſt baptiſmum manſit adhuc cum
illa,viuente proprio, & legitimo viro,
non poterit poſt mortem illius ipſam
adulteram habere in vxorē. Siue hoc
fiat, qn̄ quis per propriam promiſſio-
nem aliquam ducebat, ſiue per hoc ꝙ
parentibus,vel alijs loquētibus de ma
trimonio ſecundum mores ſuos iunge
bantur. Oportet hæc notare propter **Nota propter neophytos.**
neophytos,quibus erat vſus. Hanc ſen
tentiam tenet Palude in 4.d.27. Vbi
loquens de bigamia,quæ non tollitur
per baptiſmum, dicit. Neque obſtat,
ꝙ Eccleſia non iudicat de his, quæ fo-
ris ſunt: quod verum eſt, quandiu fo
ris ſunt, ſed poſtquam intrauerunt,
iudicat eos, etiam ſecundum ea quæ
foris habuerunt,vt patet in conuerſio
ne infidelium. Hæc Palude. Videtur **Palu.d.27 q.4.**
profectò noſtram tenere ſententiam.
Et quod verè noceant infideli illa quæ
fecit tempore infidelitatis, poſtquam
conuerſus eſt: intelligendum eſt verū **Supple.d.27.q.3.**
eſſe, qn̄ tempore infidelitatis qui con
traxit cū adultera adulterium exiſti-
mauit: & idē etiā poſt baptiſmū ſemp
reputauit. Alioqui ſi tempore quo fa-
cta eſt promiſſio, nunquàm exiſtima-
uit adulterium: & poſt baptiſmū qn̄
reputauit adulteriū, amplius non cō-
miſit in virtute primæ promiſsionis,
non erit impedimentum.

Sed tn̄ pro debita,& plena intelligē
tia iſtorū,oportet notare ad hoc im pe **Exiſtimatio requiritur de adulterio ad incurrendū crimen.**
dimentum incurrendū: ꝙ ſicut requi-
ritur ſcientia de alio legitimo coniu-
ge,ſic etiam requiritur exiſtimatio de
adulterio. Volo dicere. Si quis inter
infideles duceret repudiatam: quam
certò ſcit repudiatam, & tn̄ ducit eā.
quia putat per repudiū ſolutū fuiſſe
matrimoniū, quia talis erat vſus apud
eos,videretur tunc dicēdū, ꝙ qui ante
ba-



baptiſmum talem acciperet in vxorē,
etiam viuēte legitimo viro, & poſt ba
ptiſmum adhuc maneret cum illa, ꝙ
non eſſet impedimentū, quandiu per-
ſeueraſſet talis exiſtimatio: & ꝙ non
eſſet adulterium, ſed matrimonium.
Ad id autem me mouet, Quia ſi ad im
pedimentum hoc requiritur, quòd
vterque cognouerit alium habere vi-
rum, vel aliam vxorem: & quandiu
eſt ignorantia ex parte illius qui igno
rat, nunquam eſt impedimentum.
Cùm ergo qui poſt repudium, ſol-
ui matrimonium credebant: & talem
ſemper habebant ignorantiam de vero
coniuge, nunquàm erit impedimentū.
Si enim ſufficit ad impedimentum in-
currendum,ꝙ quis, vel ſciat certa ſciē
tia verum habere coniugem,vel quòd
ſit de hoc probabilis opinio, vt patet
in cap. Inquiſitioni de ſententia ex-
communicatio. vt docto. dicunt, ſuf-
ficiet etiam ad non incurrendum im-
pedimentum, quòd habeatur proba-
bilis opinio,quòd talis, cum qua con-
trahit, non habeat virum, quia repu-
diata eſt à viro, & credit diſſolui ma-
trimonium per tale repudiū. Et quia
iſta probabilis exiſtimatio poteſt eſſe:
& quando tempore infidelitatis quis
ducebat repudiatam à legitimo viro:
& poſt baptiſmum eam retinebat pri-
mo viuente. Et etiam poteſt contin-
gere quando poſt baptiſmum aliquis
repudiatam accipiebat in vxorem,qui
idipſum exiſtimant, propter hoc:quia
nihil audiuit de hoc,ſed credit per re-
pudium matrimonium diſſolui ſicut
antè. Et ꝙ eſſet apud aliquos talis exi
**Habebant incolæ nouę Hiſpaniæ matrimoniū diſſolui per repudiū.** ſtimatio patet. Quia (vt pro cōperto
habemus, omnes qui mores Indorum
cognoſcimus) contingebat aliquem
illorum qui poſtquàm repudiauerat
legitimam vxorem, & aliam duxerat,
ſi ad ſuam repudiatam accederet,dice
re tale peccatum commiſiſſe, quòd
non eſſet: niſi quia habebat exiſtima-
tionem matrimonium ſolutū per re-
pudium: & ſic non liceret de nouo ac-
cedere ad eam. Quia non erat iam ſua.
Videtur idem dicendum de vtroque
& nunquàm inſurgere tale impedimē
tum, quandiu eſt talis opinio proba-
bilis, ſeu exiſtimatio, aut inuincibilis
ignorantia ꝙ illa cum qua contraxit,
aliam habeat virū, dato verè ſit alius
vir eius,quanuis nō ſic creditur. Quia
ſemper quandiu eſt talis exiſtimatio,
videtur eſſe ignorantia inuincibilis,
qua ſtante, nullum eſt impedimentū.
Videtur enim exiſtimatio præualere
veritati. Hoc apparet tenere do. Abu- **Abulen. 1 regum 8. q.38.**
len. in ſolutione cuiuſdam argumenti.
Vtrùm qui duxit repudiatam à legi-
timo viro, poſt mortem legitimi viri
poſſit per nouum conſenſum ducere.
Et arguit ꝙ nō. Quia eſt crimē quod
impedit.

Reſpondet Abulen. non eſſe tale **Solutio.**
crimen. Quia non putabatur adulte-
rium ducere repudiatam inter genti-
les, ſed credebant diſſolui matrimo-
nium per repudium. Et ſic præualebat
exiſtimatio veritati, & non erat tale **Notandū diligenter.**
impedimentū criminis. Hæc Abulen.
Sunt notāda iſta pro neophytis. Nam
ſi verum eſt non eſſe impedimentum
quando eſt exiſtimatio contraria ve-
ritati, quando creditur non eſſe legi-
timum alium virū, dato verè ſit, cùm
frequenter contingerit apud noui or-
bis incolas, quòd aliquis ante baptiſ-
mum acciperet in vxorē repudiatam,
quam credebat repudiatam ab alio, &
alium nō eſſe ſuum virum, quia aliam
habebat ſecum fœminam, licet non
eſſet talis vera vxor, ſed concubina.
Tamen ſic erat in exiſtimatione apud
eos, vt cōſtat nobis ex modo loquendi
ipſorum, vt vxorem illam nominent,
ꝗ ſibi primo duxerunt: ſi fuerit cum
promiſſione,& cū cæremonijs,ſiue ſine
eis:eodem modo reputatur, & intelli-
gunt vxorem,& poſt ſecundā, credūt,
etiā ſi fuerit cū promiſſione,nō eſſe ve
rā vxorē,ſed concubinā:qn̄ accepta eſt
cū prima, quod in tali caſu qui talē re
pudiatam duceret (quæ tamen legiti-
ma vxor erat,& ipſe legitimus vir) nō
eſſet impedimentum criminis. Talis
enim qui ducebat repudiatam, & ipſa
repudiata non credebat primum eſſe
ſuum virum, eo quòd primo aliam ha
beret, etiā ſi non eſſet talis vera vxor,
ſed

ſed concubina: attamen quia ſic erat in opinione ipſorum. & idem videtur verum eſſe, quando per repudium credebatur diſſolui. Et habebant in vſu ſtatim aliam ducere. Imò talis erat exiſtimatio, vt vxorem illam credere, quæ primo cognita eſt, & virum illum eſſe, qui vxorem cognouit, etiam ſi nulla eſſet promiſſio, nec loquutio de matrimonio. Exiſtimabant etiam nunquàm eſſe verũ matrimonium, dato interueniret promiſſio, & copula, ſi non ſimul in vnam domum conuenirent, vel vir in domũ vxoris, vel vxor in domum viri. Et hac de cauſa decipi poſſunt tyrones in lingua Indorum. Nam ſi ſolum interroget quis, quæ eſt illa, quàm primo accepiſti in vxorem? non deſignat illã, cui primo promiſſio eſt facta, & quàm cognouit carnaliter, ſi ſimul non conuenerunt in vna domo.

**Aduerte**

Et ſic oportet eſſe cautos, & attentos. Et tandem pro dubij huius declaratione pleniori dico, ꝙ ad ſciendum inter neophytos quando eſt tale impedimentũ criminis, ſiue quia ante baptiſmum cõiunctus eſt quis illi, quæ alium virum habebat, & poſt baptiſmum ſic manſit, vel ſi poſt baptiſmum id factũ eſt, non debemus attẽdere vtrùm ille primus fuerit legitimus vir, vel non, nec vtrùm talis, qui duxit repudiatã, ſciuerit alium virum primo viuere: ſed oportet attendere, Vtrùm in exiſtimatione iſtius, qui iſtam ducit repudiatam, fuerit alius primus vir legitimus.

**Notandũ quantũ facit exiſtimatio ad hoc impedimẽtum. Varia exiſtimatio de vero viro & vera vxore.**

Nam ſi alium non exiſtimat verum virum eſſe, licet decipiatur, non incurritur impedimentum. Quia tunc ſic eſt, ſicut ſi ignoraſſet verum habere virum, & ſiue ex ignorantia inuincibili, ſiue ex ruſticitate, ille qui eſt vir legitimus, non creditur legitimus, etiam ſi ſit alioqui legitimus, nunquàm erit impedimentum criminis, quandiu durat talis exiſtimatio. Sine dubio multa dubia erunt clara, & aperta ex iſto vnico, ſi aduertamus ad ipſorum exiſtimationem, quæ varia eſt, & non eadem apud omnes. Nam quidam illum credunt virum legitimum, quem primo cognouerunt carnaliter, etiam ſi nihil de matrimonio præceſſerit. Et illam legitimam vxorem quæ primo cognita eſt. Alij autẽ illam dicunt vxorem eſſe ſolum, quę tm̃ traducta eſt in domo, & ẽt ſi ſit cognita, & facta promiſſio: ſi traducta non fuerit, non credunt vxorem. Et ſimiliter de viro. Alij verò credebant illam eſſe ſolum vxorem, quæ in domo habebatur, ſiue fuiſſet affectu maritali ducta, ſiue nõ. Et idem de viro. Alij denique credebant tot eſſe vxores, quot habitæ fuerunt in domo, ſiue fuerint habitæ vt concubinæ, ſiue cum promiſſione, vel alijs cæremonijs. Itaque apud noui orbis indigenas, tot modis exiſtimatio variatur quot capita. Contingit aliquando, quòd aliquis, qui habebat fœminã domi ſine promiſſione aliqua, vel aliquo alio ſigno, ſed modo concubinario, ſi alius acceſſit ad eam, dicat ſibi adulterium factum. Ex quo videtur tales exiſtimaſſe matrimoniũ coniunctionem maris & fœminæ, etiam ſi eſſet ſine conſenſu expreſſu ſuo, vel aliorum pro ipſis.

**Et idẽ videt̃ apud alios, vbi eadem ſit exiſtimatio.**

Itaque apud neophytos ſaltim prouinciæ Michoacanẽſis, non eſt alia regula certa danda, q̃ debita exiſtimatio cuiuſcunque. An non exiſtimabat: etiam ſi eſſet vir legitimus? Tunc enim non erit impedimentum, quandiu durauit talis exiſtimatio. At, quia vt in plurimum erat in vſu olim, & modo, etiam poſt baptiſmum, vbi non ſunt religioſi, facile qui coniuncti ſunt, diſiungi: & tales diſiuncti, ſtatim ad aliud matrimoniũ tranſire, & ſine ſcrupulo aliquo manebant, & manent, putantes licere, vſq; dum à religioſis reprehendũtur: probabile certè mihi eſt inter illos, qui nõ ſunt inſtructi ſufficienter circa matrimonium ob quod non putant adulterium, ſi viuente legitimo coniuge alium ducant, non eſſet impedimentũ criminis, etiam ſi poſt baptiſmũ fiat, ſicut videmus fieri. Et hoc quandiu durat illa probabilis exiſtimatio quod ſit licitum hoc, & non adulteriũ. Præcipuè tenet verum apud eos, qui vix poſſunt eſſe abſque fœmina. Hæc notanda

tanda



tanda ad debitè iudicandum de iſto crimine, quod maximè eſt in vſu.

**Dub. 5.**

Sed eſt dubium 5. An ita verũ ſit, quando exiſtimatur legitimus vir, ſed non eſt. Verbi gratia. Iſti in multis caſibus iudicant matrimonium verum, & ita credunt, ſed tamen non ſic eſt, ſed decipiuntur. Vtrùm ſi quis ducat vxorem relictam, & credit virum habere legitimum, an talis exiſtimatio ſufficiat ad incurrendum hoc impedimentum. Vt ſi quis ducat relictã ab alio, & ſciat priùs aliũ habuiſſe, & credit legitimum virum, & tamen nõ eſt, & eam ducit, Vtrùm incurratur impedimentum criminis.

**Argu.**

Videtur ꝙ ſic. Quia eadem ratione, qua exiſtimatio, vel probabilis opinio ꝙ non ſit verus vir ſufficit ad non incurrendum impedimentum, dato ſit verus: ita exiſtimatio ꝙ alius ſit vir legitimus, dato non ſit, ſufficiet ad impedimentum.

**Solutio.**

Reſpon. Nunquàm eſſe impedimentum criminis, niſi quando quis aliam ducit viuente legitimo viro. Neque ſufficit exiſtimatio, ſed requiritur rei veritas. Quia ſic iura diſponunt. Et dicimus diſſimile eſſe in hoc, & in primo. Nam fauores ſunt ampliandi: & odia reſtringenda. Ob quod ad non incurrendũ ſufficit ſit exiſtimatio probabilis talem non eſſe verum virum, dato ſit deceptio. Quia hoc eſt fauorabile. Et tamen ad incurrendũ impedimentum (cùm ſit odioſum valde) requiritur non ſolum probabilis exiſtimatio ꝙ ſit alius vir, ſed ꝙ ita in rei veritate ſit.

**Pro neophytis cõſideratio.**

Ex hac determinatione poterimus dubia emergentia diffinire inter Indos, qui aliquando adinuicem ſe promittunt, & contrahunt, habentes exiſtimationem, & opinionem probabilem, ꝙ habeat fœmina alium virum, & ipſe vir aliam vxorem, & tamen nõ eſt ita verus vir: ſed eſt ſecundum ſuã exiſtimationem, & opinionem, qui credebant matrimonium eſſe, quod verè non erat. Et comperta veritate talem non fuiſſe legitimum virum: nõ erit impedimentum.

# ARTICVLVS XXXV.

## *De eodem impedimento criminis: quando eſt dubium, an fuerit legitimus vir.*

QVæritur circa idem impedimentum. Quid faciendum in dubio, quãdo contingit caſus, ꝙ aliquis baptizatus copulatus eſt vni, quàm credebat habere virum legitimum, & ſemper fuerunt iuncti: & moritur primus vir, & adhuc ipſi manent ſimul in vnum. Venit dubium in notitiam iudicis Eccleſiæ, vel confeſſoris, quid faciendum? Vtrùm apud neophytos debeat iudicare impedimẽtũ per hoc, ꝙ dicat fœmina: ego habebam tunc alium virum, & volui, & conſenſi. Et ſimiliter ipſe. Tamen cum hoc dicit, nos non ad inuicem fidem dedimus, ſed loquutum eſt de matrimonio, & ſic coniuncti ſumus, & poſt diuertimus. Vtrùm debeat tunc iudicari impedimentum, quia ille fuit legitimus vir, vel non. Certè eſt dubium, ſuppoſito, ꝙ vir ſit mortuus: nec eſt aliquis de quo poſſit plena notitia haberi.

**1. Nota.**

Pro ſolutione dubij notandum poſſe hoc contingere multipliciter. Primo. Quando tales, qui ſic viuente alio iuncti, poſt mortem primi nihil de nouo fecerunt: neque conſenſerũt exteriùs, neque de nouo interiùs: ſed manſerunt in virtute primorum verborum. Vel poteſt eſſe, ꝙ ſtatim poſt mortem viri primi, de nouo promiſerunt, & conſenſerunt: ſicut contingit apud noui orbis indigenas non rarò.

**2. Nota.**

Secundo etiam notandum, poteſt eſſe, quòd fœmina, quæ dicit ſe habuiſſe verum virum, & loquutũ fuiſſe de matrimonio, dicat illum talem virum habuiſſe antè fœminam: quæ tunc viuebat, quando eam accepit, vel ꝙ

nul

nullam habebat. His ſuppoſitis, ſit. 1. concluſio.

1. conclu. Prima concluſio. Quando duo coniuncti ſunt in matrimonio fideles: & vtroque ſciente alium habere coniugem viuum: ſi poſt mortem primi, nullus de nouo interuenerit conſenſus, quandocunque venerit ad notitiam, ſeparandi ſunt, ſi conſtare non poteſt non fuiſſe primum legitimum virum. Vt ſi fœmina dicat in illum iam mortuum cõſenſiſſe, & ipſe ſimiliter quantum exteriùs apparuit. Item, & dicat illum virum aliam non habuiſſe priùs vxorem. Tunc enim licet certum non ſit fuiſſe legitimum, quia tamen probabile eſt, & non aduenit poſt mortem viri, nouus conſenſus, nõ videtur fuiſſe matrimonium aliquando. Cùm ergo in dubijs tutior pars debeat elegi, vt talibus inhibendũ de nouo contra-

In c. Iuue. Ex. de ſpõ ſal. here. Et probatur à ſimili. Nã ex ſponſalibus contractis ad hoc ꝙ nõ ſit matrimonium ſufficit fama leuis de im-

Ratio. pedimento, etiam ſi non probetur. Sequitur ergo, quòd ad impediendum ne de nouo tales contrahant, ſufficiet dubium probabile, tales contraxiſſe viuente legitimo, & vero coniuge: & fuiſſe inter eos ortum impedimentũ criminis. Imò crediderim id etiam verum eſſe, etiam ſi poſt mortem primi de nouo tales cõtraxerint; ſicut ſolitum erat apud noui orbis in-

Ratio. colas, Ratio quæ me mouet ad hoc eſt:

Duran. d. 11. q. 8. i 4. Palu. d. 13 quia cùm Eccleſia non iudicet de occultis, ſed de manifeſtis, & ex exterioribus, illum primum iudicat verum virum (dato potuerit non ſic eſſe) verum etiam iudicabitur primum matrimonium. Et impedimentum criminis interueniſſe, dummodò conſtet Eccleſiæ contractum talem fuiſſe; etiam ſi ignoret interiorem conſenſum. Sequitur ergo, ꝙ etiam in foro conſcientiæ, quando caſus ſe offert: & quis dicat aliquam duxiſſe poſt baptiſmum, quæ habeat virum, & hoc ſcienter, & ipſa interrogata de viro proprio, confitetur ſic eſſe: & ꝙ ipſe vir nullam aliam priorẽ habebat, & exterius oſtendiſſe conſenſum: in foro conſcientiæ, etiam iudicandum impedimentum interueniſſe. Alioqui ſi hoc non ſufficeret, nullo modo poſſet conſtare hoc criminis impedimentum interueniſſe, quando iam mortuus eſt primus vir, cuius contrarium determinatur. Extra, de eò qui duxit in matrimon. quam pollu. per adult. c. Cùm haberet. Vbi etiam poſtquàm mortuus eſt legitimus vir, etiam ſi per decennium ſimul fuerint, ſeparantur. Ergo etiam in propoſito idem dicendum, ſiue in foro conſcientiæ, ſiue iudiciali: cùm conſtet eò modo, quo vterque forus requirit, de viro legitimo, probabiliter exiſtimato primo, etiam ſi non ſit euidentia, impedimentum iudicandũ. Neque hęc concluſio contrariatur dictis in proximo præcedenti arti. Ibi nanque intelligitur, quando conſtat quòd non fuit verus coniux, licet fuerit exiſtimatio. Sed tamen quando exiſtimatio eſt de vero coniuge, & non poteſt contrarium probari, oportet impedimentum recognoſcere. 2. conclu.

2. concluſio. Si duo fideles contraxerunt ſcienter, ſic ꝙ ipſa fœmina habebat priorem virum legitimum ſecundum mores ſuos, vel ipſe vir vxorem aliam, & ipſa interrogata de priore, reſpondet ipſum aliam tunc habuiſſe tempore quo ipſam accepit, eò modo, quo neophyti in nouo orbe loqui ſolent, & exiſtimare de cõiugibus, non ſufficit ad iudicandum pro certo verum eſſe matrimonium inter tales, qui viuente prima coniuncti ſunt, & nullum fuiſſe impedimentum criminis: ſuppoſito conſtet, ꝙ cum illa fœmina fuerit contractum verè ſecundũ mores ſuos, & aſſenſus fuerit aliquis Ratio con ſignis exterioribus probatus. Primò cluſio. in foro conſcientiæ non ſufficit. Quia conſtat illis, qui ipſorum mores callent, vxores vocari etiam concubinas, ſi modò ſolum vna fuerit domi, etiam ſi ſine promiſſione, & cæremonijs fuerit accepta. Item. Etiam conſtat non rarò cùm tam facilè coniungebantur, q̃ dimittebãtur, illas tales, quas dicit priores habuiſſe, ꝙ ipſæ alios priores habuerint viros. Ob quod non erat

aliqua



aliqua vxor legitima illius: & in conſcientia cùm conſtet cum illa fuiſſe verum matrimoniũ: per hoc, ꝙ talis fęmina dicit illũ virũ habuiſſe, alias non eſt credendũ illegitimum matrimonium, nec definiendum ſecundum contractũ viuente illo viro eſſe verum, ſicq; non fuiſſe impedimentum. Eodem etiam modo in foro iudiciali. Nam cùm iudici oporteat conſtare de modo contrahendi neophytorum, non poteſt iudicare rectè verum eſſe matrimoniũ primum, vel non eſſe, quia fœmina dicat virum, quem accepit, alias habuiſſe tũc vxores. Solent. n. vxores nominare illas, quæ concubinæ ſunt. Vel quia nõ ſunt acceptæ affectu maritali, ſicut moris erat. Vel quia ipſæ fœminæ alios priores habebant viros. Aduertat obſecro lector ad hæc. Dubium certè frequẽter reddit perplexos miniſtros. Et fateor aliquando me tenuiſſe hunc ſcrupulum, vt vix poſſit veritas diffiniri, ſed tanquam ſi detur proceſſus in infinitum, & non poſſit deueniri ad legitimum virum, vel legitimam vxorẽ: quis ſit, ſed dicunt accepi iſtam, & ipſa alium accepit. Tũc quæram de illo, & aliam accepit priùs. Tunc de illo, & ipſa alium accepit priùs. Sicq; non eſt aliquaudo finis. Quòmodo ergo poterit in ſimilibus caſibus iudicari certũ matrimonium non eſſe hoc? quia priùs ipſa fœmina alium habebat virum: & ipſe vir aliam priùs habebat vxorem: quando iam vir eſt mortuus: & alia prima vxor. Sine dubio non poteſt euidẽs eſſe, & certum iudicium. Pro quo ſit tertia concluſio.

3. conclu. In dubijs pro matrimonio iudicandũ. 3. concluſio. In tali caſu, quando dubium eſt de priori matrimonio, & de iſto ſecundo cõſtat: cùm in dubijs pro matrimonio præſumendum ſit, tam in foro conſcientiæ, quàm iudiciali, tenẽdum tanquàm matrimonium hoc, dũmodò non ſit contra aliud matrimonium, de quo conſtat. Probatur. Extra de teſtib. in c. Licet in fine. vbi dicitur. Tutius eſt aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, q̃ legitimè coniunctos contra ſtatuta domini ſeparare. Et ſic eſt in caſu, poſito dubium eſſe, vtrùm tale matrimoniũ contractum inter duos qñ alter habebat legitimum virum, ſed ille vir aliã priorem tunc habebat vxorem: cùm ſit dubium vtrùm verum fuerit primũ, vel non. Dixi ſi ſit dubium, vtrũ ille talis primus fuerit vir eius: nam ſi cõſtaret eo modo quo conſtare poteſt, fuiſſe virum: non deberet ſecundum iudicari matrimonium. Quia tunc verum eſt, quod in prima conclu. dictum eſt. Et poſſet probabiliter virũ iudicari priorem, quando eſſet notitia illas priores vxores, non acceptas fuiſſe, ſecundum mores ſuos affectu maritali: ſed vt concubinas, vel ſi ſit notitia, ꝙ illæ tales fœminæ alios habebant viros tunc, qui ſecundum legitimum modum fuerunt coniuncti. Sed tamen quia iſtorum nõ Notandũ poteſt haberi notitia, cùm maneat pro valde pro babile illum primum non eſſe legiti- neophytis mum virum, quia priùs dicunt habuiſſe vxorem, iudicandũ eſt in dubio pro iſto ſecundo matrimonio: dummodò nõ fiat iniuria alteri, de quo magis cõſtat. Et cum ſecũdum pendeat ex primo, etiam vtrum ſecundum verum ſit, nec ne, iudicare oportet pro matrimonio in vtroq; foro. Et illos, quos legitimè conſtat copulatos, nõ oportet diſiungere, exiſtente dubio de priori matrimonio.

Dixi tamen in concluſione, dũ hoc non ſit contra aliud matrimonium, de quo conſtat, & nullum eſt dubiũ. Exempli gratia. Ioannes duxit vxorem Mariam, ipſo ſciente Mariam habere aliũ virum legitimum, ſed ipſa Maria poſt mortem illius primi viri manſit cum illo ſecundo, & poſt ad aliquos dies contrahit cum Petro: venit in iudiciũ iſte caſus, ſiue in conſcientia, ſiue in foro iudiciali, vnde Maria interrogata; Vtrũ quando Ioannem accepit in virum haberet alium priorẽ, fatetur quod ſic, ſed dicit ipſum antè habuiſſe vxorem. Tunc eſt dubium, Vtrùm matrimonium tenuit cum Ioanne. Et ſi eſſent ſimul Ioannes & Maria, deberet iudicari pro matrimonio, quia dubium eſt, & non ſit iniuria alteri matrimonio de quo cõſtat, ſed tamen Maria eſt

O con-

coniuncta Petro, de quo matrimonio conſtat, & nullum eſt dubium. Tunc non debet iudicari matrimoniũ fuiſſe verum cum Ioanne: quia fieret iniuria matrimonio contracto cum Petro, de quo conſtat, nec dubium eſt, ſed in quocunque foro ſtandum matrimonio Petri, de quo nullum eſt dubium. Vnde concluſio ſtat in veritate, in dubijs præſumendum pro matrimonio. Hoc autem, dum non fiat iniuria alteri matrimonio, de quo non eſt dubium, & magis conſtat.

Notãdum quia contingit caſus.

# ARTICVLVS XXXVI.

## *Quando de facto quis adulteram ducit.*

HOC etiam impedimẽtum incurritur, quando quis de facto in matrimonium adulteram ducit. Et quidem differentia eſt, quòd quis viuẽte prima vxore promittat, & adulteretur, vel ꝗ de facto contrahat cum adultera. Qui contractus poteſt eſſe, vel per propriam promiſſionem, ſeu expreſſionem conſenſus. Vel poteſt per hoc, ꝗ alijs loquentibus de matrimonio, iunguntur inter ſe. Sic enim apud noui orbis incolas, erat ſolitum.

Item poteſt eſſe, ꝗ ſimul cum tali contractu ſit nolitio interior, & diſſenſus in matrimonium: licet exteriùs appareat conſenſus. Vel poteſt eſſe ꝗ ſit conſenſus.

1. conclu.

Prima concluſio. Si quis viuente prima, & legitima vxore, de facto contrahat cum ſecunda: & habeat acceſſum ad eam, non poterit poſt mortẽ primæ eam habere: ſi vterq; fuit ſciẽs primam viuere. In c. Significaſti. Et c. Cũ haberet. Et c. Si quis vxore. eo. tit.

S. Anto. 3. p. ti. 1. c. 5. Sylu. matri. 8. q. 9. nu. 7.

2. conclu.

2. concluſio. Si quis viuente prima vxore, de facto cõtrahit cum alia, ſi tñ non cognouit eam vſq; ad mortẽ primæ: poterit illam habere, cum qua de facto contraxit. Nam ad hoc impedimentum incurrendũ requiruntur duo .ſ. De facto contractus matrimonialis, & adulteriũ: vt patet in tribus. c. proximè allegatis. Si ergo ſolum adſit contractus, & non adulterium, nõ erit impedimentum. Impedimentum namq; hoc ſolum eſt ex iure poſitiuo: ergo quandiu concurrunt illa, quæ expreſſa ſunt in iure, tandiu erit impedimẽtum: ſed vtrunque iſtorum eſt expreſſum. Concluſionẽ hanc ſic Palude expreſsè intelligit. Quàm etiam determinat gl. in c. Si quis vxore. eo. titulo dicens, ꝗ de facto contrahere ſine adulterio, nullum eſt impedimentum. Imò eſt expreſſa determinatio. 31. q. 1. cap. Relatum.

ſupple. d. 35. q. 1. con. 10.

Palu. d. 35 Gloſſa. Ang. mat. 3. impe. 9. §. 1.

3. conclu.

3. concluſio. Si quis habens legitimã vxorem iungatur adulteræ, ſine promiſſione: & manendo cum illa, parentes, vel alij loquũtur de matrimonio, & tamen talis vir non conſentit, neq; oſtendit conſenſum verbis, vel ſignis: ſed eodẽ modo manet cum adultera, non incurritur impedimẽtum, ſed poteſt poſt mortem propriæ vxoris adulteram ducere. Ratio eſt. Quia nõ iudicabitur matrimonium. Vnde nec aliquod impedimẽtum. Idem dicendũ de fœmina, quæ iungitur alteri viro.

Ratio.

4. conclu.

4. concluſio. Si aliquis habens propriam vxorem, parẽtibus loquentibus de matrimonio cum alia: ſtatim iungatur adulteræ, ſicut cæteri iungi ſolẽt in matrimonio, licet interiùs nolit in animo, ſed tamen coniunctione, explicet velle, incurritur hoc impedimentum, ſi ſecluſo timore id faciat. Probatur. Eccleſia enim, quæ poſuit impedimẽtum, iudicat matrimonium, quia talis eſt modus contrahendi, vt in ſexto determinatur, de deſponſa. impub. c. vnico, ꝗ parentibus, loquẽtibus pro filijs, ipſis non contradicentibus, obligantur. Cùm ergo tale iudicat matrimonium verum, oritur impedimentũ. Sicut quando verba protulit, ſed interiùs non conſenſit. Secùs tamen ſi timore coniungatur, vel ſignis oſtendat diſſenſum, quia non iudicaretur matrimonium, quare nec impedimentum. Horũ ratio potiſſima eſt. Quia Eccle-

Ratio.

Duran. 4. d. 11. q. 8. Palu. d. 13

ſia



ſia de interioribus nõ iudicat, vt ſupra dictum eſt ſæpe, & alibi dicetur latiùs.

5. conclu. S. Anton. vbi ſup.

5. concluſio. Si qua mulier ignoranter contraxit cum adultero, putans ꝗ non haberet vxorem: poſt, ipſa volente contrahere, poterit eſſe matrimonium: vel ipſa petente, celebrabitur diuortium. Hæc eſt expreſsè determinata ibidem in cap. Propoſitum. eo. ti. Ita ꝗ ea petente celebrabitur diuortium, dicitur ibi. Et à contrario ſenſu, ipſa non petente, non celebrabitur diuortium, ſed in pœnam fraudis cõpellitur adulter manere in matrimonio, quod poteſt benè Eccleſia facere in pœnam illius peccati. Et ipſe tenetur cõſentire in eam de nouo.

Sco. d. 35. q. vnica.

6. conclu.

6. concluſio. Poſt contractum matrimonium viuente, ipſa (cum qua contrahitur) ignorante, ad hoc ꝗ poſt mortem primæ teneat cum ſecunda, requiritur nouus conſenſus, nec ſufficit prior, vt ſuprà dictum eſt. Nam ad verum matrimonium requiritur legitimus conſenſus inter perſonas legitimas, nec ſufficit vnus ſine altero: ſed prius, quia perſonæ non fuerunt legitimæ, non habuit conſenſus effectum: & poſt, ſunt perſonæ legitimæ ſolum, ergo requiritur conſenſus ad matrimonium de nouo: quia nunquàm fuit matrimonium antè: ergo ſi de nouo modò debet eſſe, neceſſarium eſt concurrãt neceſſaria .ſ. cõſenſus inter perſonas legitimas. Iſtam concluſionem tenet doctor ſubt. in 4. Et eſt Ricardi. Eſt etiã expreſſa determinatio in tit. eo. c. Veniens. Vbi dicitur, ꝗ poterit vxor ignorans ducere, quia poterit de nouo conſentire. Ex quo infertur, ꝗ ſi de nouo non conſentiat, non erit verum matrimonium in virtute primi conſenſus, qui nullius fuit valoris.

Gerſon in 2. p. in cõpen. The. ſuprà de conſenſu.

Sco. d. 35. q. vnica.

Ricard. d. 35.

Flor. vbi ſupra.

Corolla.

Contra hoc poſſet obijci. Quia vel illud fuit matrimonium quando præceſſit contractus, vel non. Si fuit, quomodo ergo poterit celebrari diuortiũ ipſa volente? Si non fuit, quõ compellitur vir manere cum adultera?

Obiectio.

Reſp. ſicut dictum eſt, ꝗ cõpellitur in pœnam fraudis ſtare contractui, & verbis, & promiſsioni. Et debet omnino in matrimonium conſentire, de nouo ad hoc ꝗ non peccet commiſcendo ſe ei. Alioqui ſemper peccaret. Quia omnia videtur facere in virtute primi cõſenſus, qui nullus fuit, ſicut ille qui fictè protulit verba.

Gerſon in 2. p. in cõpen. The.

7. conclu.

7. concluſio. Mulier, ignorans virũ adulterum cum quo contraxit habere propriam vxorem: & poſtquàm ſciuit, non reclamans, ſed liberè conſentiens, impedimentum incurrit: vt mortua propria vxore viri, non poſſint manere ſimul. Hanc concluſionem ſuperiùs probauimus. Quam tenet B. Anton. Floren. vbi ſupra. Tunc. n. perinde eſt, ſicut ſi à principio ſciuiſſet.

Supple. d. 35. q. 1. ar. 2. con. 12.

S. Anto.

Sed tamen pro hoc impedimento quãtum ad hoc ſi eſt ignorans alter ipſorum, valde notanda eſt ſententia Hoſtien. vt adducit B. Ant. ꝗ intelligitur de muliere inſcia, quæ habet iuſtã cauſam ignorandi, vt quia vir de remotis veniens, aſſerebat ſe non habere vxorem. Extra de ſpon. Cùm in Apoſtolica. Valde commendanda eſt iſta limitatio. Ex ea enim ſequitur, ꝗ vbi nõ eſt iuſta cauſa ignorandi, ꝗ licet ignoretur, incurratur impedimentum: vt cõtingit apud noui orbis indigenas, in eadem villa, & in eodem vico aliquãdo. Et tamen vel ipſa, cum qua contrahit de facto, nihil interrogat, vel ſi interrogat, ſtatim credit ſimplici verbo dicenti, quòd non habet aliam, quæ ſit vera vxor, quod tamen falſum eſt. Et ipſa tunc credit ei, & videtur ignorare impedimentum. Attamen ſecundũ iſtũ docto. quia non habet iuſtam cauſam ignorandi nõ videtur excuſari. Poteſt quidem certiorari, cùm habitent in eodem oppido. Hoc obſecro notent, qui huic negocio operum impendunt. Nã ſæpe continget caſus, in quo facilè propter ignorantiam iudicabitur nõ eſſe impedimentum. Tamen ſi altiùs conſideremus nõ fuiſſe iuſtam cauſam ignorandi, rurſus dicemus fuiſſe impedimẽtum. Sed quicquid dicat iſte doctor, quia textus ſolum dicit, ſi ignorat non eſſe impedimentum, probabiliter credo verum ſic eſſe, ſiue ignorantia ſit iuſta, ſiue non, dummodò ignoret.

Hoſtienſ. S. Anto.

Corolla.

Nota. Cõtra Hoſtienſem.

8. conclu. 8. concluſio. Ad hoc, ꝙ hoc oriatur impedimentum, requiritur ꝙ verè vir habeat propriam, & legitimam vxorē, vel quòd vxor habeat proprium, & legitimum virum. Hoc iam probatum eſt ſuprà ex expreſſa determinatione. cap. Significauit.

9. conclu. 9. conclu. Si quis viuente propria vxore de facto contraxit cum alia, tamen nō habuit acceſſum, & ſtatim poſt mortem primæ ducit tertiam, qua viuente habet acceſſum cum ſecunda, cum qua contraxit, mortua tertia poterit ſecundam ducere. Patet. Quia ſi non poſſet ducere, eo eſſet, ꝙ cum ea contraxit, & poſt habuit acceſſum, ſed non ob hoc. Ad hoc.n. ꝙ iſta duo impediant, requiritur ꝙ concurrant, ſiue vnum præcedat aliud, ſiue ſequatur, qñ viuit prima vxor. At in caſu ſolum concurrit viuente prima contractus, qui non ſufficit ſine adulterio. Et quã do habet tertiam legitimã, ſolum interuenit adulterium, quod non ſufficit, ergo poterit poſt mortem tertiæ ducere de nouo ſecundam. Hoc intelligendum eſt, ſi quis viuente legitima vxore promiſit, & fidem dedit de matrimonio, licet non commiſit adulterium: & poſt mortem veræ vxoris cō traxit cum alia de facto, & durante matrimonio habuit acceſſum ſolum cum qua promiſerat, poterit mortua legitima vxore eam ducere. Nam cùm duxit tertiam, videtur receſſiſſe à promiſſione, ſicq; nullum eſt impedimentū. Quia nunquam viuente legitima vxore iſta duo concurrunt, & promiſſio, & adulterium, ſed ſolum alterum eorū, quod non ſufficit.

S. Anto. p. 3. tit. 1. c. 5

Dubiū 1. Supple. d. 35. q. 1. ar. 2. cōcl. 12.

Circa hoc impedimentum dubitari poſſet de illa, quæ putat adulterum veram habere vxorem, & non eſt. Similiter ſi adulter exiſtimat. Reſpon. ꝙ non erit impedimentum, cùm textus dicat, dummodò ſit legitima vxor. Et non ſufficit ꝙ legitima exiſtimetur, ſicut ſuprà tetigimus.

Dubiū 2. Quid dicendum de illa, quæ alicui commiſcetur, qui non habet legitimã vxorem, ipſa tamen ſic putat non legitimam, & fit ei promiſsio, & talis eſt parata, ꝙ ſi eſſet vera vxor, adulterium committeret, Vtrùm ſit impedimentum? Reſpon. ꝙ non. Solum enim hoc impedimentum tenet ex iure poſitiuo. Vbi ſolum exprimitur eſſe, quando habet legitimam vxorem, vt ſuprà dictum eſt. Solutio.

De impedimento metus, ſeu violentia. Altiſiod. 4. p. tract. 6. q. 45.

De impedimento, quod dicitur metus, ſuprà ſufficienter dictum eſt, qñ loquuti ſumus de conſenſu neceſſario in matrimonio. ar. 8. Vide ibi. Vbi notabis, ſtando in iure naturæ: omnē metum impedimentum eſſe. Quia liberrima voluntas eſt requiſita, vt notat Ioan. Arboreus in lib. 11. Theoſophię. c. 15. De quo latè ibi diſputatum eſt.

## ARTICVLVS XXXVII.

### *De impedimento ordinis.*

SEquitur de alio impedimento, quod ordinis dicitur, quod impedit contrahendū, & dirimit iam contractum.

Primū notabile. Pro cuius declaratione notandum eſt primo, quòd poteſt eſſe hoc impedimētum, vel de omnibus ordinibus, vel ſolum de tribus ſacris, ſcilicet, ſubdiaconatu, diaconatu, presbiteratu.

2. Nota. Notandum 2. aliud eſſe, ꝙ ordo impediat matrimonium, ſic, ꝙ poſt ſuſceptionem ordinis non liceat matrimonium contrahere. Aliud, quòd ſic impediat, quòd etiam vxoratus antè, nō poſſit ordines ſacros recipere.

3. Nota. Notandum etiã, ꝙ hoc impedimētū poteſt eſſe, vel ex iure poſitiuo tm̃, vel ex iure diuino ſimul & poſitiuo. His ſuppoſitis, ad dubium reſpon.

1. conclu. S. Anton. 3. p. tit. 1. c. 8.

Prima cōcluſio. Nullus ordo ex minoribus quatuor, nec prima tonſura, impedit matrimonium contrahendū, neque dirimit cōtractum, nec poſt cōtractum impedit vſum matrimonij. Hæc determinatio. in 6. de cler. coniugatis. c. vnico. Si enim non ſint tales religioſi profeſſi tacitè, vel expreſsè, nulli



nulli dubium eſt, quin poſsint ducere vxores liberè.

2. conclu. Caſtro in ſum. de hę re. lib. 13. verb. ſacerdo. Echius cō tra Luth. c. 19. Virue. in phili. 19. Ioã. Andr.

2. concluſio. Initiatus ſacris, ſiue ſit diaconus, vel ſubdiaconus, ſiue presbiter, nullo modo poteſt contrahere matrimonium. Et ſi de facto contrahat, diſſoluitur. Hæc eſt etiam determinata. d. 32. Si quis eorū. Et c. Erubeſcāt. Quę eſt concluſio omniū catholicorū. Quod nō ſolum eſt verum de clerico occidentali, ſed etiã de oriētali, vt ait Io. Andr. in nouella, & plures alij, & Ricard. in 4. Et idem P. de Palude. Maio. in 4. diſ. 24. Et Albertus Pighius cō trouerſia. 15. Io. Arbore. lib. 5. Theoſophiæ. c. 7. Robertus Arboricenſ. in tracta. de ſacerdotij cœlibatu.

3. conclu. Maior. d. 24. q. 21. & d. 27.

3. concluſio. Ordinatus aliquo triū ſacrorum ordinum ſi matrimoniū contrahat, non ſolum eſt nullum, ſed excōmunicatus, & irregularis. Quòd ſit excommunicatus, patet. In Clem. de con ſan. & affin. Eſt etiam irregularis. Sic do. de Palude in 4. Et c. 1. & 2. Qui clericus vel vouen. Et alijs pœnis puniendus. De quibus Ioan. Ber. de Lugo in ſua praxi.

4. conclu. Palud. d. 37. q. 1.

4. concluſio. Vxoratus, apud Latinos ſi ordinet, verè ſuſcipit ordines. Si tamen fiat ſine conſenſu vxoris, non recipit exequutionem, imò eſt irregularis. Probatur. Quia non eſt aliquod impedimētū quominus cōiugatus poſſit ad altiorem gradum aſcendere, & ordinari. In nullo enim repugnat, cùm talis poſsit continere. Et ſic eſt vſus apud Græcos, ꝙ vxorati ordinentur.

In c. Quæ ſitum. de pœ. & remiſsio. Catha. cō tra Caiet. Couar. in 2. p. epi. c. 6. §. 3.

Nullus tamen ordinatus ducit vxorem, ſed bene vxoratur ordinatur. Verè tales ſunt ſacerdotes. Et hoc non aliunde nobis conſtat, quàm ex hoc, ꝙ non eſt iure diuino prohibitum. In Eccleſia autem primitiua (vt nos ſtatim dicemus) fuit iſte vſus. Sed ꝙ ſi fiat propria vxore contradicente, exequutionem non recipiat, patet. Nam cum matrimonium verum fuit, non poteſt mulier priuari iure vtendi marito ipſa inuita: ſed priuaretur, ſi haberet ordinatus exequutionem ordinis. Tunc enim non poſſet vti marito ſuo quando exequeretur. Et quòd ſit irregularis, patet in extrauag. Antiquæ. de voto.

5. conclu. Sylue. matr. 8. impedi. 12. q. 12

5. cōcluſio. Vxoratus apud Latinos ordinē ſacrū ſuſcipiēs, de licentia vxoris, & recipit ordinē, & exequutionē. Et vxor tenetur ad perpetuã continē tiã. Prima pars iã probata eſt. Secūda eo patet, ꝙ nihil impedit ordinis exequutionē, niſi redditio debiti propriæ vxori: ſed qñ fit de eius conſenſu ipſa non poteſt exigere, neq; ipſe tenetur reddere, ergo verè habet ordinis exequutionem. Iſta concluſio etiam eſt omnium catholicorum in c. Coniugatus. de conuerſ. coniu. Ibi Abbas. Theolo. d. 37.

6. conclu. Palud. d. 37. q. 1. cō clu. 4.

6. concluſio. Vxoratus initiatus ſacris apud Græcos, licitè habet vſum matrimonij antè contracti extra horam miniſterij: apud Latinos autem interdictus eſt vſus. Nã ſic moris eſt apud Græcos, vt vxorati accedant ad ordines ſacros, etiã vxoribus volentibus, & in nullo defraudentur actu matrimoniali, niſi tempore miniſterij. Et hoc non aliunde probari poteſt, quàm ex ſanctorū patrum determinatione. d. 31. c. Quoniam. vbi in calce videtur concedere ſacerdotibus Græcis vſum matrimonij, niſi tempore miniſterij. Et alijs interdicit vſum ibidem. c. Nicæna. Quæ decreta diligens lector poterit videre, ex quibus noſtram colliget concluſionem quàm etiam ponit S. Tho. & Ricar. & cæteri omnes Theologi. Dixi apud Latinos vſum interdictum: nam ſi fiat cum licentia vxoris, neque exigere, neque reddere. Quòd ſi fiat ſine licentia, nullo modo debet exigere, licet debeat reddere. S. Tho. d. 37. Ricar.

7. conclu. Altiſ. 4. p. trac. 9. q. 4 Sco. d. 37. q. 2. S. Tho. di. 37.

7. concluſio. Quod ſacer ordo impediat contrahendum, & contractum dirimat, ſolum eſt ex iure poſitiuo humano. Probatur, vt probat doct. ſubt. in 4. Vel eſt impedimentum iure humano poſitiuo, vel Diuino: ſed non Diuino, ergo poſitiuo. Probatur. Quia in Eccleſia primitiua non erat tale impedimentum. Hanc ſententiam tenet S. Thom. Ricar. Archiep. Floren. & omnes Theologi, excepto Maiore, qui dicit impedimentum iure Diuino. & Clictho. At quia eorū argumenta non probat,

Clicthoueus de celibatu cleri. c. 13.

probât, quòd deberent probare, omittimus,. Et hoc eſſe verum ſatis apparet ex hoc, ꝙ fertur aliquando Papam diſpenſaſſe, ꝙ ſacerdos ducat vxorem, quod non potuiſſet facere, ſi de iure diuino eſſet. In quo Viguerius videtur defeciſſe, qui dicit eſſe de iure Diuino, & naturali, licet etiam dicat eſſe de iure humano. * Et quidem cũ hanc noſtrã tertiam æditionem pararemus, venit ad manus liber editus ab eruditiſſimo viro Michaele de Medina, cui titulus eſt de Cælibatu ſacrorum hominum, qui profunde & diligentiſſime tractat argumentum, quo pacto caſtitas adnexa, quidem eſt miniſtris Dei: ſed tamen non ſic iure Diuino, quin ſummus Pontifex diſpenſare poſſit, maximè hæc in li. 5. probat, qui ergo omnia in hoc argumento legere deſiderat, ibi inueniet.

Viguerius c. 16. §. 7. ver. 9.

Sed pro maiori intelligentia huius concluſionis liber in præſentiarũ paucis oſtendere, quando hoc incepit impedimentum. Primum inuenio in concilio Auriacenſi. c. 22. ꝙ coniugati non ordinentur diacones, niſi qui priùs conuerſionis propoſito profeſſi fuerint caſtitatem. Item, & in concilio Synodorum Græcarum. c. 39. idem ferè determinatur. Et quidem ex iſtis concilijs antiquiſſimis colligere licet, & ꝙ continentia clericorum res ſit antiqua, & quòd non ſit ex iure Diuino. Quod patet clariùs in concilio Ancyrano. c. 10. Habetur enim, ꝙ diaconus ſi quãdo ordinatur, & ꝓfitetur ſe velle habere vxorem, & non poſſe continere, vt poſt ſi ad nuptias venerit, maneat in miniſterio. Certũ eſt, ꝙ ſi eſſet de iure Diuino, ꝙ talis non admitteretur ad ordines, qui dicit ſe nõ poſſe continere, quin vxorem ducat. De hoc optime Viguerius in ſuis theologicis inſtitutionibus. Et Ioan. Arboreus lib. 5. Theoſophiæ. Item in Concilio Neocæſarieſi. c. 1. dicitur. Presbyter ſi vxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Et in Canonibus Apoſtolorum. c. 6. ꝙ Epiſcopus non abijciat propriam vxorem ſub obtentu religionis. Et 25. permittitur vxores ducere. Et

Cõci. Auria. Vide Hiero. cõtra Iouin. li. 1. c. 19. 28. d. c. dia coni. Et d. 32. & 84.

Viguerius c. 16. §. 7. ver. 9. Ioã. Arbo. li. 5. Theoſo. c. 7.

quidam non pœnitendus autor dicit probabile, ꝙ circa Apoſtolorum tempora cunctis ſacerdotibus vxorũ vſus fuit interdictus, quanuis mos fuerit poſtea corruptus. Tandem ne prolixitate videar limites tranſgredi, & metas materiæ præſentis, videtur à tempore B. Gregorij fuiſſe continentiam præceptam ſubdiaconibus. Et tenentur ordinati ad continentiam ſiue ſit ex voto expreſſo, vel interpretatiuo. Quare ſequitur manifeſte, cùm ſit ius humanum, Papam poſſe diſpenſare cum ſacerdote, vt contrahat. Idem affirmat Panor. in c. Cum olim. de cler. coniug. & dicit, ꝙ bene faceret Eccleſia, ſi permitteret coniugatos ordinari. Veruntamen hoc abhorrent Chriſtianæ aures. Plurima fiunt ſiquidem mala, fateor, ſed plura alia enormia euenirent, ſi omnibus id eſſet conceſſum. * Quòd doctiſſime probat. F. Michael de Medina in ſuo illo præclaro opere de Cælibatu lib. 5. reprobando rationes illorũ qui dicebant nuptias debere cõcedi, in c. 110. & 7. rationibus in c. 112. & ſequentibus firmans penitus Dei miniſtros à coniugio amouendos. Vide ibi.

Regiſtr. in epiſtola. Grego.

Panor.

## ARTICVLVS XXXVIII.

### *De impotentia.*

SEQVITVR de alio impedimento, quod dicitur impotẽtia, quod quidem impedit contrahendum, & dirimit cõtractum. Pro cuius elucidatione notandum, ꝙ hoc impedimentum eſt impotentia, non quæcunque ſed ſolum impotentia coeundi, ſiue hoc ſit ex parte viri tm̃, ſiue ex parte fœminæ, ſiue ex parte vtriuſque qũocunq; quis habeat impedimẽtum, quo non poſſit alteri carnaliter commiſceri, impotentia dicitur. 1. Nota.

Secundo notandum, ꝙ huius impotentiæ 2. Nota.

tentiæ



tentiæ duæ ſunt ſpecies, quædã eſt naturalis, proueniẽs ex cauſa intrinſeca, vt eſt frigiditas in viro, & ſimiliter nimia caliditas, & arctatio in muliere, qua ſtante, nullo modo poſſunt ad actum generationis commiſceri. Et idẽ eſt naturalis ex defectu ætatis in vtroque vt eſt ante pubertatem. Alia eſt accidentalis, ex cauſa extrinſeca, vt caſtratio, maleficium. Permittit enim Deus aliquãdo dæmones iſta operari, propter peccata hominum, vt ſuo maleficio tantum valeat, vt qui naturaliter poſſent iungi ad actum generationis, non coniungantur.

De hoc impedi. vide Altiſiodorẽ. 4. p. tracta 9. c. 6. q. 3. S. Tho. 1. p. q. 111. arti. 4.

3. Nota. Notandum tertio, ꝙ impotentia, quæ eſt naturalis, poteſt eſſe vel ad tempus, vel perpetua. Item. Poteſt eſſe, vel cum vna muliere, vel cum omnibus.

4. Nota. Notandum quarto, ꝙ iſta naturalis impotentia poteſt eſſe, ꝙ præcedat matrimonio, vel ꝙ ſequatur. Item. Si præcedat, poteſt eſſe ſcita à contrahẽtibus, vel ignorata. Et maleficium poteſt eſſe temporale, aut perpetuum.

1. conclu. Prima conclu. Impotẽtia ad actum generationis, ſiue ex parte viri, ſiue ex parte fœminæ, ſi præcedat matrimonium, impedit contrahendum, & dirimit contractum. Hanc concluſionem probat S. Tho. Ricardus, & cæteri Theologi. Matrimonium enim eſt quidam cõtractus, quo aliquis obligatur ad debitum carnale ſoluendum: non tenet contractus, vbi aliquis ſe obligat ad reddendum quod non poteſt: ergo nec hic tenebit ille autem qui eſt impotens, reddere non poteſt illud debitum ( vt ſupponimus ) ergo ſequitur ꝙ non valet contractus, neque tenet matrimonium. Concluſio hæc determinata eſt, Extra de frigidis, & maleſ. c. c. Accepiſti. & c. Quod ſedẽ. & c. Ex literis. Quàm oẽs Theologi tractant in 4. Dixi in concluſione. Impotentia ad actum: quia & ſi ſit impotentia ad effectũ generationis, poteſt eſſe matrimoniũ, dum tamen ſit potentia ad actum. Vnde ſenes contrahere poſſunt, licet nõ poſſint generare, dummodò poſſint actum illum exercere. Similiter ſteriles aptæ ſunt ad matrimonium, licet effectum generationis non habeant, habentes tamen actum. Et ſimiliter ſi ſit ſterilitas ex parte viri, nõ impedit quominus matrimonium ſit. Dixi ſi præcedat. De quo ſit ſecunda conclu.

S. Tho. d. 34. Ricar. S. Anto. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 2. Viguer. in ſuis inſtit. Theolo. c. 16. §. 7. ver. 9. Docto. in 4. d. 34.

2. concluſio. Impotentia ad actum generationis, ſiue ſit ex parte viri, vel ex parte fœminæ, vel vtriuſque dummodò ſequatur poſt matrimonium de præſenti nullo modo impedit, nec iam contractum tollit, ſiue fuerit conſummatum, ſiue non. Cõſtat enim ex ſcriptura ſacra Matth. 9. Quos Deus cõiungit, homo non ſeparet. ſed quando iſti duo conuenerunt in vnum, Deus coniungit eos, & verum fuit matrimonium inter eos, cũ eſſent perſonæ habiles ad contrahendum, ergo homo non poteſt ſeparare, ſepararet autem homo, ſi ſolum ex determinatione alicuius doctoris id fieret, quod diſſoluatur per ingreſſum religionis. Hoc equidẽ aliunde videtur habere vim, quàm ex iure poſitiuo humano, quia ex iure Diuino deductum, eo quòd Ioannem vocauit ex nuptijs. 2. concluſ.

Patet ex reg. in 6. Et Cardi, extra de con. & aff. c. De infideli. Marc. 10. Mat. 19. Io. Arbo. lib. 11. theſo. c. 16.

Secundo. Si propter frigiditatem, vel arctationem ſuperuenientem matrimonio legitimæ contracto, poſſet matrimonium diſſolui; ſequeretur ꝙ etiam pariformiter per quamcunque aliam infirmitatem, ſi propterea vir nõ poſſet illum actum carnalem exercere. Vt ſi morbo graui iaceret in lecto: nec eſſet alliqua ſpes ſanitatis, vel aliquo alio modo. Hoc verò eſt falſum, & nulla ratione firmatum.

Tertio. Quando contractus ille matrimonij præceſſit inter perſonas legitimas, verè fuit traditio corporum adinuicem: & nullum impedimentum fuit in illa datione: ergo quicquid ſuperueniat, non annullat contractum legitimè factum: alioqui redderetur matrimoniũ vinculum ſolubile. Hæc eſt ratio docto. ſubti. in 4. Aliqui tamen auſi ſunt affirmare, quòd matrimonium conſummatum diſſoluatur per impotentiam ſuperuenientem, qđ videtur eſſe impium, & male ſentire de tanto vinculo, & de eius indiſſolubilitate

Sco. d. 34. Mat. 19. Mar. 10.

bilitate

Cōtra nō bilitate. Et dicere, ꝙ ſaltim ratum non
nullos ex conſummatum diſſoluitur per talem
Theologis impotentiam ( ſicut aliqui ex Theo-
Panor. logis audent dicere ) exiſtimo falſum
Tur. cre. eſſe, nec bene probari, aut defendi poſ-
33. q. 1. ſe. Satis, eſt hoc concedamus voto ſo-
Palu. d. 27 lenni, quod maius vinculum eſt. Con-
q. 3. cluſionem hanc etiam tenet Panor. in
Ricar. diſ. c. Ex literis. de frigi. & male. Idem Io-
34. q. 2. an. de Tur. crema. c. Quòd autem. in
Cela. d. 34 ſolutione ad 3. Idem do. Palu. in 4. Ri-
q. 1. car. in quo deceptus eſt Celaya, qui
tribuit Ricardo, quòd impedimentū
ſuperueniens dirimat matrimonium.

Ant. Flor. Et contra contrarium affirmantes
3. p. ti. 1. c. adhuc argumentatur, corroborando
12. §. 3. concluſionem. Si impedimentum ſu-
Pal. d. 27. perueniens, matrimonium legitimè
contractum ſolueret, ſequeretur, ꝙ ſi
quis poſt matrimoniū caſtraretur eſſe
ſolutus à matrimonio, ſed hoc non vt
bene. B. Anto. & eſt determinatum. 32.
q. 7. Hi qui matrimonium. Sic deter-
minat Palu. & do. de Tur. crema. vbi
ſuprà. Quare manet, iſta concluſio in
veritate, quòd quomodocunque im-
pedimentum contingat poſt matrimo
nium legitimè contractum per verba
de præſenti, ſiue ſit poſt conſumma-
tionem, ſiue ante, nunquam diſſolui-
Mat. 17. tur matrimoniū. Nam quod legitimè
priùs factum eſt, nō poteſt diſſolui per
quodcunque eueniens.

Obiect. 1. Contra hanc concluſionem videtur
eſſe tex. in titulo allegat. cap. Ex lite-
ris. vbi dicitur in textu, quòd cùm
quidam vir quādam duceret mulierē,
& cū ei debitum reddere viro ſit facta
inutilis. &c. Reſpondet ibi ſummus
Pontifex, quòd ſi vitiū illud à natura
contraxit, neque ope medicorum po-
terit adiuuari, viro aliam accipiendi
liberam tribuas facultatem. Ex iſto
textu videtur opinio aliorum dicen-
tium contrarium, roborari. Hic enim
dicitur, quòd poſt matrimonium, gra-
uem contraxit infirmitatem, ita vt in-
utilis facta ſit viro: & nihilominus sū-
mus Pontifex dicit diſſoluendum ma-
trimonium.

Solutio. Reſpon. ꝙ non eſt textus contra co
clu. ſed pro ea. Nam ſi bene intelliga-
tur expreſsè ibi dicitur, quòd vir non
potuit cognoſcere eam, & quòd grauē
contraxit infirmitatem. Ex quo appa-
ret, quòd impdimentum impotentiæ
actus carnalis, præceſſit matrimoniū:
& quòd quandiu ſimul fuerunt magis
apparuit per infirmitatem, & morbū
ſubſequutum: ſicque ſolum diſſolui-
tur quando impedimentum præceſ-
ſit. Et ibidem in text. gloſſ. ſic decla- Gloſſa.
rat quòd intelligatur de impedimēto
præcedenti. Quia ſi de ſequenti, non
diſſolueretur. Et abſque dubio in om
nibus capit. in titulo citat ſemper fit
mentio, quando agitur ad diſſolutio-
nem de impedimento quòd præceſſit.

Secūdo poteſt etiam opponi deter- 2. obiect.
minatio expreſſa Gregorij iunioris. 2.
q. 7. c. Quòd propoſuiſti. vbi determi-
nat Gregorius, quòd propter infirmi-
tatem ſuperuenientem in fœmina, ſi
non poteſt reddere debitum, poterit
vir aliam ducere.

Reſpon. Hoc dictum eſſe falſum, & Solutio.
non tenendum, quia contra doctrinā
Euangelicam. Et Gratianus ſic dicit Gratian9.
ibidem. Si autem objciatur, quòd
omnia dicta Grego. iunioris ſunt ap-
probata per Leonem quartum. 20. d. c.
De libellis. Dicendum approbata eſſe
illa, in quibus benè dixit. At quia in
hoc apertè male loquutus eſt, repro-
batur ab omnibus. * Vel melius ſi ſol-
uamus ſummum Pontificem locutum
de impotentia perpetua quæ præceſ-
ſit, ꝙ egregiè declarat Michael de Me-
dina in ſuo de Cælibatu lib. 5. c. 93.

3. concluſio. Si impotentia ad actum 3. conclu.
carnalē nō ſic perpetua, ſed ad tēpus,
& talis, quæ artificio medicorū curari
poteſt, nullo modo impedit matrimo-
nium. Expreſsè ex. c. Laudabilem. vbi Sco. d. 34.
determinatur, quòd per triennium
maneant coniuncti, vſque dum videa-
tur, ſi impedimentum eſt perpetuum.
Sequitur ſi non eſt perpetuum, non
diſſolui. Et probatur. Quia ſi per hoc 1. Ratio.
diſſolueretur, quòd ad tempus eſt im
pedimentum, ſequeretur, quòd etiam
ſi impotens eſſet ad actum carnalem
propter aliā infirmitatem, poſſet diſ-
ſolui, & talis infirmos, non poſſet ma-
trimo-



trimoniū contrahere, quod eſt falſum.
2. Ratio. Item. Probatur ex expreſſa deter-
minatione in c. Fraternitatis tuæ. eod.
titu. vbi dicitur, quòd ſi fuerit ma-
trimonium diſſolutum propter hoc,
quòd iudicatum eſt eſſe impotentiam
perpetuam: ꝙ ſi poſt, contrarium ap-
pareat, debet matrimonium reintegra
ri. Quia Eccleſia fuit decepta, iudi-
cans perpetuum, quod verè non erat
perpetuum. Sequitur ergo, ꝙ ſi tem-
porale ſciret, nullo modo diſſolueret.
Doc. theo Iſtam concluſionem tam de impoten-
lo. diſt. 34. tia, quàm de maleficio, tenent commu
4. ſenten. niter doctores Theologi. Et Iuriſcon-
ſulti eodem titulo.

4. conclu. 4. concluſio. Si quis contraxit cum
muliere arcta, cui ſubueniri poteſt per
inciſionem ſine periculo, tenet matri-
monium: neque ipſa volente poteſt
ſolui. Probatur ex præcedenti. Quo-
tieſcunq; enim impedimentum eſt tē-
porale, non impedit, ſed tale eſt cui
per inciſionem ſine periculo ſubueni-
Palud. d. re poteſt. Sic Palude, & communi-
34. q. 2. ter doct. Dico, ſine periculo. Quia ſi
eſſet cum periculo ſuo, nō teneret ma
trimonium, ipſa reclamāte, Iudicare-
tur enim perpetuum. Hæc concluſio
videtur expreſſe determinata in c. Ex
literis. ſuprà allegato.

5. conclu. 5. concluſio. Mulier iuncta viro
matrimonialiter, à quo cognoſci non
poteſt per opus medicorum, nec per
vſum proprium, ſi celebrato diuortio
ab alio cognoſcatur, cum quo contra-
xit matrimonium, non debet reddi
primo, ſed ſtabit cum ſecundo. Hæc
1. Ratio. probatur. Quia impotentia ſi eſt per-
petua, cum quocunque ſit perpetua,
impedit, neque matrimonium tenet,
ſed tunc talis eſt perpetua, quando
per actum ſuum non poteſt quis mu-
lieri carnaliter commiſceri, vel arti-
ficio medicorum.

Palud. d. Præterea. Matrimonium primum
34. non tenuit, & ſecundum fuit validum,
quandoquidem ceſſauit talis impotē-
tia: ergo ſequitur ꝙ ſi validum fuit,
Sylue. in non poteſt diſſolui quod fuerit vali-
verb. di- dum, cùm nullum interfuerit impedi-
uor. §. 19. mentum. Sic expreſſe Palude in 4. d.
ſuprà dicta. Idem tenet Syluester, & s. Ant. 3. p.
dicit eſſe de mente. S. Thom. quod tit. 1. c. 12.
credo ita eſſe. Idem Archiepiſcop.
Florent.

Sed contra iſtam concluſionem vi- Obiectio.
detur textus expreſſus in iure, titulo
eodem. c. Fraternitatis. vbi dicitur, ꝙ
celebrato diuortio propter impedi-
mētum mulieris, ſi poſt fuerit cognita
ab alio viro, debet reddi primo, etiam
ſi cum ſecundo contraxit. Quia Ec- Solutio.
cleſia fuit decepta, iudicans impedi-
mentum eſſe perpetuum, quod non
erat. Reſpondetur, ꝙ ſi bene intelliga-
tur textus, non eſt contra concluſio-
nem. Quia textus intelligitur, quando
de facto ita eſt, quia potuit cognoſci à
primo viro, licet id fuerit ſucceſſu tē-
poris. Tunc enim verum eſt, quia pri-
mum fuit validum, eò, ꝙ impedimen-
tum non fuit perpetuum. Et tamen ſi
nullo modo ab eo poſsit cognoſci per
actum proprium, eſt perpetuum impe-
dimentum. Quòd autē iſte ſit ſenſus,
apparet ex eo, quod in litera dicitur.
Quia ſententia per errorem licet pro
babilem nouimus eſſe latam. Sequi-
tur ergo ex iſtis verbis, quòd eo iubet
reddi primo quia exiſtimauit impedi-
mentum perpetuum, ſed inuentum
eſt cōtrarium. Sic ergo per proprium
vſum ſemper eſt perpetuum, intelligi-
tur ꝙ non dabitur primo, quia nun-
quàm fuit matrimonium cum primo,
ſed bene cum ſecundo. Et probatur ex
glo. ſuper eadem verba dicente. Intel- Glo.
lige ꝙ error iſte euenit in aſpectu cor
poris, in quo matronæ deceptæ fue-
runt, quia manus, & oculus obſtetri-
cum ſæpe fallitur. De probationibus
cauſam matrimonij. Et 27. quæſtio.
prima. Nec aliqua. Gloſ. ibidem.
Sicq; tenendum tanquàm verum, ꝙ
ſi impotentia eſt circa omnes, impo-
tens eſt inhabilis ad contrahendum. Si
tamen impotentia ſit circa vnā perſo-
nam tantum, erit talis inhabilis ad il-
lam perſonam, ſed habilis ad alias, ſiue
hoc ſit ex parte viri, ſiue ex parte fœ-
minæ, ſiue ex parte vtriuſque. Nam
ad paria quantum ad hoc iudicantur.

6. concluſio. Vir, ſiue ſit ſpado, ſiue 6. conclu.
ſenex,

ſenex, qui poteſt actum exercere carnalem,& ſeminare,licet inualidè ad generationem,contrahere poteſt: non tamen ſi ſemen nullo modo emittere poteſt. Concluſio hæc prætendit, quòd dato aliqui ſint impotentes propter hoc,ꝙ non mittunt ſemen validum ad generationem, ſed tamen ſeminant, & actum carnalem exercēt, ſunt apti ad matrimonium. Si tamen nullo modo ſeminare poſſint, vel dato poſsint, non tamen in vaſe naturali, tales ſunt impotentes, & non poſſunt matrimonio coniungi. Probatur quantũ ad primam partem.Quia tales poſſunt matrimonium cõtrahere, qui poſſunt talem actum exercere, ad quem obligantur per matrimonium, huiuſmodi autem qui ſeminare poſſunt,licet debiliter, actum illum exercere poſſunt.

Viguerius in ſuis inſti.theolo. c. 16. §.7. ver. 9. Docto. d. 34.

Ratio 1.p.

Ratio 2.p. Secũda pars, ꝙ alij qui non poſſunt emittere ſemẽ,ſint inhabiles,patet 32. q. 7. Eò enim talis eſt impotens ad contrahendum, qui non poteſt actum reddere,ad quem obligatur: ſed qui nullo modo ſeminare poteſt: non poteſt reddere actum ad quẽ obligatur, quia non poteſt efficere actum generatiuæ virtutis. Hæc Palud. in loco ſuprà allegato. Vnde non contrahitur per hos affinitas.Hanc etiam ſententiam tenet Scotus, Ricar.q.1.arti.2.dũmodo nullo ingenio,vel arte mederi poſſit vt habeat copulam.Quanuis Panor. teneat contrariũ quia putat eſſe accidentale.

Palu.d.27 & 34. Sco. d.34. Ricar. contra Panor.

7. conclu. Cõtra Palud. 34.q. 2. concl.3. & contra Celaia. d. 34.q. 1.& alios doc.

7.concluſio.Impotentes ſcienter cõtrahentes,vel etiã quando alter eſt impotens ſolũ, ſed tamen ſcienter, ſi ſint impotẽtes perpetua impotẽtia, nullo modo cõtrahunt, & ſeparari poſſunt. Hæc cõcluſio videtur habere difficultatem,ſed eam probo cõtra aſſerentes contrarium: ex iure poſitiuo fundato in iure naturali & Diuino. Impotẽtes ſunt perſonæ inhabiles ad contrahendum, ergo ſiue ignoranter, ſiue ſcienter contrahant inter ſe, non eſt validus contractus, & matrimonium non tenet. Conſequentia eſt bona,& antecedens eſt verum, ergo & conſequens.

Cõfirma. Et confirmatur. Si eſſet hoc verum, ꝙ inter eos eſſet matrimoniũ, ſequeretur, quòd ſi duo cõſanguinei in gradu prohibito ſcienter contraherent, teneret matrimonium, cùm nõ ſit potior ratio de vno, quàm de alio: conſequens autem eſt falſum,ergo & antecedens. Nam ſiue ſcienter, ſiue ignoranter perſonæ inhabiles contrahant, non tenet contractus. Et ſi in iſtis impotentibus eſſet validũ quia ſcienter, & in alijs ſimiliter. Hanc opinionem videtur ſequi expreſsè. Ricardus in 4. Idem tenet Innocentius in eodem titulo, qui dicit, quòd ſi cum alio contrahat,tenet matrimonium.Sequitur ergo quòd primum non fuit validum.

Ricard. d. 34. art. 2. q. 2. Innocen.

Item.Quia hoc impedimentum (vt infrà nos dicemus) non eſt ſolũ ex iure poſitiuo,ſed ex Diuino,& naturali. Quare ſiue ſcienter, ſiue ignoranter tales impotentes contrahant, non eſt verum matrimonium.

Obiectio. Sed tamen contra iſtam concluſionẽ videtur eſſe expreſſe determinatio ſummi Pontificis in c.Conſultationi. eodem titulo. vbi habetur, ꝙ tales impotentes contraxerunt, & petierunt diuortium. Determinatum eſt, ꝙ non fiat diuortium, ſed ꝙ quàm nõ poteſt habere vt vxorem,habeat vt ſororem. Ex quo ſic arguitur apertè. Quando quidẽ non eſt celebratum diuortium, ſequitur ꝙ fuit vinculum indiſſolubile contractum, quod non eſt niſi per matrimonium.

Mat. 19.

Solutio. Reſpon. Quòd in illo textu dicitur, ꝙ ſint velut ſorores,non tamen declarat eſſe matrimonium, ſed loquitur conſultiuè, & non præceptiuè. Quia ibi dicitur,quòd incredibile eſt matrimonium eſſe inter tales impotentes. Nihilominus autem Eccleſia Romana in talibus conſueuit iudicare, ideſt, conſueuit,vt tales ſe habeant ſicut ſoror, & frater. Ex verbis textus apertè declaratur, ꝙ ſit cõſilium,& non præceptum, ſicut intelligit Ricardus in loco allegato.Idem gloſ.in dicto capitulo. Alij reſpondent ad textum vt intelligatur ꝙ ſit ibi, vbi eſt impotentia, & matrimonium initiatiuum, ſed non conſummatiuum. Quod eſt dicere, ꝙ maneant vt ſoror & frater. Et quidem mihi

Ricar. vbi ſupra. Gloſſa.



mihi contigit caſus in nouo orbe, & quia impotens tactus habebat impudicos, vt fieret diuortium conſului. * Hanc 7.conclu. poſt primam noſtram æditionẽ egregie probat, vt alia ſolet magiſter Soto in 4.ſent.d.34.artic.2. qui & reſpondet obiectioni. Verum cum hanc tertiam parare contenderẽ editionem legi opus elaboratum à doctiſſimo viro Michaele de Medina de Cœlibatu,qui in li.5.in c.74. & ſequẽtibus contendit probare matrimoniũ poſſe eſſe, etiam ſi alter ſit impotens qui tantum apud me potuit, vt plane exiſtimem hanc eſſe probabiliorẽ opinionem, & conuenire cum Pontificis determinatione, & quia video nõnullos ſic coniugatos eſſe, & permittitur imò de nouo admittit, vt fœmina volens cum ſpadone contrahere, non repellatur ob impotẽtiam cõſortis, qua propter mutare ſententiam placet.

8. conclu. Ratio cõcluſio. Caſus qui in Hiſpania conti.

8. concluſio. Mulier quæ de præſenti contraxit, ſi ex ſententia medicorum ſine mortis periculo parere nõ poſſit, ipſa petẽte, matrimonium diſſoluitur. Quòd ſi poſt reperiatur aliunde peperiſſe, primo viro reſtitui debet. Pobatur. Quia in facti contingentia euenit in Hiſpania. Nam talis dicitur impotens ad contrahendum, quæ non poteſt ſine detrimento vitæ reddere actũ ad quem obligatur per matrimonium, ſed ſic eſt quod talis eſt huiuſmodi. Patet ex eo, ꝙ ſi reddat debitum, iam hoc eſt naturale ipſam concipere, ſed ex hoc ꝙ concipiat, mors ſequetur in partu.

Cõfirma. Cõfirmatur ex ſuperiùs dictis. Mulier quæ nõ poteſt cognoſci à viro niſi cum periculo incidatur, non verè cõtrahit, ſed diſſoluitur. Ergo à fortiori quæ nõ poteſt parere ſine mortis periculo. Idem dicendum, ſi debitum non poteſt reddi ſine periculo mortis.

Palu. d.34 q.2.

Sed ꝙ debeat reddi primo, ſi poſt inuenta fuerit peperiſſe, vel debitum reddidiſſe, patet ex. c.Fraternitatis. iam allegato.

9. conclu. 9. concluſio. Mulier quæ ſeminare non poteſt, ſi cum viro contrahat qui poteſt ſeminare, tenet matrimonium, diſſolui non poteſt.Probatur.Quia ex ſententia communi medicorum, ad generationem ſufficit ſemen viri, neq; requiritur ſemen mulieris:ergo etiam ſi ipſa ſeminare non poſſit, nullum eſt impedimentum, quominus matrimonium valeat. Quod ſecus eſſet, ſi vir non poſſet, & ipſa ſic. Nam non poſſet tunc eſſe generatio. Hanc ſententiam tenet quidam grauis doctor, & alij communiter neceſſario debent dicere.

Ariſto. S. Tho. 1. par. q. 32. arti.4. S. Tho. in 4.d.34.ar. 2. ad 6.

10. concluſio. Impuberes contrahentes ante tẽpus, quo poſſint generare, etiam ſi habeant vſum rationis, verè habent impedimentum, quo matrimonium eſt nullum, ſicut eſt.14.annus in viro, & in fœmina.12.Extra de deſponſatione impuberum c.Atteſtationes. Et in alijs capitulis, eodem titulo. Ratio eſt. Quia impotentia impedit, cùm non poſſint habere actum illum, ad quem conuenerunt: ſed impuberes non poſſunt talem habere actum (vt ſupponimus) regulariter loquendo. 10. concl.

Ariſt.9.de animali.

## ARTICVLVS XXXIX.

### *De matrimonio impuberum.*

QVia fortè alibi non erit locus aptus tractandi exactè de matrimonio impuberũ, & de ſponſalibus, cùm materia ſit valde neceſſaria,præcipuè illis, qui inter noui orbis neophytos miniſterium exercent, eo ꝙ apud eos moris ſit iungi ante pubertatem, hic tractandum duximus.

Et primo quæritur, Vtrùm ſi aliqui habentes vſum rationis, tamen ante pubentatem coniuncti ſunt in matrimonio,impediat de iure Diuino, vel naturali. Qnia cùm noui orbis incolæ nõ tenerentur legibus humanis, ſed naturalibus, ſi ſolum in iure poſitiuo eſſet impedimentũ, non teneret in ipſis vim, ante fidem ſuſceptam,

1. Conclu. Prima concluſio. Licet impedimentum ſit contrahere ante pubertatem, etiam ſi ad ſit vſus rationis, hoc tamen ſolum eſt de iure poſitiuo humano, & non Diuino, ſeu naturali. Probatur Quia illud, quod non eſt impedimentum perpetuum, de iure Diuino, aut naturali non impedit: ſed hoc non eſt perpetuum, ſed temporale. Quia ſtatim poterit eſſe generatio. Hanc concluſionem tenent communiter omnes Theologi, & Panormit. in cap. Puberes. contra gloſſam.

Viguerius libr. inſtit. Theo. c. 16 §. 7. ver. 9.

Panor.

Cõfirma. Confirmatur. Si de iure Diuino impedimentum eſſet, etiam ſi duo per duos annos conuenire non poſſent propter aliquam infirmitatem, ſequeretur, quòd non poſſent contrahere vſque ad illud tempus: ſed hoc eſt falſum etiam ſecundum ius poſitiuum, ergo ſequitur quòd hoc impedimentum ſolum eſt de iure poſitiuo humano. Nam ſi adeſt vſus rationis ad contractum celebrandum, etiam ſi poſt duos, vel tres annos non poſſit eſſe actus, erit verum matrimonium ſecundum ius Diuinum cum iudicetur impedimentum temporale, & non perpetuum. Quare ſequitur, quòd ſi qui inter noui orbis indigenas tempore infidelitatis iũ cti ſunt, quando habebant vſum rationis, licet non poſſint conuenire propter defectum ætatis, quòd erat verum matrimonium, exiſtimo enim apud aliquos eorum antè eſſe ætatem ad generandum, quàm ad deliberandum, vt experientia conſtat.

Corolla. Tiraq. lib. 6. connub. nu. 26.

2. conclu. Secunda concluſio. Impuberes, qui ex iure poſitiuo contractum matrimonij non poſſunt facere, illi ſunt, qui generare non poſſunt, ſiue ſint minoris, vel maioris ætatis ſupra 14. ſiue infrà. Hæc determinatur in cap. Puberes. vbi tales puberes vocat, qui generare poſſunt. Attamen quia vt in plurimum homo generare poteſt 14. anno, & fœmina concipere 12. determinauit ætatem in viro eſſe 14. annum, & in fœmina 12. ad contrahendum. Extra eod. tit. cap. Tuæ nobis. Et cap. Ex literis. Et c. Continebatur.

Ariſt. 5. de ani. li. c. 14 & 7. c. 1. Macro. li. 1. de ſom. S'cipi. c. 6. & lib. 7. Sat ur. c. 7.

Tertia concluſio. Minores 14. anno & 12. qui de facto contraxerunt, ſi matrimonium conſummant ante legitimam ætatem, verum eſt matrimonium. cap. A nobis. eodem titulo. Ratione ſic probatur. Tota ratio, qua re tales à iure inhabiles redduntur ad contrahendum, eſt propter impotentiam ad illum actum. Sequitur ergo, quòd ſi ante conſummauerunt, quòd ſunt potentes, & per conſequẽs quòd matrimonium tenet. Eſt enim præſumptio iuris, & iure, contra quàm non admittitur probatio in contrarium. Sic intellige tamen, vbi verè interuenit copula, ſecùs ſi ſolum fuerit niſus ad copulam: nam tunc non valet, vt patet eodem titul. cap. Atteſtationes.

3. conclu. Supple. d. 36. q. vni. ar. 3. in fi. Floré. 3. p. ti. 1. c. 19.

Niſus ad copulã ante pubertatem nõ ſufficit ad matri.

Quarta concluſio. Impubes deſpõſata, & traducta, ad annos nubiles veniens, & diuortium petens: dicens ſe non conſenſiſſe, non auditur, ſi vir affirmat eam cognouiſſe, & iuramento firmauerit. Patet, eodem titu. cap. Continebatur. Hoc verò intelligendum, vt Panormi. in iſto loco, quòd iſta ſit proxima pubertati, vt attingens 10. annum. Alioqui ſi minor ſeptennio, nullo modo matrimonium eſt, nec ſtandum verbo viri affirmantis. Item, ſi maior ſeptennio, ſed tamen non apta ad concipiendum, non eſt credendum verbo ipſius viri, etiã ſi iuramento affirmet, ſed adducendæ ſunt matronæ, quæ idipſum teſtificẽtur. Poteſt enim vir virginem defloraſſe, & ipſa inuita, ob quod non eſſet matrimonium. Panor. Quæ intellige in foro exteriori, in foro autem conſcientiæ non ſic. De quo ſit quinta concluſio.

4. conclu.

Panor.

Couar. 2. p. epit. c. 5.

Panor.

Quinta concluſio. Si ante pubertatem vir cognouerit puellam, quam traduxit, & ipſa in animo non diſſenſit, verum eſt matrimonium, etiam ſi non habuerit tunc expreſſum conſenſum: dummodò fuerit apta ad cõcipiendum: Probatur. Impedimentum hoc ſolum eſt ex iure poſitiuo, vt ſuprà diximus, ergo tandiu tenebit, quantũ expreſſum eſt in iure: in

5. conclu. S. Ant. 3. p. tit. i. c. 19

Maior. d. 29. q. 2.





iure autem expreſſum eſt, quod ſi fuerit cognita à viro, & affirmet vir, ei creditur, ergo verum eſt matrimoniũ. Nam ſtando in iure naturæ erat matrimonium, & ius poſitiuum non contrariatur, quia declarat illud matrimonium. Et quidem quòd ante annum 12. poſſit aliqua puella eſſe apta ad generationem, fatetur Albertus Magnus, qui in 4. ſen. d. 27. art. 13. ait ſe vidiſſe anno 9. concipere, & 10. parere. Et Iacobus de Forliuio. ſen. prima doctrina ſuprà primi canonis. dicit ſe audiſſe à quodam fide digno quod puella ſolum 8. annorum fuit prægnans Papiæ. Dixi, ſi non diſſentit, quia ſi diſſentit, in iure naturæ ſtando, non tenet tale matrimonium. Et in foro conſcientiæ nullum erit. * Hic ſermo non eſt de Pigmeis de quibus Ariſt. in 8. de hiſtoria animalium. c. 12. 5. anno ætatis, aſſerit fœminas concipere, & bellum habent cùm gruibus, & horum mentionem facit Olaomagnus in hiſtoria de gentibus Septemtrionalibus, de quibus nos alibi in Phyſicis ſpeculationibus.

Viguer. in ſuis inſtit. theo. c. 16. §. 7. ver. 9.

Albertus Magnus.

6. conclu. Sexta concluſio. Impuberes minores 14. in viris, & 12. in fœminis, etiam ſuprà ſeptennium vterque non debet matrimonialiter iungi, etiam ſi alter ipſorum ſolum ſit pubes, niſi aliqua vrgentiſſima neceſſitate interueniente. Hoc eſt determinatum extra de deſponſ. impube. cap. Vbi non eſt conſenſus. Ratio huius textus. Quia cum ibi deficiat ætas, poteſt poſtea impubes reclamare cùm venerit ad ætatem: & matrimonium diſſolueretur. Ob hoc vitandum optimè prohibitum. Et neceſſitatem vrgentem explicat, vt ſi eſſet pro bono pacis. Ex quo patet, quòd eſt peſſimus vſus, quòd in ætate incongruenti copulentur, ſicut apud incolas noui orbis fieri ſolebat.

# ARTICVLVS XL.

## De impedimento maleficij.

PRo debita intelligentia huius impedimẽti notandum eſt, quod dæmon eſt tantæ poteſtatis, vt (Deo permittente) poſſit hominem impedire ab omnibus operationibus ſuis exterioribus. Habet quidem, ex hoc quod ſpiritus eſt, poteſtatẽ ſupra creaturam corporalem ad motum localem prohibendum, vel faciẽdum, adhuc ipſa inuita. Et poteſt impedire ne ſimul appropinquent directè, vel indirectè, interponendo ſe in medio, aliquo corpore formato, ſicut accidit ſponſo, qui ſibi Idolum deſpõſauerat, & nihilominus contraxit cũ quadam iuuencula, & propter hoc non potuit eam cognoſcere. Vnde poteſt dæmon (Deo permittente) ſemper interponere, ſe aliquo corpore formato, ne vir poſſit propriam vxorem cognoſcere. Vel poteſt facere, quod ipſe vir, etiam ſi velit, non moueatur ad illud.

1. Nota.

S. Tho. p. p. q. 110. ar. 2. & 4.

S. Tho. p. p. q. 111. artic. 4.

De hoc ſupra. ar. 38. nota. 2.

Item, poteſt interiùs inflãmare ad actũ, mouendo humores. Et põt refrigerare ab actu illo, adhibẽdo virtutes rerũ occultas, quas ipſe nouit validas. 2. Nota.

Poteſt etiam hoc facere mouendo, vel turbando imaginationem viri circa mulierẽ, qua reddat ipſam exoſam viro ſuo, vt nunq̃ accedat ad eam. 3. Nota.

Itẽ 4. poteſt cõtingere quod impediat, prohibendo miſſionem ſpirituum ad membra, in quibus eſt virtus motiua, quaſi intercludendo vias ſeminis, ne ad vaſa generationis deſcendat, vel ſi deſcenderit, ne recedat, vel ne excidatur: & impediatur actus generationis per huiuſmodi maleficiũ. De quo vide Palu. in 4. d. 34. q. 2. art. 3. His ſuppoſitis, ſit prima concluſio. 4. Nota.

Palude.

Prima concluſio. Maleficium ſi perpetuum ſit, & matrimonium præcedat, impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. Concluſio 1. conclu.

hæc videtur fuiſſe expreſsè determinatá in eodem titulo. Si quidem, dato nõ ſit expreſſum de maleficio, cùm tamen ſit expreſſum de impotentia coeundi, ſequitur, ꝙ ſiue ipſa impotentia naturalis ſit, ſiue accidentalis, dũmodò perpetua ſit, & præcedat, impedit matrimonium. Sic intelligunt omnes docto. vno excepto Inno. qui dicit contrarium. Sed tamen Panor. in eodem ti. c. Literæ. reprobat opinionem Innocen. & motiua, & ponit ſecũdum communem opinionem hanc ſententiam. Dixi. Si præcedat. Nam ſi ſequatur, nullo modo impedit, ſicut ſuprà determinauimus, & eſt ſententia Panorm. in eodem tit. & omnium Theologorum, quos contigit videre. Dixi. Si ſit perpetuum. Quia ſi ſit temporale, nullo modo impedit, ſicut iã ſuprà probauimus de impotentia naturali coeundi, quæ ſi erat temporalis, nullum præſtabat impedimentum.

Cõtra Innocent.
Panor.
Sup. ar. 38 D. 34.

2. conclu.

2. concluſio. Ad cognoſcendũ, vtrũ maleficium ſit perpetuum, nec ne, ſufficit ſi per triennium ſimul cohabitauerint, nec conſummare potuerunt. Hæc expreſsè ibidẽ in c. Laudabilem. vbi præſumitur eſſe perpetuum, ſi per triennium non potuerunt ſimul conuenire. Imò ſi antè appareret eſſe perpetuum per aliqua ſigna, eſſet antè diſſoluendum, vt ibidem patet. Hæc concluſio eſt notãda, quia datur ꝙ per triennium det operam ad cognoſcendum eam. Dixi notandam conclu. propter illa, quæ nos in fine tertiæ partis ſumus dicturi, quomodo ſtante dubio de legitimo coniuge, poteſt quis non ſolum reddere debitum, ſed petere. Vide ibi art. 18.

Sco. d. 34.
Nota.

3. conclu.

3. concluſio. Quando dubium eſt, vtrùm maleficiũ præceſſerit, an ſequutum fuerit matrimonium, præſumendum eſt præceſsiſſe. Hanc concluſionem tenet Panor. in eodem tit. c. Fraternitatis. Nam ex quo non conſummauerunt matrimonium, & nunquam coniuncti ſunt, ne maneant tales illaqueati, iudicatur præceſsiſſe.

Panor.

Obiectio.

Sed contra iſtam concluſionem eſt tex. in c. Licet. in fine. Extra de teſtibus, ꝙ in dubijs eſt ſentẽtiandum pro matrimonio. Sequitur ergo ꝙ quandiu hic eſt dubium, vtrùm præceſsit impedimentum maleficij, vel ſequutũ eſt: ꝙ debet iudicari pro matrimonio. Reſp. Panor. ibi, quòd ille textus intelligitur, quando matrimonium poteſt habere ſuum effectum, ſcilicet, euitationem fornicationis, vel bonum prolis, quod hic non eſt, propter impotentiam coeundi. Et nota ſingularem limitationem ad illud. c. vt nunquam præſumatur pro matrimonio in dubio, quando non poteſt habere ſuum effectum. Et do. An. in c. Literæ. eodẽ tit. Idem tenet Ricar. in 4. & Syluester. Et tandem eſt communis opinio.

In dubio ſententiãdum pro matrimonio.
Solutio.
Anton. Ricard. d. 34. Sylueſt. in verbo matri. 8. §. vltimo.

4. conclu.

4. concluſio. Si maleficium ſolum eſt ad vnum, vel ad vnam, licet matrimonium non ſit inter illos, inter quos eſt impedimentũ: poterit tamen eſſe, ſi cum alijs contrahant: cum quibus non eſt tale impedimentũ. Concluſio hæc eſt manifeſta. Nam ſi propter impedimentũ maleficij non potuit matrimonium eſſe, vbi non ſit tale impedimentum, ſine dubio ſi perſonæ ſunt legitimæ, poterit & talis cõtractꝰ celebrari.

# ARTICVLVS XLI.

## *De furia & amentia.*

PRO cõplemento huius impedimẽti quęritur, Vtrùm furia, & amentia impediãt matrimonium, ita ꝙ ſi de facto contrahãt, nullũ ſit, ſicut diximus de maleficio.

Nota 1.

Pro ſolutione notandũ, poſſe eſſe, quòd furia, vel amentia ſint continuæ in homine, vel quòd ſint lucida interualla.

Nota 2.

Item, poteſt contingere, quòd præcedat matrimonium, vel ꝙ ſequatur. Et idem de ebrietate. Pro quo ſit prima concluſio.

1. conclu.

Prima concluſio. Furia, vel amentia in illo qui non habet lucida interualla, ſi matrimonium præcedat, impedit



pedit contrahendum, & dirimit iam contractum. Ad matrimonium enim verum requiritur conſenſus, vt ſuprà latè probatum eſt: ſed vbi eſt amentia, vel eſt furia, deficit conſenſus, ergo nullum eſt matrimonium. Antecedens patet pro maiori. Et minor probatur. Vbi eſt furia, vel amentia perpetua non poteſt eſſe verus cõſenſus. Patet. Vbi non eſt plena libertas, ibi non eſt plena cognitio, nec poteſt eſſe aliquo pacto verus conſenſus: ſed ſic eſt in amente, vel furioſo. S. Tho. in 4. Et eſt cõmunis opinio. Nam ſi puer non poteſt matrimonium contrahere, cùm ſit puer, quia non poteſt tali ſe vinculo obligare, quantò magis furioſus, vel amens? Et noſtris temporibus contigit. Nam Dux Methinæ Sidoniæ contraxit, cùm eſſet primogenitus, & poſt diſſolutum eſt matrimonium, & contraxit ſecũdo loco natus, cum eadem. Si quidem declaratum fuit, ꝙ primogenitus erat amens, & non potuit contrahere, neque iura primogeniture habere.

Art. 2. & per omnia de conſenſu.
S. Tho. d. 34. art. 4.
Dux Methinæ.

2. conclu.
Ratio.

2. concluſio. Furioſus, vel amens habens lucida interualla, poteſt in illis contrahere, & contractus tenet. Tota enim ratio, quare dicebamus eſſe impedimentum, erat, quia non poterat eſſe in amentia, & furia perfectus, & requiſitus conſenſus: ſed tamen in illo qui habet lucida interualla, poteſt eſſe perfectus conſenſus, quando non eſt in amentia, ergo contrahere poteſt.

3. conclu.

3. concluſio. Si tamen furia, vel amẽtia ẽt ꝑpetua ſequatur matrimoniũ, nullo modo diſſolui poteſt. Nam illud quod à principio tenuit, nullo modo diſſolui poteſt, niſi per aliquid in iure expreſſum: ſed in iure ſolum eſt expreſſum de voto religionis, ꝑ quod matrimonium ratum non conſummatum, diſſoluitur. Et inter infideles, in caſibus traditis ab Apoſtolo, vt in 2. par. dicemus in fine, vt in c. Gaudemus. Extra de diuor.

Mat. 19.
1. Cor. 7.
Art. 28. & vltrà.

4. conclu.

4. concluſio. Si quis tempore quo ebrius eſt contrahat, matrimonium non eſt validum, ſi in ſana mente de nouo non contraxit. Ratio eſt. Ad matrimonium requiritur deliberatus cõſenſus, ſed talis deliberatus conſenſus non eſt in ebrijs: ſicut & de furia dictum eſt. Hoc dummodò poſteà nõ ratificet, quia valebit. Non tamen prout antè, ſed vt pro tunc: cùm tunc debitus, & ſufficiens affuit cõſenſus. Nec ſufficit ad hoc mutua cohabitatio, vel aliquid ſimile, niſi adſit de nouo conſenſus ſaltim interior. Nota valde iſtam concluſionem pro Indis, quia frequenter contingebat, ꝙ tẽpore infidelitatis ebrij ſumebant ſibi vxores, & poſteà relinquebant.

Ratio.
Nota pro noui orbis incolis.

5. conclu.

5. concluſio. Si aliquis habens liberum vſum rationis, conſenſit in matrimonium: ſed non explicuit conſenſum verbis, aut ſignis, niſi quando in ebrietate, vel amentia poſitus eſt, non eſt matrimonium validum. Nã ad matrimonium perfectum requiritur conſenſus deliberatus, expreſſus ſignis, vel verbis: ſed ſic eſt, quòd in tali caſu nõ interuenit talis conſenſus. Quia à principio & ſi fuit conſenſus deliberatus, tamen cùm fuerit ſolum interior, non fuit ſufficiẽs, vt nos in principio probauimus, ergo tunc non fuit matrimonium. Nec ſecundo fuit, quãdo in amentia verba protulit. Verba enim non ſufficiunt, niſi adſit interior conſenſus. At cùm tunc defuit, ſequitur non eſſe matrimonium.

Supra artic. 2. & 3. & per omnia de cõſenſu.
The. d. 26 & 27.

Dubiũ 1.

Hic circa amentes dubium poſſet eſſe. An amens poſſit petere debitũ. Nam videtur quòd non. Quia concubitus innaturalis, & velut brutalis videretur. Reſpon. amenti, licet petere, ſicut & ebrius poteſt. Sed an ille qui eſt ſanæ mentis poſſit denegare, dubium eſt. Sed videtur quòd teneatur reddere petenti: Nam ex quo alter habet ius, non eſt denegandum, & ita tenendum.

Solutio.

Dubiũ 2.

Sed adhuc eſt dubium. An dato inter illos qui ſunt perpetuò amentes non poſsit eſſe matrimonium, liceat eos coniungere. Scio aliquando factum in nouo orbe: Et videtur, ꝙ ſic, ad modum quo duo bruta poſſunt commiſceri. Reſpon. quòd non licet.

Vigue. in inſtitut.

Theo.c.16 cet.Eſſet enim nocumentum prolis na
§.7.ver.9. ſciture, quæ non eſt neceſſe ſit amens,
ſed poteſt eſſe ſane mentis, quæ à parentibus inſanis non poſſet educari, oportet aduertere.

# ARTICVLVS XLII.

## De impedimento ligaminis.

ALiud impedimentum, quod dicitur ligamen, ex eo incurritur: ꝙ aliquis, qui eſt ligatus uni matrimonialiter, impeditus eſt ne poſsit cum alia contrahere. Quòd ſi de facto contrahat, nihil fit. Et quidem ſi hoc ſcienter fiat, iam ſuperiùs diximus quomodo ſit impedimentum. Sed dubium poteſt eſſe ſi ignoranter fiat. De quo ſit prima concluſio.

1. conclu. Prima concluſio. Verè matrimonia-
Socinus. liter coniunctus, altero recedente in
Barbati⁹. remotis, non debet contrahere, vſ-
Abbas. ca. que dum conſtet de morte veri con-
Quoniam iugis. Et ſi de facto contrahat, non
lite nō cō. valet matrimoniū. Ex quo enim ma-
l.7.tit.15. trimonium primum valuit, nō ſui iu-
li.8. ordi. ris eſt, ergo nō poteſt alteri dare quod
Hoc etiā ſuū non eſt. Quòd ſi de facto det, non
patet in c. tenet datio, vt conſtat. Nec in hoc du-
dn̄s. extr. bium eſt. Dixi, Vſque dum conſtet: ſi-
de 2. nup. cut ſi audiuit à fide dignis de morte,
Couar. in vel recepit literas: tunc videtur ſuf-
2.p. epi.c. ficienter conſtare de morte, vt patet.
7.§.3.in fi. Extra de ſponſ. c. In præſentia. Et ibi-
l. 14. titul. dem glo. Quicquid dicat do. An. vt re-
14.p. 3. fert. ibidem Panor. quòd ſufficit fama,
Præpo. in cùm longo tempore maritus fuerit ab
c. citato. ſens. Hoc enim non ſufficit in re tam
In preſen. graui, ſicut eſt matrimonium. Sic te-
Boeri. de- net Panor. ibidem iuxtà textum, quòd
ciſio. 288. requirit certum nuntium. Et ait. Pon-
dera verbum certum: nam fama procedit ex authore incerto, & plerunque fallaci vt in cap. Veſtra. de cohabi. cle. & muli. Etiam in perſona nuntij deberet conſiderari qualitas perſonæ. Et vtrùm deponat per verba veriſimilia. Nam agit non de modico præiudicio abſentis. Et in ſumma, hanc materiam relinquerem arbitrio iudicantis, vt diligenter omnibus ponderatis conſideret, vtrùm de morte ſit facta certificatio. Hæc Panormi. Ergo ridiculum eſt illud vulgare, ꝙ vſque ad ſeptennium teneatur ſpectare.

2. concluſio. Mulier certificata de 2. conclu.
morte proprij viri, licet non peccet contrahendo cum alio, & filij ſint legitimi quos habuerit, ſi tamen vir eius viuebat, matrimonium eſt nullum, etiā ſi mortuus ſit poſt, ſi modò non adſit nouus conſenſus poſt mortem viri.
Hæc concluſio patet. Nam ſic certifi- Ratio.
cata, probabiliter ſecundum iuris diſpoſitionem non peccat contrahēdo cū alio. Ignorans enim inuincibiliter ꝙ habet virum, licitè contrahit cum alio, ſed mulier ſic certificata, licet non ita ſit, inuincibiliter ignorat, ergo nō peccat contrahendo do. An. in c. ſuprà allega. Et glo. Quod pro certo tenendum eſt.

Quòd filij iudicētur legitimi, patet ex. c. Ex tenore. Et Extra. Qui filij ſint legitimi.

Sed ꝙ ſi vir viuebat nullū ſit matri 1. Cor. 7.
moniū, patet ex eo, ꝙ non potuit mulier illa viuēte proprio viro, matrimoniū inire cū alio. Et quod à principio nō valuit, nō poteſt retro trahi, nec ha-
bere valorem: niſi adſit nouus conſen- Suprà de
ſus, vt ſuprà probauimus latè. cō ſenſu.

3. concluſio. Mulier habens pro- 3. conclu.
prium virū, qui in remotis profectus eſt, ſi certificata de morte proprij viri
cum alio contraxit, quàm primum S. Anton.
cœperit dubitare de morte proprij 3.p. tit. 1.
viri, tenetur debitum reddere illi, cum c. 9.
quo cōtraxit. Extra. de 2. nuptijs. cap. Dominus. Et cap. Inquiſitioni. de ſen-
tentia excommunicationis. Panor. in
Sed an in caſu quo dubitat, manēte c. in præ-
tale dubio poſsit etiā exigere, eſt du- ſentia. de
bium graue, & valde neceſſariū ſcire, ſponſal.
propter confeſſores neophytorum, Inferius.
quod nos repoſuimus tractandum in 3.p. ar. 18.
fine tertiæ partis, vbi de actionibus coniugum ſermo erit. Et in caſu concluſionis oſtendemus licitum eſſe non ſolum



reddere, ſed exigere. in penultimo arti. vide in 3.p.

4. conclu. 4. concluſio. Mulier, quæ probabiliter credens virum mortuum, cum alio contraxit, cùm primum nouerit eum viuere, tenetur ad eum redire: relicto ſecundo 34. q. 2. Cū per bellicam. Et cap. Cùm in captiuitate. vbi determinatum eſt, ꝙ ſi ad primum nō redierit, iudicabitur adultera.

5. conclu. 5. concluſio. Mulier putans virum
ſuum viuere, ſi cum alio contrahat, & vir tunc mortuus ſit: licet ipſa igno-
Sup. ar. 2. rante, tenet matrimonium, ſi fuit in
ipſo contractu verus conſenſus. Nam ad matrimonium requiritur mutuus cōſenſus inter legitimas perſonas, ſed talis eſt in caſu poſito, & perſonę ſunt legitimæ, cùm nullum ſit impedimentum, quia vir primus mortuus eſt, ergo videtur quòd teneat. Dixi, ſi adſit verus conſenſus. Nā ſi mulier credens impedimentum, non intendebat contrahere, licet verba proferret, non eſſet matrimonium, vt ſatis conſtat ex ſupradictis. Archiep. Floren. in loco
Florē. vbi proximè allegato ex mente Guilielm.
ſuprà. Hanc puto eſſe veram, neque requiritur alius nouus conſenſus. Quia primus à principio effectum habuit, cùm nullum interuenerit impedimentum.

De pœna illius, qui viuente vxore, aliam ducit, multa ſunt apud doctores. Et quod ſit ſuſpectus de hæreſi di-
Ioā. Lup. cit Ioan. Lupus in repetitione in cap.
Per veſtras. § 17. Sic do. Fran. in cap.
Villadie. Accuſatus, de hæreticis. in 6. Et Vil-
ladiego in tractatu de hæreſi q. 9. Et quidam putat eſſe ipſo facto excōmu-
Gilardus. nicatum, vt eſt Paulus Gilardus in ſuo
de pœnis omnifariam coitus, quæſt. 14. Deceptus eſt tamen. Et de pœnis vide Par. 7. l. fin. titu. 17. & lib. 4. fori. li. 7. titu. 15. & lib. 8. ordinamenti. l. 6. vbi dicitur quod ferrum in fronte imprimatur. De quo Couarru. in epitome
Couaru. 2. p. c. 7. § 3.

# ARTICVLVS XLIII.

## De impedimento conſanguinitatis.

SEquitur impedimentū cōſanguinitatis, quod quidem difficultatem
aliquam habere vide- Definitio
tur. Et primo pona- cōſangui-
mus eius definitionē. nitatis.
Conſanguinitas, eſt vinculum perſonarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum. Dicitur vinculum. Quia conſanguinei magis ſe diligunt, quàm extranei, affectu & effectu. Dicitur ab eodem ſtipite. Intelligitur de ſtipite propinquo, nun de remoto. Alias cū omnes ab eodem ſtipite deſcēdant, omnes eſſent conſanguinei: ſiquidem (vt nos infra dicemus) in gradibus conſanguinitatis à ſtipite proximo incipiendum eſt ſcilicet, à parēte, non ab Auo. Dicitur, eſt illorum, qui deſcendunt carnali propagatione. Nam alias non eſt conſanguinitas: vt ſi deſcendant ab vno per creationem, nec reperitur talis conſanguinitas.

Pro debita intelligentia huius impedimenti libet in principio aliqua po-
nere documenta, quæ à doctoribus po- Ricard. d.
nuntur, præcipuè à Ricardo in 4. 40.
Linea, eſt ordinata collectio perſo- Notabi-
narum conſanguinitate coniunctarū, le 1.
ab eodem ſtipite deſcendentium, diuer Triplex li
ſos gradus habens. Et hæc eſt triplex. nea.
Aſcendentium, deſcendentium, & trāſuerſalium. Et non eodem modo gradus computantur. Nam ſecundum lineam aſcendentium computatur. Pater, & Mater. Auus, & Auia. Proauus, & Proauia. Atauus, & Atauia. Secundum lineam deſcendentium. Filius, & Filia. Nepos, & Neptis. Pronepos, & Proneptis. Abnepos, & Abneptis. Secundum lineam tranſuerſalem. Duo fratres. Filij duorum fratrum, & Nepotes duorum fratrum. Pronepotes duorum fratrum.

Quid gradus.

Gradus, eſt habitudo diſtantiũ perſonarũ, qua cognoſcitur, quota generationis diſtantia, duæ perſonæ differunt inter ſe. Et hoc differenter. Secundũ ius Canonicum.ſ.& ſecundum ius ciuile. De quo nos infrâ.

2. Nota.

Item notandum, ꝙ contrahentes, in gradu conſanguinitatis prohibito ſine diſpenſatione: nulla longinquitate defenduntur annorum, quia diuturnitas temporis, non minuit peccatum, ſed auget. Extra de cõſangui.& affini. cap. Nõ debet. Et de eo qui duxit in in ma. quam pol.c.Cùm haberet.

Tanto gradu perſonæ deſcendentes à proximo ſtipite diſtant inter ſe, quãto à ſtipite diſtant, vt filius à patre diſtat in primo gradu, & filia à patre ſimiliter in pimo gradu. Iſti duo fratres diſtabunt inter ſe in primo gradu, & filij iſtorum fratrum diſtant à ſtipite.ſ. ab Auo duobus gradibus, & eodẽ modo diſtãt inter ſe. Et ſic conſequenter procedendo, ita ꝙ debet ſumi principium computationis à communi parente, à proximo vno ſtipite, & ſecundum diſtantiam ab alio debet iudicari diſtantia graduũ inter deſcendentes.

3. Nota.

Notandum etiam, ꝙ quando aliquis diſtat in tertio gradu ab ſtipite, & alius in ſecundo, debet diſtantia inter tales tanta eſſe, quanta eſt illius, qui magis diſtat. Vt filius Petri diſtat à patre eius per duos gradus, & filius filij fratris eius diſtat per tres, filius Petri, & filius filij fratris diſtabunt etiam per tres, dato filius Petri ſolum diſtet per duos à ſtipite. Huius aſsignatur ratio. Quia ratio conſanguinitatis in linea tranſuerſali ortũ habet à ſtipite. Vnde Ariſtote. communis cognata amicitia dependere videtur ex paterna. Ideo nullus in linea trãuerſali poteſt alteri propinquior eſſe, quàm ſi ſtipiti. Quare ſi vnus diſtat à ſtipite per duos gradus, & alius per quatuor: dicũtur tales diſtare inter ſe per quatuor grad⁹.

Tanta eſt diſtãtia adiuicẽ, quãta eſt illi⁹ qui magis diſtat à cõmuni parente.

Ariſtot. 8. ethi. c.12.

4. Nota.

Eſt præterea notandum, ꝙ in gradibus cõſanguinitatis quidam poſſunt eſſe prohibiti iure naturali, alij iure Diuino poſitiuo iudiciali, vel cæremoniali: alij iure. Diuino poſitiuo Euãgelico: alij iure ſolum humano.

5. Nota.

Præterea, Supponendum eſt conſanguinitatem eſſe cauſam cuiuſdam amicitiæ naturalis. Quia inter conſanguineos maximè viget vnitas, & ſimilitudo. Vnde ex tali vnitate, & ſimilitudine cauſatur amicitia. Quia ſimile diligit ſibi ſimile. Sed tamẽ huius modi coniunctio, & ſimilitudo non in infinitum extenditur, ſed ſuos habet limites. Ob id & conſanguineorum amicitia habet terminos. Nec vocantur conſanguinei, eo ꝙ omnes ab vno cõi parente procedant: alioqui omnes homines vocarentur conſanguinei, quod nõ eſt in vſu: ſed illi ſe tractãt vt cõſanguinei, qui ab vno deſcendunt ſtipite proximo non nimium diſtanti, inter quos adhuc manet quædam vnitas, vel ſimilitudo ad communẽ parentem. Quod verum eſt ſiue ſit in linea recta, ſiue in tranſuerſali. quicquid dicant alij. De quo ſit. 1. concluſio.

Ariſtot. 1. rheto. c.11 Et 8. ethica. p. & 2. mag. mora. c.11.

1. conclu.

1. concl. Iure naturali in linea recta prohibitum eſt matrimoniũ inter perſonas aſcendentes, & deſcendentes, aliquo certo gradu, non in infinitum. Quòd in iure naturali ſit prohibitum, patet. Iure naturæ filius, tenetur reuerentiam præſtare matri: ergo eam non poterit habere in vxorem: cùm oporteat vxorem ſubditam eſſe viro. Item. Nec pater filiam, cùm eam debeat habere vt ſociam: & filia, debeat in omnibus ſubijci mãdato patris. Idẽ de Nepte, & Amita. Sed ꝙ non in infinitum iſte gradus extendatur, patet. Experientia enim conſtat inter tales aſcendentes, & deſcendentes amicitiã perdi, & communicationem. Sicut certum eſt, ꝙ etiam ſi Adam modò viueret, non haberemus ampliorem familiaritatem, vel amicitiam ratione conſanguinitatis, quàm haberemus cùm Noe, vel habemus cùm illis, qui maximè à nobis diſtant. Sic Caie. Imò rigoroſiùs, dicens ꝙ ſolum de iure naturali: eſt prohibitus gradus iſte primus conſanguinitatis in linea recta.ſ. patris, & filiæ, filij, & matris. Idipſum contendit probare ex dictis S. Thom. ibidem ad 3. qui id affirmare videtur

Vide quæ Xenophõ. li. 3. de Socrate, qui dicebat a dijs poſitum, ne parentes filijs miſceren. Paul. Do. Caie. 22. q. 154. ar. 9. Idẽ B. Bona. d. 40. q. 1. & Ricar. q. 2 & Alexan. 2. p. q. 169. m. 2.





Plin. lib. 8. c.42. Plato. li. 5. de repub. Aelianus. li. 5. c. 22. Idẽ Caie. in trac. de matrimo. regis Angliæ.

ex Ariſt. 9. de animalibus. cap. 47. Et Aelianus lib. 5. & Plin. lib. 8. cap. 42. & Varro de re ruſtica lib. 2. c. 14. ſolum eſſe debitam iſtam reuerentiam naturalem filiorũ ad parentes, inter quos matrimonium videtur eſſe prohibitũ. Et quidem Caiet. in iſta ſententia pugnat contra plures Theologorum, & Canoniſtarum, qui vna voce confitentur in linea recta nullum eſſe gradum, nec poſſe connubia eſſe inter tales. At (vt verũ fatear) ego credo opinionem omnium veram, & Caiet. & aliorum ſimiliter. Et ꝙ in re non contraria ſentiant, ſed ſolum nomine diſcrepent. ¶ Et primo adduco contra Caie. ſententiam. S. Tho. vt probem meã. Nam id affirmat in 4. diſt. 39. artic. 3. in ſolutione ad 3. Verum eſt, quòd ſtandum eſt vltimæ ſententiæ in partibus, ſed ego credo quòd vtrunque eſt verum in S. Thom. licet videatur ſentire contrarium. Et probo opinionem communem, quòd in linea recta non ſit graduũ computatio, nec matrimoniũ poſsit eſſe inter tales. Primo. In primo gradu fatetur ipſe Caieta. & nos in concluſione etiam concedimus de aliquibus alijs verum eſſe. Et ſimiliter probo de alijs, loquendo quidem naturaliter. Abauus non poterit ducere Proneptem. Probatur ex ſuprà dictis. Quandocunque eſt impotentia naturalis ad actum coniugalem, eſt impedimentum quominus ſit matrimonium, ſic quòd ſi non poſsit eſſe ſeminatio, etiam ſi poſsit eſſe cõiunctio carnalis, non valet matrimonium, vt eſt in ſenibus: ſed communiter ita eſt, ꝙ tales illius ætatis impotentes iudicantur ad ſeminandum, ergo & impedit ad contrahendum matrimonium. Et ſic eſt verum quod dicit communis opinio. Et ſic de alijs: ita quod probabiliter, & pie poſſumus intelligere id velle doctores dicere, quando affirmant non poſſe ſtare matrimoniũ in linea recta, quod ideo ſit, non quia non ſunt verè gradus, ſed quia non eſt proportio aliqua, ſed eſt impotentia quædã naturalis, quæ impedimentum præſtat matrimonio ex parte ſenis.* Licet quantum ad hoc, quòd communis opinio de impotentia affirmat ſuprà, quando de impotentia loquuti ſumus diximus quia iam opinionem probabiliorem, vt de ſpadonibus, vide ibi.

Nota.

Sup. ar. 38

Cõcordia opi.

Et dictum Caie. eſt verum, ꝙ nullum eſſet impedimentũ ex parte graduum, in lege naturæ loquendo quominus Abauus poſſet ducere Abneptem, ſed tamen eſt impedimentum ex parte naturalis impotentiæ. Hæc dixerim doctoribus materiã, & argumentũ præbens veritatis inueniendæ, eis iudicandum relinquens, ſolum opinatiuè loquens. Et quidem hoc ipſum facio lubens, ne videar contra tot graues viros aliquid aſſerere: licet B. Bona. & Ricard. & Alexan. & Caiet. fuerint huius ſentẽtiæ. Et adhuc præter ipſos habeam magiſtrum meum, Theologorum ſui temporis facilè principem, fratrem Franciſcum à Victoria. Nolo tamẽ concluſionem ſic intelligi, vt putemus eſſe intrinſecè malum parentes, & filios copulari. Nam poſſet benè fieri in caſu neceſsitatis. Imò Martinus de tẽperantia circa. q. 154. apud S. Tho. in 2. 2. tenet, ꝙ in caſu, quo ſolum eſſet pater, & filia, ſine diſpenſatione poſſent cõiungi in matrimonio. Et quicquid dicat Caiet. ibidem, puto verum. Nam maior eſſet obligatio, maximè quia à nullo poſſet expectari diſpenſatio, niſi à ſolo Deo. Et mihi eſt certum (vt in 2. p. dicemus) Papã non poſſe in primo gradu diſpenſare, quia de iure naturæ, & Diuino eſt.

B. Bonau. d. 40.

Ricardus Victoria. Idẽ Soto in 4. d. 40. q. vnica. ar. 3. Vi. Alexã. de diebus genia.

Martinus de magi.

Ar. 27.

2. conclu.

2. concluſio. In linea tranſuerſali de iure naturę prohibitus eſt primus gradus.ſ. fratrum inter ſe, & non ampliùs. Quia illud videtur eſſe iure naturæ prohibitum, quod communiter eſt eodem modo apud omnes: ſed ꝙ non coniungantur fratres inter ſe, videtur eſſe apud omnes tanquàm inhoneſtum, & reprobatum, etiam quantumcunque ſint barbaræ nationes, ergo probabile videtur. Et quidem præter illa, quæ doctores dicunt circa hoc, eſt mihi vnum huius concluſionis fortiſsimum argumentum, ꝙ experientia didicit ex 30. annorũ ſpatio apud noui orbis

Ratio.

Frater inter Indos iungi non erat conſuetum.
Alexan. Hale. 2.p. q. 169. in prin.
S. Tho. in 4.d. 40. arti.4. Et 2. 2. q. 154. ar.9. ad 3.
Thom. de Argẽtina d.40.
Auguſt.
Hierony.

indigenas, inter quos erat improbatiſſimum fratres cõiungi. Et inter omnes ſolum duos reperi coniunctos. De caſu conſulens antiquos, certò cognoui, vitio datam talem coniunctioné. Ob quod ſeparandos iudicaui. Credibile enim eſt, ſi natura non abhorreret huiuſmodi coniunctioné inter fratres: quòd tempore infidelitatis ſuæ cæci, huiuſmodi frequenter celebrarent coniunctiones. Idipſum obſeruabatur etiam apud omnes fere in nouo orbe. Sic concludit S. Tho. dicés, eſſe prohibitam hanc coniunctionem de iure naturali ſecundario. Et hoc expreſsè tenet egregius doctor Thomas de Argentina Auguſtinianenſis. Eſt etiam ſententia (vt cæteros ſub ſilentio tranſeam) D. P. Auguſti. lib. 15. de ciuitate Dei. cap. 6. Et contra Fauſtum li.22. cap.35. Ita Diuus Hieronymus ſuper Iob in principio. Et dicit B. P. Auguſtinus nunquàm licuiſſe ſine diſpenſatione fratres matrimonialiter coniungi. Etiam ſi Caiet. 2. 2. q. 154. art. 9. ad 3. dicat cum Sco. d.40. & Bona. & Ricar. & Maio. ibidem contrarium. Tamen dato eſſet de iure naturæ, non tamen de primis principijs, ſed de ſecundis, vt infrà in ſecunda p. dicemus latius art. 22.

3. conclu.
Tiraq. 7. l. connu. nu. 30.
Ariſtot. 2. phy. text. com. 75.
Ariſtot. 4. phyſ.

3. concluſio. Licet inter fratres matrimonium prohibitum eſſet lege naturali: à principio tamen propagationis generis humani, licite facta eſt inter fratres coniunctio maritalis, etiam ſi nulla fuiſſet diſpenſatio. Probatur. Neceſſitas in naturalibus ſumenda eſt ex fine, vt Ariſt. probat. Et ſemper bonum commune præfertur bono particulari, & bonum totius, bono partis. Nec dicitur aliquid fieri malè, & contra naturam, licet fiat contra naturã, ideſt, contra propriam inclinationem particularem. Si tamen fiat ad bonum totius conſeruandum, quemadmodũ naturale eſt aquæ deſcendere, & propter bonum totius, ne detur vacuum, faceret contra illam naturalem inclinationem aſcendendo, in quo conſeruat aliam naturalem inclinationẽ quã habet, & neceſſitatem id faciendi ex fine. Quòd ſi aqua ageret ex electione illud, non peccaret: licet faceret cõtra naturam. Quia ſemper bonum totius præferendum eſt bono particulari. His ſuppoſitis, probo concluſionem.

Ratio.

Qui facit contra particularem inclinationem naturæ propter bonum totius, bene facit: neq; in aliquo arguendus, ſed fratres in principio commiſcendo ſe matrimonialiter, faciebãt propter bonum vniuerſi cùm aliter nõ poſſet conſeruari ſpecies humana, ergo faciendo contra illud ius naturale, cùm fuerit neceſſitas reſpectu finis vniuerſalis, licuit. Quare nullum fuit peccatum fratres iungi, etiam ſine aliqua diſpenſatione. Imò tenebantur ad illud. Maius enim eſt bonum commune, q̃ particulare. Nec propter hoc ſequitur non eſſe prohibitam de iure naturæ talem cõiunctioné, ſicut in exemplo poſito. Dato aqua aſcendat propter bonum vniuerſi, non ſequitur ꝙ non ſit cõtra ſuam inclinationé illud, & contrarium ſit ſecũdum ſuam naturalem inclinationé. Sic in propoſito. Dato ita ſit, ꝙ à principio fratres iungerentur, non ſequitur illud non eſſe contra naturalem legem, & contrariũ eſſe ſecundum legem naturæ. Solum ſequitur, ꝙ tunc non fuit ſeruatũ ius naturale, ſecundum propriam inclinationé, & obſeruatum eſt commune, ad quod quilibet tenetur. Et ſic dicitur, ꝙ de lege naturæ iſte gradus ſit prohibitus, & ꝙ alij tenentes contrariã ſententiã, innixi huic fundaméto, ſcilicet, quia tunc à principio iuncti ſunt, trepidauerunt timore, vbi nullus erat timor. Et fortè non exactè conſiderauerunt quomodo potuit illud à principio fieri propter bonum totius, & ꝙ illud non eſſet contra ius naturę, prout reſpicit proprium, & particulare bonum. Hoc dixerim propter hoc, ꝙ illi, qui dicunt hanc coniunctioné non fuiſſe de lege naturæ prohibitã, ſolum innituntur, quia à principio non fuit obſeruata. Dixi in concluſione. Etiam ſine diſpenſatione. Quia cum diſpenſatione, nulli dubiũ erat poſſe fieri. Fuiſſe tñ factã diſpenſationé, non apparet.

Bona.
Scotus.
Ricardus.
Maio.
Caie. ſup. Liuiti. 18.

Sed



Sed videtur quòd fuit ſolum ille naturalis inſtinctus luminis interioris, quo mouebantur ad conſeruationem totius ſpeciei, & propagationem, quæ non poterat aliter fieri. Hoc autem maximè probat factũ. Quia poſtquàm ceſſauit illa neceſsitas, nunquam facta fuit ampliùs illa coniunctio fratrum. Imò neque poſt diluuium, vbi pauciſſimi erãt, talis facta eſt, eò quòd aliter poterat genus humanum conſeruari. Si tamẽ quis affirmet diſpenſationem tunc factam, non contendo. Satis eſt probaſſe, non fuiſſe neceſſarium: ſed abſq; ea poſſe fieri talem cõiunctioné: etiã ſi eſſet de iure naturæ prohibitũ.

Obiectio.

Sed contra iſtam noſtram ſententiã poſſet fieri vnum validũ argumentũ. Tempore quo nõ fuit talis neceſsitas cõſeruandi genus humanum, facta fuit coniũctio matrimonialis inter fratres: ergo non videtur fuiſſe de lege naturali talis prohibitio. Alioqui ceſſaſſet talis coniunctio, ceſſante cauſa.

Gene. 12. & 20.

Cõſequentia videtur bona. Probatur antecedens. Tépore enim Abrahæ facta eſt talis coniunctio, quo tépore haud dubiè genus humanũ ſufficienter fuit multiplicatum. Patet de ipſo Abraham, qui contraxit cum ſorore ſua Sarra, cùm tamen poſſet contrahere cum alia. Dicit Abraham de Sarra. Nã & ipſa ſoror mea eſt, filia patris mei, & non matris meæ, ergo ſequitur ꝙ contraxit cum ſorore.

Solutio.

Reſpon. quòd Abraham non recepit in coniugem ſororem, ſed recepit Sarram, quæ nõ erat ſoror: vt eſſet ex eodem patre, vel ex eadem matre nata. Vocatur verò ſoror, conſuetudine: quia qui ſunt filij duorum fratrum, dicuntur fratres. Sic & vir vocat ſororem. Et vulgo dicimus, [mi primâ hermana.] Et apud noui orbis indigenas (vt optimè nouerunt, qui linguã eorum callent) eſt iſte mos, vt vocent ſorores, quæ in ſecundo gradu eis iunctæ ſunt. Imò etiã ſi in tertio. E cõtrariò et fęminæ vocent fratré. Et Patruũ vocent patré, & Amitã vocent matré. Sæpe audiui ab eis: ita vt à principio deciperer in tali modo loquédi, Sic in propoſito dicendum, ꝙ tunc apud Hebræos ille fuit mos nominandi ſororé filiam Patrui, & ſic fuit Sarra ſoror Abrahæ: non tamen ſic ſoror, quòd ex eodem patre, vel matre procederent. Quòd autem fuerit mos, ſcriptura teſtatur, quando idem Abrahã vocat Loth fratrem. Certum enim eſt eos non fuiſſe genitos ab eiſdem parentibus, ſed à diuerſis. Tamen quia parentes eorũ erant fratres, vel cognati, & ipſi fratres dicebantur. Pater Auguſtinus teſtatur, cognatos vocari fratres, & ponit exemplum de Abraham, & Loth. Idem do. Abulen. ſuper Gene. expreſsè dicit.

Gene. 20.
Auguſti.
Gene. 20.
Abulen.
Gene. 20.

Ad illud quod magis vrgere videtur, quòd Abraham dixerit, Filia patris mei eſt, & non matris, dicendum, ꝙ 70. interpretes id declarauerũt, addendo illã verba, vt oſtenderent cognationem Sarræ, & Abrahæ eſſe ex parte patris, & non ex parte matris. Vnde illis verbis inſinuauit Abrahã, quòd Sarra ſoror eius vocaretur, qui filia erat patrui ſui, ſic quòd ex parte patris ad eum attineret, & non ex parte matris. Tandem idem pater Auguſtinus ait. Mirum eſſet, ꝙ Abraham acciperet ſororem in matrimonio, cũ iam receſſiſſet neceſſitas, ſicut in tempore Cain.

Auguſti.

Et quidem doctores aſſerentes, ꝙ tactum eſt in arguméto ſcilicet, quòd Abraham vere ſororem Sarram duxerit in matrimonium, moti ſunt ad opinandum ex hoc, ꝙ in Gene. vbi fit méntio ꝙ Abraham duxit vxorem, non fit mentio ꝙ Sarra fuerit filia Aram, tamen fit mentio de Melcha, quæ nupſit Nacor. Præterea, vt patet ex ſerie textus, Abraham fuit priùs genitus, quam Aram, quomodo ergo tandiu exſpectaſſe filiam Aram eſt credibile, vt eam duceret in vxorem?

Gene. 11.

Ex dictis ergo ſuprà, patet ſolutio ad argumentum, quòd Abraham non duxit in matrimonium ſororem legitimam, ſed conſanguineam, quod fuit licitum. Imò addo ampliùs. Dato ita eſſet, ꝙ ſua eſſet legitima ſoror, non ob hoc concluſio falſa eſt. Quia po-

Ad argumen.

tuit

tuit eſſe diſpenſatio interior, ad hoc quod bene fieret. Quòd ſi abſque diſpenſatione, reprobandum erat tale coniugium: ſed non fuit reprobatum, neque conſtat talem factam diſpenſationem, ergo conuenientiùs eſt dicere nõ fuiſſe ſuam ſororem legitimam, ſed conſanguineam. Quãuis. D. Hieronymus ſuper Gene. putet ſororem fuiſſe veram ex parte patris. Contrarium tamen ibi Abulenſis.

Hierony. Gene. 11. Abulen. Gene. 20.

4. conclu. 4. concluſio. In iure naturæ ſtando, in linea tranſuerſali, in omnibus alijs gradibus cõſanguinitatis, dempto primo, licitum eſt matrimoniũ celebrari.

Ratio. Hæc probatur. Illa eſſe prohibita iure naturæ non poteſt nobis aliter conſtare, quàm ex ipſa ratione naturali dictante, qua fugimus quod natura abhorret, & proſequimur quod natura amat. Signatum eſt enim lumen ſuper nos, eo ꝙ iſta nullo alio exteriori præceptore docente cognoſcere poſſumus. Sequitur ergo quòd illud maximè iudicabitur eſſe prohibitum naturaliter, à quo omnes naturaliter (vt in plurimum) abſtinent. Ius.n. naturale eſt idem apud omnes & eſt tale, quod ſemper, vel frequenter contingit. Sequitur ergo, ꝙ cùm coniunctio in alijs gradibus conſanguinitatis, dempto primo, non fuerit exoſa, imo ſatis vſitata apud omnes, ꝙ illud non eſt prohibitum de iure naturæ. Veriſimile quidem eſt, quòd ſi illud eſſet naturali iure prohibitũ, non eſſet in vſu frequenti, imo continue: ſed ſic eſt (vt patet ex ſcriptura ſacra) ꝙ fuerit in vſu, etiam quando genus humanum fuit multiplicatum ſufficienter per totam legem naturæ, vbi nulla lex fuit ſcripta exteriùs, ergo non videtur eſſe prohibitum in alijs gradibus. Alioqui ſicut multiplicato genere humano, ceſſauit coniunctio in primo gradu inter fratres, etiã ceſſaſſet in ſecundo, & tertio gradu inter conſanguineos: ſed ceſſauit prima coniunctio poſt multiplicationem generis humani, & non ceſſauit ſecunda (vt patet tempore Abrahæ) ergo ſignum eſt, quòd primum fuit iure naturæ prohibitũ, & non ſecundum. Imo etiam ſecundum legem Moyſi licuit filios duorum fratrum iungi.

Pſal. 4. S. Tho. 1. 2. q. 94. arti. 4.

Item hoc patet, cùm apud alias nationes, vbi ſolum lege naturali viuebant, primus gradus coniunctionis nõ erat in vſu, tamen omnes alij ſic. Hoc experientia nobis conſtat in nouo orbe, morem fuiſſe, vt in primo gradu minime matrimoniũ celebraretur generaliter. Bene tamen in omnibus alijs. Argumentum ergo eſt valde efficax, quòd nulli alij gradus conſanguinitatis prohibiti fuerint lege naturali ad matrimonij coniunctionem, dempto primo. Quare miror de doctoribus grauiſſimis alias (quos propter eorum authoritatem nominare non licet) quòd affirment, alios fuiſſe gradus conſanguinitatis prohibitos de lege naturali, dempto primo. Et quod amplius mirandum, quòd S. Tho. adducant auctorem ſuæ ſententiæ: quod non credo doctorem. S. intellexiſſe, cùm ipſe expreſsè in loco citato ponat fratres ſolum prohiberi de lege naturali coniungi. Imò adhuc addit hos prohibendos iure naturali ſecundario. Quomodo ergo diceret ſanctus doctor alios gradus prohibitos? Et 2. 2. expreſsè videtur contrarium dicere. Cuius verba propter ſtudioſos ſuæ doctrinæ adducam. In reſponſione ad tertium dicit. In commixtione perſonarum coniunctarum aliquid eſt quod eſt ſecundum ſe indecens, & repugnans naturali rationi: ſicut quòd commixtio fiat inter parentes, & filios, quorum eſt per ſe, & immediata cognatio. Nam filij naturaliter honorem debent parentibus. Vnde philoſo. dicit, ꝙ quidam equus quia deceptus fuit vt matri cõmiſceretur, ſeipſum præcipitauit, quaſi præ honore, eò ꝙ etiam animalibus aliquibꝰ ineſt naturalis reuerentia ad parẽtes. Aliæ verò perſonæ, quæ non coniunguntur ſecundum ſe ipſas, ſed per ordinem ad parentes, non habent ita ex ſe ipſis indecentiam, ſed variatur circa hoc indecentia, vel decentia, ſecundum conſuetudinem, & legem humanam,

Florẽ. vbi ſuprà. S. Tho. in 4. d. 39. 2. 2. q. 154 ar. 9. ad. 3. 9. de animalibus. c. 47.



nam, vel Diuinam. Quia vt dictum eſt) vſus venereorum, qui ordinatur ad bonum commune, ſubiacet legi. Ideo ſicut P. Auguſtinus dicit, cõmixtio ſororum, & fratrum quanto fuit antiquior compellente neceſſitate, tãto poſtea facta eſt damnabilior religione prohibente. Hæc S. Auguſtinus referente S. Thom. Ecce dicit, quòd exceptis parentibus, & filijs, aliæ perſonæ decenter, vel indecenter coniunguntur, quia ſecundum conſuetudinem, vel contra, vel ſecundum legem Diuinam, vel contra &c. Sequitur ergo, ꝙ non eſt indecens coniunctio, vbi non contra conſuetudinem, nec contra legem naturæ. Cùm ergo ita ſit, ꝙ nunquàm fuerit conſuetudo abſtinendi in matrimonio ab alijs gradibus conſanguinitatis, excepto primo, nec tunc fuit aliqua lex prohibens, ſequitur ꝙ talis coniunctio fuit decens, & licita. Vnde nec iure naturali reprobata. Itaq; tenendum eſt in linea trãſuerſali ex lege naturali in conſanguineis ſolũ fuiſſe primũ gradũ inter fratres prohibitũ, ſaltim ſecundũ ius naturæ ſecundarium, vt poſt in 2. parte dicemꝰ art. 22. Et alij gradus poſt fuerunt prohibiti lege Diuina. De quibus ſtatim. Et per conſequens manifeſtè elicitur, quòd in omnibus alijs gradibus (excepto primo) Papa poſſet diſpẽſare. Imò & in primo, vt inferiùs fiet notum. Nam cùm non habeat vim ex iure naturæ primæuo, ſed ſolum ex iure poſitiuo, ad ſenſum, quem declarabimus in ſecunda parte, & Papa qui legem condidit, poteſt in eam diſpenſare: ſequitur ergo, quòd Papa poterit in omni gradu diſpẽſare. Iſtam eandem ſententiam approbat do. Caiet. Et ſic intelligit. S. Tho. expreſsè. Contra eam tenet Petrus de Palu. De quibus plenè in ſecunda parte dicemus, quando diſputabimus in quibus gradibus conſang. & affini. potuerunt infideles contrahere. Artic. 22.

Augu. 15. de ciuita. c. 16.

In omni gradu trãſuerſali poteſt Papa diſpenſare.

Caie. 2. 2. q. 154. artic. 9. Palud. d. 40. q. 1.

5. conclu. Quinta concluſio. De iure Diuino poſitiuo veteri prohibiti fuerunt plures gradus conſanguinitatis vltra primũ gradũ. Hoc probatur Leuit. 18. vbi in cõſanguinitate prohibentur iſti gradus. Primo dicitur. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat. Et infert. Non cum patre, non cũ matre, nec cum ſorore, nec cũ nepte, nec cum nepote, nec cum amita, nec cũ patruo. Ibi conſtat fuiſſe præceptũ Diuinum, & legem prohibitiuam illorum graduum vltra primum. Diximus in concluſione. De iure Diuino poſitiuo. Quia (vt infrà probabo) illa omnia, quæ ibi ſunt ſcripta, & expreſsè prohibita, non ſunt de iure Diuino naturali. Dixi etiam, de iure Diuino veteri, vbi perſonæ ſunt duodecim. Mater, nouerca, ſoror, neptis, amita, matertera, vxor patrui, nurus, vxor fratris mortui cum liberis, priuigna, filia priuignæ, vel priuigni, ſoror vxoris. Quia in lege naturali permittebatur: vt in Iacob qui duxit Lyã & Rachelẽ. De quo in 2. p. latiùs.

Leui. 18.

6. conclu. 6. concluſio. De iure Diuino Euangelico (quod omnes obligat) nullæ perſonæ ſunt prohibitæ in matrimonio, niſi ſolum pater, & filia, filius, & mater. Quia nuſquam in Euangelio de matrimonio aliud reperitur circa perſonas niſi illud Matth. 19. Vbi dominus Ieſus hoc declarans ſacramentum, dixit. Ab initio maſculum, & fœminam creauit Deus. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Sequitur quòd Chriſtus redemptor noſter voluit iſtis verbis inſinuare, ꝙ in matrimonio alia debeat eſſe vxor quàm mater, & alius vir quàm pater. Alioqui ſi patrem, vel matrẽ liceret ducere, quomodo relinquendus eſſet propter vxorem? Et ſic declarant omnes doctores de iure Diuino Euangelico, imo & naturali eſſe prohibitum, ꝙ filius ducat matrem, vel filia patrem. Et merito, cùm videat in Euangelio expreſſum, dicunt eſſe de iure naturali, & Diuino. Quia nihil reperitur in Euangelio præceptũ, vltra illud quod eſt de credendis, & ſacramentis, quod non ſit de iure naturali: vt bene S. Tho. ait. Cùm ergo iſtarum perſonarum prohibitio non ſit de iure Diuino, neque de ſacramentis, ſequitur

Matt. 19. Gene. 2. S. Tho. 1. 2. q. 108. art. 1.

tur ꝙ ſit de iure naturali.

Corolla. Notan. Ex quo ſequit(vt infrà dicemus) ꝙ infideles iūcti in alijs gradibus(etiā prohibitis iure Diuino veteri) bene contrahunt: eò ꝙ illud ius non obligabat gentilem populū, qui non ſuſcepit legem. Sed lege Euangelica omnes tenentur. Nec tamē in ea aliquid præceptum eſt vltra primum gradum, vt ſuprà diximus. Sic do. Abulen. — Abulen. 1. regum. c.8.q.63.

## ARTICVLVS XLIIII.

### *De prohibitione graduum conſanguinitatis, iure poſitiuo facta.*

1. conclu. Nunc reſtat tractemus de prohibitione iure poſitiuo facta. De quo ſit prima cōcluſio. De iure poſitiuo antiquo prohibiti erat coniungi matrimonialiter cōſanguinei vſque ad ſeptimum gradum 35.q.5.c. Ad ſedem. vbi expreſſe determinatur, ꝙ intra ſeptimum gradū conſanguinei nō iungantur. Hic non opus eſt alia probatione, niſi forte propter ſtudioſos rationem adducere, quare tot prohibuerit gradus Eccleſia. cuius rationem S. Tho. in 4. aſsignat, ea enim eſt: vt amor, & dilectio hominum inter ſe diffunderetur in lege noua, quæ lex amoris dicitur. Vnde Spiritu ſācto inſpirante ſuæ Eccleſiæ determinatum eſt, ꝙ intra ſeptimum gradum conſanguinei non iungerentur: eo ꝙ cùm inter conſanguineos naturalis ſit quædam amicitia, & etiam ad extraneo, extenderetur coniunctione maritalis quæ coniunctio maximè cauſa eſt dilectionis. Et facta eſt prohibitio in illis temporibus vſque ad ſeptimū gradum rationabiliter, & non vltra. Quia non maneret vltra memoria conſanguinitatis. Non enim ſtipitis facilè haberetur vltra memoria. Item, id factū eſt, vt ſeptiformis gratia Spiritus ſancti congrueret, quæ gratia tunc maximè manifeſtata eſt in lege noua. (S. Tho. d. 40. ar. 4.)

2. conclu. 2. concluſio. Iſta lege reuocata, ſolū vſque ad quartum gradum in conſanguinitate, generaliter ad omnes fideles prohibitio extenſa eſt. c. Nō debet. extra de conſan. & affi. vbi dicitur. Nō debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecūdū varietatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana. Præſertim cum vrgens neceſsitas, vel euidens vtilitas id expoſcit: quoniam ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamēto ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo. Hæc in textu. In fine cuius determinatur, ꝙ prohibitio vltra quartum gradū non extendatur: quoniā in vlterioribus gradibus iam non poteſt abſque graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius verò numerus bene congruit prohibitioni cōiugij corporalis. De quo dicit Apoſtolus, ꝙ vir non habet poteſtatē ſui corporis, ſed mulier. Neque mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir. (Ad Rom. 7. & 1. corin. 7.) Quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis. Et ſequitur. Cum ergo iam vſque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta, eam ita volumus eſſe perpetuam, non obſtantibus conſtitutionibus ſuper hoc dudum editis, vel ab alijs, vel à nobis, vt ſi quis contra prohibitionē huiuſmodi præſumpſerit copulari, nulla lōginquitate defendatur annorum, cū diuturnitas temporū non diminuat peccatum, ſed augeat. Hæc in textu. Quæ libuit hic aſcribere, quia omnia valde ſunt notanda. Et quidem ratio huius reſtrictionis, quæ in textu aſsignatur, bona eſt, ſub illis verbis. Quia homo ex quatuor humoribus conſtat. (Quare vſque ad 4. gradū reſtrictio facta.) Nam vſque ad quartum gradum homines conſanguinei cognoſcunt, & amant ſe mutuo, & vſque ad talem gradum videntur aliquid ſimile portare ex parentibus, quod eſt cauſa amicitiæ. Cōmuniter enim filij imitatur parentes, & ſimiles eis ſunt in aliquo quatuor humorum, ex quibus homo cōponitur, quæ ſimilitudo paulatim diminuitur. Quare poſtquàm excedit quartū gradum, iam penè nulla eſt. Et nō maior



ior habetur amicitia, & familiaritas inter conſanguineos poſt quartum gradum, quàm habeatur ad extraneos. Propter quod ceſſauit ratio illa prohibitionis vſque ad ſeptimum, & optimè ad quartum reſtricta eſt. Item (vt D. Tho. dicit) ſanctè valde reſtricta eſt illa prohibitio. (S. Tho. d. 40. ar. 4.) Periculoſum enim valde erat: quia concupiſcentia, & negligentia præualente, numeroſam conſanguineorum multitudinē homines non obſeruabant, & laqueus damnationis multis inijciebatur ex remotorum graduum prohibitione. Quare optime facta eſt vſque ad quartū gradum prohibitio: quia vſque ad quartā generationem homines ſolent viuere. Sicque non poterit conſanguinitas à memoria aboleri, ꝙ ſi vſque ad ſeptimum eſſet, facilè poſſet.

3. conclu. 3. concluſio. Poſt iſtam legem prohibentem ſolum vſque ad quartum gradum, ex ſpeciali priuilegio cum omnibus noui orbis incolis conceſſum eſt in tertio & quarto gradibus etiam matrimonialiter coniungi poſſe, vt patet ex expreſſa extrauaganti ſummi Pontificis Pauli 3. ex ſpeciali priuilegio. (Priuilegiū Pauli tertij.) Dixi, ex ſpeciali priuilegio. Nam non exiſtimo legem fore, vt aliqui opinantur, quandoquidem lex omne ligat, & omnibus vniuerſaliter fauet. Tamen hæc diſpenſatio non ad omnes chriſticolas ſe extendit, ſed ſolum ad neophytos noui orbis. Sequitur ergo manifeſtè eſſe priuilegium, & diſpenſationem quandam. Et hoc priuilegiū tam in gradu conſanguinitatis, quam affinitatis intelligitur. Per nouum orbem, intelligas omnes prouincias Indorum. * Itaque poſt fidem ſuſceptā, poſſunt in 3. & 4. gradu conſanguinitatis copulari.

Dubium. An quando vnus per duos, et ali⁹ per tres diſtāt coniungi poſsint. Sed antequàm vltrà progrediar, ꝓpono per modum argumenti contra iſtam concluſionem, in qua diximus fuiſſe priuilegium iſtis cōceſſum, vt in tertio, & quarto gradibus poſsint iungi. Sequitur ergo ſi vnus diſtat in tertio gradu à ſtipite, & alius in vno, vel in duobus, ꝙ iſti duo inter neophytos, nō poſſent matrimonio iungi, hoc autem eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequitur. Et probatur ſequela expreſſa determinatione. extra de conſan. & affi. c. Quod dilectio. vbi ſunt hæc verba. (Argu.) Si alicui data eſt intelligentia, ꝙ in ſexto gradu poſsit contrahere, intelligitur ſi vterq; diſtet in ſexto gradu. Alioqui ſi vn⁹ in ſexto, & alter in quinto, diſpenſatio non tenet. Sequitur ergo in propoſito, ꝙ ſi hoc eſt priuilegiū, & non lex, ꝙ ſi vnus diſtet in ſecundo à ſtipite, & alius in tertio, ꝙ non poterunt iſti duo contrahere, cùm ad priuilegium requiratur, ꝙ vterque eodem gradu diſtet, in quo ſonat diſpenſatio. Argumentum vrget. Et patet eſſe expreſſam determinationem. Attamen, nos non ob id obſeruari videmus, eò ꝙ cùm tales quando vnus in ſecundo, & alter in tertio dicuntur diſtare in tertio (vt dicemus) iudicamus poſſe iūgi, quia in tertio cōſanguinei poſſunt. Et quidem ſi eſſet lex, verum eſſet. Si tamen eſt priuilegium, contrarium eſt determinatum in loco allegato.

Reſpon. ex mēte Iuriſconſultorum, quibus in hoc maximè credendum. Innocen. (Solutio. Innocen.) Intelligit verum eſſe quod in argumento proponitur, & intelligendū vt textus diſponit. Et probat. Quia priuilegiū contra ius commune (cùm ſit odioſum) ſtrictè intelligendum eſt, ſed priuilegium non odioſum debet latiſsimè interpretari. At cùm hoc priuilegium odioſum ſit, debet ſtrictè interpretari. Hæc Innocentius. Verùm hęc opinio non placet Panor. in eodem ca. qui tenet contrarium, dicens. Quomodocunque priuilegium ſit, vel facta ſit diſpenſatio, ꝙ quis in tertio gradu poſsit ducere conſanguineam, poterit ducere. Quòd ſi alia ab ſtipite ſolum diſtet per vnum gradum, dum ipſe per tres, tales in iure dicuntur diſtare in tertio gradu. (Panor. cōtra Inno.) Et dicit contra Innocen. ꝙ licet diſpēſatio ſit ſtricti iuris, debet recipere interpretationem à iure cōmuni, ex quo loquitur in materia iuris. Facit cap. Ad audientiam. de deci. Et cap. In his. de priuile. Nam ſtatuta (licet ſint odioſa) capiunt nihilominus interpretationem à iure, vt not.

Innoc. Barto.

Innocẽn.in ca. Cauſam. de reſcrip. Et Bar.in l. Omnes populi. ff.de iuſtitia & iure. Quod autem hoc ſit verum,in duco finem huius cap.vbi Papa fundat ſe ſuper conſuetudine. Nam ex cauſæ expreſſione colligitur mens diſponentis, vt in c.Intelligentia.de verborum ſignifi.& l.Cùm pater.§.dulciſsimis.ff. de legi. Et per Din.in reg. fi. de regu. iur,lib.6.

Dinus. Solutio.

Ex iſtis manifeſtè apparet ſolutio ad argumentum. Dato quidem hoc ſit priuilegium,qui à ſtipite diſtat in tertio gradu,poterit ducere conſanguineam, quæ diſtat à primo,eò ꝙ ſecundum ius tales in tertio gradu dicuntur diſtare. Et quidem cap. ſolum fundat ſe in conſuetudine. Quia talis erat cõſuetudo,vt ſemper priuilegiũ, ſeu diſpenſatio intelligeretur, quãdo vterque eodẽ gradu diſtabat à ſtipite.

Nota.

Ob quod eſt notandũ quod do.Panor. ibidem notat, conſuetudinem tantum valere, vt perſonas habiles ad matrimonium, reddat inhabiles. Notandum (inquam) propter illa quæ nos dicturi ſumus, quãdo de matrimonio infidelium diſſeremus. Hanc ſententiam Panor. tenet Ioan. Cal. ꝙ computatio in iure intelligatur ſecũdum illum qui magis diſtat. Expreſſum eſt in c.fi.eodem titulo.

2.p.ar.22. Ioan. Cal.

Poteſt etiam hæc ſolutio confirmari, eo ꝙ diſpenſatio facta in materia matrimoniali, debet large intelligi in fauorẽ matrimonij, ſicut notat Abb.in c.Non debet. de cõſan. & affi. Et Felinus in c. Poſtulaſti. de reſcriptis.Et Guilielmus de monte Lauduno in ſuo ſacramentali, ad finẽ. ꝙ quando diſpenſatio eſt facta ſuper impedimento affinitatis, extenditur ad impedimentũ publicæ honeſtatis, licet de eo non fuerit facta mentio.Sic tenendum,quidquid dicat Ioan.An.in Arbore affini.de quo vide Hieronymũ Curiel in matrimonio regis Angliæ. dubio 8.p.2.argumen.7.

Abbas. Felinus. Guiliel. Nota. Ioan. An. Hiero. Curiel.

* Et hæc ſunt modo declarata à Pontifice ſummo Papa Pio quinto, in proprio motu, vt in fine in appendice dicemus. Vult ſummus Pontifex, vt quando diſpenſatio facta eſt in aliquo gradu, intelligatur ſecundum diſtantiam ab ſtipite,ſecundum illum qui magis diſtat, etiam ſi non diſtent eodem gradu.

2. Dubiũ.

Dubitatur 2.circa hoc. Vtrũ illi qui iuncti erant in 3.vel 4.gradu ante diſpenſationem: iam facta diſpenſatione, neceſſario matrimonium teneat, ita vt non poſsint ſeparari. Item.Dato facta ſit diſpenſatio,ſed ipſi ignorant impedimentum, vtrùm quoties nouerint, poſsint ſeparari ad libitum. Hoc dubium poteſt aliquos decipere, niſi aduertant.

Nõ poteſt Eccleſia nouum ſacramentũ inſtituere. S. Tho. 3. p.q.64. ar. 4. Contrarium. Scot. in 4. d.1.q.3. & alij.

Pro ſolutione notandum primo, ꝙ ſummus Pontifex, aut Concilium generale totam Eccleſiam repreſentans, non poteſt aliquod ſacramentum inſtituere de nouo. Quia à Chriſto omnia inſtituta ſunt. Nec hanc poteſtatem, quæ eſt excellentiæ, reliquit Eccleſiæ ſuæ,licet potuiſſet. Et ob id nõ poteſt facere quod non eſt baptiſmus, ſit baptiſmus, & quod non eſt confirmatio,ſit cõfirmatio. Et ſic de alijs. De quo in 4.ſent. quando de ſacramentis in genere diſputabimus in noſtris reſolutionibus,Deo dante.

Secundo notandum,quòd licet hoc ita verum ſit,tamen Eccleſia poteſt circa ſacramenta multa præcipere,& prohibere,& ſacramẽta lia quædã addere, & alia tollere. Item, & circa perſonas quæ debent recipere ipſa ſacramenta. Itaque poteſt declarare has perſonas legitimas ad tale ſacramentũ ſuſcipiẽdum, & alias non eſſe idoneas,maximè in matrimonio, quia contractus eſt pertinens ad conuictum humanum.

* Sicut & modo noſtris temporibus poſt ſecundam editionem factum eſt in Concilio Tridentino ſeſſione 24. vbi multa circa matrimoniũ ſunt mutata, & inhabiles perſonæ aliquæ ſunt conſtitutæ, quæ ante erant habiles, & è contra.vt late in fine in appendice appoſuimus.ſit prima concluſio.

1. conclu.

Prima concluſio. Cõiuncti in 3. vel 4.gradu, ante diſpenſationem factam (dummodo fuerit tempore fidelitatis coniunctio) non ſunt verè coniuges, & vno, vel altero volente recedere, celebrabitur diuortium. Probatur. Quando tales iuncti fuerunt, non fuit verum

Ratio 1.



verum matrimonium, quia perſonæ illegitimæ erant: ergo non poterit eſſe adueniente diſpenſatione,niſi ipſi voluerint de nouo contrahere. Patet. Quia conſtitutiones matrimonij ad præterita nõ retrahũtur.13.d.c.Ante triennium.Et 35 q.3.de inceſtis. Et de conſan.& affin. c. Non debet. vbi dicitur. De cætero liberè copulentur.

Ratio 2. S. Tho. d. 40. ar. 4. Ricard. d. 40. q.6. Celaya d. eadẽ q.1.

Idem patet ex notabilibus. Summ⁹ Pontifex Paul.3.per diſpenſationem in 3.& 4. gradu non facit matrimoniũ, quod non erat matrimonium,cùm nõ poſsit, ſed ſolum manifeſtat perſonas legitimas, ad contrahendum conſanguineos in 3.& 4.gradu. Sequitur ergo ꝙ etiam facta diſpenſatione, quocunque petente diuortium, celebrabitur.glo.in allegato c.Nõ debet.Hæc etiam ſententia eſt doct. ſancti in loco allegato, & Ricardi, & Celaya.

2. conclu.

2. concluſio. Etiam ſi facta diſpenſatione, qui contraxerunt in 3.& 4. gradu ſe ſimul tractauerint vt vxor,& vir,eodem modo ſicut antè,ſiue ſcientes, ſiue ignorantes impedimentum:ſi non affuit nouus conſenſus (ſaltim interior )nullo modo eſt quantum ad Deum matrimoniũ. Probatur. Primo. Si ſciuerint impedimentum præteritum, & iam nullum eſſe, à principio non fuit matrimonium, ergo nec modò, per cohabitationem,neque per copulam. Quia ad hoc quòd ſit verum matrimonium requiritur mutuus cõſenſus, expreſſus inter perſonas legitimas, ſed iſte non eſt, quia à principio quando fuit, non valuit, cùm perſonæ fuerunt illegitimæ. Nec eſt conſenſus, ſed ſolum cohabitatio, & copula, iſta autem non ſufficiunt ad matrimonium, vt nos ſuperiùs latè probauimus. Et patet extra de reſti. ſpol. c.Ex parte.

Ratio 1. Sup. ar.2. Docto. in 4.ſent. di. 26. & 27.

2. Ratio.

Si iſta cohabitatio mutua ſufficeret ſine nouo conſenſu, ſequeretur ꝙ ſola ipſa, & acceſſus carnalis facerent matrimonium. Patet. Quia conſenſus non retrotrahitur, vt patet ex c. allegatis proximè: ergo perinde eſt, ac ſi non præceſſiſſet. Ex hoc patet: quia ſi ignorat impedimentum, à fortiori matrimonium non validatur per ſolam cohabitationem mutuam.Dixi. Si non adſit nouus conſenſus, ſaltim interior. Nam quando verba expreſſe præceſſerunt, ſufficit nouus conſenſus interior, vt probauimus ſupra art. 3. Dixi. Quantum ad Deum. Quoad Eccleſiam verò erit præſumptum matrimonium in illo, qui ſciuit à principio interfuiſſe impedimentũ. Et cùm iam nullum ſit, manet eodem modo ſicut antè. Quia Eccleſia præſumit eum non velle peccare. Expreſsè hoc eſt determinatum in c.Ad id de ſponſa.Et pro clariori intelligentia ſit tertia concluſio.

3. conclu.

3. concluſio. Inter illos qui cõtraxerunt in gradu prohibito, poſt diſpẽſationem factam: ſi interueniat nouus conſenſus interior, ipſis ſcientibus, vel ignorantibus impedimentum præteritum, verum eſt matrimonium:vbi expreſſio conſenſus præceſſit antè, quando non valuit matrimonium. Quia ad hoc ꝙ matrimonium valeat, ſufficit conſenſus expreſſus inter legitimas perſonas: ſed ſic eſt quando diſpenſatio facta eſt, ꝙ interuenit cõſenſus,& expreſſio fuit antè, & perſonæ ſunt legitimæ, ergo verum erit matrimonium. Dixi. Siue ſciant impedimẽtum,ſiue non. Nam quomodocunque interueniat de nouo cõſenſus,ſicut ſolet ſæpiſſimè contingere, quando homines reflectunt ſe ſuprà ſe, tunc ſolent de nouo ſe obligare, ille eſt conſenſus ſufficiens, & iam perſonæ ſunt legitimæ,licet à principio non fuerũt: ergo verum eſt matrimonium. Quia ſi non eſſet verum, maximè, quia non eſt cõſenſus expreſſus, ſed hoc nõ obſtat,cũ expreſſio à principio facta fuit, ergo eſt verum matrimoniũ: ſiue ſciãt impedimentum, ſiue ignorent. Illud enim non obſtat quominus ſit. Dixi: Dummodo præceſſerit expreſſio conſenſus: quia ſi non præceſiſſet (vt nos in principio, quando agebamus de conſenſu, probauimus) non eſſet verum matrimonium per ſolum conſenſum interiorem. Itaque illis qui expreſsè cõtraxerunt cũ impedimẽto,

Ratio. Sup. ar.2.

Sup. ar.3.

ob quòd tunc matrimoniũ non tenuit:
damus quòd per ſolum interiorem cõ
ſenſum de nouo contrahant cum illa,
cum qua expreſſum habuerunt, & ſi
tunc non valuit. Quod tamen non cõ-
cedimus in illis, qui nunquam habue-
runt talem expreſsionem conſenſus.
Sententiam hanc expreſsè tenet Ricar
Ricard. d. 27.&d.40. q.6. dus, & multi alij, quos nos ſuprà reci
tauimus. Sic ob fauorem matrimonij
affirmat glo. in cap. Non debet. ſuprà
Panormi. allegato, quam approbat Panormi. ibi-
dẽ. * Et in fine in appendice quomodo
poſſit ſtare poſt Concilium Tridenti-
num, quòd ſolus interior conſenſus
ſufficit.

4. conclu. 4. concluſio. Si poſtquam duo con-
iuncti ſunt matrimonialiter in gradu
prohibito, ante nouum conſenſum al-
ter eorum, vel vterque tranſierit ad
aliud matrimonium, ſecundum eſt va-
lidum, etiam ſi antè fuerit facta diſpen
ſatio, & ablatum fuerit primum impe-
dimentum. Hæc concluſio eſt tam ma-
nifeſta ex ſuprà dictis, vt probatione
nõ egeat. Eò enim quòd primum nul-
lo modo tenuit, ſi non ad ſit nouus con
ſenſus, conſequens eſt quòd ſecũdum
ſit ratum, & verũ matrimonium. Alio-
qui ſi ſecundũ non teneret, eſſet, quia
primum fuit validum, ſed non valuit,
vt ſuprà probauimus: quia non erant
perſonæ legitimæ, neque poſt, valuit;
quia non fuit conſenſus. Hæ conclu-
ſiones mẽte tenendæ ſunt, paſsim qui-
dem inueniet quilibet caſum continge
re, neque facile poterit miniſter expe-
dire, niſi perpenderit primũ non va-
luiſſe, nec ſufficere diſpenſationem fa-
ctam, niſi poſt diſpẽſationem nouus in-
Ricard. di. 40. q. 6. teruenerit conſenſus. Huic ſententiæ
adhærent quàm doctiſſimi viri, tam ex
noſtris Theologis, quàm ex iuris do-
ctoribus, * Et vide in fine in appẽdice,
vbi ex propoſita tractatur.

# ARTICVLVS XLV.

## *De computatione graduum.*

QVomodo gradus ſint cõ
putandi in cõſangui ni-
nitate, quatuor cõclu-
ſionibus declaratur.
Quarum prima eſt.

¶ Cõputatio graduum
ſecũdum ius Canonicum ſic eſt, vt tot 1. conclu.
ſint gradus cõſanguinitatis, quot per-
ſonæ deſcẽdentes a ſtipite, vna dẽpta,
ita ꝙ ſi pſonæ ſunt quatuor cum ipſo
patres, à quo trahĩt origo, gradus erũt
tres. Probatur. Gradꝰ in cõſanguinita Ratio.
te ex eo attẽditur, ꝙ vnus eſt ab alio,
ergo tot erunt gradus, quot ſunt iſti
reſpectus vnius ad aliũ: ſed inter qua-
tuor perſonas ſolum ſunt tres reſpe-
ctus, & inter tres perſonas ſolum duo
reſpectꝰ, ergo ſimiliter & gradus erũt.
Capio patrem. Certũ eſt, quòd pater
ſecundum ſe gradum non conſtituit,
niſi in ordine ad illũ, qui ab ipſo deſcẽ
dit. Ergo ipſe eum filio, qui ab ipſo,
primum conſtituit gradum, & ipſe fi-
lius in ordine ad illũ, qui ab ipſo, aliũ
gradum: iam duo ſunt gradus, & tres
ſunt perſonæ. Et cõſequeuter in alijs.
Vnde ſi velis in aperto cognoſcere
quot ſint gradus conſanguinitatis, nu
mera perſonas omnes, vſque ad com-
munem parentem: & quot ſunt per-
ſonæ (vna dempta) tot ſunt gradus
cõſanguinitatis. Nec poteſt eſſe aliqua
deceptio, in qua omnes conueniunt
computando gradus, ſecundum ordi-
nem aſcendentium, vel deſcendentiũ,
quando vnus ab alio. Sed tamẽ in linea
collaterali, in qua non vnus ab alio,
ſed vterque ab vno ſtipite deſcẽdunt,
eſt al qualis difficultas in computo.
Aliter enim ſecundum canones, & ali
ter ſecundũ leges. De quo ſit. 2. concl. 2. conclu.

2. concluſio. In linea tranſuerſali
tali gradu duo diſtant inter ſe, quanto Ratio.
diſtant à cõi parente proximo. Proba-
tur. Filij duorũ fratrũ ſunt conſangui
nei, neq; vnus eſt ab alio, ſed tñ vterq;
ſunt ab vno, quia a patre ſuorum pa-
trũ. ſ. ab Auo habent vterq; principiũ.

Tales



Tales duo erãt cõſanguinei in gradu il
lo, in quo diſtãt à parẽte proximo, ſed
ab ipſo diſtant duobus gradibus. ſ. à cõ
muni Auo vtriuſque ergo filij duorũ
fratrum eodem gradu diſtabunt inter
ſe. Nam conueniunt in illo communi
parente, & vnius ad alium diſtantia ſo-
lum penes diſtãtiam, ad illum commu
nem parentem iudicanda eſt. Et hoc in
3. conclu. æqualiter diſtantibus. Sed de inæqua-
liter diſtantibus ſit tertia concluſio.

3. concluſio. In linea collaterali in-
æqualiter diſtantes, à communi paren
te, tali gradu diſtabunt inter ſe, quan-
to illi, qui magis diſtant à cõmuni pa-
rente. Verbi gratia. Capio filium filij
ſororis, & me ipſum. Si volo cognoſce
re quo gradu diſtẽ ab illo: videbo quo
gradu ipſe diſtat a communi parente.
Et ſic eſt, quòd à parente proprio, qui
erat filius ſororis meæ, diſtat vno gra-
du, & à ſorore per duos, quę erat Auia
ſua, & à patre Auiæ ſuæ, qui eſt Auus
meus, & Proauus ſuus, per tres gra-
dus diſtat, & ego diſto à patre meo per
vnum, & ab Auo meo, qui erat ſuus
Proauus, per duos, ille diſtat per tres
Ratio. à communi parẽte, ergo per duos, nos
diſtamus, tribus gradibus conſangui-
nitatis. Et hoc probatur expreſsè. In-
ter me, & filium filij ſororis meæ non
eſt, alia propinquitas, niſi in ordine ad
communem, patrem, à quo vterque
deſcendimus, ergo non poteſt inter
nos maior eſſe propinquitas, quàm ſit
in ordine ad illum parẽtem: ſed alter
diſtat per tres gradus, ab illo commu-
ni parente, ergo & vterque inter ſe eſt
neceſſe talem habere diſtãtiam, & non
maiorem propinquitatẽ. Alioqui non
cõſideraretur propinquitas in conſan
guinitate, ratione illius communis pa
rentis. Eadem ratione ſi vnus diſtet
per quinque gradus, & alius ſolum
vno, iſti duo dicuntur inter ſe quin-
que gradibus conſanguinitatis appro
ximare, vel diſtare: quia non eſt di-
ſtantia, neque propinquitas niſi in
ordine ad illum, à quo proximè pro-
cedunt Et non poteſt eſſe maior pro-
pinquitas, quàm ſit illius, qui magis
accedit: vt ſi Petrus iunctus eſſet Ioã-
ni, & Martinus diſtaret ab illo eodem
Ioanne, per duas leucas, certum eſt ꝙ
Petrus à Martino diſtaret ſecundum
illam diſtantiam, ſecundum quàm di-
ſtat à Ioãne Martinus, dato Petrus ſit
Ioanni appropinquans. Itaque in eis
non oportet aliud cautiùs attendere,
quàm deuenire ad parentem commu-
nem proximum. Quo in vento, videre
oporteret, quot ſunt perſonæ deſcen-
dentes vſque ad illam, de qua quæri-
mus, & dempta vna, tot gradus erunt,
& videre ex alia parte, quot ſunt ſimi
liter gradus, & ſi æqualis diſtantia ſit,
tot gradus erunt quot ſunt vſque ad
proximum parentem: quòd ſi fuerint
gradus inæquales inter ipſos collate-
rales: erit tãta diſtãtia inter eos, quã-
ta eſt illius qui magis diſtat. * Circa
hæc vide quæ in appẽdice poſita ſunt,
quomodo diſpenſatio ſit quando vnus
diſtat in vno gradu, & alter in altero.
Sũmus Pontifex Pius quintus poſuit
in ſuo proprio motu quomodo fiat, &
ſuprà meminimus.

4. concluſio. Secundum ius ciuile 4. conclu.
gradus tot ſunt, quot ſunt perſonæ
deſcendẽtes ex vtraque parte: vt duo
fratres ſunt in ſecundo gradu, cùm ta-
men (ſecundum Canones, & iam di-
cta) ſint in primo, & filij duorum fra-
trum ſunt in quarto gradu ſecundum
leges, cùm (ſecundum Canones) ſint
in 2. gradu, & ſic conſequenter. Ita ꝙ
duplicantur gradus ad ius canonicũ,
ſecundum ius ciuile, vt qui ſunt in ſe-
cundo gradu ſecundum ius canonicũ,
ſecundum ius ciuile dicantur eſſe in
quarto gradu. Ratio diuerſitatis eſt. Ratio.
Quia leges attendunt diſceſſum à cõ-
muni patre ex vtraque parte. Sed ra-
tionabilior eſt computatio canonum,
Nam non eſt intelligibile, ꝙ detur ſe-
cũdus gradus ſine primo, vel quartus
ſine tertio, ſed ſecundum leges ita eſt,
ꝙ primus gradus nõ datur, neque ter
tius, ſed ſecundus, & quartus, & ſex-
tus. Veruntamem modus computan-
di legum non caret ratione, cùm reſ-
pectum habeant ad ſucceſsionem hęre
ditatis vnius poſt aliũ. Et ob id talem
ſeruant in gradibus computationem.

Cæ-

Cætera alia quæ ad conſanguinitatẽ ſpectant, in gradibus prohibitis (in iure naturæ ſtando) infidelibus, ſpectanda in ſecunda parte, in qua (Deo duce) de matrimonio infideliũ diſputauimus, & de gradibus conſanguinitatis prohibitis iure naturę, & iure Diuino, latiſſimè. Ar. 22. & vltrà.

# ARTICVLVS XLVI.

## *Verum ſummus Pontifex valeat diſpenſare in omnibus gradibus conſanguinitatis.*

QVanquam in 2. parte de hac diſpẽſatione ſumus diſſerturi latè, pro nũc non erit ab re aliqua prælibare. Pro quo ſit concluſio.

1. conclu. Papa in omnibus gradibus prohibitis iure poſitiuo humano diſpẽſare poteſt, non tamen in prohibitis iure naturali, vel Diuino Euangelico. Hæc concluſio patet. Quia ille ſolum põt in lege diſpenſare, qui legem condidit, at ſummus Pontifex legem cõdidit de gradibus conſanguinitatis, quia olim de ſeptimo nunc de quarto (vt ſuprà dictum eſt) ergo poterit diſpenſare. Hac etiam ratione probatur ſecunda pars à contrario ſenſu. Sed de gradibus prohibitis iure naturali, vel iure Diuino nihil condidit, ergo in eis nõ

ſup. ar. 43 poterit diſpenſare. Qui autem ſint iſti, iam nos diximus ſuprà, & infra in ſecunda parte latius diſputabimus.

Dubium opti. Dubitatur. Vtrùm ſi Papa ſine cauſa rationabili, ſed ſolum ad libitũ, modò prohiberet vſque ad octauum, vel nonum, vel decimum gradum, & aliqui iungerentur, eſſet matrimonium.

Dilutio. Ad hoc dubium (quicquid dicat quidam grauiſſimus, & doctiſſimus vir) dicendũ, ꝙ quomodocunq; Papa prohiberet quintum, ſextum, vel ſeptimũ, vel octauum gradum, dum tamen in alijs gradibus poſſet matrimonialiter coniungi, teneret prohibitio: & qui contra legem iungerentur, non eſſent veri coniugati. Summus enim Pontifex circa perſonas ad matrimonium aptas illegitimas efficiẽdo, vel legitimas declarando: cùm primo, vſque ad ſeptimum gradum eſſet prohibitio, & modò, vſque ad quartum ſolum. Sequitur ergo, ꝙ cum hanc poteſtatẽ fateamur ei conceſſam, ꝙ etiam ſi in gradu vlteriori id faciat, tenebit factum, licet fortè peccaret. Probatur à ſimili. Nam ſicut plurima alia approbamus ab eo facta, quia poteſtatẽ habet, licet ipſe malè faciat, vt ſi diſpenſet ſolum pro libito in iure poſitiuo, cõcedimus factũ tenere, & ſi abſque cauſa faciendo peccet. Quare ergo à ſimili non concedemus in matrimonio, quandoquidem eum concedimus habere poteſtatem prohibendi nonnullas perſonas & illegitimandi? Ego neſcio quo iure, ſi potuit vſque ad ſeptimum gradum olim, modò non poſsit, ſi velit, etiam vſque ad vndecimum, & ſicut ille qui intra ſeptimum contrahebat, tunc, nõ verè contrahebat, quia erat illegitima perſona, & qui poſt vndecimum prohibitum, ſi intra ipſum contraheret. Primum autem neceſſe eſt concedant omnes, ergo & ſecundum. Dixi tamen in concluſione. Dummodò poſsit matrimonium celebrari cum alijs. Quia tot gradus prohibere poſſet, vt non manerẽt perſonæ aliquæ legitimæ ad matrimonium, & nullatenus teneret prohibitio. Quia non habet ad hoc facultatem, neç poteſt ipſe deſtruere, & impedire quod Deus ordinauit, & ad quod natura inclinat. At cùm Deus matrimonium inſtituerit, & ad id natura inclinet ſequitur ꝙ ſummus Pontifex nõ poteſt id in vniuerſum impedire, impediret tamẽ, ſi nullæ perſonæ manerent legitimæ ad matrimonium. Et probabiliter credo verũ eſſe, eum qualemcunque gradũ prohibere poſſe, licet male faceret pro libito prohibendo. Si tamen matrimonium alias poſſet celebrari cum alijs, oporteret tenere, & obſeruare prohibitionem. Et ſi qui contra ipſam iungerentur, non eſſent veri coniuges.

[Right margin: In cõcilio Tridẽtino ſeſsio. 24. — Notã. Gene. 2. Mat. 19. ſup. ar. 1.]

AR-



# ARTICVLVS XLVII.

## *De impedimento affinitatis.*

Affinitas definitur. POST impedimentũ conſanguinitatis ſequitur affinitatis. Cuius definitio cõmuniter aſsignatur à doctoribus hoc modo. Affinitas eſt attinentia, vel propinquitas perſonarũ ex carnali copula proueniens, omni carens parentela. Definitionis huius veritas ſic declaratur. Ex carnali quidem copula ſit quædam propinquitas, quæ vocatur affinitas, carens parẽtela. Quia ſi parẽtela eſſet, conſanguinitas eſſet, & non affinitas.

1. Nota. At verò, vt more ſolito procedam, oportet primo notare, ꝙ in affinitate gradus ſunt, ſicut in conſanguinitate. Et eodem modo cõputari debent. Nã illo eodem gradu ſum affinis illi, cui habuit conſanguineus meus acceſſum, quo gradu ei ſum conſanguineus, ita ꝙ ſi ſum ei in ſecũdo gradu conſanguineus, ero vxori ſuæ, vel illi, cui ipſe copulatus eſt affinis, in ſecũdo gradu.

2. Nota. Eſt etiam notandum: gradus affinitatis aliquos eſſe de iure naturali, alios de iure poſitiuo Diuino, alios de iure humano.

Et pro fundamento principali oportet priùs quærere, vtrũ affinitas verè ſit vinculum naturale: ſicut & conſanguinitas. Pro quo ſit prima concluſio.

1. conclu. Prima concluſio. Affinitas eſt quoddam naturale vinculum, ſicut & conſanguinitas, cauſatum ex coniunctione ordinata ad carnis propagationem. Probatur ex Ariſtote. Super communicationem naturalem fundatur amicitia naturalis. Quæ communicatio naturalis ſit duobus modis. Vno modo ſecundum carnis propagationem, ſecundum quam vnus eſt ab alio, vel ambo ab vno tertio. Alio modo cauſatur per coniunctionem ordinatam ad carnis propagationem, quæ coniunctio eſt per matrimonium, vel per carnalem copulã. Propter quod Ariſto. ibidem dicit, ꝙ amicitia viri ad vxorem eſt naturalis. eo quòd ſit quædam cõmunicatio naturalis inter ipſos ex qua naturaliter ſequi neceſſe eſt talẽ amicitiam. Et ob hoc ſicut per propagationem carnis, cauſatur quædam naturalis amicitia, & quoddam vinculũ naturale: quod cõſanguinitas dicitur, ita per carnalèm copulam, vel coniunctionem ad hoc ordinatam (vt eſt matrimoniũ) cauſatur vinculum quoddam naturalis amicitiæ, quod affinitas dicitur, quo homo æqualiter ſe habet ad cõſanguineos vxoris, ſicut ad ſuos, eo modo quo vxor eſt vnum corpus cum viro. At quia non eſt ſimpliciter vnum cum viro, ſed quaſi ab extrinſeco: ideo quicunque attinet viro, attinet vxori: non autem in eodem genere attinentiæ, ſed attinent viro conſanguinei vinculo conſanguinitatis, & ipſi vxori vinculo affinitatis. Et ꝙ ſit hoc vinculum naturale, expreſsè. 35. q. 10. c. Fraternitatis. De quo infrà.

[Left margin: Ariſtot. 8. Ethi. c. 12. S. Thom. lec. 12. ſupe. 8. ethi. — Right margin: Ariſtot. 8. Ethi. c. 12. Mat. 19.]

2. concl. 2. concluſio. Iſta naturalis amicitia, quæ affinitas dicitur, licet ex omni copula carnali, quæ ex commixtione ſeminum oriatur, maximè tamen cauſatur ex matrimoniali cõiunctione. Probatur ꝙ cauſetur ex omni copula etiã illicita, & fornicaria. Sic Pau. Qui adhæret meretrici, vnum corpus ſit cum ea. Sequitur ergo, quod quãuis ſit per copulam illicitam, nihilominus eſt illud naturale vinculum. Idem patet. 35. q. 1. Nec ea. Extra de eo qui cogno. conſangui. vxo. ſuæ. c. Diſcretionem. Et c. Tuæ fraternitatis. Hoc omnes doctores affirmant. Ex eo enim ꝙ ſit coniunctio talis ad propagationẽ, naturaliter huiuſmodi cauſatur vinculum. Hæc concluſio eſt contra Coraſ. lib. 1. Miſcel. c. 3. qui ait. Ex cõcubinatu affinitatẽ non oriri quæ ſit impedimentum ad matrimonium. Quia cõcubinatus lege permiſſus eſt. Sed valde deceptus eſt hic doctor. Nam coitus coniugalis eſt licitus, & tamen oritur affinitas ex eo. Et dato concubinatus lege ciuili ſit permiſſus, illicitus tamen eſt. Dixi in concluſione, dum-

[Right margin: 1. Cor. 6. — Cõtra Coraſ.]

dummodò ſit ſeminum commixtio. Nam ſi vir extrà ſeminat, niſi à fœmina recipiatur, non contrahitur affinitas, cùm non facta fuerit carnis vnitas, quæ fundamentum eſt vinculi naturalis. Ita expreſsè determinatur. 35. q. 3. c. Extra ordinariã. Et de eo qui cog. conſ. vxo. ſuę. c. Fraternitatis. Sic communiter intelligunt doctores. Vide Ferdinandum Loazes in tractatu de matrimonio, dubio 1. & dubio 15. Latè Couarru. in epitome.

Ferdinan. Loa. Couaru. 3. p. epito. c. 6. §. 7.

Probatur vltima pars concluſionis, ꝙ maximè cauſetur ex copula maritali. Nam hoc vinculum fundatur in amicitia quadam naturali, qua amamus cõiunctos noſtris conſanguineis, ſicut conſanguineos, ſed hoc maximè apparet in matrimonio. Imò & ſunt nomina impoſita ad id, vt ſocer, gener, [ mi cuñado, cuñada. ] Et apud neophytos etiam tempore infidelitatis id ipſum reperitur. Tamen in coniunctione fornicaria (licet ſit vinculũ naturale) nõ eſt ita naturalis amicitia. Imò ex tali copula potius generantur odia, rixæ, contentiones, diſſenſiones. Nec ſunt nomina impoſita ipſis affinibus ad declarandam aliquam amicitiam. Ex quo probabiliter dici poſſet, diſcrimen eſſe inter coniunctionẽ maritalem, & fornicariam: ꝙ in maritali, eſt quoddam vinculum naturale, ſecluſa omni lege poſitiua, quod vinculũ ſe extendit ad certos gradus: ſicut & de conſanguinitate ſuprà dictum eſt, in quibus eodẽ modo oportet iudicare, ſicut in conſanguinitate. Vnde Papa in eis poteſt diſpenſare, ſicut & in gradibus conſanguinitatis dictum eſt. Tamẽ ꝙ per coniunctionem fornicariam, hoc vinculũ naturale non extendatur vltra illam perſonam, cum qua facta eſt coniunctio. Non (inquam) deriuatur ad cõſanguineos affinitas ex tali illicito cõcubitu proueniens. Hoc ſolum eſt ſtando in lege naturali, ſecluſa omni lege poſitiua: eo quòd non videtur eſſe naturalis amicitia inter conſanguineos mulieris, & viri, qui copula fornicaria iũctus eſt mulieri. Imò potius ſunt inimicitiæ. Quare tales gradus per copulam illicitam cauſatos poſſemus dicere eſſe ſolum ex iure poſitiuo merè, & Papam poſſe in illis ad libitum diſpenſare.* Facit cùm hoc Concilij Tridentini decretũ in ſeſsione 24. vbi de matrimonio agens, & de gradibus affinitatis gradus contractos per copulã illicitam ad primum & ſecundum reſtringit: ſed contractus per licitã non mutat. De quo infrà in appendice de impedimento affinitatis in fine eiuſdẽ appendicis. Et pro hoc videtur facere tex. Deus qui. Extra de diuortijs. vbi prohibet Papa ne quis ducat illam, quam frater tempore infidelitatis duxit vxorem. Quod non dicit de concubina fratris. Lectorem obſecro aduertat hæc. Nã ex iſtis poterit vnum dubium graue, vſque ad iſta tempora deſideratum in proprijs terminis, exactè diffinire. Si quis inter noui orbis indigenas tempore infidelitatis cognouerit vnam & poſt baptizatos duxerit ſororem, vel conſanguineam in ſecundo gradu illius, quam cognouit tempore infidelitatis, an poterit retinere, vel ſint tales ſeparãdi. Legant diligenter Theologos Scholaſticos. Legant & Iuriſperitos, in quibus non inuenient apertè dubium elucidatum, neque poterit ſolui, niſi priùs ob oculos habeamus, nunquid hoc vinculum affinitatis ſit naturale, vel ſolum ſit iure poſitiuo? Quia ſi iure poſitiuo ſit, clarum eſt tale matrimonium non debere diſſolui. Si ex naturali iure ortum habet, ſicut conſanguinitatis, quomodo poterit ſtare matrimonium?

Nota differẽtiã inter affinitatẽ cõtra ctã ex illicita copula, & ex licita.

Dubium.

Item oportet conſiderare, ſi eodem modo naſcitur hoc vinculum per matrimonium, & per fornicariam copulam. Et quærere de tali infideli, ſi fuit vxor eius illa, cũ qua habuit acceſſum, vel non. Quod dubium proximè iam enodabitur plenè.

Obiectio.

Contra illud quod dictum eſt, ꝙ ſit ad affinitatem neceſſaria ſeminum cõmixtio, videtur expreſſus textus. Extra de ſpõſ. c. Iuuenis. vbi dicitur, ꝙ cũ quidam contraxit ſponſalia cum puella, & niſus corrumpere eam, non potuit, poſtea ille iuuenis duxit conſanguineam



guineam illius puellæ: de quo conſultus Papa, determinauit, hoc matrimonium ſecundum eſſe diſſoluẽdum. Ex iſto ſic arguitur contra concluſionem. Hoc matrimonium ſecundum eſt diſſolutum, & non niſi per affinitatem contractum cum puella, cum qua nõ fuit ſeminum commixtio, ergo ſequitur ꝙ non eſt neceſſaria.

Solutio.

Reſpon. dupliciter. Primo, vt reſpõdet quidam doctor, ꝙ præſupponitur in illo ca. ꝙ iuuenis ingreſſus fuerit clauſtra virginalia, & ſeminauerit: Qui cõcubitus de ſe erat ſufficiens ad commixtionem ſeminum. Imò non oportet ad cõceptionẽ ꝙ puella ſeminet. Hæc ille. Fateor ꝙ ſufficiens ſit ſolutio. Et ſic nihil contra concluſionẽ: Nam ex quo ſententia ſummi Pontificis fundatur ꝙ fuerit ſeminatio, ex hoc præcepit matrimonium, poſtea cõtractum cum conſanguinea illius, quẽ cognouit, eſſe diſſoluendum.

Ariſt. 1. de gene. anima. c. 2. et 2. dege. ani. ca. 4. dicit, ꝙ nõ requitur ꝙ mulier actiuè agat. Et S. Tho. 3. p. q. 32. ar. 4. Contra docto. ſubt. in 3. ſent. d. 4. quæſt. 1. & alios.

Sed tamen quia fortè aliquis acutius præponderans verba textus, inſtabit dicens, ꝙ ibi ſit expreſſum iuuenẽ attentaſſe conſummare, & non potuiſſe, poteſt ſecundo dici ad argumentum, ibi impedimentum ortum fuiſſe cum ſecunda, non propter affinitatem: quia nulla fortè fuit cauſata, quãdoquidem non fuit ſeminis emiſsio, ſed fuit ortum impedimentum publicæ honeſtatis ex hoc, ꝙ ille iuuenis illam puellam poſt ſeptennium ſibi ſponſauerat. quod impedit contrahẽdum, & dirimit contractum. Sic intelligit textum Panor. ibidem. Idẽ affirmat Palude, & addit, ꝙ ibi fuit impedimentũ ortũ rõne certa, propter ſpõſalia, quæ poſt ſeptennium ille approbauit. Vel quia maritali effectu attentauit. Nã attentatio quæ fieret maritali affectus maximè cũ illa cum qua poſſet matrimonium contrahi, cauſaret affinitatẽ ratione dubij. Vnde ſi conſtaret de copula carnali, non eſſet credendũ niſi in foro cõſcientiæ, ꝙ non eſſet ſeminis receptio. Quare ſi in illo foro conſtet non fuiſſe ſeminis receptionem, neque attentationem factam maritali affectu, nullum vinculum contractũ eſſet. Hæc de Palude.

Palud. d. 40. q. 1.

Ariſto. 2. de ge. ani. cap. 19. & Plato. Et

Et vltimo circa iſta nota non eſſe ſic neceſſariam ſeminum commixtionem, ſi fœmina non ſeminet, non inſurgat tale impedimentum (quicquid dicat Archidi. ſuper c. Extra ordinariã. 35. q. 3. & Hug. Lau. Vicen. & Innocen. quòd requiritur fœminæ ſeminatio, & ꝙ commiſceatur ſemini viri) quando ſemen mulieris non eſt neceſſariũ ad prolis generationem. Alioqui virgo Maria non diceretur mater Chriſti. Sed ſufficit, ꝙ ipſa fœmina miniſtret materiã, quæ diſponatur ad fœtum ratione ſeminis viri. Imò dicunt aliqui, ꝙ ſine carnali copula poteſt cauſari, ſi ſit receptio ſeminis. de quo S. Anto. 3. p. tit. 1. c. 11.

Auice. p. c. de mem bris Idem Cõmẽ. 5. metaph. c. p. Et S. Tho. 1. 2. q. 81. ar. 5.

Florenti.

Ex hoc etiam habes, ꝙ ſi vir intrans clauſtra, ſeminat extra vas, quòd non oritur impedimentum affinitatis, nec oritur, ex concubitu ſpadonis, quia non emittit ſemen.* Verum Michael de Medina in ſuo de Cælibatu. lib. 5. cap. 76. probat nec ſeminum cõmixtionem, imò neque viri ſeminationẽ eſſe neceſſariam ad affinitatem. Vide ibi.

Corolla.

## ARTICVLVS XLVIII

*In quo declaratur, quo iure affinitatis gradus ſint prohibiti.*

IAM reſtat diffiniendũ, quo iure gradus affinitatis ſint prohibiti, & quot ſint. Ad quod reſpondendum erit, eodem modo, ſicut ſuprà diximus de conſanguinitate, diſtinguẽdo iura, ſcilicet, ius naturæ, ius Diuinum poſitiuum vetus, & Euãgelicum, & ius purè humanũ. Et ſit prima cõcl.

1. conclu.

Prima concluſio. Stando ſolum in iure naturæ, ſi aliquis affinitatis gradus eſt prohibitus, in quo non licet alicui matrimonium contrahere: ſolũ eſt filij cũ nouerca. Quia ſi aliquis eſt gradus prohibitus, maximè ille, qui rationi naturali bene inſtitutæ repugnat, ſed videtur repugnare, ꝙ aliquis in vxorem capiat illam, cum qua pater vna caro facta eſt.

1. Ratio. Matt. 10. 1. Cor. 6. 2. Ratio,

Secundo. De iure naturæ debetur reuerentia vxori patris,& obedientia: ergo maximè ſecundum tale ius repugnat illam ducere in vxorem:quia deberet præſtare obedientiam filio viri ſui,cũ vxor,teneatur naturaliter viro ſuo obbedire. Hanc ſententiam videtur Sanct. Thom. approbaſſe ex illo

S.Tho.1. Cor.lec.1.

Pauli.1.Cor.5.Auditur inter vos fornicatio, qualis neque inter gentes, ꝙ quis acceperit vxorẽ patris.Ac ſi vellt B. Paulus dicere.Tam enorme factum eſſe:vt iuri naturali repugnet,quando quidem gentes id obſeruant,quæ nullam aliã habent legem. ſatis probabile eſt hoc,maximè ex obſeruantia quam habent in prouincia Mexicana:quia vitio datur, ſi quis vxorem patris, ſeu nouercam ducat in vxorem poſt mortẽ patris. Sic Viruesſius epiſcopus Canarienſis in illo ſuo opuſculo pulchro de matrimonio regis Angliæ, in probat.6. Hypothesis tenet, iure naturæ prohibitũ nouercam, habere in vxorẽ.

Nota de Mexicanis Viruesſius epiſcopus

Dixi in concluſione,ꝙ ſi aliquis gradus eſt prohibitus, eſt iſte, tanquàm dubitatiuè loquens: quia dubium eſt, vtrùm iſte gradus ſit iure naturæ prohibitus. Et probabile eſt ꝙ non (etiã ſi Soto de iuſt. & iu.li.2.q.3.art.1. teneat ꝙ ſic & in 4.d.41.q.vnic.artic.3.) non obſtantibus ſuprà dictis.Ratio eſt. Nam ſi hoc eſſet naturale, idem eſſet apud omnes: ſed non eſt idem apud omnes,cùm talis conſuetudo non ſeruetur apud omnes gentes, ergo videtur id nõ eſſe naturale. Hoc probatur experimento. In prouincia Michoacanenſi, nunquàm tempore ſuæ infidelitatis id obſeruatum eſt: vt certo intellexi ab ipſis, qui antiquitus erant ſacerdotes celebrantes matrimonium. Verum eſt tamen, ꝙ ſi viuente patre filius accedebat ad nouercam, occidebatur, poſt mortem autem patris capiebat in vxorem,ſiue fuiſſe vera vxor patris, ſiue concubina. Credibile ergo eſt, non eſſe talem gradum affinitatis, iure naturæ prohibitum. Alias, quomodo in iſtis duobus prouincijs, quæ confines ſunt,non idem ſeruatur?Imò (vt Plutarchus refert) apud ciuiles homines gentiles, fuit conſuetum, ꝙ filius nouercam duceret in vxorem.Et Valerius Maximus etiam id narrat.Et B. P. Auguſtinus ſuper Leuiticum.q.16. affirmat non eſſe de iure naturæ. Quare omnino hoc remanet dubium, vtrùm ſit talis gradu affinitatis prohibitus iure naturæ: & remanet certũ, ꝙ ſi aliquis eſt prohibitus, iſte maximè.Et do.Abu. abſolutè dicit non eſſe de iure naturali, ſed de poſitiuo.Vnde Papa poſſet diſpenſare, licet non expediat. Idem Caie.

Cõtra Soto.

Michoacanen. cum nouerca contrahebant.

Plutar.

Valerius. Aug. ſuper Leuiticũ.q.16. Abulen. p.reg.8.q.152. Caiet.2.2. q.154.artic.9.

Nec hoc contrariatur illi ſententiæ ſuperiùs allatæ, ꝙ affinitas ſit de iure naturæ, ſiquidem poteſt eſſe,ipſam affinitatem naturalem eſſe: tamẽ ꝙ nullus gradus talis affinitatis ſit prohibitus: ſed liceat in omni gradu contrahere.Exemplum eſt in manifeſto.Nam conſanguinitas, inter filios duorum fratrum naturalis eſt: tamen non eſt apud gentiles prohibitum in tali gradu contrahere.Imò con ſanguinitas in infidelibus eſt vinculum naturale amicitiæ; ſic, vt vix ad allios haberent amicitiã, nec alicui ſubuenirent, niſi cõiunctis ſanguine.Experientia didici, & modo poſt baptiſmum perſeuerat in eis, vt illos intimè diligãt, qui ſunt eiuſdem ſanguinis,tamen inter eos nõ erat prohibitum matrimonium: ergo iſta duo non ſunt contraria, & quòd affinitas ſit quoddã vinculũ naturale: & ꝙ in nullo gradu de lege naturæ,ſit prohibitum contrahere matrimoniũ.

Solutio ad Pauli authoritatẽ.

Sed reſtat reſpondere ad illud Pauli, ex quo videbatur probari hunc affinitatis gradum eſſe prohibitum inter nouercam, & priuignum. Tenendo non eſſe prohibitum, poteſt dici. D. Paulum loquutum de illo, qui viuente patre proprio,duxit vxorem nouercam. Quod nunq̃ auditum eſt adhuc inter gentes. Ob id Paulus tantũ increpat factum. Sic ſentit Petrus de Tarantaſia Paulum ſenſiſſe. Idẽ Sedulius in eodem loco. Et ex ipſa litera.1. Corin.5.videtur inferri. Vbi dicitur. Auditur inter vos fornicatio, qualis neque inter gentes. Et quidem ſi id factum fuiſſet poſt mortem patris, ſimile

Tarantaſia Sedulius.



mile auditum eſſet inter gentes. Et quamquam non inter omnes, ſaltim fuit apud aliquas, vt ex ſuprà dictis patet.Et 2. Cor.7.apertè inſinuat eſſe factũ, viuente patre. Quia dicit.Scripſi non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eũ qui paſſus eſt. Sic do. Roffen.in libro quem edidit de matrimonio regis Angliæ. Et facit ad propoſitum conſuetudo in prouincia Michoacanenſi, ꝙ quis deſponſabat ſibi puellam, & quia non erat tantæ ætatis, vt ad concubitum eſſet apta, loco illius ſuffecta erat mater. Et ipſa mater volens, loco filiæ ſe tradebat, & cũ eſſet in ætate ſufficienti,ceſſabat à concubitu cum ſuo genero.

2.Cor.7.

Roffen.

2.conclu.

2.concluſio.De iure Diuino poſitiuo veteri, plures gradu affinitatis fuerunt prohibiti in matrimonio, dempto primo. Hæc concluſio probatur ex illo Leuiti.18.vbi prohibetur nouercam ducere, & vxorem patrui, & nurum, & vxorem fratris mortui cum liberis,ſororem vxoris,& filiam priuigni, vel priuignæ. Ratio huius prohibitionis fuit, vt concupiſcentiæ modus adhiberetur inter illas perſonas, quæ ſimul cohabitare contingebat.Nã cùm electio ſit poſsibilium, quando ei ſibi prohibitum matrimonium credebat, abſtinebat à concubitu. De quo nos ſuperiùs. Tamen hæc lex Diuina poſitiua legis veteris non omnes obligabat, vt nos dicemus,ſed ſolum ligabat populum Iudaicum, qui talem legem recepit.non Gentilium,cùm Gentiles ſolum tenebantur obſeruare gradus prohibitos lege naturali.At quia tales gradus (vt diximus in prima cõcluſione) non ſunt prohibiti iure naturali, ſequitur ꝙ non tenebãtur obſeruare. De quibus latius in ſecunda parte huius Speculi.

Ariſto.3. ethic.c.2. et 3.Et 6. ethi.c.2. S.Tho.1.2 q.13.ar.5. & q.98. ar.5. Abulen. Exo.30.q. 15.

3.conclu. Viruesſius in tract. matri. S.Tho.1.2 q.103.arti.3.et 4. Abulen.

3.concluſio. Iure Diuino poſitiuo Euãgelico (quod omnes obligat) nullus gradus eſt prohibitus affinitatis. Probatur. Non reperitur tale præceptum in toto nouo teſtamento, ſed ſolum illum locum Pauli citatum legimus. Dixi, de iure Diuino poſitiuo obligante omnes: nam ius poſitiuum vetus non omnes obligabat.Quod ceſſauit in aduentu noſtri redemptoris Ieſu. Ob id non habet vim aliquam illud vetus præceptum.Translato enim ſacerdotio, neceſſe eſt legis translatio fiat.Et quidem in lege noua,quæ omnes obligat cuiuſcunque conditionis, etiam infideles, non reperitur talis prohibitio.

Mat.18. q.90. ad Heb.7

4.conclu. S. Tho. in 4. diſt. 40. ar.4.

4.conclu.Iure poſitiuo purè humano Canonico, licet olim fuerint prohibiti ſeptem gradus affinitatis, intra quos non poterat quis contrahere, poſtea tamen ſolum vſque ad quartũ prohibitio reſtricta eſt. Probatur eodem modo ſicut diximus de conſanguinitate.ex.c. Non debet. de conſang.& affin. Nam eodem modo, & ijdem gradus ab Eccleſia ſunt prohibiti in conſanguinitate, & affinitate, neque aliqua eſt differentia. Patet de antiqua prohibitione,vſque ad ſeptimum gradum factam, ſimiliter de vtroque.35. q.2.c.De affinitate.

5.conclu. Anno 1537. S. Tho. in 4.d.40. Ricar. ibi. q.6.

5.concluſio. Cum neophytis noui orbis per Paulum 3.ſummum Pontificem reſtrictio facta eſt vſque ad ſecũdum, ſic vt in tertio, & vltra gradibus affinitatis eis coniungi liceat. Hæc nõ indiget probatione, ſed ſolum videre expreſſam ſuper hoc factam eſſe diſpenſationem. Quam volo intelligas factam eſſe ſicut de conſanguinitate declarauimus: ita ꝙ ſummus Pontifex in tertio, & quarto gradu antè cõiunctos non compellit manere per talem diſpenſationem,ſed præbet facultatem vt poſsint ſimul contrahere de nouo, faciens eos perſonas legitimas, quæ antè erant illegitimæ.

Tamen (ne fortè aliquis offendiculum habeat in iſto impedimento affinitatis) libet quàm breuiſsimè declarare affinitatis gradus, quos modo prohibitos ab Eccleſia affirmamus, & hic adducere illos qui antiquitus prohibebantur, licet modo nullam habeant vim. Equidem modus affinitatis, qui nunc in vſu is eſt. Quòd ſi qui iunguntur matrimonio, vel acceſſu carnali, fiunt caro vna.Et ex tali coniunctione ſurgit, quòd omnes conſangui-

Pri. mod. affi.

Matt. 19. 1. Cor. 6. nei viri, ſunt affines illi mulieri, in eodem gradu, in quo erant conſanguinei viri: vt ſuprà diximus. Ita ꝙ ſi erant in ſecundo, ſiue tertio conſanguinei viri, in eodem ſunt affines vxori illius conſanguinei. Idem de copula carnali illicita. *Olim ſed modo per Pium quintum in affinitate contracta, per copulam illicitam, ſolum duo gradus ſunt prohibiti affinitatis, vt in appendice dictum eſt. Eodem etiam modo ex parte fœminæ omnes conſanguinei illius, fiunt affines viro, in eodem gradu, in quo fœminæ erant conſanguinei, ſed tamen conſanguinei vxoris, & conſanguinei viri non ſunt affines inter ſe aliquo gradu, vt patet de cõſanguini. & affinita. cap. Quòd ſuper his. ſicut duo fratres ducunt duas ſorores. Sicque de reliquis. Ratio huius eſt. Quia iſta affinitas cauſatur ex coniunctione cum conſanguineo. Qui ergo non eſt iunctus meo conſanguineo per matrimonium, neque per copulam carnalẽ, eſt aliquo modo mihi iunctus. Qua de re inter me, & ipſum nulla erit affinitas: ſed ſolum erit affinitas cũ illo qui iunctus fuit meo conſanguineo. Hæc eſt affinitas, quæ modò eſt in vſu, & ab Eccleſia præcepta. Et omnia quæ ſuperiùs dicta ſunt, de iſta intelliguntur.

2. Modus 2us. Modus ſecũdus affinitatis olim prohibitus erat, vt patet, 35. q. 10. per totam, ꝙ impediebat, ſicut iſte primus modus, ſed ablatum eſt per c. Non debet. eodem tit.

Secundus autem modus eſt hic: vt ſi ego ſum affinis vxori fratris, ſi poſt mortem fratris, alius ducat ipſam, ille dicitur eſſe mihi affinis in iſto ſecũdo modo affinitatis: quia videtur mihi magis attinere quàm vnus extraneus. Et eò quòd talis fit vna caro cum affine mea, videtur mihi aliquo modo iungi. Itaque hæc affinitas inſurgit ex cõiunctione cum affinibus, ſicut prima conſurgebat ex coniunctione cum conſanguinei. Et tandem omnes qui iungerentur eidem affini meæ, ſunt in eodẽ gradu mihi affines, in quo eſt ipſa.

3. Modus. Modus tertius affinitatis olim prohibitus, & in vſu erat, quando quis iungebatur affini in ſecundo, iſto modo erat mihi affinis in tertio modo. Verbi gratia. Ille qui duxit mihi affinem, in primo gradu, factus eſt per illam coniunctionem mihi affinis in ſecundo modo, vel gradu. Et ille qui iungeretur iſto meo affini in ſecundo modo, fieret mihi affinis in tertio genere. Et ſic deinceps. Reuertentes ergo ad rem, ſit 6. conclu.

6. concluſio. Affinitas ſic eſt vinculum naturale, vt etiam mortua illa perſona, per quam contracta eſt, adhuc ſemper maneat. Hæc patet. 35. q. 10. c. Fraternitatis. Vt frater meus coniunctus eſt matrimonio, vel copula carnali cum Maria, ipſa mihi eſt affinis: & etiã mortuo fratre, adhuc ipſa ſemper mihi affinis eſt. Ratio eſt. Hæc affinitas inſurgit ex illa præterita coniunctione, quia facti ſunt duo, caro vna. Sequitur ergo, ꝙ cum illa actio, ſemper maneat in facto, nunquàm poterit deſinere eſſe vinculum ex huiuſmodi coniunctione cauſatum. Nam ad præteritum non eſt potentia. Quare non poteſt non factam fuiſſe talẽ vnionem, etiam ſi frater meus moriatur. Sicque non poteſt fieri, ꝙ talis affinitas non fuerit cauſata. 6. conclu. Matt. 19. p. Cor. 6. Ariſt. 6. Ethic. c. 2. S. Tho. p. p. q. 25. artic. 4. & doc. theo. in p. d. 32.

7. concluſio. Licet affinitas, ſit vinculum naturale, ſicut conſanguinitas: non tamen in infinitum extenditur, ſed ſuos habet limites, ita vt vltra non progrediatur, ſiue ſit in linea recta, ſiue in linea tranſuerſali. Quia cõſanguinitas, non in infinitum extenditur, ſed ſuos habet limites, vt experientia conſtat: cùm poſt quintum, vel ſextum gradum non plus tales ſe ament, quam extranei. Saltim habet finem. Alioqui omnes nos amaremus, tanquàm ſi eſſemus conſanguinei, cùm verè ſimus conſanguinei. 7. conclu. Caie. 2. 2. q. 154. arti. 9. B. Bona. d. 40. q. 1. Ricard. ibiq. 2.

AR-



# ARTICVLVS XLIX.

## *De diſpenſatione in gradibus affinitatis.*

Vi. Coua. 2. p. Epit. c. 6. §. 9. DVbitatur circa hoc. Vtrũ ſummus Pontifex poſsit diſpenſare in omni gradu affinitatis. Liber hãc quæſtionẽ mouere propter aliquos ſcrupuloſos, & propter nonnullos graues doctores, qui videntur nimis quantũ ad hoc reſtringere poteſtatem ſummi Pontificis. Et primo declarabo ſententiam iſtorum doctorum. Poſt autem dicam quid tenendum probabiliùs. Oportet priùs in memoriã reuocare, quomodo aliquis gradus eſt prohibitus iure naturali: alius iure poſitiuo Diuino veteri: aliꝰ iure Diuino Euangelico: alius iure humano Canonico.

Palud. d. 40. q. 1. Ad hoc dubium reſpondet Petrus de Palude, quem ſequitur ad literam. B. Anto. Et ponit concluſiones. Quarum prima eſt.

1. conclu. S. Anto. 3. p. tit. 1. c. 11. In primo gradu affinitatis, ſicut & conſanguinitatis diſpẽſari non poteſt, eo ꝙ ſit contra ius Diuinum, & naturale, cùm vxoribus patris debeamus eandem reuerentiam, ſicut & parentibus.

2. conclu. 2. concluſio. In linea tranſuerſali in primo gradu affinitatis non poteſt diſpenſari, vt. ſ. aliquis contrahat cum vxore fratris iam mortui. Ratio. Palu. et Flo. Hoc probant iſti doctores. Quia eſt contra ius Diuinum, & naturale. Et ſic Papa non poteſt diſpenſare. Imò & poſt multiplicationem generis humani: ante, & poſt diluuium creditur hoc prohibitũ naturaliter, niſi ſecundum, quòd in lege Moyſi permiſſum eſt ad ſuſcitandum ſemen fratris mortui ſine liberis, Gene. 13. ſicut patet in Gene. in Thamar, & filijs Iudæ.

3. conclu. 3. concluſio. Papa poteſt diſpenſare in ſecundo gradu, & ſic in alijs: vt quis contrahat cum filia fratris, quod non erat prohibitum in lege. Et ꝙ filij duorum fratrum contrahant, & ſic de alijs. Eodem etiam modo de affinitate. Nec probant hanc concluſionẽ aliunde, quàm eo quòd non eſt de iure naturæ prohibitum, nec in lege veteri, nec noua. Quod videtur eſſe plene de iure poſitiuo humano, in quod poteſt ſummus Pontifex.

Et ad hæc addit. B. Antoninus, ꝙ cùm affinitas ita contrahatur per fornicationem, ſicut per actum coniugalem, ille qui cognouit aliquam mulierem fornicariã, non poteſt contrahere cum filia eius, vel germana eius, ſicut nec poſſet contrahere matrimonium cùm filia vxoris ſuæ ex alio viro, nec cùm ſorore eius ea mortua. Et ſecundum Petrum de Palude, in hoc Papa diſpenſare non poteſt. Qui tamen caſus ſæpe peruenit ad audientiam confeſſorum. Palud.

Reperitur tamen Papã Martinum 5. diſpenſaſſe cum quodam, qui contraxerat, & conſummauerat matrimonium cum quadam germana eius, quam cognouerat fornicariè, cũ magna tamen difficultate. At verò quia res erat occulta, nec ille erat aptus ad religionem, vel ad remota eundi: vnde ſcandalum eſſet ex diuortio, ſi factum fuiſſet, priùs ordinauit plures Theologos, & Canoniſtas ſuper hac re habere collationem, vtrùm ipſe, poſſet in hoc diſpenſare: nec conuenerunt in concluſione, ſed aliqui dixerunt quòd poterat, alij contrarium affirmauerunt. S. Anto. Et quia tenendum eſt certum, & dimittendum incertum, ſecundum D. Auguſtinum, de pœnitentia. d. 7. Si quis. nulli conſulendum eſt, ſed potiùs prohibendum procurare diſpenſationem, etiam a Papa, contrahendi cum tali, cuius, ſcilicet matrem, vel germanã carnaliter cognouit. Auguſti. Sed ſi poſt contractum, & multò magis cõſummatum tale matrimonium obtinuit diſpenſationem remanendi cum illa, dimittendum eſt negotium iudicio Dei, nec condemnandum. Hæc S. Anto. S. Anto. vbi ſuprà §. 1. Ex iſtis doctoribus habemus, vel ſummũ Pontificẽ non poſſe diſpẽſare, in primo gradu affinitatis in omni linea,

linea, ſiue recta, ſiue transuerſali: vel difficulter poſſe, eo ꝙ ipſi credant, vel eſſe iuris naturalis, vel eſſe iuris Diuini, in quod non poteſt ſummus Pontifex. Sed tamen bona venia iſtorum ſit quarta concluſio contra eos.

4. conclu. In omni gradu affinitatis poteſt Papa diſpenſare.

4. concluſio. In omni gradu affinitatis in quacunque linea, ſiue aſcendentium, ſiue transuerſalium, poteſt ſummus Pontifex diſpenſare. Probatur. Si ſummus Pontifex non poſſet diſpenſare in iſtis gradibus affinitatis, maximè eſſet ( vt ipſi dicunt ) quia eſt de iure naturali, vel de iure Diuino: ſed nullum iſtorum obſtat, quominus poſsit diſpenſare. Non eo ꝙ ſit de iure naturali, talis affinitas. Quia licet tales gradus ſint de iure naturali, ſaltim per matrimonij coniunctionem, non tamen eſt iure naturali prohibitum matrimonium in omnibus, ſed ſolum, quòd quis ducat nouercam, ſicut ſuprà probaui. Ergo ſequitur ꝙ etiam ſi ſit iure naturali talis affinitas, poterit diſpenſare. Nam non eſt prohibitum ſtando in iure naturali copulari in illis gradibus, ſicut patet in ſecundo, tertio, & quarto gradibus conſanguinitatis: qui gradus licet ſint de iure naturali, tamen quia non eſt iure naturæ prohibitum matrimoniũ contrahere in illis gradibus, ſummus Pontifex licitè poteſt diſpenſare, ſicut & ipſi fatentur. Sequitur ergo, ꝙ eſſe tales gradus affinitatis, de iure naturæ, non impedit quominùs poſsit ſũmus Pontifex diſpenſare, cum illi non omnes ſint iure naturæ prohibiti. Aliud enim eſt dicere, talem gradũ eſſe de iure naturæ & aliud talem gradum eſſe prohibitum de iure naturæ. Nam in primo poſſet diſpenſare, & in ſecundo crediderim ꝙ non. Sed iſti doctores (iudicio meo ) pro eodem ſumunt iſta duo: cũ tamen multum differant. In quo deceptus eſt Vig. Granatenſis.

Vigue. in c. 16. § 7. ver. 9.

Item. Nec ꝙ ſit de iure Diuino prohibitũ obſtat quominùs poſsit diſpenſare. Quia ſi eſt ius Diuinum prohibens tales gradus affinitatis, non eſt aliud, niſi illud, vetus Leuiti. 18. vbi tales gradus prohibentur, ſed hoc non obſtat: quia cùm illud fuerit ius Diuinũ vetus, abrogatum eſt per ius Diuinum nouum, & nullam vim habet ex ſcriptura, Translato nanque ſacerdotio, neceſſe fuit legis translationem fieri. Sed ſi vim habet eſt, vel quia id erat naturale, vel quia id in Euangelio eſt præceptum. At non erat illud naturaliter prohibitum, vt probatum eſt, nec in Euangelio eſt præceptum. ergo illud ius Diuinum non eſt alicuius valoris, & obligationis ſecundum ſe: niſi de nouo fuerit approbatũ, ſicut inferiùs in ſecunda parte probabimus. Ergo ſequitur ꝙ poterit ſummus Põtifex diſpenſare in omni gradu affinitatis. Imò poteſt diſpenſare vt quis ducat nouercam. Quia dato ſit de iure naturæ, non tamen eſt de primis principijs, vt poſt erit manifeſtum.

ad Heb. 7. S. Tho. 1. 2. q. 103. articulo 3. et 4. Infrà arti. 24. 25. & 26. Viruesius hypotheſi. 6.

Ex quibus omnibus patet, non eſſe tantæ difficultatis, ꝙ ſummus Pontifex diſpenſet, vt quis ducat in vxorem illam, cuius ſororem priùs cognouit carnaliter, ſicut. B. Antoninus refert. Nam temporibus noſtris diſpenſatum eſt cum domino Petro de Aluarado gubernatore prouinciæ de Guatemala, & cum alijs. Nec eſſe dubitandum, quin potuerit diſpenſare, vt quis ducat vxorem fratris mortui, ſicut diſpenſatum cum rege Angliæ. Quod negotium diebus noſtris ventilatum, & diffinitum fuit per Clementem 7. ꝙ in omni gradu, & impedimento lege poſitiua humana conſtituto poteſt ſummus Pontifex diſpenſare. Quòd ſi diſpenſet abſque cauſa, peccauit: tamen diſpenſatio tenet. In quo deceptus eſt Fortunius in l. Gallus. §. Quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthum. putans diſpenſationem, in huiuſmodi contra ius humanum, ſi abſque cauſa, nullam fore in foro interiori. Deceptus (inquam) eſt. Quis enim audeat dicere, ſi quis cum diſpenſatione contraxit cum affine, etiam ſine cauſa rationabili, ꝙ non ſit eius vxor, ſed debeat relinquere? Et Felin. in c. Ad audientiam. 2. de reſcript. dicit ipſum, cũ quo facta eſt diſpenſatio, etiam ſi fiat ſine cauſa, tutum eſſe. Quãuis hoc non ap-

Ant. Flo. Fortunius Garcia. Felinus. Couarru. in epit. 2. p. c. 6. § 7.



approbet Couarru. * Sed de hoc in 2. p. redibit ſermo latius, & non nulla quæ conſideranda veniunt à SS. Papa Pio quinto in proprio motu conceſſa & declarata in huiuſmodi diſpenſationibus. Vide in appendice prope finem ſub titulo, circa gradum conſanguinitatis & affinitatis.

# ARTICVLVS L.

## *Vtrum tempore infidelitatis contrahatur affinitas.*

PRO complemẽto huiuſmodi impedimenti reſtat dubium, in quo ſatis dubitatum etiam à doctis in nouo orbe. Nec tamen ſatis explicatũ, aut diffinitum eſt. Et quidem docto. quærentes, vtrùm per baptiſmum tollantur omnes defectꝰ, vt irregularitas. &c. concludunt ꝙ irregularitas quæ ex peccato cauſata eſt, tollitur per baptiſmum, & nõ alia quæ ſine peccato. Hoc tamen impedimentũ irregularitatis, quòd eſt purè poſitiuum, non eſt vinculum naturalè, & ſic non ad propoſitum de affinitate, quod eſt vinculum naturale.

S. Tho. 3. p. q. 69. Et cõiter Theolo. in 4. d. 4.

Dubium ergo hoc eſt. Si quis tempore infidelitatis duxit vxorem Bertã infidelem, vtrùm mortua ipſa, & viro baptizato, poſsit contrahere cum ſorore illius, quàm priùs habuit: vel cũ conſanguinea in ſecundo, & alijs gradibus, vſque ad quartum, ante diſpẽſationem Pauli 3. vel vſque ad tertiũ poſt diſpenſationem. Et ſi contraxit, vtrùm ſit diſſoluendum, vel nõ. At vt dubium magis appareat, quæro. Si fuit acceſſus tempore infidelitatis, non per matrimonium, ſed per actum illicitũ fornicarium.

Nota.

Pro ſolutione dubij oportet in memoriã reuocare quæ ſuprà dicta ſunt, ꝙ affinitas ſit quoddam vinculum naturale, & non ſolum vim habens ex iure poſitiuo, ſiquidem ſummus Pontifex præcipiens ꝙ affines in tertio, vel quarto gradu non iungantur matrimonialiter: non facit gradum affinitatis de nouo, ſed declarat præexiſtentẽ ante omnem prohibitionem, & ſuppoſito gradu præcipit. Et quidem ꝙ ſit vinculum naturale, ſicut & conſanguinitas, omnes doctores affirmant ex Ariſt. Saltim ſi ſit per coniunctionem maritalem, nullus dubitat. Hoc adnotato, ſit prima concluſio.

The. doc. diſt. 41. 4. ſent. Ariſto. 8. Ethi. c. 12.

1. conclu.

Prima concluſio. Qui tempore infidelitatis habuit vxorem, & illo tempore durante mortua eſt, poſt baptiſmũ, non poterit ducere conſanguineã illius intra quartum gradum abſque diſpenſationem. Probatur. Affinitas eſt quoddam vinculum naturale, ergo tale, nõ tollitur per baptiſmum. Quia quæ naturalia ſunt, eadem ſunt apud omnes, ſiue fideles, ſiue infideles. Sequitur ergo, quòd tale vinculum naturale, tempore infidelitatis ortum eſt cum conſanguineis vxoris. Si ergo ortum eſt, & per fidem non eſt ablatũ, durabit ſemper, ſed ipſo manente fideli, non poteſt ducere affinem intra quartum gradum: ergo ſequitur, ꝙ nec poſt baptiſmum poterit ducere, cùm iam ſit factus fidelis.

Ratio. S. Tho. 1. 2. q. 94. artic. 4.

Cõfirma.

Et confirmatur. Infidelis iam baptizatus non poteſt ducere in vxorem conſanguineam, intra quartum gradum ſine diſpenſatione, ergo nec poteſt ducere affinem intra eundem gradum. Conſequentia eſt bona. Antecedẽs eſt verũ, ergo & conſequens. Patet à ſimili. Sicut vinculum conſanguinitatis eſt naturale: ſic & affinitatis, vt ex dicto patet. Si ergo non poteſt intra quartum conſanguinitatis, nec intra quartum affinitatis: poſt quàm eſt fidelis, & tamẽ antè poterat in infidelitate. Antecedens patet. Quia fidelis tenetur obſeruare leges fideliũ chriſtianorum, hæ autẽ ſunt leges, vt nullus ducat affinem intra quartum gradum, ergo idem quod priùs.

Ariſt. 8. Ethi. c. 12.

3. Ratio.

Si talis factus fidelis, poſſet ducere vxorem conſanguineam intra quartum gradum illius, quam duxit vxorem tempore infidelitatis: ex eo eſſet ꝙ quia quando habuit acceſsũ, erat infidelis,

delis, nec tenebatur legibus chriſtianorum, & poterat, ducere affinem in ſecundo, vel tertio gradu, imò & in primo, ſed non obſtat: nam dato ita eſſet, ꝙ legibus Eccleſiæ infidelis tempore infidelitatis nō eſſet obonoxius: erat tamen legibus naturalibus. Lex verò naturalis eſt, vt per maritalem coniunctionem oriatur vinculum naturale, inter conſanguineos vxoris, & virum, & tunc etiā poterat ducere conſanguineam in ſecundo, vel tertio gradu, ſed tamen poſt fidelis factus, minimè poterit, & non propter aliud, niſi quia hoc vinculum naturale eſt, & fidelibus prohibitum, licet infidelibus conceſſum. Et intelligo, etiam ſi nunquā infidelis cognouerit, iā factus fidelis ſuam primam vxorem: ſed ſolū loquor, quando ſolùm durante infidelitate cognouit vxorem, & illo tēpore mortua, poſt baptiſmum vir, accipit vxorem conſanguineā illius mortuæ, in primo, ſecūdo, tertio, vel quarto gradu. Si enim cognouiſſet priorem vxorem poſt baptiſmum, nullum eſſet dubium. Nam non poſſet ducere affinem intra quartum gradū. Dixi in concluſione, abſque diſpenſatione: quia cum diſpenſatione bene poteſt vt modo facta eſt in tertio, & quarto gradu per Paulum 3. cum indigenis noui orbis, vt ſuprà dixi.

4.ratio. Ad idem. Si poſſet factus fidelis ducere conſanguineam intra quartum gradum illius, cum qua habuit acceſſum quando infidelis eſſet, quia per baptiſmum ablatum eſt impedimentum, vel talis pœna, ſed affinitas non eſt ablata per baptiſmū, quia non tollitur omnis pœna quantum ad homines, licet tollatur culpa: nam adultera, poteſt accuſari etiā ſi baptizetur, homicida, fur, raptor, ſacrilegus, ſicut ait glo. Extra de diuor. c. Gaudemus. (Gloſſa.) Et Duran. dicit. (Durā. in 4.d.4.q.3) Baptiſmus tollit omnem pœnam, quo ad Deum: & quo ad Eccleſiam, illam ſolum, quæ eſt conſtituta remitti baptizatis: ſed non eſt conſtitutū, vt affinitas contracta in infidelitate, remittatur baptizatis, ergo non remittitur. Et ſic ſemper manet.

5.ratio. Si poſſet ducere vxorem poſt baptiſmum, affinem intra quartum gradum, maximè eſſet, quia illa quæ fecit in tempore infidelitatis, non debent ei nocere, cùm nulla lege tenebatur, ſed non propter hoc excuſatur: quia (vt ſuprà diximus, cum loquebamur de diſparitate cultus, & de impe. criminis) facta, tēpore infidelitatis nocent, poſt fidē ſuſceptam. (ſupple. d. 27.q.3. ſup.ar. 32 de diſpa. cultus & art.34. de impedim. criminis.) Nam ſi quis tempore infidelitatis promittetet alicui fidem de matrimonio, viuente propria vxore. & haberet acceſſum ad eam: poſt fidelis factus, mortua prima vxore, non poterit illam cui promiſit habere vxorem: etiam ſi poſt fidem ſuſceptam nunquàm promiſerit, ſed ſolum habuerit acceſſum, Hoc probaui ex cap. vnico. de conuerſione infidelium. A ſimili ergo in præſentiarum. Propter hoc ꝙ tempore infidelitatis habuerit acceſſum; non excuſabitur quo minùs factus fidelis, non poſſit ducere vxorem affinem, intra quartum gradum.

Probatur etiam. Extra de diuor. c. Deus qui. vbi Papa dicit, ꝙ infidelis, factus fidelis, non contrahat cum illa, quam frater duxit tēpore infidelitatis. At quia text. expreſſus, nulli licet dubitare. Sic ſupple. (ſupple. d. 27.q.3.)

2. conclu. 2. concluſio. Qui tempore infidelitatis habuit propriam vxorem, & illo tēpore mortua, fidelis factus, ducit conſanguineā illius prioris intra quartum gradū abſque diſpenſatione, ſeparandus eſt ſtatim ab illa. Hæc concluſio differt à prima, vbi dicebamus, ꝙ non poterat ducere conſanguineam primæ. Multa enim non poſſumus de iure facere, quæ tamē facta tenent: vt qui emiſit votum continentiæ, non poteſt de iure ducere vxorem: ſi tamen ducat, factum tenet, & non ſunt ſeparandi. Ob quod ponimus ſecundam concluſionem, ꝙ tales, ſi contraxerunt, ſunt ſeparandi. Probatur ex expreſſis determinationibus. In c. Ex literis. de conſan. & affini. Et 35.q.10. ferè per totam. Et patet ratione. (1. ratio ad concluſio.) Quādo matrimonium eſt contractum inter illegitimas perſonas, eſt ſeparan-

dum.



dum, ſed tale contractum, inter affines intra quartum gradum, eſt inter illegitimas perſonas (vt notum eſt) ergo eſt diſſoluendum.

2.ratio. Et adhuc probatur à ſimili de conſanguinitate. Si infidelis poſt fidem ſuſceptam, contrahat cum conſanguinea in ſecundo gradu, ſunt ſeparandi ex determinatione Eccleſiæ, & ſententia omnium: ergo etiam ſi contrahat in eodem gradu affinitatis, ſunt ſeparandi, cùm eadem ſit prohibitio vtriuſque & vtrumque ſit vinculū naturale, vt ſæpe dictum eſt.

Et pro clariori intelligentia, & fide iſtarum concluſionum, videtur textus expreſſus. 35.q.10.c. Fraternitatis veſtræ, vbi Gregorius Papa (Gregor. Papa.) probat affinitatem eſſe vinculum naturale, quòd quidem cauſatur, quomodocunque ſit coniunctio, ſiue tempore infidelitatis, ſiue fidelitatis. Cuius verba hic non inſeruntur ob vitandam prolixitatem. Fundat autem ſententiam ſuam in illo dicto. Erunt duo in carne vna. (Matt.19.) * Debitam intelligentiā huius dicti. Vide in Michaele de Medina in ſuo de Cælibatu lib.5.c.75. quod dictū fuit ante omnem legem poſitiuam, vt conſtat. Et ſecundum communem opinionem doctorum (S.Tho.3.p.q.69.& cæteri. The.in 4.d.4.) dicentium, quòd in baptiſmo non tolluntur defectus qui naturales ſunt, poſſet dici eſſe opinio communem, quòd & affinitas duret, poſt baptiſmum: quia eſt quoddam vinculum naturale. Et nullo modo eſt ſequela peccati. Affinitas enim cauſatur ex illa coniunctione, quæ eſt cōmunis matrimonio, & copulæ illicitæ. Quare S. Thom. (S.Tho.in 4.d.41.articulo.1.q.2. ad primū.) dicit hæc verba. In fornicario concubitu eſt aliquid naturale, quod eſt commune fornicationi, & matrimonio, & ex hac parte affinitatem cauſat. Aliud eſt ibi inordinatū, per quod à matrimonio differt, & ex hac parte affinitas non cauſatur. Vnde affinitas ſemper honeſta remanet, quanuis cauſa ſit aliquo modo inhoneſta. Hæc S. Thō. Ex iſtis verbis ſatis probari videtur hæc noſtra ſentētia, quòd poſt, baptizatus non poſſit ducere illam, quæ eſt ei affinis, ſicut nec conſanguineam.

3.cōcluſio. 3. concluſio. Si quis tempore infidelitatis copula illicita, habuit acceſſum cum aliqua, poſt, fidelis factus, non poterit ducere conſanguineam illius mulieris intra quartum gradum abſq; diſpenſatione. Probatur primo, ſi teneamus affinitatem hanc eſſe naturale vinculum, ſiue fiat per copulam illicitam, ſiue licitam. Patet ex iam dictis, cùm eadem ſit vtrobique ratio. Si tamen teneamus (ſicut probabiliter poſſet defendi) ꝙ non ſit tam naturale vinculum (ſaltim quo ad alios conſanguineos per copulam illicitā, cùm potiùs ſint inimicitiæ & odia, quàm amicitiæ) ſicut de conſanguinitate, dico ꝙ nihilominus concluſio eſt vera. (1.Ratio.) Quia fidelis factus tenetur legibus Eccleſiæ, ſed Eccleſia præcepit, vt nullus contrahat intra quartū gradum cum cōſanguinea illius quàm cognouit carnaliter, ergo ſequitur, quòd talis non poteſt contrahere. Alioqui daretur hoc inconueniens, ꝙ aliquis fidelis baptizatus non teneretur obſeruare leges Eccleſiæ ſine diſpenſatione. * Sed differentiam eſſe inter affinitatem contractā per copulam licitam, & illicitā, in Concilio Tridentino eſt oſtenſum, vt diximus ſuprà, & in appendice in fine erit manifeſtum quo ad gradus.

2.Ratio. Secundo, Si iſte poſſet ducere conſanguineam illius, cum qua tempore infidelitatis habuit acceſſum, maximè, quia tunc habuit copulam, quando nō tenebatur legibus Eccleſiæ: ſed hoc non impedit, quominus poſtea noceat ei factum. Maior eſt nota. Et minor probatur. Minùs eſt homicidium machinari in mortem viri, vt habeat vxorem tempore infidelitatis, quam acceſſum habere ad mulierem: ſed poſt baptiſmum primum impedit, vt non poſſit talem vxorem ducere, ergo & ſecundum impediet: vt non poſſit ducere conſanguineam illius, cum qua habuit acceſſum. Conſequentia bona eſt. Et antecedens probatur in c. vnico. de conuer. infi. Quòd autē minùs ſit mortem machinari in virum, certè eſt quātum ad impedimentū minùs, licet peccatum ſit grauius. Nam per copulam

carnalem, videtur eſſe vinculum naturale, quod non eſt per machinationē mortis alterius viri: & tamē illud impedit, etiam ſi fuit factum tempore infidelitatis. Ergo à fortiori impediet, ſi copula fuit tempore infidelitatis. Et ſic poſt baptiſmum nullo modo poteſt ducere conſanguineā illius, cum qua tempore infidelitatis habuit acceſſum intra gradum prohibitum. * Sine diſpenſatione modo in Concilio Tridentino affinitas per copulam illicitam ad duos gradus incluſiue coarctata eſt.

4. conclu.

4. concluſio. Qui tempore infidelitatis cognouit carnaliter aliquam, & poſt, baptizatus duxit conſanguineam illius intra gradum prohibitum, debet eam relinquere. Quia eſt impedimentum impediens contrahendum, & dirimens contractum. Ergo quandocunque conſtet, eſt diuortium celebrandum.

5. conclu.

5. conlcuſio. Affinitas ſuperueniens matrimonio, iam contracto, licet eum non diſſoluat, priuat tamen illum, per quē cauſata eſt iure exigendi debitum ab alio, vſque dum diſpenſetur cum illo. Vt ſi quis cognouit conſanguineā vxoris, fit affinis propriæ vxori, & debitum ab ea non poteſt exigere, niſi diſpenſetur cū illo: quod poteſt Epiſcopus, vt ſuprà dictum eſt, & inferiùs dicetur in ſecunda parte.* Et quidem videtur in hoc Eraſmus in annotationibus. 1. Cor. 7. deceptus, qui putat Zachariam Pontificem aſſeruiſſe, vinculum matrimonij ſolui per concubitum cum ſorore vxoris. Et cum Magiſter ſenten. interpretetur dictum Papę, non probat Eraſmus, ſed pro certo credit licentiam, & facultatem datam vxori vt cum alio contrahat: quia concubuit vir eius cum ſorore. * Modo facta eſt conceſsio viuæ vocis oraculo à ſummo Pontifice Pio quinto, anno 1569. 29. Septembris, mendicantibus in hac forma, ꝙ miniſtri prouinciales poſsint committere viris religioſis & doctis, ac iuxta Concilij Tridentini decretum approbatis autoritatē diſpenſandi cum viris, ſiue mulieribus inceſtuoſis, qui carnaliter peccauerunt cū conſanguineis alterius coniugis intrà quartum gradum, ad hoc ꝙ poſsint petere debitum, & hoc in foro conſciētię tantum, & huius conceſsionis literas autenticas habeo apud me.

Palud. Anto. Adria.

Deceptio Eraſmi.

# ARTICVLVS LI.

## *De impedimento publicæ honeſtatis.*

POST impedimentū affinitatis, ſequitur de proximo illi, publicæ honeſtatis: quādo quis habuit ſponſam, & per illam coniunctionem, licet non fuerit ſequuta copula, nec matrimonium celebratū, ortum fuit quoddam vinculum affinitati ſimile, per quod vir non poteſt ducere conſanguineam ſponſæ intra quartum gradum. Et ſimiliter conſanguinei viri, non poſſunt intra quartū gradum ducere ſponſam ſui conſanguinei. Cuius definitio eſt. Publicæ honeſtatis iuſtitia, eſt propinquitas, ex ſponſalib[9] proueniens, robur trahens ab Eccleſiæ inſtitutione, propter eius honeſtatem.

Definitio publicæ honeſtatis

In primis oportet ſcire, vnde hoc impedimentum ortum habeat. Vtrùm ſit impedimētum ſtando in iure naturali, vel ſit de iure Diuino, vel tantum ſit de iure humano. Nam ſi ex ſtatuto eccleſiæ ortū habet: infidelibus non erit impedimentum, qui non tenebantur legibus Eccleſiæ. Pro ſolutione ſit prima concluſio.

Quo iure hoc impedimentum introductum.

Prima concluſio. Impedimentum, quod dicitur honeſtas publicę iuſtitię, quod impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit: non habet vim ex iure Diuino, nec naturali, ſed ſolū ex ſtatuto Eccleſiæ præcipientis. Quia nuſquàm adhuc in lege veteri, vbi aliqui gradus conſanguinitatis, & affinitatis ꝓhibiti ſunt, fuit mentio facta de tali impedimento, nec in lege Euangelica tale quid fuit conſtitutum, vt conſtat.

1. conclu. publica honeſtas ſolum impedit iure humana.





Item. Nec de lege naturæ. Nam cū per ſponſalia, non fuerit facta coniunctio naturalis, non videtur aliquod impedimentum ortum ſolum propter promiſsionem de futuro matrimonio. Vnde vtrunque patet ex hoc, quòd Adonias petijt in vxorem Sunamitem virginem à patre relictam, quod non feciſſet, ſi fuiſſet impedimentum, vel legis naturæ, vel legis Diuinæ. Sequitur ergo, quòd cùm ſit impedimentum (vt patet Extra de ſponſa. cap. Ad audieniam. Et de deſponſa. impub. cap. Literas. Et cap. Cōtinebatur. Et lib. 6. eodem titulo) erit impedimentum ſolum de iure poſitiuo Canonico, inhabilitans has perſonas ad matrimonium. Nec habet aliunde vim, niſi ex Eccleſiæ authoritate potentis id præcipere, vel prohibere. Hæc eſt ſententia omnium Theologorum, & Canoniſtarum.

3. Regū. 2.

Theo. in 4. ſent. d. 41.

2. conclu.

2. concluſio. Impedimentum hoc licet ſimile videatur affinitatis, tamen differt ab ea, eo ꝙ ſit mere poſitiuum. Aliud tamen ſcilicet, affinitas, aliunde trahit vigorem, & obligationem. Quanuis impedimentū quod oritur ex matrimonio rato, ſed non conſummato, quidam vocent affinitatem, cùm in veritate ſit publica honeſtas, vt infrà dicemus.

Similitudo, & diuerſitas inter publi. honeſt. et affini.

Abulen. Mat. 18. q. 90.

Ex hoc habes, ꝙ circa infideles tempore infidelitatis, non eſt opus de iſto impedimento aliquid interrogare, aut perſcrutari, cum ſolum tenerentur legibus naturæ, & Diuinis euangelicis. Et nihil in his de iſto impedimento. Quare non ligabat aliquo modo: ſed ita poterant ſponſam relictam à fratre ducere, & conſanguineam in primo, & in alijs gradibus, ſicut ſi non fuiſſet prohibitum. Imò (quod magis notandum eſt) ſi tempore infidelitatis fuit ſponſata alicui, & relicta, poterit frater illius, cui fuit ſponſata, poſt fidelis factus, illam ducere vxorem. Quòd forte alicui apparebit repugnare ſuperiùs dictis de affinitate, ſed minimè repugnat. Cuius ratio eſt diuerſa hic, & ibi. Non hoc contrariatur (inquā) illi determinationi ſuperiùs datæ, quādo loquebamur de impedimento criminis: vbi diximus, ꝙ ſi quis tempore infidelitatis promiſit alicui matrimonium, viuente legitima vxore, & poſt baptiſmum habuit acceſſum, ſed non promiſit, ꝙ tale erat impedimentum, quia nocebat ei quod factum fuit tempore infidelitatis. Nec contradicit illi dicto ibidem, ꝙ ſi quis tempore infidelitatis, machinatus eſt in mortem viri alicuius, vt vxorem eius habeat in matrimonium, quòd non poterit poſt fidelis factus, eam habere. Nam illud eſt expreſſum in iure. De conuerſione infideli. c. vnico. Ob quod nos cōformiter ad iura determinauimus. De iſto autem impedimento nihil tale reperitur ſcriptum, ſed ſolum ꝙ eſt mere humanum. At cùm fauores ampliādi ſint, odia verò reſtringendæ videtur non eſſe aliquod impedimentum hoc poſt baptiſmum, ſed poſſe tales adinuicem coniungi, ſicut ſi non præceſsiſſet. Et ſic exiſtimo iſta, & alia ſimul ſtare in veritate, nec contrariari, vſque dum Eccleſia contrarium determinet cui omnia dicta, & dicenda, tam in ſpeculo coniugiorum, quàm alibi libenter eius cenſuræ ſubmittimus, neque aliquo modo ab ea deuiare in animo eſt. Sed contra dicta eſt argumentum.

Impedimentū publicæ honeſt. in infidelitate non contrahitur. Concordātia dict.

ſup. ar. 34. & 49.

ꝓteſtatio authoris, in quo rectitudo voluntatis dignoſcitur.

Argumentum contradicta.

ſupple. d. 27. q. 3.

Hic eſt iam fidelis factus, ergo tenetur ſeruare leges fidelium, & conſequenter Eccleſiæ præcepta tenetur obſeruare, ſicut & cæteri chriſtiani. Lex autem chriſtianorum hæc eſt, vt nullus accipiat in coniugium ſponſam fratris, vel conſanguinei intra quartū gradum, vt patet in c. allegatis, eodem titulo. Et clariùs ibidem. c. Continebatur. vbi ſunt hæc verba expreſſa in fine. Si verò puella ante nubiles annos, alicui deſponſata fuerit, non licet alicui de cōſanguinitate ipſius, cui deſpōſata fuerit, eā ducere in vxorē, nec fas eſt eidē ſpōſo de conſanguinitate ſponſæ aliquam ſibi copulare. Hæc in textu. Sequitur ergo ex iſtis, ꝙ cùm iſte iam ſit factus fidelis nullo modo poterit ſibi copulare illam, quam ſponſatā reliquit frater, vel conſanguineus, cū

verè fuerint ſponſalia etiam tempore infidelitatis. Vel ſi poteſt eam ſponſam relictam ducere, ſequitur ꝙ aliquis eſt fidelis, & non tenetur obſeruare leges Eccleſiæ abſque diſpenſatione.

ſolutio. Argumentum vrget. Nec video quo pacto poſsit ſolui, tenendo ſententiã hanc. Sed videtur dicẽdum, ꝙ præſupponit talem ſponſaliorum coniunctionem factam fuiſſe tempore fidelitatis. Et illo tempore facta, præſtat impedimentum. Nec textus loquitur de ſpõſalibus contractis tempore infidelitatis. Quia de his quæ foris ſunt, non pertinet Eccleſiæ iudicare, nec legem condidit de eis. Quòd autem hoc præſupponatur textus, patet. Ibi enim loquitur ſummus Pontifex cum fidelibus, qui deſponſauerant puellam, & infert, ꝙ ſi fuerit deſponſata. &c. nulli ex conſanguineis licebit accipere eam in vxorem. Quare apertè oſtenditur totam illam prohibitionem, & illud mandatum loqui cum fidelibus, & non cum infidelibus. Sequitur ergo, ꝙ cùm in caſu à nobis poſito ſponſalitia facta fuerint tempore infidelitatis, non nocebit. Nam ſponſus poſt fidelis factus poſſet ducere conſanguineam ſponſæ intra gradum prohibitum alijs chriſtianis. Et ſimiliter non prohibet, quin conſanguinei viri poſsint ſibi ducere in vxorem ſponſam illam, quandoquidem ſponſalia fuerunt tempore infidelitatis. Tunc enim vinculum naturale non cauſatum eſt, ſed planè ſic eſt, ac ſi nullo modo factę fuiſſent ſponſiones. Videtur ſolutio ſufficiens, tenendo quod ſuperiùs diximus. Nec video quo pacto aliter poſſet ſolui argumentum, niſi tenendo ſententiam contrariam, quam qui vellet defendere etiã iuxta textum, poſſet impunè. Etiam poſſet probari ex illo quod Supple. d. 27. q. 3. dicit Eccleſia nõ iudicat de his quæ foris ſunt. Verum eſt, quandiu foris manent, ſecùs cùm intrauerint Eccleſiam: quia tunc etiam iudicat de his quæ foris habuerunt. Hæc ille. Equidẽ graue nimis videretur, ꝙ tempore infidelitatis noceret vnum factũ, quod merè poſitiuũ eſt, neque aliquã habet iuris naturalis, vel Diuini obligationẽ, ſed ſolum Eccleſiæ ſtatuentis beneplacitum. Vnde magis pia videtur noſtra ſententia, quando non eſt in contrarium Eccleſiæ determinatio, vel authoritas doctorum, ſi quidem alia eſt ratio in affinitate: quia tempore infidelitatis facta eſt commixtio, & alia ratio in impedimento criminis: quia iniuria legitimo fit coniugi. Ob id illa quæ facta ſunt in infidelitate nocent, ſed tamen in publica honeſtate nihil tale apparet. Qua propter non videtur nocere iam fideli facto.

Paulus 1. Cor. 5.

ſupple.

ſup. ar. 34. & 50.

# ARTICVLVS LII.

## *An hoc impedimentum oriatur ex ſponſalibus quomodolibet contractis.*

VTrum hoc impedimentum (ꝙ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum) oriatur ex ſponſalibus quomodocunque contrahantur, ſiue ante ſeptenniũ, ſiue poſt, ſiue cum metu, vel ſine metu, ſiue ſit inter conſanguineos, vel affines non potentes contrahere.

De ætate ad contra. ſup. ar. 16. pag. 88. & 89. & arti. 38. pa. 181. B. & arti. 39. per totum.

Pro ſolutione cuius eſt notandum, ꝙ in iure ad contrahendum ſponſalia, aſsignatum eſt certum tempus in viris & fœminis. Et eſt ſeptennium, vt patet in cap. Literas. eodem tit. & in pluribus alijs. Ad contrahendum autem matrimoniũ in viris eſt. 14. annis ætatis, & in fœminis 12. Quia (vt in plurimum) talis ætas apta eſt ad generationem. His ſuppoſitis, ſit 1. conclu.

1. conclu. Prima concluſio. Ex ſponſalibus legitimè contractis poſt ſeptennium, vbi interuenit legitimus conſenſus, oritur hoc impedimentum: ꝙ dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia. Concluſio eſt in iure expreſsè determinata. Extra de de ſponſa. impub. per multa. c. Et lib. 6. eodem tit. c. vnico. Extra de ſponſa.

2. conclu. 2. concluſio. Propter ſponſalia, contracta ante ſeptennium non oritur impedimentum, niſi poſt ſeptennium minor conſenſerit. Concluſio eſt expreſsè determinata. Extra de de ſponſa. imp. c. Literas. vbi eſt caſus. Quidam ſpõſauit puellam in cunabulis, & poſt duxit in vxorem matrem puellæ, requiſitus Papa dicit, ꝙ ſi matrem puellæ accepit in vxorem, antequàm puella ſeptennium compleuerit, minimè eſt matrimonium ſeparandum. Quia talia ſponſalia ante ſeptennium non inducunt impedimentum publicæ honeſtatis. Si verò poſtquàm puella ſeptennium compleuit, cui tunc complacuerunt ſponſalia, matrẽ duxerit ſententiam diuortij non differas promulgare, nec filiam, nec matrem talis vir habere poterit.



Dubium. Sed quomodo intelligitur iſte conſenſus. Solutio. Verùm ſit neceſſarium ꝙ exprimatur verbis. Panor. Ad hoc Panor. in eodem titulo dicit. Tene menti, ꝙ ſponſalia contracta, cum minori ſeptennio, conualidantur per ſuperuenientẽ ætatem, ſi tacitè ſponſalia præcedentia approbauit: vt quia ſponſus venit ad domum ſponſæ, ſeu mittit ſibi iocalia, vel quid ſimile. De hoc vide bonum tex. in c. vnico eodem tit. lib. 6. vbi idẽ ſtatuitur, in matrimonio cõtracto per minores.

Corolla. Ex iſtis ergo ſatis patet, ſi poſt ſeptennium nõ ad ſit conſenſus expreſſus, vel interpretatiuus, ꝙ per ſola ſpõſalia ante ſeptennium contracta, non oritur impedimentum.

3. conclu. 3. concluſio. Sponſalia cõtracta poſt ſeptennium inter conſanguineos, vel affines, in gradu prohibito, ignorantes impedimentum, & ſi nulla ſint iure, cauſant hoc impedimẽtum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Hæc concluſio eſt expreſſa. lib. 6. de ſponſalibus. cap. vnico.

Nota. Cuius ratio aſſignatur. Quia licet talia ſponſalia nulla ſint propter hoc, quòd perſonæ ſunt illegitimæ, tamen ſunt vera, & valida ſecundùm præſumptionem Eccleſiæ. Ob quod præſtant impedimentum ſequentibus ſponſalibus, & matrimonio. Dixi in concluſione. Ignorantes impedimentum: nam ſi contrahentes inter ſe ſcirent impedimentum, videtur quòd non inſurgeret: quia talia nulla ſunt, & ſecundũ veritatem, & ſecundum præſumptionem. Vt ſi monachus in habitu monachali alicui fidem de matrimonio contrahendo daret, re vera illa ſponſalia, & nulla eſſent ſecundum veritatem, & ſecundum præſumptionem. Similiter ſi duo conſanguinei, ſeu affines in gradũ prohibito cõtraherẽt omnibus aſtãtibus, ſcientibus tale impedimentum, ibi nullum oriretur. Quòd ſi de iſtis etiam intelligit ſummus Pontifex, quãdo dicit oriri impedimentum in ſponſalibus contractis inter affines, ſic tenendum eſſet, & ſi nulla appareat alia ratio, niſi ſola voluntas ſtatuentis. Videtur tamen rationi conſonum, ſolum oriri, quando impedimentum eſt ignotum. Hanc ſententiam tenet Durand. & Petrus de Palude in 4. * Modo tamen hoc ius ablatum eſt per Conciliũ Tridentinum ſeſſione 24. c. 3. vbi diffinitum eſt, quòd quotieſcunque ſponſalia ſunt nulla, hoc impedimentum nõ oriatur, de quo in fine in appẽdice.

Durand. d. 41. Palud. ibi q. 2.

4. conclu. 4. concluſio. Sponſalia quæ ſunt nulla propter defectum conſenſus, vt eſt furioſorum, & non conſentientiũ, nullum cauſant impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Expreſsè eſt determinatum in cap. vnico eodem tit. libro ſexto. Ratio diuerſitatis, quare in iſtis quæ nulla ſunt propter defectum conſenſus non oriatur, bene tamen in aliis, quæ etiam nulla ſunt propter aliud impedimentum, aſſignatur ab aliquibus. Quia illud quod eſt principaliſſimum in contrahendis ſponſalibus, & matrimonio, eſt conſenſus: quo deficiente, ſponſalia nullius ſunt efficaciæ, nec in obligando ad contrahendum, nec in impediendo ſequentem contractum. Exiſtente autem cõſenſu, & concurrente quocunque alio impedimento, ſponſalia nullius ſunt efficaciæ in obligando ad contrahendum propter impedimentum concurrens. Sunt tamen efficacia ad impediendum ſequentia ſponſalia, & matrimonium, in quantum cauſant publicæ honeſtatis iuſtitiam. Habet

Ratio conclu.

De conſenſu ſup. ar. 2. & per omnia de conſen.

De ſponſalibus ſup. art. 16.

bet equidem hæc ratio apparentiam,
Palud. vbi & diſcrimen, vt refert dominus de Pa-
ſupra. lude. Quia vbi ſunt ſponſalia nulla, e-
tiam ratione iuris naturalis, & iuris
poſitiui, congruum eſt, imò neceſſariũ,
quòd nullum cauſetur impedimentũ,
vt eſt in ſponſalibus contractis, & nul
lis propter defectum conſenſus, cum
illa nulla ſint de iure naturæ. Atta-
mẽ alia quæ ſunt nulla ſolum de iure
poſitiuo, vt eſt inter conſanguineos,
vel affines in gradu prohibito, meritò
cauſant impedimentum publicæ hone
ſtatis. Sicut vbi nulla eſt profeſsio, de
iure poſitiuo æquipollet voto ſimpli-
ci. Nam iure naturali, obligatio natu-
ralis oritur, quanuis impedire non
poteſt. Quemadmodum in contra-
ctibus rerum, quæ nulla ſunt iure ci-
uili, oritur obligatio naturalis, quan-
doque habens aliquos iuris effectus;
Vbi verò non eſſet nec naturalis, nec
ciuilis, vbi nullum haberet effectum.
Sic in propoſito.
S. Tho. d. Tamen aduertere oportet, S. Tho.
41. in 4. abſolute dicere, ꝙ quomodocun-
que ſponſalia ſint nulla, hoc vel illo
Poſt tẽpo- modo, nullum impedimentũ cauſant.
ra. B. Tho. Et verum dixit, loquendo in lumine
determi- naturali, niſi eſſet determinatio Eccle-
natio per ſiæ, quæ ſuo tempore non erat, ſed
Boni. 8. poſtea Bonifacius determinauit, ꝙ illã
li. 6. c. uni. quæ ſolum iure poſitiuo nulla ſunt, vt
de ſpon. eſt inter affines, & conſanguineos, ſi ad
ſit conſenſus, cauſent impedimẽtum.
Alia verò quæ nulla ſunt propter de-
fectũ conſenſus nullum cauſent. * Mo-
do tamen iuxta illud quòd dixit S.
Tho. in Concilio Tridentino diffini-
tum eſt.
Nota. Circa iſtam quartam conclusionem
Palud. d. eſt maximè notandum, quod notat de
41. q. 2. Palud. & bene, veram eſſe concluſio-
nem, quando ſponſalia ſunt nulla pro
pter defectum conſenſus apparentis:
vt in pueris, & furioſis, & conditiona
liter conſentientibus. Secus tamen eſt
de ſponſalibus nullis, propter defe-
ctum cõſenſus latentis. Vt ſi quis ſpõ-
ſalia contraxit, verbis exteriùs expri-
mendo cum aliqua, ſed tamen interiùs
non conſenſit, ſed protulit, volens de-
cipere, in foro conſcientiæ, illa ſpon-
ſalia nulla ſunt, quamquam cauſent
impedimentum publicæ honeſtatis iu-
ſtitiæ. quia illa ſponſalia ſunt præſum-
pta vero ab Eccleſia, & tantum ſcan-
dalum eſſet, ſi poſtea talis contraxit
cum conſanguinea ſponſæ etiam ſi non
conſenſit interiùs, ſicut ſi conſenſiſſet.
Et quia eccleſia voluit iſto impedimẽ-
to ſcandalum vitare, conſequenter vi-
detur dicendum, ꝙ ex talibus ſpon-
ſalibus orietur impedimentũ. Patet
manifeſtè ex hoc, ꝙ eccleſia condem-
nabit eum ad matrimonium contrahẽ
dum, & obligatum iudicabit. Et ad hoc
eſt argumentum. Contrahens enim cũ
ſecunda, volens decipere, & non con-
trahere, fit bigamus. Ergo a ſimi-
li, ſi quis non intendit ſponſalia con-
trahere, & ſi exprimat conſenſum,
oritur tale impedimentum. Hæc eſt Quòd Ec-
ſententia do. Palu. & quidem confor- cleſia non
miter ad ea quæ dicta ſunt. Nam eccle præcipiat
ſia præſumit vera eſſe huiuſmodi ſpõ- act⁹ inte.
ſalia, quia non iudicat de occultis, ſed Durã. in
de manifeſtis. Et per manifeſta iudicat 4. d. 15. q.
verum eſſe conſenſum. * In Concilio 12. Palud.
Tridentino diffinitum nullum impedi d. 13. et cõ.
mentum oriri, ſi vero nulla ſunt, ob id opi. cõtra
ſi probaretur deffectus conſenſus, etiã Adria.
eſſet certum impedimentum non eſſe. quoli. 8.
Medi. tra-
ctat. 6. de
pœn. Pi-
ghi. Cam-
pen. lib. 6.
Eccle. hie-
rar. c. 16.

## ARTICVLVS. LIII.

### *Vtrùm oriatur publica honeſtas, quando parentes loquuntur pro filijs.*

Quæritur. Vtrùm ſi pa-
rentes loquantur pro
filijs (filijs non expri-
mentibus conſenſum)
oriatur impedimẽtum
publicæ honeſtatis iu-
ſtitiæ. Meritò dubium venit determi-
nandum, cum frequẽter eueniat apud
noui orbis indigenas, ꝙ parentes, vel
cognati loquantur de matrimonio, ip-
ſis tacentibus.





1. Nota. Pro debita quæſtionis ſolutione o-
portet notare, poſſe contingere hoc,
vel quia parentes contrahunt ſponſa-
lia pro filijs puberibus, vel impuberi-
bus. Item. Vel quia non contrahunt
parentes, ſed alij cognati pro ipſis iu-
uenibus. Vel nec cognati, nec parẽtes,
ſed ipſi qui præſunt illis, vt ſunt illi,
qui eos habent ſub tutela ad exigendũ
tributum, & præcipiendum alia ſerui-
lia opera. Qui ſunt velut centuriones
& decani.
3. Nota. Poteſt etiam contingere, ꝙ iſtis ſpõ
ſalia promittentibus, ipſi adoleſcen-
tes non intelligant: vel ſi intelligant,
ꝙ non conſentiant, neque diſſentiant;
vel quòd contradicant.
1. conclu. Prima concluſio. Parentibus contra
hentibus ſpõſalia, ſiue pro puberibus,
ſiue impuberibus, non oritur huiuſmo
di impedimentum publicæ honeſtatis
iuſtitiæ, ſi filij ignorauerint huiuſmo-
di ſponſalia. Probatur ex expreſſa de-
terminatione in 6. eod. tit. cap. vnico.
Ratio. Ratio eſt. Ad hoc quòd verè oriatur
impedimentum, requiritur, ꝙ ſponſa-
lia ſint vera, vel præſumpta talia, ſed
quantumcunque parentes ſpõſalia cõ
trahant pro filijs, ſi filij ignorant, quã
diu ignorant, non ſunt vera ſponſalia:
Ariſtot. 3. quia deficit conſenſus. Nam nihil vo-
de anima. litum, quin præcognitum. Ergo vbi
tex. cõ. 39 non eſt ſcientia, nec poteſt eſſe volun-
tarium, quod requiritur ad ſponſalia.
Nec habentur tanquam ſponſalia præ
ſumpta. Nam vbi nulla eſt filiorũ ſcié
tia, non præſumuntur ſponſalia. Qua
re ſequitur quòd non oritur tale im-
pedimentum.
2. conclu. 2. concluſio. Parentibus contrahẽ-
tibus ſponſalia pro filijs, ſiue puberes,
ſiue impuberes ſint, ipſis ignorantib⁹,
ſi poſt ſcientes eadem ſponſalia ratifica
uerunt tacitè, vel expreſsè, oritur im-
pedimentum publicæ honeſtatis iuſti-
tiæ, à tempore ratificationis. Iſta con-
cluſio eſt etiam expreſſa in cap. allega-
Ratio. to ſuprà. Ratio cuius eſt. Vbicunque
ſunt vera ſponſalia, oritur impedimẽ
tum, ſed quando filij ratificauerũt fa-
ctum parentum, vera fuerunt ſponſa-
lia (vt conſtat ex dictis) ergo tunc fuit
ortum tale impedimentũ. Patet. Quia
ratificatio ſponſalium præcedentium,
eſt conſenſus in ipſis ſponſalibus, ſed
hoc ſufficit ad ſponſalia. Dixi tamen,
quòd à tẽpore talis ratificationis ori-
tur impedimentum: quia cùm antè nõ
fuerint vera ſponſalia, cùm defuerit
conſenſus, non ortum eſt impedimen-
tum, ſed tunc oritur, quando aduenit
de nouo. Dixi, Si ipſi filij ratificent fa
ctum expreſsè, vel tacitè. De expreſ-
ſo conſenſu non eſt dubium, ſed de ta-
cito poſſet eſſe. Pro quo ſit tertia con
cluſio.
3. concluſio. Ad hoc ꝙ tacitè cõſen- 3. conclu.
ſiſſe dicantur filij, in ſponſalibus con-
tractis à parentibus: ſufficit ſi interiùs
conſentiant in mente, & exteriùs non 1. Ratio.
contradicant. Probatur. Ille dicitur
tacitè conſenſiſſe, qui alio loquente,
ipſe interiùs conſentit, vt patet in com
muni vſu loquendi, licet verbis non
exprimat conſenſum. Sequitur ergo,
ꝙ ad tacitum conſenſum ſufficiet inte
rior aſſenſus.
Item. Sicut nos ſuprà (quando de
matrimonij conſenſu agebamus) dixi-
mus, ad matrimonium ſufficit, ſi vno
exprimente conſenſum, alter interiùs 2. Ratio.
conſentiat: ergo à fortiori in ſponſali- Sup. ar. 5.
bus ita erit, quòd parentibus expri-
mentibus pro filio, & ipſo interius cõ-
ſentiente, erunt vera ſponſalia quantũ
ad Deum, imò & quantum ad Eccleſiæ
præſumptionem, ſi exteriùs non con-
tradicat; quia ſi contradiceret, licet
ſponſalia eſſent quantum ad Deum, nõ
tamen quantum ad Eccleſiæ præſum-
ptionẽ. Pro quo ſit quarta concluſio.
4. concluſio. Si parentibus contra- 4. concl
hentibus ſponſalia pro filijs, filij poſt-
quàm ſciuerint, interiùs conſentiant,
verùm exteriùs contradicant, non ori
tur impedimentum publicæ honeſta-
tis iuſtitiæ. Patet ex illis quæ dixi- 1. Ratio.
mus, & quæ doctores affirmant: Illa
ſponſalia Eccleſia iudicat eſſe nulla, &
inualidat: quia exteriùs expreſſum diſ
ſenſum Eccleſia cognoſcens, tanquàm
nulla debet reputare. Si ergo iudicat
ſponſalia nulla, etiàm iudicat libere
hunc poſſe contrahere cum conſangui

neis illius ſponſæ. Nam eò quòd iudicat nulla, & determinat non ortum fuiſſe impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ, vt patet in c. allegato vbi expreſſe dicitur, quòd ſi ſunt ſponſalia nulla, quia deficit conſenſus (vt eſt in furioſis, & paruulis ante ſeptenniū) quòd non oritur impedimentum. Clarum eſt, quòd Eccleſia determinans, intelligit, ꝙ vbi nulla probantur ſponſalia, nec impedimentum oriri: ſed hic nulla probantur ab Eccleſia, vbi exteriùs oſtenditur diſſenſus, etiam ſi ſit interior aſſenſus: ergo nullum oritur impedimentum.

2. Ratio. Probatur adhuc. Si hoc oritur impedimentum ex huiuſmodi ſponſalibus, ex eo eſſet: quia vere ſunt ſponſalia quantum ad Deum, licet Eccleſia eſſe nulla iudicet, ſed non propter hoc oritur: quia licet eſſent nulla quantum ad Deum, ſunt tamen præſumpta quātum ad Eccleſiam: vt in illo qui exprimit conſenſum, ſed intus diſſentit, oriretur hoc impedimẽtum, vt ſupra probauimus, & non ob aliud, niſi quia Eccleſia præſumit ea eſſe ſponſalia. Ergo ſequitur, quòd impedimentum oriri, vel non, non pendet ex hoc, quòd ſint vera, vel nulla ſponſalia quantum ad Deum, ſed ſolum pendet ex hoc, quòd ſint ab eccleſia præſumpta ſponſalia. Cùm ergo illa ab eccleſia nō ſint præſumpta vt talia: non oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ.

Impedimẽtum pẽdet ex hoc q̃d ſponſalia ſunt præſumpta vera.

Cōfirma. Confirmatur. Impedimẽtum (vt ſupra diximus) non eſt de iure naturali, nec de iure Diuino, ſed ſolum de iure canonico, ergo tantum habebit vigoris, quantum conſtat ex iure canonico. At ſecundum ius canonicum, nullum impedimentum talis incurrit, cùm liberè ei facultas concedatur ducendi conſanguineam illius, quàm exprimit nolle in ſponſam: ergo ſequitur, ꝙ nullum inſurgit impedimentum.

Obiectio. Fortè aliquis ingenioſus inſtabit cōtra hæc. Tunc enim eccleſia decipitur in tali iudicio, putans hunc non conſentire. Ob id cùm eius ſententia fundetur in falſa præſumptione, videtur quòd in veritate inſurgat impedimentum.

Solutio. Reſpondetur, ꝙ eodē modo quando quis verbo conſentit, & mente diſſentit, decipitur eccleſia iudicans ſponſalia, ita dicemus impedimentum oriri, quia ſic determinat. Tamen in iſto ſecundo quando non iudicat ſponſalia eſſe, eo quòd ſit expreſſus diſſenſus, licet decipiatur, non tamen impedimentum oritur: quia non ſic diffinit, vt tunc oriatur. Et tandem ratio differentiæ clara eſt ex eo, ꝙ vbicunque fuerunt præſumpta ſponſalia, licet non vera, vult impedimentum hoc oriri, tamen nō vbi nullo modo ſunt præſumpta, & ſi eſſent vera. Tunc quidem illa ſolum manent ſponſalia, non ſecundum iudicium eccleſiæ, ſed ſolum ſecundum ius naturæ, & Diuinum, ſecundum quod, non oritur tale impedimentum. * Hæc omnia intelligenda ſecundum iura antiqua, modo tamen poſt Concilium Tridentinum nouæ determinationi ſtandum eſt, vt diximus ſupra, & infra in appendice.

Vbi ſunt p̄ſūpta ſpōſalia, oritur impedi.

5. conclu. 5. concluſio. Si infantes ante ſeptēnium, vel parentes, pro ipſis ſponſalia contrahant, & ipſi poſt ſeptennium non explicent verbo, vel facto ſe in eadem voluntate permanere, in qua antè, non oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Concluſio eſt expreſſa in cap. ſupra allegato.

1. Ratio. Cuius ratio hæc eſt. Vbi non ſunt vera ſponſalia, nec præſumpta ab eccleſia, ibi nullum oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ, ſed in propoſito, quando infantes ſunt minores ſeptennio, qui non habent conſenſum, quo poſſint vera facere ſponſalia, & poſtea non oſtendunt talem voluntatem (vt ſupponimus) ergo non ſunt vera, nec præſumpta vera: imò ſunt ab Eccleſia annullata. Sequitur ergo, ꝙ non oritur impedimentum. Dixi in cōcluſione, Niſi verbo, vel facto conſentiat de nouo:

Gloſſa. nam non ſufficit diuturnitas temporis ad hoc, vt ibi declarat Glo. & ſic ſonat textus, ſed requiritur quòd præteritum conſenſum explicet verbo, vel facto. Verbo autem explicatur (vt ibidem Glo.) quando

poſt



poſt ſeptenniū vocant ſe ſponſos. Et facto, quando dona ad inuicem dant, & recipiunt, ſicut iocalia, vel quid ſimile, quod conſuetum eſt inter veros ſponſos. Vel ſi ſimul iacent, & deoſculentur. Ex iſtis quidem factis per virtutem conſenſus præcedentis ratificatur, & exprimitur conſenſus de nouo: & cauſatur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ, vt ibidem expreſſum eſt. Quia ſunt præſumpta ſpōſalia ab Eccleſia. Si tamen non fiat expreſſio conſenſus de nouo, verbo vel facto, nullo modo oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ.

6. conclu. 6. concluſio. Parentibus contrahentibus ſponſalia pro filijs, ipſis præſentibus, ſi filij nec diſſentiant, nec conſentiant, nec cōtradicant, ſed taceāt, oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Concluſio eſt expreſſè determinata in cap. ſuprà allegato. Cuius verba ſunt hæc. Porrò ex ſponſalibus quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus plerunque contrahunt: filij ſi expreſsè conſenſerint, vel tacite, vt ſi præſentes fuerint, nec contradixerint, obligantur, & ex eis oritur iuſtitia publicę honeſtatis. Hæc ibi.

Ratio. Ratio poteſt eſſe ad conclu. Ex quo enim parentibus incumbit cura filiorum, quandiu ſunt ſub tutela parentum, & tanquàm procuratores filiorum, filijs præſentibus tractant ſponſalia, ſi filij non contradicant, videntur approbare factum parentum. Et eccleſia iudicat eos obligatos ad id, ob ꝙ oritur impedimentum hoc.

Conſiderādum. Sed tamen hic aduertēdum, ꝙ licet ita ſit, ſicut determinatum eſt, quantum ad hoc, ꝙ impedimentum oriatur, non tamen ob hoc ſolum, ꝙ non cōtradicant, ſponſalia ſunt quantum ad forum conſcientiæ. Nam (vt nos ſupra diximus) ad hoc quòd coram Deo ſit obligatio, neceſſario requiritur conſenſus, nec ſufficit non habere expreſſum diſſenſum. Verū eſt tamen, ꝙ hæc ſunt ſponſalia quantum ad Eccleſiæ præſumptionem. Eò enim ꝙ nō contradicit, præſumit Eccleſia conſenſum: tñ ſi vere nō fuit, nō erūt ſponſalia quo ad Deū, quouſq; ſit cōſenſus.

7. conclu. 7. concluſio. Non ſolum parentibus contrahentibus ſponſalia pro filijs, & ipſis præſentibus, non contradicentibus, oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ: ſed etiam alijs conſanguineis contrahentibus in defectu parentum oritur ſimiliter.

Ratio. Quia vbicunque ſunt ſponſalia præſumpta vera ab Eccleſiā, ibi oritur impedimentum, ſed ſic eſt, ꝙ in caſu, quo alij conſanguinei loquuntur pro paruulis, eſt præſumptum ſponſalitium, vt ſuprà determinauimus, ergo verè oritur impedimentum. Probatur minor, ꝙ ibi ſit præſumptum: quia cōſanguinei alij vicem habeant parentū in defectu parentum. Ergo ſequitur, quòd præſumūtur ſponſalia. Sicut quando loquūtur parentes, licet quantum ad Deum, non ſit niſi per conſenſum interiorem.

8. conclu. 8. concluſio. Si apud aliquos ſit cōſuetum, vt contractum ſponſaliorum, vel matrimonij contrahunt non parentes pro filijs ſolum, vel conſanguinei pro cōſanguineis: ſed alij qui pręſunt reipublicæ, vel qui præſunt illis, pro quibus contrahunt, ſi ſponſalia celebrentur ipſis præſentibus, pro quibus contrahunt, & non contradicentibus, oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ.

Ratio. Probatur ex textu, & ex iam dictis. Oritur quidem impedimentum, ſi parentes contrahant, vel conſanguinei pro filijs non ob aliud, niſi quia ad eos ſpectat cura, & tutela paruulorum, ergo etiam orietur impedimentum in caſu concluſionis. Nam nō minor cura ex conſuetudine, & modo ſuæ politiæ incumbit domino, vel magiſtratui reſpectu ſuæ politiæ: quā incūbit patri reſpectu ſuæ familiæ, vt experientia conſtat apud incolas noui orbis. Imò nulla ferè, niſi in tenera ætate incūbit parentibus, nec ipſi curā habēt de proprijs filijs, ſed potiùs qui præeſt. Sequitur, ꝙ ſi inſurgit parentibus loquentibus, & filijs non contradicentibus, inſurget etiā ipſis maioribus loquentibus pro paruulis ſuæ familiæ, ſi ipſi paruuli non cōtradicant. Hæc cōcluſio poſita eſt pp neophytos,

V qui

qui degunt per familias, & vnus præeſt vni familiæ: & ipſe habet merum imperium, & omnem curam omnium illorum qui ſunt in familia. Sic habet eorum conſuetudo, & politiæ modus, etiam poſt fidem ſuſceptam. Videtur ergo, ꝙ huiuſmodi loquentibus pro paruulis, ipſis præſentibus, & non contradicentibus, ex ſponſalibus oriatur impedimentum. Hæc dixerim, quia quãtum ad præſumptionem Eccleſiæ iudicabuntur ſponſalia. Nec obſtat, ꝙ textus ſolum loquitur de parentibus, & non de alijs: quia iam nos diximus in defectu parentum intelligi de conſanguineis. Similiter intelligi poteſt de iſtis patribus familias, quod poſſunt intelligi ſub nomine parẽtum. Quia talibus incumbit ipſis paruulis prouidere in matrimonio. Et quidem poteſt hoc optimè fieri ſecundum leges ſuas, & mores, inquantum matrimonium eſt quidam contractus neceſſarius in politia ad cõſeruationem cõmunitatis. Ob quod poſſunt iſti patres familias (licet non ſint parentes) curã gerere tradendi nuptui paruulos, & ineundi huiuſmodi contractum matrimonialem. * An impedimentũ hoc oriatur in matrimonio rato non conſummato, ſicut in ſponſalibus. Vide in appendice in fine.

# ARTICVLVS. LIIII.

## *Vtrùm oriatur publica honeſtas ex ſponſalibus conditionatis.*

PRO cõplemento huius impedimenti reſtat differere, Vtrùm impedimẽtum etiam oriatur in ſponſalib⁹ contractis ſub conditione. Nam hucuſque loquuti ſumus de contractis abſolute, & cum certa perſona. Sed poteſt contingere, quòd licet ſint abſoluta, non ſint cum determinata perſona, ſed ſic in confuſo: Ego capiam in vxorem vnam ex filiabus, nõ ſignando quã, vel vnũ ex filijs, nõ ſignãdo quem. His ſuppoſitis, ſit 1. concl.

1. conclu.

Prima concluſio. Ex ſponſalibus ſub conditione cõtractis, nullo modo oritur impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ, vſque dum adimpleta ſit conditio, dummodo conditio non habeatur pro non adiecta. Hæc concluſio patet ex cap. Ex ſponſalibus. in 6. Cuius verba ſunt hæc. *Verba textus.* Ille verò qui ſponſalia cum aliqua muliere contraxit ſub conditione, ſi poſtmodum ante conditionis euentum cum alia prioris conſanguinea contraxit per verba de præſenti, cum ſecunda remanere debebit, cùm ex ſpõſalibus conditionalibus ante conditionem, ſicuti conſenſum non habentibus, & in certis, nulla publicæ honeſtatis iuſtitia oriatur. Hæc ibi. *Ratio cõcluſio.* Ratio huius capituli eſt. Impedimentum non oritur, niſi quando ſunt vera iudicata ſponſalia: ſed nunquàm conditionata ſponſalia ſunt iudicata vera, ante aduentum conditionis (vt conſtat) ergo nunquàm inſurgit tale impedimentum: vſque dum conditio adimpleatur, quia quando adimpletur, incipiunt eſſe vera ſponſalia, & oritur impedimentum. Vnde patet, ꝙ ſi ante conditionem adimpletã contrahit cũ ſorore eiuſdem primæ ſponſæ, ſtabit cum ſecũda, & non cum prima: ex quo ex primis ſponſalibus nullum fuit ortum impedimentum. Dixi in concluſione, niſi conditio habeatur pro non adiecta. Et quia tunc habentur tanquàm ſi eſſent abſolutè contracta, & oritur impedimentũ publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Pro quo ſit 2. concluſio.

2. concln.

2. concluſio. Ex ſponſalibus contractis ſub cõditione impoſsibili, vel turpi, & non contra bona matrimonij: vt ſi quis dicat. Ducam te in vxorem, ſi cęlum digito tetigeris, vel ſi hominem occideris, oritur ante aduentum, conditionis impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. *1. Ratio.* Nam vbi ſunt ſponſalia abſolutè contractu, oritur tale impedimentum (vt ſuprà dictum eſt) ſed iſta ſic cõtracta ſub iſtis conditionibus ſunt abſolutè contracta: quia habẽtur cõditiones ac ſi nõ eſſent adiectæ, vt patet



tet Extra de cõditio. appo. cap. vltimo. Præterea. Ibi inſurgit impedimentum, vbi Eccleſiæ iudicat vera eſſe contracta ſponſalia: ſed quando quis contrahit cum cõditione turpi, vel impoſſibili, abſolutè Eccleſia iudicat contracta eſſe ſponſalia, ergo inſurgit impedimentum. Et quidem ꝙ ſic iudicet, patet ex tex. Iudicat enim matrimonium eſſe, ſi fiat per verba de præſenti cum tali conditione, quantò magis iudicabit eſſe ſponſalia? Dixi in cõcluſione, niſi conditio ſit contra bona matrimonij: nam tunc vitiat contractum, & nullum eſt impedimentum, cùm ſponſalia ſint nulla ex determinatione Eccleſiæ, ibidem.

3. conclu.

3. concluſio. Sponſalia contracta ſub conditione quæ ſub intelligitur, etiam ſi non exprimatur, ipſa expreſſa, non cauſatur impedimentum, vſque dum conſtet de conditione: tamen tacita ſtatim oritur publicæ honeſtatis iuſtitia. Verbi gratia. Si aliqui ſponſalia contrahant ſub hac conditione. Ego contraham tecum, niſi ſit contra iura, vel niſi diſpliceat Deo, vel Eccleſiæ licet tales conditiones tacitæ ſub intelliguntur, & ſi nõ exprimantur, faciunt ſponſalia abſolutæ: & ex eis oritur impedimentum, tamen ſi exprimantur, faciunt conditionatum, & non cauſant impedimentum, niſi adueniente conditione. Quare ſi inter tales fuerit inuentum impedimentum, poterit abſolutè contrahere cũ conſanguinea primæ ſponſæ. *Ratio.* Probatur. Vbi non ſunt vera ſeu præſumpta ſponſalia, non oritur impedimentum: ſed ante aduentũ illius cõditionis expreſsè non ſunt iudicata ſponſalia ab Eccleſia, ergo non cauſant impedimentum vſque dum adimpleatur conditio. Iſtam concluſionem tenet Hoſtien. in c. Ad audientiã. de ſponſa. Et Ioan. And. in 6. c. vni. de ſpon. & alij Iuriſtæ. Quod etiã approbat Sylueſt. in ſumma. *Hoſtienſ. Ioan. An. Sylue. matrimon. 8. §. 10.* Ratio quare nõ oriatur tale impedimẽtum, ſolum eſt: quia in talibus ſponſalibus deficit conſenſus abſolutus, ſine quo ſponſalia non inferunt publicam honeſtatem.

4. conclu.

4. concluſio. Spõſalia contracta cum incerta perſona, vt ſic: Ego ducam vnã de filiabus tuis. Vel ſi ſit mulier: Ego accipiam vnum de filijs tuis, ſuppoſito ꝙ plures habeat, non cauſant impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Hęc eſt expreſsè determinata in 6. cap. allegato. vbi dicitur, quòd oritur impedimentum, quando eſt conſenſus purè, ac determinatè cum aliqua: ſequitur ergo, ꝙ ſi non ſit determinatè cum aliqua: ſed indeterminatè (vt in caſu) non inſurget tale impedimentum. Sic Io. And. ibidẽ intelligit textum. *Ioan. An.* Et probatur ratione. *Ratio.* Vbi nulla ſunt ſponſalia, etiam quantum, ad iudicium Eccleſiæ, non oritur tale impedimẽtum: ſed in caſu talia ſponſalia ſunt nulla: quia vel ſunt aliqua, & certa cum omnibus ſimul, hoc non poteſt eſſe: quia repugnat, vel ſi cum aliqua vna ſola, ſignetur, illa, non erit aliqua ratio quare potiùs cum illa ſignata, quàm cum alia, ergo vel cum omnibus erunt ſponſalia contracta ſimul, vel cum nulla: ſed non cum omnibus, ergo cum nulla: ſequitur ergo nulla: eſſe ſponſalia, ſicque nullum oriri impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ.

corolla. 1.

Ex hoc ſequitur manifeſtè, ꝙ talis, ſponſalia contrahens in incertam, poſſet ducere in ſponſam, vel vxorem, cõſanguineam iſtarum, in quas in incertum conſenſerat. Patet ex concluſione. Nam ſi ex prioribus ſponſalibus nullum ortum eſt impedimẽtum, non obſtat quominùs poſsit contrahere cũ qua voluerit. *corolla. 2.* Etiã ſequitur, ꝙ in iſto impedimento ad libitũ poterit Papa diſpenſare, cùm ſolũ ſit ex iure poſitiuo.

* Alia quæ conſiderãda veniunt circa illa quæ de nouo in Concilio Tridentino ſunt diffinita, & quantum ad graduum reſtrictionem, & an intelligatur reſtrictio, etiam in impedimento, ꝙ oritur ex matrimonio ratò, non cõſummato: ꝙ publica honeſtas interdũ dicitur, & aliquando affinitas. Vide in appendice in fine, & ad literam proprium motum apponere eſt operæpretium. Pius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad Romanum ſpectat Pontificem, ſua ſoli-

licitudine diligenter prouidere: vt ſacrorum Conciliorum decreta ita ſuæ declarationis adminiculo diluцidentur quod nulla deſuper,dubitandi oc caſio cui quàm relinquatur. Sanè ad aures noſtras peruenit, multos eſſe qui dubitent,an decretum œcumenici Concilij Tridentini, ſeſsio.24.de reformatione matrimonij cap. 3. ( quo cauetur impedimentum publicæ honeſtatis, vbi ſponſalia valida non fuerint prorſus tolli: vbi verò valida fuerint, nō excedere primum gradum, cum in vlterioribus gradibus non poſsit huiuſmodi prohibitio ſeruari ) de ſponſalibus per verba ( vt aiunt ) de futuro,tantum conceptis intelligatur. Vel etiam matrimonia per verba de præſenti contracta, non tamen cōſummata, quæ interdum ſponſalia appellantur,comprehendat,ita vt etiam eo caſu impedimentū inde proueniens ſublatum fuerit. Nos itaque vt omnis difficultas dubitatioque tollatur,attendentes ꝙ ſponſaliorum appellatione qua dictum Concilium vtitur non niſi improprium matrimonium verbis de præſenti conceptis contractum continetur: quodque agitur de correctione iuris veteris, quo caſu ſecundum proprietatem verborū duntaxat procedendum eſt. Præſertim cùm longè maiorē rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præſenti contracto,quàm in ſponſalibus de futuro, vigere à nemine dubitetur. Idcirco motu proprio authoritate apoſtolica tenore præſentium declaramus & diffinimus decretum Concilij huiuſmodi omnino intelligendum eſſe, & procedere in ſponſalibus de futuro duntaxat non autem in matrimonio ſic ( vt præfertur ) contracto: ſed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis caſibus & gradibus,quibus de iure veteri ante prędictum decretum Concilij introductum erat, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus, atque ſtatuimus nō obſtantibus cōſtitutioni bus, & ordinationibus apoſtolicis, alijsq; contrarijs quibuſcunque, volumus autem quòd præſentes literæ in cancellaria noſtra, & acie Campi flore de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò valituras ſcribātur: & quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius prělato munitis eadē prorſus fides, vbicunque adhibeatur quæ præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ declarationis diffinitionis, mandati, ſtatuti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attētare præſumpſerit,indignationem omnipotētis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ,apud ſanctum Petrum,anno incarnationis dominicæ millesimo quingenteſimo ſexageſimo octauo. Calend. Iulij, Pontificatus noſtri anno tertio.

# ARTICVLVS LV.

## *De cognatione ſpirituali.*

IAM conſequenter tractemus de cognatione ſpirituali,quæ quidem inſurgit ex propagatione ſpirituali. Nam ſicut ex carnali propagatione inſurgit vinculum quoddam naturale, etiam ſuo modo ex ſpirituali, inſurgit vinculum quodammodò ſpirituale, quod dicitur cognatio ſpiritualis. Quemadmodum enim homo per generationem carnalem accipit eſſe naturale, ſeu naturæ: per regenerationē ſpiritualē accipit eſſe gratiæ. Eo etiam pacto, quo per carnalē generationē, generatus contrahit vinculum cū parentibus, quod eſt cognatio carnalis: per generationem ſpirituale cum dante ſacramentum, per quod fit talis generatio ſpiritualis, qui Dei perſonam repræſentat tanquàm pater. Etiam contrahitur vinculum cum tenente, qui repræſentat matrem ſpiritualem



ſcilicet Eccleſiam. Et hoc eſt cognatio ſpiritualis. Vnde definitur.

Quid cognatio ſpiritualis.

Cognatio ſpiritualis eſt, proximitas quædam perſonarum, proueniens ex datione ſacramenti, vel tentione ad illud.

Nota.

Notandū præterea, ꝙ ſolum per illa ſacramenta iſtud vinculum cauſabitur,quæ verè generationē cauſant ſpiritualem. Et ex carnalibus, & ſenſibilibus capiendo ſimilitudinem, declarabimus ſpiritualem cognationē. In carnali generatione tria ſunt. Primum, quod diſponit ad ipſam generationē, ſcilicet, ſeminum commixtio. Secundum eſt, ipſa generatio, quæ eſt fœtus animatio. Tertium eſt, huius generationis manifeſtatio, quæ eſt, quando fętus iam apparet egreſſus matris vterum. Similiter in generatione ſpirituali tria conſideranda ſunt. Primum, diſpoſitio ad regenerationem, quæ fit per catechiſmum: vbi diſponitur homo regenerādus in vita ſpirituali, per profeſsionem credulitatis, & fidei expoſitionem, ſimul & baptiſmi deſiderium. Secundum eſt regeneratio, quæ fit per actualem ſuſceptionem baptiſmi. Tunc enim regeneratur homo. Chriſto dicente, tales renaſci aqua, & Spiritu ſancto. Tertium eſt, manifeſtatio regenerati, quæ fit per ſacramentum cōfirmationis, per quod homo vngitur tanquàm Dei athleta, & in publico ponitur ad manifeſtandam, & cōfitendam veram fidem abſque pauore aliquo. In omnibus iſtis tribus, & ex quolibet ſeorſum oritur vinculum, quod dicitur cognatio ſpiritualis, & ex nullo alio ſacramento, cùm per nullum aliud trahatur ſimilitudo generationis ſpiritualis, quæ fit per gratiam, ex qua orit cognatio ſpiritualis. Sed tamē licet ita ſit, ꝙ ex tribus iſtis oriatur, differenter tamen. Nam ex primo, ſcilicet, catechiſmo, quia ſolum eſt diſpoſitio ad regenerationē, debile oritur vinculum: vt ſolum impediat cōtrahendum, & non dirimat contractum, vt ſuprà diximus. Verum in alijs duobus, ſcilicet, baptiſmo, & confirmatione, quia plena fit regeneratio, plenum & fortiſsimum oritur, vt impediat matrimonium contrahendum, & dirimat iam contractum. At verò quia meliùs poterimus ſingula percipere, ſi ſingula diſtinguamus, de catechiſmo libet primo aliquid loqui, de quo plenè poterit qui voluerit videre ſuprà de impedimēto catechiſmi. Sed omnia quæ ibi latè diximus ſub breui comprehendentes, ſit prima concluſio.

Tria in generatione humana vide ſpiritualis regeneratio ſumitur.

Ioan. 3.

ſup.ar.22.

1. conclu.

Prima concluſio. Per catechiſmum qui præcedit baptiſmū, id eſt, per illam fidei proteſtationem, & baptiſmi promiſsionem ſolum: & per nihil aliud, quod baptiſmū præcedit, oritur iſtud vinculum, quod impedit contrahendum, ſed non dirimit contractū. Volo dicere in concluſione, quòd non contrahitur per exorciſmum, non per ſaliuam, non per ſalem, non per crucem, non per oleum, ſed ſolum propter catechiſmum, id eſt, propter fidei inſtructionem, quæ præcedit baptiſmum. Et probatur primo quòd per catechiſmum. Eſt expreſſus textus in 6. eodem titu. capitulo Per catechiſmum. Et extra eodem titu. capitulo Contracto. Sed ꝙ per catechiſmum ſolum illud intelligatur, patet ex vi nominis vocabuli. Nā catechizo, idem eſt quod inſtruo. Sed adhuc clariùs ex S. Tho. Ricar. & Duran. Per hoc contrahitur impedimentum in catechiſmo: quia eſt quodammodò ibi quædam generatio ſpiritualis, licet imperfecta, quæ diſpoſitio eſt ad perfectā: quę quidē nō fit per ſputū, nec per ſal, nec per oleū: ſed fit per fidei profeſsionem, & inſtructionem. Iuſtus enim ex fide viuit: ſine qua quidem impoſsibile eſt placere Deo. Sequitur ergo, ꝙ per ſolam fidei expreſsionem contrahitur, & nō per alia. Hoc expreſſè tenet S. Tho. Quòd ſi contrarium dicentes non ſic intelligant doctorē ſanctum, non poterunt non intelligere Durandū, qui expreſsiſsimè tenet, per nullum illorū, quæ baptiſmum pręcedunt, impedimētū hoc cauſari, niſi ſolum per fidei proteſtationem, quod nos vocamus catechiſmū. Et ſic reſpondet ad textū, qui con-

S. Tho. d. 42.
Ricar. ibi.
Durand.
Ad Roma. 1.
Ad Hebr. 11.
Durand. d.41.

Dictũ Palu. nõ placet i d.41. q. 1. con. 2. cõtrarium ſonare videtur, ſicut & nos iam ſuprà ſoluimus. Vnde non placet dictum domini de Palude dicentis, ꝙ quãdo dicitur per catechiſmum oriri impedimentum, debet etiam intelligi, & per exorciſmum.

Confirma. Et probatur contra ipſum, confirmando concluſionem ex regula iuris. Fauores quidem ampliandi ſunt, & odia ſunt reſtringenda, ſed quod inſurgat impedimentum eſt maxime odioſum, ergo reſtringendum. Si reſtringendum, & textus ſolum dicunt per catechiſmũ, quorſum ergo & ad exorciſmum debet extendi? Glossa. Sic Glo. ſuper ca. allegatum in 6. dicit, quòd catechiſmus eſt inſtructio, quę fit communiter ante fores Eccleſiæ, vbi interrogatur de articulis fidei. Et addit. Et propriè deberet fieri ſolis adultis.

2. conclu. 2. concluſio. Probabile valde eſt, ſi ſolum fieret catechiſmus ſine baptiſmo (quia forte ante infans baptizatus eſt ſine ſolennitate) quòd non inſurgit per talem catechiſmum, aliquod impedimentum inter tenentes, & catechizatum, & parentes ipſius. Probatur ex dictis S. Tho. Ricar. Durandi & aliorum. S. Tho. d. 42. Ricard. Durand. Ob hoc oritur impedimentũ [illegible] catechiſmo: quia eſt quædam præparatio ad perfectam regenerationem, quæ fit in baptiſmo: ſed quando puer eſt baptizatus, non eſt præparatio, cùm regeneratio facta ſit, ergo non videtur quòd oriatur impedimentum.

Cõfirma. Si oritur impedimentum, eſt ex determinatione Eccleſiæ in 6. eodem tit. ſed ibidem dicitur per catechiſmum, quę præcedit baptiſmum, ergo ſi ſequatur (ponderando verba textus) non oritur tale impedimentum. Alber. d. 42. art. 5. ad 6. Hoc videtur ſentire Albertus Mag. vt ſuprà dictum eſt ar. 22. Ad hoc arguo. Illa quæ ſunt odioſa, reſtringenda ſunt, & non amplianda. Cum ergo loquatur textus de catechiſmo, qui præcedit baptiſmum, videtur quòd non præſtet impedimentum. Et ſic probabiliter poſſet teneri concluſio prædicta, licet contrariam teneant graues doctores, inter quos magiſter ſententiarum. Magiſt. d. 42. * Sed modo vt ſuprà diximus per Concilium Tridentinum dubium ſublatum eſt: quia in ſeſsione 24. c. 2. ſolum impedimentum eſſe in baptiſmo, videtur eſſe declaratum, vt ſuprà diximus, & in fine erit dicendum. Vide in appendice.

Sed antequàm vltrà progrediamur in iſto impedimento, operæpretium erit ſcire, vtrùm impedimentum, quod cognatio ſpiritualis dicitur impediat matrimonium ex iure Diuino Euangelico, quandoquidem ex iure naturali conſtat, & Diuino veteri non eſſe, cùm in lege naturali, nec in veteri fuerit baptiſmus, aut confirmatio. Attamen quia iſta fuerunt à Chriſto inſtituta in lege noua, refert ſcire, vtrùm illud impedimentum, quod oritur ex huiuſmodi ſacramentis, ſit ex iure Diuino, vel ſit ex Eccleſię ſtatuto. Pro ſolutione ſit 3. concluſio. Dubium.

3. concluſio. Impedimentum, quod cognatio ſpiritualis dicitur, quæ impedit contrahendum, & dirimit contractum; quæ cauſatur in baptiſmo, & cõfirmatione, non habet impedire aliquo alio iure, quàm humano. Probatur. 3. conclu. Ratio. Non impedit iure naturali, vt conſtat, nec iure Diuino veteri, cùm tunc non fuerint talia ſacramenta inſtituta, nec Diuino Euangelico. Patet. Nuſquàm in toto Euangelio reperitur talis prohibitio facta, nec ab Apoſtolis inſtitutum: ergo ſi impedimentum eſt, non eſt aliunde, quàm ex iure humano, vt patet, Extra, eodem titu. per multa capitula. Et in 6. eodem titu. Ob quod ſummus Pontifex poteſt in omni tali impedimento diſpenſare pro libito.

4. concluſio. Cùm per catechiſmum multò minus vinculum oriatur, quàm per baptiſmum, & confirmationem, quod ſolum impedit contrahendum, & non dirimit contractum, & ſolum ex iure poſitiuo, non ſolum ſummus Pontifex poteſt in eo diſpenſare, ſed etiam Epiſcopus. At verò cùm hæc clara ex dictis ſint, tranſeo ad alia. * Et modo apparet ſublatum per Conciliũ Tridentinum ſeſsione 24. ca. 2. quando per ſolum catechiſmum. 4. conclu.

AR



# ARTICVLVS LVI.

## *Inter quos huiuſmodi impedimentum, ideſt, cognatio ſpiritualis.*

AD particularia deſcendendo, impedimentum declarantes, ponimus concluſiones, quomodo ſunt tres ſpecies iſtius cognationis. Quædam dicitur paternitas, ſeu maternitas ſpiritualis, cui reſpondet ſimiliter filiatio ſpiritualis. Secunda dicitur cõpaternitas, quæ eſt parẽtum inter ſe. Tertia dicitur fraternitas, quæ eſt inter fratres ſpirituales.

1. conclu. Prima concluſio. Inter baptizantẽ, & baptizatum, tenentem, & baptizatũ: oritur cognatio ſpiritualis, quæ paternitas dicitur, per quam impeditur matrimonium contrahere inter ipſos: & iam contractum dirimit. Hæc concluſio probatur ex decreto Nicolai. 30. q. 3. c. Ita diligere. Et in 6. eodem ti. Nico. Papa. Cuius ratio eſt ex ſimilitudine generationis naturalis. Nam ſicut ex eo ꝙ aliquis alium generat, pater eius dicitur, & inter ipſum, & filium vinculum oritur, pariformiter ex Eccleſiæ ſtatuto ex regeneratione ſpiritnali, quæ fit per baptiſmum, cauſatur paternitas ex parte generantis in ordine ad regeneratum. At quia iſte, qui ſe habet tanquàm concurrens actiuè ad generationem eſt qui baptizat: ſimiliter & qui tenet infantem in baptiſmo: ſequitur ꝙ vterque ipſorum ſit tanquàm pater, & baptizatus eſt filius vtriuſque.

2. conclu. 2. concluſio. Hoc idem vinculũ paternitatis, oritur inter vxorem cognitam a baptizante, & baptizatum, & inter vxorem cognitam à baptizãte, & baptizatum, ſeu tentum. Probatur ex expreſſa determinatione in c. vni. in 6. eo. tit. Et extra eo. tit. c. Martinus. Ratio. Gene. 1. Matt. 19. Horum ratio eſt. Quia poſtquàm ſunt per copulam carnalem facta vna caro (Chriſto dicente, Erunt duo in carne vna) ſi vir efficitur pater tenentis, vel baptizatus, & ſimiliter vxor debet effici mater: quia vna caro ſunt ipſa, & vir eius. Hanc rationem aſsignat textus allegatus in decretalibus. Quod intelligitur ſi ſit carnaliter cognita à viro: nam alias non oritur vinculum, vt patet ex textu, qui dicit, ꝙ oritur cum vxore carnaliter cognita: & intelligitur ꝙ ſit cognita ante talem baptiſmum. d. 42. in 4. ſenten.

3. concluſio. Cognatio ſpiritualis, quæ paternitas vocatur, licet deſcendat à viro in vxorem cognitam carnaliter, & ei communicetur, non tamen aſcendit ad patrem baptizantis, vel leuantis. 3. conclu. Impedimentum quidem hoc, & iſta cognatio (vt ex ſuprà dictis patet) ſolum habet vim ex iure poſitiuo, & non aliunde. Ratio. Ergo tantumdem inſurget, quantum in iure determinatum eſt. At in iure non eſt determinatum, ꝙ baptizans, vel tenens communicet paternitatem patri proprio, vel matri, ſed ſolum ꝙ vxori cognitæ: ſequitur ergo ꝙ non deriuatur ad alios. Vnde pater tenentis, vel baptizantis, nullam habet cognationem ſpiritualem, nec vinculum aliquod cum baptizato. Patet hoc. Quia iſta cognatio non habet gradus, ſicut conſanguinitas, vel affinitas. Imò nec deriuatur ab vno coniugum in alterum, ſi vnus fidelis, & alter infidelis ſit. Iſtud impedimentũ nõ habet grad⁹.

4. concluſio. Licet ita ſit, ꝙ paternitas tenentis in baptiſmo, vel baptizantis deriuetur ab ipſo ad vxorẽ cognitam carnaliter, non tamen deriuatur ad mulierem cognitam illicito cõcubitu. 4. conclu. impe. cog. ſpiri. non tranſit. ad mulierẽ illicito coitu cogni. Concluſio habet difficultatem propter diuerſitatem opinionum. Probatur. Impedimentum hoc non oritur niſi ſolũ ex iure humano, vt diximus: ergo in tantum inſurget, inquantum conſtat expreſſum in iure. At in 6. in eodem titulo ſolum eſt expreſſum de vxore cognita, ergo ſolum ad vxorem cognitam tranſit. Concubina autem, vel alia fornicarie cognita, minimè vxor dicitur, ſed concubina. Ergo ad ipſam fornicariè cognitam non extenditur. Oportet quidem in odioſis non aliquid addere, quod expreſſum non

ſit

ſit in iure, vel ex expreſsis euidenter, vel nimis apparenter ſequatur. Et ita eſt, ꝙ iura loquentia de huiuſmodi cognatione, quomodo tranſit a viro in vxorem, loquuntur de vxore, & non de alijs mulieribus cognitis. Et vbi expreſſa mentio facta eſt in 6. dicitur, cũ vxore. Quorſum ergo extendendum hoc impedimentum eſt ad mulieres, quæ non ſunt vxores? Hanc concluſionem credo veram cum Ricardo, & Petro de Palude, & cum Archi. & Ioan. And. in c. primo. eodem titu. lib. 6. in Noue, & Panor. in d. c. Martinus. vbi ait Panor. quòd hæc eſt cõmunis opinio, & quòd eſt notanda. Licet Sylue. de mente. S. Thom. contrarium aſſerat, qui dicit, quòd omnes, quos allegauit, tenentes ꝙ non contrahitur cum concubina, decipiuntur, non aſpicientes ad rationem legis. Quia (dicit ipſe) ratio quare vir in vxorem, vel è contrario, cognationem iſtam transfundat, eſt, quia ſunt per connubium vna caro, vt patet per capitulum. Sciſcitatur. 30. q. 4. & per c. Martinus. Extra eodem titu. Sunt autem vna caro per connubium, non ratione vinculi, quod. ſ. coniungit animos, ſed ratione copulæ carnalis. Vnde Gloſſ. in d. c. Sciſcitatur. & in d. c. Martinus. exponit. per connubium, id eſt, per carnalem copulam, allegans. c. Agathoſa. 27. q. 2. vbi hoc expreſſè patet in fine. Quia igitur hæc ratio legis locum habet in coitu fornicario, quia qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur cum ea, oportet & ibi locum habere & legem. Hæc Syluester. Qua ratione exiſtimat concluſiſſe intentum, & ꝙ contrarium dicentes decepti ſunt. Miror de viro tam docto, ꝙ hac ratione ſuffultus, dicat tot viros deceptos. Et probo (bona venia ipſius) ex ſua ratione, & ſuo argumẽto, quòd ipſe fuerit deceptus. Nam ſi propter hoc, ꝙ naturaliter fit vna caro per concubitum fornicarium ſicut & per licitum inter coniuges deberet hoc impedimentum oriri, vel ab vno ad alium deriuari, ſequeretur ꝙ quomodocunque eſſet talis cõiunctio carnalis, ſi vinculum contraheret vnus, contraheret & alter naturaliter, ſecluſo alio præcepto, ſed hoc eſt falſiſſimum vt ipſemet Syluester aſſerit, & omnes alij doctores. Sequela profectò eſt manifeſta ex ſuis dictis, quia illud fundat ſolum in naturali coniunctione. Quòd ſit falſum patet. Poteſt enim eſſe, quòd vxor contrahat tale vinculum, & non vir carnaliter cognitus, & è cõtra. Patet. Si mulier habeat filium ex alio viro, contrahit vinculum cum baptizante filium, vir autem ſuus non contrahit. Attamen ſi deriuatio iſtius vinculi ſolum ratione copulæ, & coniunctionis deberet eſſe, cõtrahente vxore, contraheret & vir.

Ricard. d. 42. Palu. ibi. q. 1. Ioan. An. Panor. Sylue. matri. 8. §. 7.

1. Cor. 6.

Ratio cõtra Sylue.

2. ratio aduerſus Syluestrum.

Secundo ex ſuis dictis. Nam ſi tota ratio quare hoc impedimentum deriuatur ab vno in alium eſt coniunctio carnalis, & hæc eſt naturalis, ſequitur ꝙ hoc impedimentum non eſſet purè humanũ (ſicut ipſe fatetur) ſed eſſet naturale. Hoc verò eſt falſum, vt ſuprà diximꝰ. Eſt equidem purè humanum, ex humana inſtitutione vim habens. Sequitur ergo ꝙ nõ habebit ampliùs, quàm in iure ſit expreſſum. Solum autem eſt expreſſum de vxore cognita, ergo non eſt opus extendere ad cognitam fornicariè. Et licet ita ſit, ꝙ ratio huius pręcepti humani ſumatur ex naturalibus, nõ tamen propter hoc non eſt purè humana conſtitutio. Ob id non ſequitur, quòd ſi ratio legis inueniatur in coitu fornicario, quòd & ibi inueniatur præceptũ. Patet. Quia poteſt eſſe, ꝙ ratio ceſſet in qua fundatur præceptum, & adhuc præceptũ tenet, quemadmodum & ieiunij præceptum fundatur in ratione naturali, vt quilibet habeat moderatas, & ſubiectas paſsiones appetitus, inſurgentes ex nimio cibo, tamen poteſt eſſe, ꝙ ratio ceſſet circa aliquem, qui ſic habet refrænatas, vt forte non inſurgãt, vel ſi inſurgant, debiliter. At talis adhuc tenetur ieiunare: quia adhuc manet alia ratio legis. Ergo in ſimili, ꝙ illa ratio legis concurrat, vel ceſſet, non facit ad hoc, ꝙ præceptũ teneat, vel non, ſed ſolum faciunt ad hoc ver-

S. Tho. 2. 2. q. 147.

ba



ba ipſius præcepti. Poſſent & alia exẽpla adduci, ſed hæc ſat ſint.

Corolla.

Ex iſtis ſequitur, ꝙ cognita illicitè ab aliquo, poterit matrimonio copulari, & cum tenente in baptiſmo filium illius, cum quo fornicata eſt, & cũ baptizãte eundẽ ſimiliter. Hoc patet ex dictis. Nam cum nulla inter eos ſit cognatio ſpiritualis, non eſt impedimentum ex hac parte. * Modo per Concilium Tridentinum dubium de medio ſublatum eſt, vide in appendice.

5. conclu.

5. concluſio. Licet paternitas viri, communicetur vxori cognitæ, & è contrario vxoris, ipſi viro per actionem, quando vir vel vxor tenent in baptiſmo, vel baptizant, non tñ communicatur per paſsionem, quando non agunt aliquid, ſed patiuntur. Declaro cõcluſionem exemplo, poſtea verò probabo. Sint duo vxorati legitimi, & vir habeat filios ex alia vxore, vel vxor, ex alio viro, & alius teneat in baptiſmo, vel baptizet filium viri ex alia vxore, talis vir eſt coniunctus cognatione ſpirituali illi, qui baptizauit proprium filiũ, vel tenuit, ſed tamen non ipſa vxor coniuncta eſt. Vnde mortuo proprio viro, poſſet matrimonialiter coniungi viro alteri, qui baptizauit, vel tenuit filium prioris viri. Hoc non ob aliud, niſi quia proprius vir nihil egit, ſed paſſus eſt, quia alius baptizauit. Et ob hoc non tranſiuit iſta cognatio ab ipſo in vxorẽ. Probatur ex expreſſa determinatione 30. q. 4. cap. Qui ſpirituale. Et per gl. ibi. & do. de Turre Cremata ſic intelligentem: & c. 1. Extra eo. tit. lib. 6. Ratio ad hoc eſt. Sufficere debet voluntas inſtituentis, vt notat Panor. in c. Martinus. Extra eo. tit.

Exẽplum ad declarationem.

Glo. Turrecre.

Panor.

6. conclu. Cõtra Ange. & Ro. & Hugo. 30. q. 1. ca. Peruenit.

6. concluſio. Baptizans, vel leuans de ſacro fonte, nullo modo efficitur pater ſpiritualis, nec aliquã cognationem ſpiritualem contrahit, ſi non ſit baptizatus. Iſta concluſio eſt contra Ange. & Roſelam, & glo. quandam. Probatur. Non poteſt eſſe cognatus carnalis in generatione carnali, qui nondum eſt carnaliter natus: ergo à ſimili in regeneratione ſpirituali, non poteſt quis eſſe ſpiritualiter cognatus, qui non eſt ſpiritualiter renatus: ſed non baptizatus, nullo modo eſt ſpiritualiter renatus, ergo nullo modo contrahit paternitatem, licet baptizet, vel leuet. Secus tamen ſi eſſet hæreticus: quia bene contraheretur. Similiter & contraheretur, ſi quis baptizatus teneret, vel baptizaret filium infidelis non baptizati. Tunc enim nõ poſſet talis cõtrahere cum matre paruuli, etiam ſi conuerteretur ad fidem. Ricardus. Archidiac. & Gloſſ. in cap. primo. 30. quæſt. 1. poſt S. Thom. & Ricardum. tenent hoc.

Palud. d. 42. q. 1. cõclu. 3. S. Tho. d. 42. art. 3. q. 1. ad 3. Ricardus.

7. conclu.

7. concluſio. Iſta cognatio ſpiritualis, quæ paternitas dicitur, ex parte leuantis non cauſatur per aſſiſtentiam in baptiſmo, ſed ſolum per tactum baptizati. Probatur. Omnia iura quæ loquuntur de huiuſmodi paternitate, quæ cauſatur in baptiſmo, dicunt, ꝙ contrahitur per hoc, ꝙ tenet, vel per hoc, ꝙ leuat de ſacro fonte, quod fieri non poteſt ſine tactu: ergo ad hoc impedimentum, requiritur tactus. Et ꝙ non ſufficiat aſſiſtentia, patet. Quia requiritur ꝙ leuet, vel teneat: ſed quia aſſiſtit, non ob id quia aſſiſtit leuat, vel tenet, niſi tangat. Hæc eſt communis opinio omnium. Archi. in c. 1. eodem tit. Et S. Anto. 3. par. tit. 1. c. 15. §. 3 & Henricus in c. Veniens. eo. tit. & Syluest. in verbo Matrim. 8. impedi. 7.

Ratio.

Florenti. Henric. Syluest. Vide Couar. 1 epi. par. 2. c. 6. §. 4.

Ex quo ſequitur, ꝙ etiam ſi plures vocati ſint tanquam patrini, vt alicubi honoris cauſa fit, ꝙ ſi ſolus vnus tangat, alijs ſolum aſtantibus, cum viro illo ſolum contrahitur cognatio ſpiritualis, & illa paternitas. S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 15. §. 3. & Decius conſ. 51. Et eſt tex. in c. Veniens. eod. tit. in 6. & Glo. Et Præpo. in d. c. Roma. in ſingu. 53. Et ob id non contrahitur per procuratorem. Sed aduerte obſecro tactũ ſic requiri, nõ ꝙ immediatè tangat carnes pueri, ſed ꝙ tangat eum immediatè, vel mediatè, mediante veſtimento ei coniuncto. Communiter dici ſolet, quòd talis alium tangit, quando veſtimentum, quo talis operitur, tangit. Hæc omnia communiter conceduut doctores. Ex quo etiã ſequitur

Florenti. Decius. Gloſſa. Præpoſi.

2. corolla.

X aperte

apertè, ꝙ licet non plures quàm vnus ſit adhibendus patrinus in baptiſmo. De conſecra.d.4.c.Non plures. Tamen plures adhibeantur,& omnes tangant, cum omnibus contrahitur cognatio ſpiritualis,& omnes ſunt patres ſpirituales baptizati, vt patet in 6.eodem tit. * Modo tamen limitatio in Concilio Tridentino facta eſt, vt ſolum ſit vnus, vel vna qui leuet, & ad ſummũ vnus,& vna, de quo infra in fine in appendice.

8. conclu. 8. concluſio. Qui leuando de fonte puerum tãgit, & non reſpondet,ne patrinus efficiatur, licet per talem actum non intendat fieri patrinus,verè efficitur pater ſpiritualis, & oritur cognatio ſpiritualis. Probatur. [Ratio.] Facit quod eſt de eſſentia illius paternitatis, ſcilicet, tangere in baptiſmo,ergo licet non reſpondeat,verè erit pater ſpiritualis. Reſponſio quidem, non eſt de eſſentia, ſed ſolum tactus,vt diximus. Hoc tamen intellige, dummodo intendat facere quod patrinus ſolet facere, licet ipſe non intendat eſſe patrinus. Sic Archi.& Piſana.& Panor.in c.ſi.Extra eodem tit. [Archi. Piſana. Panor.] Idem dicendũ de illo qui baptizat, & vult baptizare, licet non intẽdat eſſe pater ſpiritualis. Nec obſtat ius ciuile in l Conſenſu. Et l.In omnibus negocijs.ff. de actio.& obliga. Quia iſtæ leges habent veritatem,quando nihil voluntariè fit. Hic autem licet iſtæ nolit eſſe compater, tamen vult baptizare,vel tenere,quod ſufficit ad cognationem ſpiritualem.

corolla.1. Ex iſta concluſione ſequitur determinatio cuiuſdam dubij, vtrum ſi aliquis apud neophytos in nouo orbe nõ prætẽdat eſſe patrinus, tñ rñdeat vt patrinus & leuet,vel tãgat in baptiſmo,teneat vt patrinus? Aperta eſt ſolutio ex concluſione. Talis quidem tenetur ad [Dilutio.] omnia vt verus patrinus, licèt ipſe non prætẽdat. Eò enim quòd voluit ea agere quæ veri patrini agere ſolent, obligauit ſe, ſicut alij patrini obligantur. [Ariſt. 2. Topi.c. 4.] Quòd ſi id quod maius eſt ineſt, neceſſariò inerit quod eſt minus. Volo dicere. Si ex tali caſu oritur cognatio ſpiritualis, quod eſt maius, à fortiori & oritur obligatio ad alia quæ ſunt minora, quæ conueniunt patrino.

Sequitur etiã ex dictis,ꝙ ſi quis rñdeat, & fingat ſe tãgere in baptiſmo,& nõ tãgat, ꝙ nõ eſt vere patrin9,nec oritur talis cognatio ſpiritualis per talem actũ. [2. corola.] Patet ex dictis. Quia ad hoc quod oriatur tale impedimentũ, requiritur quod faciat id quod eſt de eſſentia patris ſpiritualis:ſed de eſſentia eſt vt tãgat (vt conſtat ex dictis) ergo ſi non tãgit, licet fingat, non oritur cognatio ſpiritualis, nec aliqua obligatio. Sic tenet Veruecem. & Ioan. An. in reg. Qui per alium. in 6. & Archi.in c.1. eodem tit.lib.6. [Verue. Ioan. An. Archi.] Ad hoc facit.c. De his.& c. Ad limina.& c.Omnes.& cap.1.30.q.1.

# ARTICVLVS. LVII.

## *Quomodo compaternitas oriatur.*

COmpaternitas, cognatio, ſcilicet,ſpiritualis, impediens matrimoniũ, contrahendũ,& dirimẽs contractũ, cauſatur inter leuantem de fonte, ſeu baptizantem, & patrem carnalem baptizati. [1. conclu.] Idem reſpectu vxorũ,ad ſenſum iam declaratum. Probatur concluſio ex expreſſa determinatione. Extra eodem tit.cap.Martinus, & eodem tit.in 6.c.Nec dum,& 30. q.4.c.Si quis. [Theologi. d.42.]

[2. conclu.] 2. concluſio. Inter leuantem, & baptizantem, qui ſunt ſpirituales patres baptizati, nulla oritur compaternitas, nullum eſt cognationis ſpiritualis vinculum. [Ratio.] Quia cùm impedimentum hoc, ſiue iſta cognatio ſolum habeat vim à iure poſitiuo, non aliunde oritur, niſi in quantum in iure expreſſum eſt: ſed non inuenitur, ꝙ inter patres ſpirituales oriatur aliqua cognatio ſpiritualis, ergo nullo modo aſſerenda eſt, vel ponenda. Et ſic ad hoc ꝙ impedimentum, oriatur inter duos, requiritur ꝙ alter ſit pater carnalis. Sequitur, ꝙ ſi nec leuans de fonte, nec baptizans ſit pater carnalis ipſius baptizati, licet vterq; ſit pater ſpiritualis, inter ipſos ta-



tamen, non eſt aliqua compaternitas, quæ eſt cognatio ſpiritualis.

3. conclu. 3. concluſio. Si pater teneat vel baptizet proprium filium carnalem,contrahitur inter ipſum, & propriam vxorem, iſta compaternitas, ſeu cognatio ſpiritualis. Concluſio expreſsè eſt determinata, Extra eodem tit.c.Martinus.& in 6.ſimiliter,ſicut in prima concluſione de paternitate adduximus. [Ratio.] Ratio eſt. Quia ſemper leuans de fonte, [4. conclu.] vel baptizans, cõtrahit cõpaternitatẽ cum patre,vel matre carnali baptizati.

4. concluſio. Si pater, vel mater ſciẽter, proprium filium teneat, vel baptizet (citra neceſsitatem extremam) ratione cognationis ſpiritualis id faciens: nõ poteſt debitũ exigere ab alio. Probatur per cap. De eo.30.q.1.vbi dicitur, ꝙ talis, mortua coniuge, debet [Panor.] manere ſine ſpe cõiugij, ergo ante mortem,ſaltim non poterat exigere. Sic intelligit iſtum textum Panor. Extra eodem tit.c.Si vir. Dixi, ſi ſcienter, nam ſi ignoranter,non priuatur iure petendi debitum. Patet expreſsè in d.cap.Si vir.eodem tit.vbi dicitur. Nec alter alteri debet debitum ſubtrahere; quia ſi ignorantia id factum eſt, eos excuſare videtur. Dixi præterea,ſi fiat extra neceſsitatem, alias ſi in neceſsitate, licet fiat ſcienter, non priuatur id faciens iure exigendi debitum, ſed poteſt exigere, vt patet expreſsè. 30.q.1.ca. Ad limina. vbi ponitur caſus expreſſus. Concluſionem communiter tenent doctores. Nam cum matrimonium legitimè contractum per nullum vinculum ſuperueniens diſſoluatur quantũ ad vinculum: oritur cognatio ſpiritualis, & cauſat hoc impedimentum, quando eſt certa ſcientia, facientem ( cuius cauſa iſta compaternitas introducta eſt) priuat iure exigendi debitũ à coniuge in- [5. conclu.] nocente. Sed quid ſi vterque coniugũ id ſcienter operentur?

5. concluſio. Si vterque coniugum ſcienter filium baptizet, vel teneat extra neceſsitatem,vterque manet priua- [Ratio.] tus iure exigendi debitum,niſi cum eis fuerit diſpenſatum. Probatur ex præcedenti. Si vnus manet quando ſciẽter id fecit, ſequitur à ſimili,ꝙ ſi vterque, & priuatus vterq; erit iure exigẽdi debitum, licet vterque teneatur reddere petenti, ex debito iuſtitiæ, vt ſupra diximus. Concluſionem hanc expreſsè [Ricard.d. 42.] tenet Ricardus, & Panor. in loco citato, contra Gof.& Vincen. qui dicunt, [Panor.cõtra Gof. & Vincen.] ꝙ quando vterque ſciuit, nullus eſſet priuatus. Quia eſſet compenſatio. Cõtra.tenet ibi do. Panor.dicens,ꝙ compenſatio fit, vbi agitur de vtilitate, & commodo delinquentium: [Adria. in 4. de reſti. Hoſtienſ.] ſed in caſu poſito,priuatio exigendi debitum non fit ad vtilitatem alteriùs, ſed ob reuerentiam cognationis ſpiritualis, quare vnius delictum,alium non excuſat. Ante Panor. tenet Hoſtien.

Sed contra iſtam concluſionem videtur expreſſus textus in c.Si vir. Extra eodem titulo. [Obiectio.] vbi expreſsè dicitur, ꝙ alter alteri non debet debitum ſubtrahere,vbi loquitur textus & de ignorantibus,& de ſcientibus. Reſpondetur ꝙ [1.ſolutio.] textus non eſt contrarius, ſi rectè intelligatur. Nam eſt ſenſus, quòd ſciens non debet ignorãti debitum ſubtrahere. Vel poteſt dici, quòd intelligitur indiſtinctè reſpectu ignorantium. Et ſic eſt, quod vnus alteri non debet debitũ ſubtrahere. Iſtam textus intelligentiã dat do.Panor.ibidẽ in textu. [Panor.] Cui fides merito adhibenda eſt in expoſitione iuris Canonici, ſicut & Theologo in expoſitione ſacræ ſcripturæ. [Per epiſcopũ diſpenſa. quo ad exigendũ debitum.] Diſpenſatio tamen in iſtis facilis eſt,quæ per Epiſcopũ fieri poteſt, vt ſupra diximus ſemel atque iterum.

[Cõfirma.] Iſta ſententia confirmari poſſet per ca. Peruenit.30.q.1.vbi dicitur, quòd matres, quæ proprios filios tenuerunt in baptiſmo, ſeparẽtur à viris ſuis. Certum eſt, ꝙ ibi non loquitur ſummus Pontifex de ſeparatione matrimonij quantum ad vinculum: eſſet quidem error dicere,ꝙ matrimonium legitimè contractũ diſſolui poſsit, niſi per mortem, ergo de alia ſolutione loquitur. [Matt. 19. 1.Cor.7.] Et nõ videtur alia, niſi hæc, ꝙ debitum non exigant ad inuicem,ſi in culpa vtrique ſteterit. Et ſi vnus, ille per quem vſque ſtetit, non poteſt exigere.

Et quidem merito inter perſonas,

inter quas compaternitas oritur, prohibetur matrimonium. Quia inter tales ratione vinculi, eſt amicitia quædam. Et ob id Eccleſia ad dilatandam amicitiam voluit prohibere connubiũ iſtis: vt cum alijs contraheretur amicitia ratione matrimonij.

Notẽt miniſtri religioſi.

Quia ex tentione in fonte, vel ex baptizatione oritur familiaritas inter patrem, & matrẽ carnalem pueri, & tenentem, vel baptizantem. Ex quo volo notent religioſi, quòd ſit prohibitum eis tenere infantes in baptiſmo, ne contrahant hanc familiaritatem cũ fœminis. Prohibitum eſt ſiquidem eis commatres habere. 16. quæſt. 1. c. Placuit. Et de conſecra. diſtin. 4. Non liceat. Vbi dicitur, quòd nõ licet monachis, & abbatibus.

Raymun.

Idem dicit, & bene. Raymun. intelligendum de canonicis regularibus, & alijs religioſis. Argumen. Extra. de poſthu. ca. Ex parte. vbi dicitur, quòd prohibitio facta monachis extenditur ad canonicos regulares. Et ad hæc Petrus de Palude in 4. addit. quòd ſi religioſis non licet leuare, nec baptizare, quia prohibitum eſt commatres habere, ne ſint mulieribus familiares: fierent autem magis familiares eis, baptizando, quàm tenendo. De conſecra diſt. 4. ca. Monachi. Si autem prohibentur hoc facere, multò magis nubentes bene dicere, quando illud ſacramentum eſt magis alienũ à ſtatu monachorum, & connubia reconciliare.

Palud. diſ. 42. q. 1. cõclu. 3.

Dico autem, niſi ex iniuncto officio habeãt, ſicut religioſi baptizant, & benedicunt nubentes. Hæc Palude. Libuit hęc hic ponere, vt religioſi qui iſta iure prohibita nobis, exercemus officia, cognoſcamus nõ eſſe nobis propria, ſed ſub diſpenſatione cõmiſſa in nouo orbe. Ob id tantundem oportet commiſſione vti, quantum neceſſarium videtur ad ſalutem proximorum.

Notẽt prę ſules obſeruandi.

Atque vtinam tanta eſſet fidelium miniſtrorũ copia clericorum, vt religioſi eo modo quo in Hiſpania antiqua degunt, & in nouo orbe ſua ſorte contenti manerẽt: ſiquidem tunc apertè Pontifices noui orbis obſeruandi, cognoſcerẽt: religioſos neceſsitate vrgente Indorũ tam peculiarem curã habere, & nõ ambitione, aut dominãdi libidine (vt putãt aliqui æmulatores.)* Ante Concilij Tridentini diffinitionem & confirmationẽ religioſi in nouo orbe vtebantur conceſſione facta à Leone 10. ampliſsima, & indulto Adriani ſexti. Et cum priuilegia quantum ad hæc fuerint reuocata, omnia ſpectẽt ad epiſcopos & alios miniſtros ſibi in mẽte ſubiectos opus fuit noua conceſsione, quæ & data eſt à ſanctiſsimo Papa Pio quinto, ad petitionem potentiſsimi Regis Hiſpaniarum Philippi ſecũdi: vbi conceſsit ſanctiſsimus Pontifex, ꝙ in nouo orbe circa incolas neophytos, tam quo ad matrimonia Indorum quàm quo ad cætera ſacramenta quæ per parochos miniſtrari ſolent per religioſos ordinum mendicãtium, & aliorum ordinum, ſine licentia aliqua ordinarij miniſtrentur vt ante in vſu habuerunt, & ſanctiſsimus Pontifex ordinarijs præcipit, vt nihil innouent circa religioſos, vbi habitant de licentia ſuorum prælatorum; & non ſolum in locis ſignatis, ſed in ſignãdis. Et catholic[9] Rex Philippus dedit ſuas regias literas ad id, vt diploma hóc, & Põtificis priuilegiũ cum ſolẽnitate publicaret in omni populo Indorũ, vt incolæ noui orbis intelligerẽt religioſos miniſtros eſſe ſacramentorũ, & nõ intruſos. Vide priuilegia in fine appendicis.

## ARTICVLVS. LVIII.

### *Quomodo contrahatur fraternitas.*

SEquitur de fraternitate, quę contrahitur ex huiuſmodi ſacramẽtis. Nam nõ ſolum ibidem inuenitur paternitas, & compaternitas, ſed etiam reperitur fraternitas inter filios tenentis, & filios illius, qui eſt pater, vel mater carnalis baptizati. Pro quo ſint concluſiones.

1. conclu.

Prima concluſio. Per hoc quòd quis baptizat, vel tenet in baptiſmo, oritur vincula cognationis ſpiritualis, quod fra-



fraternitas dicitur inter baptizatum, ſe leuatum, & omnes filios carnales leuantis, vel baptizantis, quo ſtante nõ poſſunt matrimonialiter coniungi. Iſta concluſio eſt expreſſa, Extra eodem titulo, ferè per totum. Et in 6. cap. Nedum. eodem tit. In decretis. 30. q. 3. c. Pyctatium, & c. Non oportet. Et c. Ita diligere.

Ratio.

Cuius ratio eſt. Eo quidem ꝙ pater, genitor eſt carnalis, ſuorum filiorum, & illius quem tenet, vel baptizat, ſimiliter ſuo modo, & genitor dicitur ſpiritualis. Conſequens ergo eſt, vbi vnus eſt pater communis, ibi & omnes fratres dicantur: vnde nõ poſſunt matrimonialiter iungi. Concluſio non ſolum intelligitur de filijs natis ante illam tentionem, ſed de omnibus natis ante, vel poſt, ita ꝙ omnes filij carnales patris baptizantis, contrahunt hanc cognationem cum illo, quem pater tenuit in baptiſmo, vel baptizauit.

2. conclu.

2. concluſio. Licet verè contrahatur fraternitas inter baptizatũ, & omnes filios baptizantis, vel leuantis, non tamen contrahitur cũ alijs fratribus carnalibus, baptizati, ſi non fuerint leuati, vel baptizati ab eodem parente. Concluſio eſt expreſse determinata, Extra eo. tit. cap. Vtrùm autem. Et ca Super eo. Et cap. Tua nos. Ratio poteſt eſſe.

Ratio.

Quia fraternitas eò dicitur inter aliquos eſſe, quia eſt communis eis vnus pater, vel mater, fratres carnales baptizati, & filij carnales baptizantis, vel leuantis non habent vnum patrem cõmunem, ergo non ſunt fratres Nam nõ eundem habent patrem, ſcilicet ſpiritualem, vt notum eſt, ſed diſtinctos, vt ſupponimus. Nec habent eundem carnalem, vt cõſtat, ergo nullo modo ſunt fratres inter ſe. Eò nempe inter baptizatum, & omnes filios carnales baptizantis, vel tenẽtis eſt fraternitas: quia vnum videntur habere patrem. Et ob hoc fratres dicuntur.

Obiectio.

Sed tamen contra concluſionem, eſt textus in contrarium. 30. q. 3. c. Poſt ſuſceptam. vbi dicitur, ꝙ filij commatrũ, vel compatrum non poſſunt iungi matrimonialiter inter ſe: ergo falſum dicit ſecunda concluſio.

Solutio 1

Reſpondetur primo ſicut in 1. c. eod. tit. ꝙ eſt canon abrogatus per poſteriorem, ſcilicet, per illum, quem nos in concluſione allegauimus.

Solutio 2 Hugo. Turrecre.

Secundo poteſt dici, & bene, ſicut reſpondet Hugo. & do. de Turre Cremata ibidem in decretis, ꝙ non eſt ille textus contrarius cõcluſionibus, quia intelligitur, ꝙ illi, qui nati fuerint, cõiungi non poſſunt illi ſuſcepto, vel ſuſceptæ, ſed omnibus alijs fratribus ſuſcepti, vel ſuſceptæ coniungi poſſunt. Sic intelligendo, non eſt contra concluſiones, ſed pro eis, vt cõſtat. Vnde tanquàm verum tenendum, ꝙ filij leuantis, vel baptizantis, & fratres baptizati, vel leuati poſſunt coniungi inter ſe matrimonialiter, illo ſolo excepto, per quem deuentum eſt ad compaternitatem. Itaq; omnes filij leuantis, vel baptizãtis, poſſunt coniungi cũ omnibus alijs, quos pater, vel mater nõ baptizauit, vel de fonte leuauit, tñ non cum leuato, vel baptizato.

3. conclu.

3. concluſio. Licet ita ſit, ꝙ filij leuantis, vel baptizantis poſſint coniungi matrimonialiter cum fratribus leuati, vel baptizati, illo ſolo excepto, qui baptizatus eſt: tamen ſi conſuetudo ſit, ꝙ nullo modo debeant iungi filij omnes leuantis, vel baptizantis: & fratres oẽs baptizati, ſeruãda eſt, neq; iungi debent. Hoc patet expreſsè eo. tit. c. Super eo. vbi habetur caſus, vtrũ filij duorum compatrum deberent iũgi. Summus Pontifex reſpondet. Si tales filij fuerunt, per quorum alterum, vel vtrunq;, parẽtes ad cõpaternitatẽ venerunt, eos coniungi nulla ratione ſuſtineas, & coniunctos non differas ſeparare. Cæterùm, ſi per neutrũ eorũ ad cõpaternitatẽ vẽtum fuerit, de his te volumus cõſuetudinẽ tuę metropolitanæ Eccleſiæ, vel aliarum circumpoſitarũ inquirere, & diligẽtiùs imitari: ita ꝙ ſi earũdẽ Eccleſiæ conſuetudo habeat, inter eos non ſuſtinere cõiugium fieri, nec factum firmitatis robur habere, tu ſimili modo in Eccleſia tibi commiſſa cõiugiũ huiuſmodi fieri nõ permittas. Et ſi quos taliter coniunctos inueneris, iuxta earundem Eccleſiarum cõſuetudinẽ ipſos ſeparare adin-

Conſuetudo facit pſonas alias habiles inhabiles ad matri. & è contra.

uicem

uicem non omittas. Hæc ibi. Ecce quam
expreſſa eſt determinatio omnium quę
diximus de fraternitate. Et quomodo
ſtandum eſt conſuetudini. Quod obſe-
cro notent, ſicut notat, & bene, do. Pa-
nor. ſuper eodem c. ponendo quatuor
intellectus textui, ſed approbãdo quar
tum, vt ſcilicet ſit ſenſus textus, ꝗ da-
to ita ſit, ꝗ ſecundum ius cõmune, poſ-
ſint filij duorum compatrum, per quo-
rum neutrum deuentum eſt ad compa
ternitatem, iungi inter ſe: tamen ſi con-
ſuetudo habet contrarium, vt ſeparen
tur quantum ad thorum, vel quantum
ad vinculum (præcipuè quia ſcanda-
lum generaretur) debent ſeparari. Hoc
intellige, ſi conſuetudo eſt approbata
iam per ſummum Põtificem; quia cùm
poſſit perſonas inhabiles, habiles red-
dere ad matrimonium, vel è contrario,
matrimoniũ contra conſuetudinem cõ-
tractum, non valeret: cùm eſſet ſicut
ſi eſſet contra ius expreſſum. Hæc eſt
Hoſtien. ſententia Hoſtien. vt refert ibidem do.
Panor. & in fine dicit Panor. vnũ, quod
placet hic inſerere, propter ea quæ in-
feriùs in ſecunda parte in principio di-
cturi ſumus de matrimonio infideliũ.
Gloſſa. Inquit ille. Et notabis Glo. ſing. quia
neſcio alibi vnum dictum, quod ſentit.
Dicit enim, ꝗ ſi in aliquo loco eſſet ho
die conſuetudo, vt in quinto gradu nõ
poſſit contrahi matrimonium, & ex cõ-
tractu generaretur ſcandalum, quòd
non valeret matrimonium. licet c. Non
debet. de conſan. & affini. hoc permit-
tat. Et poteſt eſſe duplex ratio. Quia
hæc conſuetudo cõcurrit cum iure an
tiquo, nec cenſetur ſublata per ius no
uum, ex quo non reprobatur per illud
ius. Concurrit etiam ſcandalum. Hãc
Nota. rationem ſentit Glo. Secunda ratio col
ligitur ex his quæ prædixi. Quia cõſue
tudo continens in ſe ſcandalum ex præ
teritione, poteſt inhabilitare alias ha-
biles: ſed vbi a principio nullum fuiſſet
impedimentum, ſolum ſcandalum ſu-
perueniens non poſſet diſſoluere matri
monium. Hæc Panormi. ibi. Notanda
iſta, propter illa quæ dicemus, quantũ
conſuetudo valeat in matrimonio con-
trahendo apud infideles.

4. conclu. 4. concluſio. Filij leuantis, & filij
baptizantis, inter ſe nullam fraternita
tem, ſeu cognationem ſpiritualem con
trahunt, quominùs poſſint inter ſe con
iungi. Quia inter ſe non habent patrẽ
communem ſpiritualem, & carnalem:
ergo nullam contrahunt. Item. Non eſt
expreſſum in iure, ergo non eſt cogna-
tio ponenda.

5. conclu. 5. concluſio. Filij ſpirituales vnius
patris qui baptizat, vel qui leuat, nul-
lo modo inter ſe contrahunt aliquam
fraternitatem, nec aliquam cognatio-
nem ſpiritualem. Probatur. Cùm hoc
odioſum ſit, nullo modo eſt aſſerendũ,
niſi ſit expreſſum in iure, ſed nõ eſt ex-
preſſum in iure.

* Ergo omnia quæ in iſto articulo di
cta ſunt intelligẽda, veniunt iuxta iu-
ra antiqua: quia modo totaliter abla-
tum eſt per Concilium Tridentinum,
in ſeſsione 24. c. 2. ſolum enim manet
cognatio ſpiritualis inter baptizantẽ
& tenentem cum baptizato, & tento,
& inter baptizantem, & tenentem cum
patre baptizati, & tenti cum matre de
quo ſuprà, & infra ex propoſito in ap-
pendice.

Epilogatio. Et ſic habes huiuſmodi impedimen-
tum. Has eſſe etiã perſonas ligatas per
paternitatem, ille. ſ. qui tenet in baptiſ
mo, cum illo quem tenet, ſed non cum
fratribus, vel ſororibus illius quem te
nuit. Eodem modo qui baptizat, pater
efficitur illius, quem baptizat, & non
aliorum fratrum, quos non baptizauit.
Et ſic poſſet ſoror baptizati iungi ba-
ptizanti. 30. q. 3. ca. Illud etiam. Et cũ
eius filia, & cum eius vxore, & cum filia
ſpirituali ſui filij carnalis. Nam licet co
gnatio ſpiritualis, à patre in filium trã
ſeat, non tamen è contrario, à filio in
patrem. Quia illam, quam filius alicu-
ius baptizauit, poteſt pater ducere. Nõ
enim huiuſmodi cognatio hẽt ramos,
aut tranſit ad nepotes, aut ad alias per
ſonas non expreſſas. Hoc quod diximus
de baptizante, vel tenente, dici poteſt,
& debet de vxore legitimè cognita: nã
efficitur etiam mater ſpiritualis illius,
quem vir ſuus tenuit, vel baptizauit,
non tamen eſt mater aliorum, quos vir

non



non tenuit, ſicut neque pater efficitur
vir eius.

Per compaternitatem cõiunguntur
iſto vinculo qui tenet in baptiſmo, &
vxor eius cognitas ſimul cum patre, &
matre carnali tenti, vel baptizati. Et ſi-
militer baptizans, & vxor eius efficitur
compater patris carnalis, & matris ba-
ptizati. Sed tamen tenens, & baptizans
inter ſe nullam cognationem habent.
Quod intellige, ſiue vnus teneat, ſeu
baptizet, ſiue plures. Per fraternitatẽ
enim coniuncti ſunt vinculo cognatio-
nis ſpiritualis omnes filij carnales le-
uantis, vel baptizantis cum baptizato,
vel leuato. Non tamen cum alijs fratri
bus baptizati. Hoc intellige etiam, ſi
filij ſint illegitimi tenentis, vel bapti-
zantis, vt dicunt docto. Et eſt tex. in c.
fi. eodem tit. Et 30. q. 3. Tamen filij ba-
ptizantis, vel leuantis poſſunt in ma-
trimonio coniungi cum fratribus, vel
ſororibus baptizati, niſi contrarium te
neat conſuetudo, ad ſenſum iam decla-
ratum. Attamen, cùm hoc impedimẽ-
tum ſolum conſtet ex iure poſitiuo hu
mano, Papa poteſt in omni tali cogna-
tione diſpenſare, vt dictum eſt. * Quæ
variata ſunt in Concilio Tridentino. Vi
de in appendice in fine.

# ARTICVLVS LIX.

## *De vltimo impedimento, quod dicitur cognatio legalis, quæ eſt adoptio.*

Definitur cognatio legalis. DEfinitur ſic à doctoribus.
Cognatio legalis, eſt ꝓ-
pinquitas quędã ex ado
ptione proueniens. Ado
ptio verò eſt extraneæ
perſonæ in filium, vel nepotem, & dein
ceps, legitima aſſumptio, quandoquidẽ
inuenta eſt ad ſupplendum defectũ ge-
Ariſtot. 2. Phyſ. tex. co. 79. & 4. Metaphy. Tex. co. 29. nerationis naturalis, vt filium, vel ne-
potem, quem quis non poteſt habere
per naturam, habeat per artem. Ars. n.
imitatur naturam inquantum poteſt, &
ſupplet defectum eius. Quare ſicut
per generationem naturalem aliquis fi
liũ ſibi generat, & procreat, ita per ius
poſitiuum (quod eſt ars æqui, & boni)
aliquis ſibi generat, vel procreat prolẽ
per adoptionem. Hoc autem ad ſupplẽ
dum defectum naturalis prolis. Vnde
ſicut per generationem carnalem cau-
ſatur quædam propinquitas carnalis,
quæ cõſanguinitas dicitur: etiam ex ge
neratione iſta ficta (quæ adoptio dici-
tur) cauſatur quædam propinquitas,
ſeu cognatio legalis, quæ ideo legalis,
quia per legem cauſatur, ſicut alia na-
turalis, quia à natura ortum habet.

Adoptio eſt duplex, quædam perfe- Adoptio perfecta.
cta: alia imperfecta. Perfecta eſt illa,
per quam transfertur adoptatus, in po
teſtatem adoptantis, ſicut filius natura
lis eſt poſitus ſub patris poteſtate, &
ſub tutela ei⁹, quo ad certũ tẽpus. Hęc
dr̃ in iure, Arrogatio. Alia eſt adoptio Adoptio imperfecta.
imperfecta, per quam non transfertur
adoptatus, in poteſtatem adoptantis.
Hæc vocatur in iure, Simplex adoptio.
Et eſt differentia inter adoptionem, & 1. differ.
arrogationem, quòd arrogari non po-
teſt niſi ille, qui eſt ſui iuris: nam cùm
debeat tranſire in poteſtatem adoptan
tis, neceſſe eſt quòd talis, qui arroga-
tur, ſit ſui iuris. Adoptari tamen po-
teſt qui eſt iuris alieni. Quia cùm per
adoptionem adoptatus nõ tranſeat ſim
pliciter in poteſtatem adoptantis, ado
ptari poteſt etiam ille, qui eſt ſub alte-
rius poteſtate. Eſt etiam differentia.
Quia arrogatus habet de neceſſitate le 2. diſcri.
gitimam in bonis arrogatoris. Vnde ſi-
ue emancipetur, ſiue non, debetur ei
quarta bonorum, ad minus: ſi legitimã
nolit arrogans dare. Adoptatus autem
non habet in bonis adoptantis legiti-
mam. Quare adoptans, non tenetur ei
aliquid relinquere. Si tamen ab inte-
ſtato moritur adoptans, ſuccedit ado-
ptatus.

Eſt tertia differentia. Arrogatio. n., 3. diffe.
nõ fit niſi authoritate principis: at ado
ptio fit authoritate cuiuſlibet magiſtra
tus competentis.

Quartum verò diſcrimen eſt, quòd 4. diſcri.
arrogatio, requiritur verbũ expreſſum
vtriuſque. Ob quod infans, non poteſt
arrogari, quoniam loqui non poteſt ad

con-

conſentiendum, ſed tamen optari poteſt.ff.de adop.l.1.& 2.

5.differ. Et tandem res arrogati, liberè omnes tranſeunt in poteſtatem arogatoris.ff.eodem.l.Si pater.non autem adoptantis, niſi eſſet auus maternus, vel paternus.His ſuppoſitis,oportet nunc ſcire quis poſſit adoptare, poſtea autē differemus, quomodo impedimentum extendatur ad alios conſanguineos adoptantis, & adoptati.

1.conclu. Prima concluſio.Minor natu, alium maiorem: & frigidus,ſeu impotens,aut ſexagenario minor, aliquē ſibi in filiū
Ratio p.p. adoptare non poteſt. Probatur quantum ad primam partem. Iſta quidem adoptio (vt diximus) inuenta fuit ad ſupplendum defectum naturæ, quam
Ariſto.2. Phy. tex. com.79.& 4. Meta. tex.co.28 ars imitatur inquantum poteſt. Et tantò ars melior,quanto magis accedit ad naturalem. Sequitur ergo, quòd ille per artem poterit habere filium, qui per naturam poſſet, ſed non habet. Et qui per naturam habere non poteſt, neque poterit per artem. Alioqui ars nō imitaretur naturā. At ſecundum naturam minor natu non generat maiorem natu, ergo nec poterit adoptare, Verbi gratia. Homo viginti annorum, vel ſexaginta adoptare eū qui eſt ſexaginta duorum annorum,vel eiuſdem ætatis non poteſt,quia illum non poſſet habere filium naturalem, ſic non poterit eum habere per adoptionem. Inſti. de adop.§.Si minorem.Imò debet præcedere ætate adoptans, adoptatum decē & octo annis.
AEtate ſuperat adoptās adoptatū 18. annis.

Ratio 2.p. Secūda pars concluſionis probatur, ꝙ impotens non poteſt, id eſt, qui non poteſt exercere actū generationis. Iſta enim adoptio, ſeu arrogatio inuenta eſt ad ſupplendum defectum naturalē, & illis cōceditur, qui naturaliter filios habere poſſent,ſed qui impotens eſt, & actum generationis exercere non poteſt, nullo modo per naturā filios habere poſſet,ergo nec per artem ei conceduntur. Solum nanque conceditur illis, qui ſteriles ſunt, potentes tamen exercere actum generationis.

Ratio 3.p. Vltima pars, quòd ante ſexageſimū annum non conceditur probatur. Adoptio hæc, ſiue arrogatio inuenta eſt ad ſupplendum defectum filiorum naturalium: ergo quandiu poteſt eſſe ſpes ꝙ erunt filij naturales, non poteſt fieri adoptio:ſed vſque ad ſexageſimum annum ſemper eſt ſpes de prole: ergo vſque ad talem ætatem non poteſt quis adoptare, vel ſecundum aliquos vſque ad quadrageſimū. Itaque oportet hoc habere ob oculos, quòd ſolum conceditur adoptatio, vel arrogatio illis, qui poſſent ſecundum naturam filios habere, ſed aliquo accidentali impedimento carent,ob id in ſolatium, conceditur per artem. Vnde qui perpetuū habent impedimentū naturale pro creandi filios, non poſſunt adoptare, vel arrogare.

2. concluſio. Mulier, niſi à principe ſibi ſit ſpecialiter indultum, licet adoptare nō poſſit, ſicut neque vir minor vigintiquinque annorum, poteſt tamē adoptari minor tali ætate, ſiue fœmina, ſiue vir, dummodò non ſit propinquus,qui neceſſariò ſuccedat in hæreditatem adoptantis. Probatur. Quia 2.conclu.
adoptatio,ſeu arrogatio à iure conceſſa eſt ad ſupplendum defectum generationis carnalis,ſed fœmina minimè potens eſt ad generandum, ſed ſolum eſt potens ad concipiēdum:ergo ſequitur quòd fœminæ habēti perpetuum impedimentum ad generationē, non conuenit adoptatio,tamen conceditur interdum ſpecialiter à principe in ſolatiū amiſſorum filiorum in bello reipu. C. de adop.l.iuris. Ratio 1.p.

Secunda pars, ꝙ minor vigintiquinque annorum non poſſit, patet. Quia hæc adoptio ad inuenta eſt, vt etiam hæreditatis ſucceſſio fit adoptantis in adoptatum, ergo illi conuenit (vt tit. S.Tho.) adoptare, qui ſui iuris eſt, ad diſponendum de ſuis bonis. At iſte non eſt minor vigintiquinque annorum. Et ob hoc ſeruus, nec filius familias non poſſunt aliquem adoptare, cùm nō ſint ſui iuris ad diſponendum de bonis. Ratio 2.p. S.Tho. d. 42.

Tertia pars eſt, quòd adoptari poteſt quilibet, qui filius naturalis eſſe poteſt, ſiue fœmina, ſiue vir. Sic eſt expreſſum.ff.eod.l.Nec abſens. Dicitur, dummodò non ſit propinquus:nam nō eſt opus adoptare talem,cum ſuccedat in hæreditatem. Ratio 3.p.



# ARTICVLVS LX.

## De impedimento cognationis legalis.

Conſideratio. SED iam ſequitur ad propoſitum,quomodo cognatio legalis,quæ adoptio dicitur,impediat. Pro quo notare oportet,quod tripliciter cōtingere poteſt vinculum. Eſt quidem vna cognatio quaſi deſcendentium inter patrem adoptantem, & filium,& inter filium adoptiuum, & filium ſuum, & nepotem. Et ſic de reliquis. Secunda cognatio eſt collateralium, ſcilicet inter filium naturalem, & filium adoptiuum. Tertia eſt,tanquam affinitas quædam, quæ eſt inter filium adoptiuum, & vxorem adoptantis: vel è conuerſo,inter adoptantem, & vxorem filij adoptati. His ſuppoſitis.

1.conclu. 1.concluſio. Cognatio legalis in linea recta deſcendentium impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, ſicut in conſanguinitate dictum eſt: ꝙ adoptans nō poteſt contrahere cum adoptato, nec cum filio eius, nec cum nepote, & ſic de alijs.
S.Tho. di. 42. Probatur.ff.de ritu nuptia.l. Quando. Et l. Adoptiuus. Cuius prohibitionis ratio a S. Tho. datur. Quia meritò à matrimonio contrahendo prohibendi ſunt illi, qui ſimul conuiuunt in eadē familia, vt concupiſcentia reprimatur: cum ergo contingat, quòd ſimul habitent pater adoptans, & adoptatus: & filij ipſius adoptati: ſequitur quòd iuſtè prohibitio facta eſt. Itaque quantum ad hoc impedimentum in linea deſcendentium eodem modo loquēdum eſt, ſicut in conſanguinitate. Hæc autem cognatio, & prohibitio, perpetuo durat, cum ſemper debeatur reuerentia ex parte filiorum patri adoptanti.

2. Concluſio. Cognatio legalis,quæ eſt inter filium adoptatum, & filium naturalem adoptantis, impedimentum præſtat matrimonio, tandiu, quandiu inter ſe ſimul cohabitare contingit. Eſt textus, extra de cognatione legali. capitulo ſi qua. Ratio. Sanctus Thom. ad hæc eſt. Quia ob id impedimentum eſt, quia eos ſimul cohabitare contingit: ergo vbi ceſſat ſimul cohabitatio, vel propter mortem parentum, vel propter emancipationem, ceſſat communis cohabitatio, & ceſſabit impedimentum: ob id poſſunt inter ſe contrahere, poſt mortem parentum. Et propter emancipationem. Eſt enim emancipatio, patriæ poteſtatis relaxatio, facta coram iudice competente, ſic dicta, eo quod extra poteſtatem patris filius ponitur. Inſtitut. quib. mod. ius. pa. pot. ſol. §. Præterea. Sed filius naturalis arrogantis contrahere poteſt cum filia arrogati, & filij adoptiui inter ſe, cum inter eos nulla ſit cognatio legalis. 2.conclu. Ratio. S.Tho. di. 42. Emancipatio quid.

Sicut eſt impedimentum perpetuū cognationis legalis, inter adoptantē, & filium adoptatum, & filios omnes adoptati: etiam eſt inter vxorem filij adoptantis, & patris adoptantis, & inter vxorem filij adoptati, & inter filium adoptatum, & vxorem patris adoptantis. Et quemadmodum cognatio eſt tanquam quædam conſanguinitas, erit etiam eodem modo impedimentum cum vxoribus, ſicut ſupra dictum eſt de conſanguinitate. Verbi gratia. Si alicui aliquis eſt iunctus per adoptationem, in gradu quo ei eſt iunctus, erit vxor illius. quia videtur naturalis quędam reuerentia debita ex parte vxoris adoptati,patri adoptanti, ſicut & eam debet vir ſuus. Denique de iſto impedimento non libet amplius differere, quia nunquam contingit apud noui orbis indigenas, pro quibus præcipue iſta ſcripſimus. Item nec facile contingit apud Hiſpanos. Ob quod ſufficiat hæc dixiſſe, vt non ſit ignotum etiam eſſe impedimētum matrimonij, quod quidem 3.conclu. ſup.ar.4

impedit, & dirimit cum illis perſonis iam ſupra ſignatis.

Sciendum tamen, hoc impedimentũ non eſſe ſtando in iure naturali, vel Diuino, ſed ſolum ex eccleſiæ ordinatione. Quo circa ſi contingeret in vſu eſſe adoptationẽ apud infideles & eſſet matrimoniũ contractũ inter perſonas iã ſupra ſignatas, verũ eſſet matrimonium, neque diſſoluendum eſſet, ſi ad fidem cõuerterentut, quia ſi ſolùm impedit ex iure poſitiuo humano, cui infideles non ſubdantur, matrimonium cõtractum non poſſet diſſolui. ſic eſt finis primæ partis, in qua de matrimonio, & eius impedimentis generaliter dictũ eſt, inquantum ad fideles attinet. Faxit Deus quòd ad profectum fidelium, & ad eorum vtilitatem dicta ſint: vt Deus ipſe in omnibus glorificetur.

*Quæ de nouo in ſancto Concilio Tridentino in ſeßione 24. ordinata ſunt circa matrimonium, & impedimenta, vt in multis locis notaui in appendice in fine totius operis inueniet, qui voluerit exactè diſputata.*

# Finis primæ Partis.

*SECVNDA*

# SECVNDA PARS SPECVLI CONIVGIORVM,

*Edita per R. P. F. Alphonſum à Vera cruce, inſtituti eremitarum S. Auguſtini, artium, ac ſacræ theologiæ magiſtrum, cathedraticum primarium in Academia Mexicana.*

POST primam partem, in qua diſputauimus de matrimonio, & eius impedimentis omnibus in particulari, quantum ad fideles ſpectat, qui ſub duntur legibus eccleſiæ, reſtat in ſecunda diſſerere, inquantum ad ſolos infideles attinet. Differt enim non parum loqui de fidelibus & infidelibus, eo ꝙ illa quæ in matrimonio valida ſunt apud infideles, apud chriſtianos irrita habentur. Ob id cum diuerſum ſit iudicium, diuerſum requirit tractatum. Vnde pro virili contendam ea omnia, quæ à doctoribus ſcripta ſunt, in medium afferre. Si quæ autem fuerint obſcura, & indigeſta digerere. Dubia verò, quæ nos apud noui orbis indigenas cognonimus, à doctoribus non ſcripta, quia non fuerunt dubitata, eo ꝙ ignota, etiam diſcutiemus. Hoc ſolum obſecro, vt nullus ob prolixitatem ſcripturæ ab eius lectione deſiſtat: nam ſi quæ ſcripta fuerint bona, & vtilia, nullo modo ſunt contemnenda, ſi tamen nullius momenti ſunt, etiam ſi vna ſit ſcripta pagina ſola, non expedit legere. Nec ideo contemnat, quia aliqua ſcripta ſint alibi: non noua edere intendo, ſed quæ à magiſtris loquentibus, & mutis, accepimus, & congerere, & elucidare, ſi opus eſt & extendere, & ampliare, quãdo res poſtulauerit, quod non ſemel, atque iterum, ſed frequenter eueniet.

# ARTICVLVS Primus.

## *Vtrum inter infideles ſit verum matrimonium.*

ANTE omnia pro-
ponitur tanquàm
fundamentum hu
ius partis, Vtrùm
inter infideles ſit
matrimonium ve-
rum, vel ſolùm no
mine tenus, & con
iunctio ſit vaga, & incerta viri, ad fœ-
minam.

Nota quæ ſup. 1.par. art. 1. Pro ſolutione cuius oportet reduce
re in memoriam, quod nos in princi-
pio primæ partis, in primo ingreſſu di-
ximus, matrimonium eſſe quid natu-
rale, licet, non ſit naturale, tanquam
S.Tho. 1.2 q.51. ar.1. & q.63.ar. 1.& q.71. ar. 2. quid cauſatum ex principijs naturæ ex
neceſſitate quadam, tamen naturale,
quia ad id inclinat natura: & ſi com-
pleatur mediante libero arbitrio. Si-
cut virtutes dicuntur homini ineſſe na
turaliter: non ꝙ in nobis inueniantur
habitus perfecti per naturam: ſed ineſt
Ariſtot. 2. ethi. c. 1. Ale. ha.3. p.q.27. ar. 3.m.4. Ariſto.8. ethi. ca.12. nobis a natura, ꝙ poſſimus tales virtu
tes ſuſcipere, & ꝙ perficiantur per ope
rationem noſtram. Vnde Ariſt.ait. In-
clinari ad virtutes, innatum eſt homi-
ni: tamen habere eas perfectè genitas,
non competit homini naturaliter: ſed
per aſſuefactionem ad opus. Sic de ma
I. ſtohæus ſer.65. trimonio: naturale enim eſt quia na-
tura inclinat ad coniunctionem maris,
S.Tho.2.2 q.10. & fœminæ: licet perficiatur per volun
tatem. Hinc Ariſtotel. dicit, homi-
nem eſſe naturaliter magis animal con
iugale, quàm politicum, quippe qui
coniunctionem maris, & fœminæ po-
nit inter coniunctiones naturales. De
quibus ibi in principio diximus. His er
go ſuppoſitis, cùm infideles, propter
infidelitatem naturalia non amiſerint,
ſequitur non eſſe negandum eis matri
monium. Pro quo ſit 1. concluſio.

1. conclu. Contractus matrimonialis viri cer-
ti, ad certam fœminam, ſicut reperi-
tur legitimus inter fideles ſic, & inter hug.l.2.de ſa.p.11.c. 13. Idē in ſum. ſent. tra.7.c.1.
infideles. Hæc concluſio ſupponit, ꝙ
inter fideles reperiatur, quod non eſt
opus probare, ſed dicitur, quod repe-
ritur inter fideles. Antequàm venia-
mus ad huius probationē oportet ſci-
re, quando fuerit matrimonium inſtitu
tum, vtrū præceſſerit infidelitatem. Et
ad quid inſtitutum. Et a quo inſtitutū.
Et quidem, quando fuerit inſtitutum,
conſtat ex ſacra ſcriptura in principio
Geneſeos: quando dominus dedit Adæ
adiutorium ſimile ſibi, quod non inue-
niebatur inter omnia animalia. Miſſoq; Gen. 2.
ſopore in Adam, formauit ex coſta eiꝰ Alex. Ha. 4. p. q. 1. ar. 2.
Euam verè, & realiter, & non meta-
phorice vt Caiet. aliàs catholicus, &
non vulgariter doctus exiſtimat, quem Digreſſio in fauorē Caieta.
ſi inter claſſicos ſcholaſticos, ſimul &
orthodoxos doctores apponeret aliàs
grauis, & non mediocriter doctus, &
mihi obſeruandus F. Alfon. a Caſtro,
optime: cum inter hæreticos in cata-
logo in illa ſua ſumma aſcribat, ſtoma- Caſtro.
chum, mouet. Atque niſi viri religio-
ſitas, & ſanctitas, alias nobis cum Sal-
manticæ eſſemus, cognita eſſet: bi-
lem concitatam exiſtimaremus, Quam
credimus nimis ebulliſſe, & plus iuſto
in Ambroſio Catharino Senenſi, aliàs Catharin.
eiuſdem inſtituti, qui ſua illa virga
Cenſoria, qua nemini parcit, non le-
niter: ſed ad ſanguinem vſque teti-
git virum benemeritum de re Theolo-
gica, & per quem omne fere huius,
ætatis Theologi profecerunt. Verùm
prædictus Caſtro nunc in vltima ſua
editione in multis eum redarguit, quæ
ab errore non poſſunt defendi, cum
per Eccleſiam in ſacro Tridentino con
cilio ſint definita, vt eſt de neceſſaria, Conci.Triden.Error Caieta.
ac præuia cōfeſſione ante ſumptionem
Euchariſtiæ ſacramenti, & de diſſolu-
tione matrimonij ob fornicationem.
De quo infra latius in hac ſecunda par
te, articulo ſeptimo in fine articuli.
At reuertentes vnde digreſſi ſumus,
quia alibi erit locus amplus, dicimus
illa coniunctione fœminæ, & maris fa-
cta primo, inſtitutum fuiſſe matrimo-
nium, vt conſtat. Extra de frigid. & Io.Stob.in ſer.65. ele-
maleſic. capitulo finali, & capitulo
primo



ganter ex muſione philoſop. primo, & capitulo Ante peccatum.
32.quæſtio. ſecunda. Ergo ante omnem
infidelitatem matrimonium inſtitutū
eſt: cum in paradiſo ante omne peccatū
facta dignoſcatur coniunctio maris, &
fœminæ, quod inſtitutum eſt in offi-
cium naturæ, id eſt ad multiplicandū
genus humanum, ad conſeruationem
ſpeciei. Si non eſſet maris & fœminæ cō
iunctio, abſque dubio, cum non eſſet
generatio, in totū periret humana ſpe-
cies. Ob id tunc inſtitutum in officium
Gene.2. Benedictio mat. naturæ. Et quidē dato quod non eſſet
peccatum, ſed primi parētes manerent
in ſtatu innocentiæ, & omnes filij eius,
matrimonium eſſet. Cuius promiſsio
fuit illis verbis, dicente Deo. Non eſt
bonum hominem eſſe ſolum faciamus
ei adiutorium ſimile ſibi. De facto au-
tem inſtitui, quando Adam ſoporato
ex coſta Euam formauit. Per verba etiā
Alex. Ha. 4. p. q. 2. ar.1. iſta: Creſcite, & multiplicamini, non
fuit inſtitutum, vt aliqui dicunt, ſed
talia verba fuerūt benedictio matrimo-
nij iam inſtituti, & perfecti. Vnde pa-
ter Auguſtinus. Nos nullo modo dubi-
D. Augu. 14. de ciu. c. 22. tamus benedictionem Dei: Creſcite &
multiplicamini, & replete terram, do-
num eſſe nuptiarum, quas Deus ante
peccatum hominis ab initio conſtituit,
Gen. 2. creando maſculum & fœminam. Et ma-
trimonij perfectio inter Adam & Euā
facta eſt per illa verba, Hoc nunc os ex
oſsibus meis, per quæ videtur conſen-
ſus expreſſus, ſine quo matrimonium
Neceſſariꝰ conſenſus. 4. d. 26. minimè ſit. Quæ protulit Adam, & non
ipſe Deus, vt intelligamus matrimo-
niū, licet naturale ſit, perfici tamen me
diante conſenſu. Quod autē talia ver-
Supra 1.p. ar. 2. Gen. 2. Matt.19. ba prolata ab Adam fecerint matrimo
niū, maximè videtur ex hoc: quia ſunt
dicta per os Adæ, ſignificantia vnitatem
carnis inter virum & vxorem. Extra de
diuortijs.c. Gaudemus. §. Quia verò.
Et 33.q.5.c. Mulierem. Et in verbis il-
lis prolatis ab Adam. Hoc nunc os ex
oſſibus meis, & caro de carne mea, pro
pter hanc relinquet homo patrem &
matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & e-
runt duo in carne vna, declarata ſunt
tria bona matrimonij. Bonum in ſepara
bilitatis: inquantū dicit, Propter hanc
relinquet homo patrem & matrem, bo
num fidei, quando dicit, & adhærebit
vxori ſuæ: bonum denique prolis, cum Matrimonium in remedium.
dicit. Erunt duo in carne vna, ſcilicet
vnius pueri procreandi. Attamen poſt
peccatum fuit matrimonium in reme-
dium: vt ſcilicet carnis vitium cohibe-
retur, & poſſet fieri abſque peccato. Alex. 4.p. q.4. art.1. & 88.ar.2.
Per peccatum namque facta eſt rebel-
lio maxima carnis, & ſpiritus, & concu-
piſcentia vehemens; quæ vix cohiberi
poteſt. Ob quod dominus voluit in re-
medium eſſe matrimonium, vt homini
liceret accedere ad mulierem abſque
peccato: vt contineret ſe reſpectu alia-
rum & poſſet concupiſentiam explere
cū propria vxore abſque noxa. Quod 1.Cor.7.
Apoſtolus declarat dicens. Vnuſquiſ- 32. q. 4. c. nemo. & c. ſicut.
que habeat ſuam propter fornicatio-
nem. 33.q.2.§. His itaque. Et quidem
hæc inſtitutio in remedium facta eſt,
implicitè à Deo, cùm dixit mulieri. In
dolore paries filios, & ſub viri poteſta-
te eris qui dominabitur tui. Adæ verò
dixit. Quia audiſti vocem vxoris. &c. Gen. 2.
Ex quibus verbis & ſequentibus ſimul
in vnum collectis, videtur inſinuaſſe eo
rum copulam non eſſe in officium tan-
tùm, ſed etiam in remedium. Quibus Gen. 9.
prælibatis, probatur concluſio.

Inter illos poterit eſſe matrimoniū, 1. Ratio. S.Bona. d. 39.arti. 1. q. 2.
inter quos inueniri poteſt vera ratio
matrimonij. At inter infideles po-
teſt inueniri vera ratio matrimonij.
Matrimonium enim eſt maris, & fœ-
minæ, legitima coniunctio, indiuiduæ
vitæ conſuetudinem retinens. Inter Definitio matrimo.
infideles autem reperitur legitima con
iunctio maris, & fœminæ: quia non S.Tho.2.2 q.154.art. 9. ad 3. ibi Caiet.
omnis fæmina, omni viro coniungitur;
ſed abſtinent ab aliquibus gradibus
vt eſt inter patrem, & filiam, filium, &
matrem. Nec aliqua gens eſt tam bar- S.Bona.d. 40.& 41. Ricar. ibi. Alex. 2. p. q.169.m.2.
bara, quæ non habeat aliquem gradum
prohibitum in matrimonio, à quo ab-
ſtinent. Eſt etiam indiuidua vitæ con-
ſuetudo. Nam licèt contingat inter in-
fideles, ꝙ poſt, diuertant, & contra-
hant cum alijs, dimiſsis legitimis con-
iugibus, de per accidens contingit, &
non eſt intentum de per ſe. Eo nempe
quo conueniunt, animo conueniunt
non

non diuertendi: ſi omnia ſint grata, ſicut à principio, & ſeruandi in hoc ſuã antiquam conſuetudinem.

2. Ratio. Secundo. Omnis concubitus inter perſonas, quæ non ſunt coniuges, eſt fornicarius: infideles autem eſſe fornicatores nõ aſſerimus: qui inter ſe copulati ſunt, vt conſtat: & prolis eorum legitima iudicatur, quod non eſſet, ſi matrimoniũ verum inter eos non eſſet.

3. Ratio. Tertio. Matrimonium eſt inſtitutũ à Deo in principio: ergo ibi erit matrimonium, vbi inuenitur coniunctio, eo modo, quo Deus inſtituit. ſ. q copuletur, vir & fœmina, & propter hanc relinquat homo patrem, & matrem, cum legitimo conſenſu: ſed infideles, qui mutuo conſenſu iunguntur, matre & patrem relinquunt propter vxorem: cùm non copulentur parentes filijs, ergo inter eos erit matrimonium.

Gen. 2. Mat. 19.

4. Ratio. 1. Cor. 7. Quartò. Idem probatur ex Paulo dicente. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illa, nõ dimittat. Ex iſtis verbis aperta eſt concluſio, vbi Paulus loquitur de illis, qui coniuncti ſunt, quando vterque erat infidelis. Alioqui, ſi loqueretur de fideli & infideli, non poſſet eſſe matrimonium ratione diſparitatis cultus, vt in prima parte dictum eſt: ergo loquitur de infidelibus, & dicit, quod non dimittat iam fidelis infidelem coniugem. Vnde verè fuit matrimonium inter infideles. Concluſio patet ex Eccleſiæ determinatione. Extra de conſ. & affinit. cap. De infidelibus. Et de diuortijs, cap. Gaudemus. Et quidem nuptiarũ, ſingularis conſideratio, quæ apud antiquos lumine fidei priuatos fuit: ſufficientiſsimum eſt argumentum. De quo multa ex antiquis, congeſta per Ioan. Stobæum in ſuis ſermonibus ſermone 65. ex Menandro, Euripide Demoſthene. Muſione, & alijs. Et ſermone 83. eleganter multa ex Pythagoreorum documentis.

ſupra 1. p. ar. 32. — Io. ſtobæ.

Cõmunis opinio. Eſt etiam ſententia hæc omniũ catholicorum. Nec infidelitas in vtroque nocet, quominus poſſet eſſe coniunctio matrimonialis: quæ à Deo fuit inſtituta ante omnem infidelitatem & ante omnem infidelem. Neque ab aliquo eſt vnquam dubitatum, quin inter infideles poſsit eſſe matrimonium. Neque obſtat quod B. Hiero. dicit, vt refert B. Bona. in 4. q tota vita infideliũ eſt peccatum, & quòd non habent matrimonium verum imo eorum coniugium eſt peccatũ: ideo baptizatis ipſis nõ imputatur, neque computatur, ſed in baptiſmo deletur, ſicut & cætera veteris hominis opera. In iſtis enim, B. Hiero. opinatiuè loquutus eſt, non aſſertiue. Hęc Bonauen. Eſt ergo matrimonium apud infideles, licet non ſit ratum, ſicuti apud fideles: eo quòd diſſolui poſsit per conuerſionem vnius ad fidem: vt dicemus infrà, in hac 2. p. ar. 28. 29. & 30. vſque ad 34. In quo errauit peſtilentiſsimus Lutherus, qui adæquauit infidelium matrimonium, fidelium matrimonio, cum longe diſtent, vt patebit inferiùs. Quod bene probat Caſtro in ſuo de hæreſi, libro 11. verbo nuptiæ. hæreſi 3.

Hierony. B. Bona. d. 39. art. 1. q. 4. — Error Lut. — Caſtro.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum inter infideles noui orbis ſit matrimonium.*

POſito & conceſſo, q inter infideles legitimũ reperiatur matrimonium, quęritur vtrum inter infideles noui orbis ſit matrimonium legitimum. Ratio dubitandi (iudicio meo) non eſt parui momẽti. Nam ſi ita eſt, quod matrimonium requirit ad ſui veritatem legitimam coniunctionem, ſimul cum indiuidua vitæ conſuetudine, cum indiuidua conſuetudo vix inter noui orbis indigenas fuerit reperta, propter facilitatem quam habebant inter ſe dimittendi vxorem primam, & ducendi aliam, videtur quòd non ſit matrimonium.

Ratio 1. dubi.

2. Argu. Præterea. Matrimoniũ eſt vnius ad vnam, ſed inter eos nõ hoc obſeruatur, cum vnus vir, plures ducebat vxores, & retinebat eas ſimul.

Ad



3. Argu. Ad idem. Ad matrimonium legitimum requiritur quòd ſit cognitus talis cõtractus, & quòd ſit expreſsio conſenſus inter tales qui coniunguntur. Inter eos autem tempore ſuæ infidelitatis nullo modo cognitus erat cõtractus, imò iungebãtur, ſine delectu, nec magni faciebant aliquo modo, & vix erat expreſsio conſenſus. His non obſtantibus reſpondetur.

1. conclu. Prima concluſio. Inter infideles in nouo orbe erat legitimum matrimonium, vbi coniuncti fuerunt ſecundùm mores ſuos vir, & fœmina, voluntariè, ad prolis procreationem: & operum communicationem.

Probatur ex ſuprà dictis. Inter illos reperitur matrimonium, inter quos inuenitur vera ratio matrimonij, ſed inter tales vera ratio matrimonij inuenitur, ergo & verum matrimonium. Inuenitur quidem inter eos coniunctio maris, & fœminæ, vnius ad vnam, coniunctio, inter legitimas perſonas ſecundum ſuam conſuetudinem, & etiam indiuiſa vitæ conſuetudo, quia aliqui reperti ſunt, qui poſtquàm ſemel à principio iuncti fuerũt, nunquam ſeparati ſunt, ergo non eſt dubitandum eſſe matrimonium inter aliquos ipſorum. At quia dubium eſt circa modos particulares diuerſos, quibus cõiungebantur, de ſingulis in particulari libet diſputare, vt omnia ſint in manifeſto. Modus contrahendi in prouincia Michoacanenſi & in alijs prouincijs erat etiam certus alius modus.

Conſuetudo in matrimonio contrahendo in exprimates. Primò erat mos inter Principes ipſorum, vt antè inter ſe parentes loquerentur: & pater filij, quem volebat tradere nuptui mittebat nuncium in domum patris puellæ: quam volebat tradere filio ſuo, ſimul & dona, & narrabat quomodo talis Princeps volebat vt filius eius duceret filiam ſuam in vxorem. Reſpondebant tunc parentes puellæ: ſic fiet. Nuncius reuertebatur, & loquebantur inter ſe omnes conſanguinei puellæ, de matrimonium futuro, & diffiniebant futurum, & ornabant puellam, ſimul & pediſequas famulas. Puella verò portabat veſtẽ pro ſponſo, & alia donaria. Et ſecum deferebat vtenſilia, ſimul & falcem ad ligna ſcindenda pro templis Deorum, & ſtramẽ vnum ex iuncis factum. Cum mulieribus ibat vnus ſacerdos idolorum in domum ſponſi, vbi etiam omnia pro nuptijs ornata erant. Panis nuptiarum quem faciebant diſtinctus. Et muliebria ornamẽta quæ parata habebat ſpõſus, pro ſponſa: & cætera dona vtrinque parata, recipiebat ſacerdos in manu ſua, & dabat ſponſo, & ſponſæ quibus dicebat ſic: Dij velint vt vos bene conueniatis in vnum: fidem ſeruantes ad inuicem inter vos, Parentes autem ipſorum iuuenum, dicebant eis. Videte vt adinuicem vos diligatis, & adinuicem dona detis, & recipiatis. In hac coniunctione nihil leuitatis admiſcebitur. Nullus veſtrum alicui adhærebit concubitu adulterino. Videte ne aliquis vos interficiat ob aliquod adulterium. Peculiariter autem dicebant puellæ. Vide ne inueniaris ab aliquo in via loquens cum alio viro, quia infamabunt nos Sacerdos verò viris in hæc verba alloquebatur. Si mulierem tuam in adulterio deprehenderis: relinque eam, & mitte in domum propriam, pacificè, ſine hoc quòd ei iniuriã inferas: quia pœnitentia ducta, dolebit. His dictis, omnes conſanguinei, & alij vicini comedebant ſimul in vnum, & ſignabat pater ſponſi prædia, in quibus deberet agriculturam exercere. Et præbebat ſacerdoti, & alijs mulieribus quæ venerant cum ſponſa veſtimenta quædã. Et ſimul mittebat donaria patri ſponſæ. Hic erat modus matrimonij inter nobiles infideliũ in prouincia Michoacam, vt didicimus ab ipſis ſenioribus, & ſacerdotibus dæmonum. Nullus equidem ſanæ mentis eſt, qui non affirmet huiuſmodi contractum matrimonium eſſe cum præceſſerint verba parentum, & ſimul donaria ex vtraque parte, & admonitio de fide ſeruanda in matrimonio. Et tandem omnia alia quæ planè explicant conſenſum matrimonij. Nam & fiebat per manus ſacerdotum, & non licebat eis aliquo modo diſiungi, niſi propter adulterium, vt

Quæ parentes adinuicẽ dicebãt filijs. — propter adulterium diuortiũ concedebatur. — Ratio.

aiunt:

aiunt: ergo erat matrimonium, & ſuo modo in alijs prouincijs ſic fiebat.

Verùm non idem modus ſeruabatur inter infimos homines in reliqua plebe, ſed varij admodum erant modi. Dicam tamen vnum ſatis uſitatum, qui talis erat.

Mod⁹ contrahẽdi popularium.

Primò parentes proprij, ipſorum iuuenum, qui coniungendi erant, vel cognati, ſi mortui erant parentes, loquebantur inter ſe de matrimonio, & conueniebant, tamen non mittebant ad inuicem, dona, nec ſacerdos committabatur, ſponſam ſicut inter nobiles, ſed ſponſus communiter dabat ſponſę aliqua donaria, vel veſtem, vel panem, vel quid ſimile, quo ipſi vtuntur in victu, vel veſtitu. Et ſimiliter ſponſa quando non adeò erant pauperes, vt id non poſſent facere. Et ſine expreſsione aliqua vocali conſenſus, conueniebãt iuuenes inter ſe ad dictum parentum; & pater ſpõſæ monebat filiam dicens. Nullo modo relinquas proprium virum in lecto noctu, & vadas alibi aliquod adulteriũ committere. Caue tibi ne facias maleficium, eris mihi augurium. Et non diu viues ſuper terram: ſi malum feceris, Occidente, ſimul & me, ſi adulterium commiſeris. Iſtis modis (vt in plurimum) infimi homines iungebãtur: vel quia parentes loquebãtur inter ſe, vel quia domini, ſeu patres familias conueniebant loquentes de matrimonio, ſine expreſsione conſenſus ipſorũ qui iungebantur. Dubium quippe non eſt talem contractũ eſſe matrimonium, quãdoquidem inter ſe conueniebant animo non diuertendi, ſed perpetuo manendi in vnum. Et iſte erat mos inter eos, vt poſtquam parentes, vel cognati conuenerant de matrimonio, antequã carnaliter iungerentur ſponſus & ſpõſa, ſponſus quatuor diebus continuis ibat in montẽ, & adducebat ligna, quæ cremabantur in templis idolorum. Et ſponſa verrebat domũ, & magnam partem viæ, qua perueniebat ſponſus in domum ſponſæ. Hæc erant tanquam precationes quædam, quibus orabant Deos ſuos, vt bene inter coniugatos eueniret. Et iſtis conſummatis quando carnaliter conueniebant. Primò dicebat ſponſus ſponſæ, vt eum cooperiret veſte, & remanebant tanquam vxorati. Aliqui vero non expectabant quartum diem, ſed in ſecundo, vel tertio conueniebant. Alij verò plures expectabant dies. Hoc enim ad libitum fiebat. Ex omnibus his oſtẽditur inter eos eſſe matrimonium legitimum: quia non vaga erat cõiunctio, & incerta inter eos, ſed erat certi viri ad certam fœminam.

Ecce quomodo indiſſolubilitas declarabatur.

Alij modi contrahẽdi.

Præter iſtum communem modum coniunctionis erant alij plures, quando inter ſe ſecretè conueniebant duo, ipſis parentibus proprijs, & cognatis ignorantibus. Primò, quando duo, vir & fœmina amore incitati dicebant inter ſe, tu mihi prædium coles: ego tibi veſtimenta texam: ego tibi ſimiliter panes decoquam, & alia victui neceſſaria miniſtrabo. Et tandem, vel vir, vel fœmina ſic conueniebant, vt vellent inter ſe iungi ad communicationẽ operum. Aliqua quippe ſunt, quæ pertinent ad fœminas, quæ maſculus neſcit operari. Et ſimiliter aliqua pertinent ad maſculos, quæ fœmina neſcit. Ob quod Ariſtoteles vocat iſtam coniunctionem naturalem viri & fœminæ. Sicque erat conſuetus inter eos iſte mod⁹ coniunctionis, vt vno hæc loquente, ſiue maſculus, ſiue fœmina, alio tacente, ſimul ſtatim coniungerentur, & cõuenirent in vnum, tanquam maritus & vxor, ſine expreſſione alia conſenſus: & ſine hoc, quòd parentes, vel conſanguinei loquerentur de matrimonio.

Ariſt. li. 1. Oeco. c. 3.

Ariſtot. 8. ethi. c. 12. & 1. pol. c. 2. & 1. oecono. c. 3.

Fortè iſte modus coniunctionis poſſet eſſe dubius apud aliquem, nũquid per hoc ſit matrimonium ſine expreſſione alia conſenſus. Sed credo pro certo eſſe huiuſmodi coniunctionem matrimonium, etiam ſi non fuerit expreſſio alia conſenſus, dummodo inter ſe tales cõuenerint voluntariè ad communicationem operum. Nam coniunctionẽ maris & fœminæ in matrimonio dicimus eſſe naturalem, quia id natura docet, ob quod affirmamus & reperiri inter infideles, inter quos naturalia adhuc manent integra: ergo inter illos, inter quos fuerit coniunctio maris certi ad certam fœminam, ad opus ad quod ipſa natura inclinat, & cum expreſſione talis finis, erit matrimonium, ſed ſic eſt ꝙ natura inclinat hominem, vt ſit operũ communicatio inter virum & fœminã, quia non eadem vtrique conueniunt: ergo vbi propter hoc conuenitur inter tales cum animo perſeuerãdi, verè erit matrimonium.

Quãdo nõ erat expreſſio cõſenſus verbo.

De hoc ſupra 1. p. artic. 3. S. Tho. 2. 2 q. 10.



Aſtriſto. 1. Oec. c. 3.

2. Ratio.

Secundò. Si vir diceret fœminæ: ego te accipio in vxorem, vt mihi pares cibum quotidianum, & veſtem: fœmina dicente viro: ego te accipio in meum virum, vt quæras aliunde vnde tibi texam veſtem: item, vt agrum colas, ex quo habeamus alimentum: & ipſis hæc dicentibus conuenirent ſimul animo perſeuerandi in perpetuum, verum eſſet matrimonium abſque dubio, ergo etiam erit, ſi ſolum dicant inter ſe: Tu mihi coques cibos: ego vero colam agrum, & hoc animo conueniant inter ſe, quia ſiue dicat: Accipio te in meam ad hoc, vel non dicat expreſsè ſed ſolum: Conueniamus in vnum, tu mihi hæc facies, & ego hæc tibi: intelligitur ſub iſtis verbis, ꝙ mutuo ſe recipiant, & idem ſignificat talis coniunctio. Cum ergo per primam, verum & legitimum celebratur matrimonium, & per ſecundam coniunctionem ſimiliter, quia in tali coniunctione id intendunt facere, quod ſolent alij coniugati.

Tertiò. Si parentes iuuenum dicerent filijs ſuis hæc verba: Tu fœmina, & tu vir, adinuicem conuenite, & communicate opera, ſicut vir & fœmina ſolent, & iuuenes coniungerentur, id volentes facere, eſſet verum matrimonium, vt ſuprà probatum eſt in prima parte, quod maximè erat in vſu apud noui orbis incolas. Ergo ſequitur, ꝙ etiam ſi inter ſe hæc loquantur, erit verum matrimonium.

Quartò. Si duo inter ſe conuenirẽt, maſculus & fœmina dicentes, Conueniamus in vnum ad operum communicationem, ſimul & ad filiorum procreationem: eſſet matrimonium ſi animo perpetuò permanendi conuenirent: ſequitur ergo, ꝙ ſi ſolum ſit explicatio communicationis operum, erit matrimonium. Probatur conſequentia. Ad hoc, quòd ſit verum matrimonium, non requiritur conſenſus expreſſus, aut intentio in carnalem copulam, nec in filiorum procreationem: nam ſine tali conſenſu eſt legitimum, vt inter illos qui habent in animo ſeruare caſtitatem. Ergo ſequitur, quòd dato non exprimatur hoc ſecundum, cum expreſſione primi, ſufficit ad matrimonium.

ſupra 1. p. ar. 2. dubi. 1.

Si ſine verbis, ſolum aliquibus ſignis, eſſet conſueta maris, & fœminæ coniunctio in matrimonio, eſt verum matrimonium, vt ſupra in prima parte determinauimus, & in ſequentibus dicemus, & eſt textus expreſſus ſupra allegatus. Alioqui mutus non poſſet contrahere, Sequitur ergo, quòd ſi vbi conſuetum eſt, ſola ſigna faciunt verum matrimonium; quòd à fortiori talia verba, quibus communicatio operum explicantur; faciunt matrimonium, vbi conſuetum eſt illis vti ad coniunctionem maris & fœminæ.

P. p. ar. 3.

Maior enim manifeſtatio eſt coniunctionis per talia verba, quàm ſi ſolum eſſent ſigna. Quòd ſit frequentiſſimus hic modus conueniendi in vnum in prouincia Michoacanenſi cõſtat omnibus callentibus linguam ipſorum, quia nihil frequentius. Imò ſuſpicor ante aduentum Chriſtianorum non fuiſſe alium, ſed quòd modus eſſet vt dicerent. Iſte vir agrum colet, & ibit quærere illa, ex quibus veſtes fient, & ipſa fœmina decoquet cibos, & veſtem parabit viro: quia inter eos hæc eſt conſuetudo, vt fœmina veſtem faciat pro viro ſuo. Verum eſt tamen, ꝙ modo non omnes explicant iſtis verbis modum quo tradebant nuptui, dicentes: Capies vxorem talem, quæ tibi hæc, & hæc faciet. Et ſimili modo re-

ſola ſigna conſenſus ſufficiunt

ſpectu viri, cùm iam à religioſis audierint modum contrahendi.

Modus cõtrahẽdi cũ nihil præceſſit.

Alins modus coniungendi erat non rarus: vt ſine hoc quod parentes, vel cognati aliquid loquerentur de matrimonio, nec ipſi inter ſe, ſed cùm mutuo ſe aſpicerent, iungerentur, ſine aliqua promiſsione præuia, neque aliqua cæremonia: & manerent ad annos plurimos, ſine hoc, quod aliquid loquanẽ de matrimonio, & poſt ſucceſſu temporis manentes ſimul, dicit vir fœminæ. (Hipirãdeſca thunguini tembuni.) Quod latinè ſonat: Ego accepi te in vxorem. Vel alijs verbis. Ego gaudeo quod te acceperim in vxorem. Et ipſa aliquando reſpondebat (enquam). Quod ſignificat; ita ſit. Vel vt in plurimum nihil reſpondebat, & manebant ſimul tanquàm, vir & vxor. Modus hic maximè contingebat, quando vel vir aliam primo habuit, quæ adhuc viuebat, quando huic coniunctus eſt, & cùm primo moriebatur, quam primò acceperat, tunc ſolebant dicere talia verba. Vel ſi ipſa fœmina alium habebat virum, & moriebatur, eodem modo ſolebant dicere illa verba. Vel quando venit in notitiam cognatorum, quòd erant iuncti. De hoc etiam nõ dubitandum eſt, quin erat matrimonium, quando illa verba proferebant: Ego accepi te in meam, licet à principio nulla fuerit promiſsio.

Ratio.

Probatur. Vbicunque eſt cõiunctio maris & fœminæ inter legitimas perſonas, cum expreſsione cõſenſus, eſt verũ matrimoniũ: ſed in caſu eſt cõiũctio inter legitimas pſonas, vt ſuppono, & cũ expreſsione conſenſus, ergo eſt verũ matrimonium. Quòd ſit expreſsio cõſenſus per illa verba, probatur. Verba non ſignificant naturaliter, ſed ad placitum ex impoſitione hominum, & inuenta ſunt ad exprimendum interiores animæ conceptus, vt ait Ariſto. Cùm ergo per talia verba proferentes intelligant expreſsionem conſenſus in matrimonium, ſequitur ꝙ verum erit matrimonium. Et ꝙ ipſi contrahentes intelligant, imò & omnes audientes, eſt manifeſtum & ipſis & nobis, qui linguam ipſorum non ignoramus. Perinde enim eſt apud eos dicere. (Hipirandeſca tunguini tembuni) id eſt: Ego accepi te in vxorem, ſicut ſi diceret: Scias ꝙ dato à principio non dixi tibi, Accipio te in vxorem: & dato coniuncti ſumus ſine hoc, ꝙ aliquid præceſsiſſet de matrimonio, tamen ego habuĩ in animo te accipere in vxorem, & te habeo ex nunc velut vxorẽ. Sequitur ergo in aperto, ꝙ talis modus contrahendi eſt verum matrimonium ex illo tempore, quo illa verba prolata ſunt, ſi adſit conſenſus interior ex vtraque parte. Quod maximè hoc probat, eſt: quia dicebat (vt in plurimum) illa verba, quando ſublatum cognoſcebant aliquod impedimentum, quod putabant obſtaculum fuiſſe à principio.

Ari. 1. peri. c. 1.

Secundo ad idem. Si eſſent ſolum ſigna aliqua, & non verba explicantia cõſenſum, illis ſignis eſſet matrimonium, vt ſuprà determinatum eſt. Sequitur ergo, ꝙ vbi fuerint verba ad id ſumpta, quahacunque fuerint, efficient matrimonium ſi ipſi audientes intelligunt expreſsionem conſenſus. Ad argumenta patet ſolutio ex dictis. p. p. ar. 3.

# ARTICVLVS III.

## *Vtrùm quando in modo contrahendi ſecundum mores ſuos nõ exprimebatur conſenſus, erat matrimonium.*

ALius modus contrahendi apud noui orbis indigenas eſt, quando coniunguntur vir, & fœmina, ſine hoc, quòd aliquis loquatur de matrimonio, nec adinuicem ſe promittunt, ſed obuij ſunt. Et cùm omnia bona ſua ſecum portent, adeò pauperes ſunt, vt ſimul maneant in vnum, nihil loquentes: hoc excepto, quòd communicant ſe in operibus, ſicut vir, & vxor, & ſeruant fidem adinuicem, & intus in corde ſe reputant tanquam ſi eſſent veri coniugati. Et reſpondent interrogãti. Vbi eſt



eſt vir tuus? ſignando virum. Et ſi virũ interroges. Vbi eſt vxor tua? fœminam deſignat. Et nihil præceſsit. Sed quãdo interrogamus eos, quomodo vos primo in vnum conueniſtis: vtrùm fidem adinuicem de matrimonio dediſtis? reſpondere ſolẽt (Exepera parincuhche piperapihca) Vel ſic (Eratepera parin cuhche pihchuperapihca) quod ſignificat Latinè. Cùm nos adinuicem videremus, ſimul iuncti ſumus. Vel ſic. Cùm adinuicem nos in faciem aſpiceremus, coniuncti ſumus carnaliter, nihil aliud loquentes. Imo aliqui ſunt adeò rudes, vt interrogati: quid tunc cogitabatis? reſpondeant: nihil, tanquàm ſi voluntatem ſuſpenſam habuerint ab omni actu (quod credo contingere poſſe apud aliquos neophytos, qui magnoperè ſunt phlegmatici, vt vulgò dici ſolet. Quod difficile credo apud noſtrates.) Tamẽ alij reſpondẽt, quod cogitabant in matrimonium coniungi, & non ad peccandum Alij dicunt ꝙ ad peccãdũ. Ad hoc dubium, quia & inter doctores, & indoctos dubitatũ eſt, rñdetur vnica cõcluſione, quæ talis eſt.

Concluſio. Iſte modus cõiunctionis, quando nullum præceſsit ſignum expreſsiuum conſenſus, nec præceſsit aliquod verbũ, nec aliquid aliud de matrimonio, nullum facit matrimonium, neq; præſumptũ, etiã ſi ad mille annos ſimul maneant tanq̃ maritus, & vxor, ſiue in animo habeant velle coniungi matrimonialiter ſiue nihil cogitẽt, ſiue ſolum cogitent peccatũ. Hæc concluſio probatur ſolum in lumine naturali loquendo, omittendo expreſſum iuris determinationem. Nos enim loquimur de illis, qui tempore infidelitatis iungebantur, qui aſtricti erant legibus naturæ, & Diuinis Euangelicis, nõ Eccleſiæ determinationibus. Rõ ergo prima ſit.

1. Ratio.

1. Cor. 7.

S. Tho. d. 27.

Sco. d. 29.

Abulen.

Coniunctio naturalis maris, & fœminæ, eſt ad hoc, quod vir poteſtatem habeat vtendi muliere abſque peccato: & mulier poteſtatem habet vtendi viro ſimiliter: ſed non poteſt in tali coniunctione viro cõſtare, quòd mulier ſe tradiderit viri poteſtati, nec mulier, ꝙ vir ſe tradiderit eius poteſtati: ergo nullo modo poteſt eo vti abſque peccato. Conſequentia eſt bona. Nam aliàs, ſequeretur quòd ego poſſem vti pallio Petri, ſine expreſſo cõſenſu eius, vel interpretatiuo, quod nullus ſanæ mentis dicet. Nec ſufficit quòd ſit actᵘˢ interior voluntatis in matrimonium. Dato quòd per ſolum actum interiorẽ transferatur dominium in alterum, tamen alter in quem transfertur, nullo modo poteſt licitè vti, vſque dum ei conſtet, quòd in eum tranſlatum fuerit dominium: quod non poteſt ei conſtare per ſolum actum interiorem. Ergo non ſufficit actus interior: quia mala fide vtetur re aliena, licet verè ſit ſua, cum ei non conſtet ꝙ ſit ſua. Sicut ſi quis furatus eſt veſtem, vtitur ea cum peccato, & dominus verus videns veſtẽ propriam, in animo donat illi qui furatus eſt: certũ eſt, ꝙ adhuc ille qui vtitur veſte peccat: quia non conſtat ei ꝙ ſit ſua. A ſimili ergo in propoſito.

Gene. 29. q. 11.

Vual. de ſacramen. c. 132.

Præterea. Stando in iure naturæ, matrimonium eſt quidam cõtractus, ſcilicet, do vt des: ergo ſequitur naturam aliorum contractuum: ſed ſic eſt in alijs contractibus, quòd non eſt verus per ſolum actum interiorem, niſi conſtet de conſenſu verbis, vel ſignis: ergo. Et ꝙ non ſit præſumptum, patet etiam ſtando in iure naturali. Præſumptio enim debet fundari in aliquo, quòd reputatur eſſe, ex aliquibus quæ apparent: ex quibus eliciuntur alia, de quibus non conſtat. At in caſu noſtro non eſt aliquid, ex quo eliciatur eſſe præſumptũ matrimonium: ergo non præſumitur. Nam ſi eſſet maximè coniunctio carnalis, ſed ex illa non præſumitur matrimonium. Nec etiam ex hoc, quòd diu maneant iuncti: quia ferè ſolum illud matrimonium reputabant, quando antè loquutum erat. Et ſi nõ erat loquutum apud parentes, vel cognatos, vel alios qui erant tanquam patresfamilias, matrimoniũ non reputabant validum. Item. Vbi alia erant ſigna exprimentia conſenſum, & in vſu, & verba, quomodo poterat eſſe præſumptum matrimonium, vbi conſtat nihil horum præceſsiſſe? Et ſi fortè apud vicinos ta-

Supra 1. p. art. 3.

Hugo de ſacramen. lib. 2. par. 11. c. 6.

Ricard. d. 27. arti. 1. q. 3.

ſupple. ibi q. 1.

le eſſet præſumptũ, ideò eſſet, quia putabãt inter eos cõiunctos aliqua verba fuiſſe, vel ſigna exprimentia cõſenſum.

Obiect. 1. Sed contra eſt argumentum. Quando aliqui duo inter ſe commutant triticum pro vino, vel alia ſimilia, ſufficit quod vno accipiente vinum, alter accipiat triticum, ſine aliquo alio ſigno, & ſine alia expreſsione conſenſus. Sunt nonnullæ nationes, vt aiunt quæ hunc habent modum negotiandi. Ergo cùm in propoſito ſit quædam mutuatio, ſufficit quòd vir, vtatur fœmina, & fœmina, vtatur viro ſine alio conſenſu: vel verbo, vel ſigno. Reſpon. eſſe diſsimile.

ſolutio. 1. Et ratio eſt. In cõmutatione enim duarum rerum ſufficeret talis modus commutandi: quia tunc dando liberè vinũ pro tritico, conſtat illi qui recipit triticum, quòd alius verè dat, & quòd vult dare, cùm vinũ recipit, & ad hoc habebat triticũ expoſitum: nec poteſt in aliũ vſum dare triticum niſi ad vtendum eo in ſuam vtilitatem: ob quod ſufficit talis modus commutandi, ſed in contractu matrimonij: quia per hoc quòd Ioanni iungitur Maria, nõ poteſt conſtare Ioanni an Maria Ioanni iungatur in matrimonium, vel ad peccandũ, cùm vtroque modo poſsit iungi, & in bonum vſum, & in malum. Similiter etiam non poteſt fœminæ conſtare, dato vir iungatur ei carnaliter, vtrũ iungatur ei ad matrimonij vſum, vel ſolũ, ad fornicandum. Quare non poteſt mulier vti viro: nec vir fœmina, niſi conſtet de expreſsione conſenſus, ad quem vſum velit vir iungi, vel fœmina. In cõmutatione autem aliarum rerum: quia vnus eſt vſus, ſcilicet, ad vtilitatem hominum, ſufficeret exterior commutatio, ſine alia expreſsione.

ſolutio. 2. Poteſt ſecundo dici, ꝙ iſte contract⁹ matrimonij, licet ſit quædam commutatio: tamẽ adhuc quod commutatur, manet in poteſtate commutantis, & ſolum per commutationem conceditur vſus ad tempus: quia vir, non poteſt vxore vti in quocunque tempore, & in quocunque loco: nec vxor viro. Vnde neceſſe eſt, quòd in tali commutatione, adueniat conſenſus expreſſus, per quẽ conſtet viro, ꝙ poſsit fœmina vti tempore, & loco congruo, ſimiliter & fœminæ vt poſsit viro vti. At in commutatione aliarum rerum, quod commutatur, tranſit in poteſtatẽ alterius, & ampliùs nõ manet in poteſtate cõmutãtis. quare ſufficit datio adinuicem, vel cõmutatio ipſarum rerum ſine aliqua alia expreſsione.

Obiectio. ſenté. Ca. Contra hęc videtur eſſe ſẽtẽtia domini Caiet. qui interrogatus de dubio, vtrùm eſſet matrimonium inter noui orbis homines infideles, etiam ſi non eſſet aliqua expreſsio conſenſus, dixit hæc verba. Scrupulus autem de conſenſu expreſſo, pro nihilo reputatur, quãdo certum eſt, quòd vir, & mulier coniugali affectu ſe coniunxerunt. Sufficienter exprimitur conſenſus in coniugium per carnalem copulam, cum affectu coniugali: hoc eſt, quòd vir non cognoſcit illam, vt fornicator, ſed vt coniux. Hęc Caietan. Tamen, vel ipſe Caietan. (vir noſtræ tempeſtatis eruditiſsimus) deceptus eſt: noui orbis hominum ignorans mores, vel ſi ſufficienter (ſaltem auditu) cognouit, non rectè iudicauit. Sed quia mihi perſuadere non poſſum, quin rem certò cognoſcens, rectè ſententiam ferret, exiſtimo deceptum fuiſſe, eò quòd ipſe putauerit inter noui orbis infideles nullum alium eſſe modum contrahendi matrimonium, & exprimẽdi conſenſum, niſi per ſolam traditionem in domum: & per copulam carnalem, & mutuam cohabitationem. Explicatur ſenté. Caiet. Haud dubiè vera eſſet ſententia domini Caietani, ſi ille modus eſſet contrahendi ſolum: quando duo contraherent, & ſimul remanerent illo animo maritali coniugũ, verum enim eſſet matrimonium, eò ꝙ per talem modum ſecundum conſuetudinem ipſorum exprimeretur verus conſenſus in matrimonium: tamen vbi ſunt alij modi contrahendi expreſſe per verba, & per ſigna exprimentia conſenſum, nullo modo poteſt ſtare ſententia eius. Per talem quippe coniunctionem, etiam ſi ſit affectus interior maritalis: non explicatur ſufficienter talis contractus, cùm ſint alij modi clari, &



ri, & manifeſti contrahendi. Sequitur ergo, quòd cùm apud eos alij ſint modi, ſicut diximus ſuprà, & apud Mexicanos ſimiliter, ꝙ nullo modo matrimonium erit per hoc ꝙ iungantur, ſine ſignis, & ſine promiſsione, ſine aliqua loquutione, etiam ſi in animo habeant conueniendi vt maritus, & vxor. Sufficit pro iſta ſententia eſſe communem opinionem Theologorum, nemine excepto. Dicere verò quòd ad matrimonium ſufficeret conſenſus interior, eſt error Vuitcleff damnatus in concilio Conſtantienſi. De quo in p. p. de cõſenſu. art. 3. * Licet interior ſufficiat qñ præceſsit exterior, vt ſuprà diximus.

ſup. p. p. art. 3. — Error Vuitcleff. Vualde ſacrameu. c. 132.

Sed tertia pro iſta opinione eſt ratio. Si eſſet verum, quòd talis modus contrahendi inter noui orbis homines efficeret matrimonium, quando conuenirent maritali affectu, & non fornicario, ſequeretur quòd ſi poſt contraherent cùm alijs, vir cum alia fœmina, cum expreſsione conſenſus, & fœmina cum alio viro, compellendus eſſet redire ad primam vxorem, & quòd vxor rediret ad priorem virum, quod videtur falſum. Et quòd ſequatur patet. Quia ſi verum fuit primum matrimonium, vbi non fuit expreſsio conſenſus per verba, nec per ſigna: poſt ſecundum contractum non erit ratum, ob id cogendi ſunt redire ad primum matrimonium. Sed, quòd hoc ſit falſum, ex eò patet: quia certa, non ſunt dimittenda propter incerta: ſed de ſecundo conſtat & eſt certum: ergo non dimittendũ propter primum, quod eſt incertum, & conſtare non poteſt. Fateor quidem ſi qui conuenerint affectu maritali adinuicem, & ſuos cognoſcerent interiores conceptus, ſicut angeli ſe cognoſcunt, non eſſet neceſſarius expreſſus conſenſus, vt dicit Maio. Sed tamen quia non poſſunt homines cognoſcere, nullo modo per ſolum interiorem conſenſum erit matrimonium, ſicut ſuprà dictũ eſt. p. p. art. 3. nota 1.

alia ratio — vide Lapũ allega. 57. — Maio. in 4. d. 19. S. Tho. p. p. q. 57. arti. 4. Tiraq. de legi cõnu. Gloſſa. 5. fol. 162. nu. 17.

Alius erat modus contrahendi ſatis viſitatus, vt quis acciperet fœminam in vxorem, interim dum filia eſſet nubilis, & poſt, cùm filia peruenit ad ætatem, iungebantur ſine alio conſenſu de nouo. Vel contingebat, ſi eſſent duæ ſorores, vna iam prouectæ ætatis, alia puerilis ætatis, accipiebat in vxorem illam, quæ erat prouectæ ætatis expectans infantulam, vſque dum poſſet concipere, & eam capiebat ſine alio nouo conſenſu. De quo videtur dicendum eſſe verum matrimonium, ſi affectu maritali iungebantur inter ſe vir, & puella, dummodò puella intellexerit quòd mater tradiderit eam illi viro in matrimoniũ: vel ſi ſoror erat, quòd ſoror. Hoc ſic probatur communi argumento. Notan. Quando eſt coniunctio aliqua viri & fœminæ, qui ſunt legitimæ perſonæ, cum expreſsione conſenſus, verbis, vel ſignis, eſt verum matrimonium, ſed in præſentiarum eſt talis coniunctio inter legitimas perſonas, cum expreſsione conſenſus: cum ſufficienter exprimatur quando talia præceſſerunt verba, ſcilicet, ſi mulier habens filiam puellulam diceret viro: Accipies hanc puellã in vxorẽ, cum prouectæ fuerit ætatis, & interim: ne habebis velut vxorẽ, & ipſe cõſentiebat, & poſt puella iã nubilis intelligit matrẽ, eam matrimonio copulaſſe, & illo affectu iũgitur viro: haud dubiè ſatis expreſſus videtur conſenſus, ergo erit matrimonium. Et per inde erit, ſiue ſit mater, ſiue ſoror fęmina quæ matrimonium tractauit, quandoquidem talis erat mos. Ratio. 1.

Ratio. 2. Secundo. Non poſſumus meliùs intelligere talem coniunctionem eſſe matrimonium, quàm ex vſu, & communi intelligentia eorum qui iungebantur, ſed (vt nobis conſtat ex ipſorum conſuetudine per talem modum matrimonium contrahi credebãt: ſicut ſi inter ſe conuenirent, & adinuicem ſe promitterent: ergo habendum eſt tanquàm matrimonium, ſi tali affectu maritali iungebantur, dato id non exprimerent voce, vel aliquo ſigno. Dixi tamen, ſi puella intellexit verba, quæ præceſſerunt de matrimonio: ſi nunquàm intellexit matrem, vel ſororem loquutam de matrimonio: & vir, eo quòd audiuit verba, iungitur puellæ ſine noua expreſsione, vel

vel promiſsione, & puella conſentit in copulam, & communem cohabitationem, ignorans tamē quòd aliquid præceſsit de matrimonio inter matrem, & virum, nunquàm erit matrimonium: vſque dum cognouerit verba præceſſiſſe, vel quid ſimile inter cognatos, & poſtquàm ſciuerit, liberè voluerit viro cohabitare, tanquàm vera vxor: & ex tunc matrimonium habet vim. Sed tamen quandiu ipſa ignorauit factum, & temerè coniuncta eſt viro: ſine aliqua expreſsione conſenſus, nullum erit matrimoñium, vt patet ex dictis.

Dubium. Solutio.

Quando nec puella conſentit neque diſſentit.

Sed quid ſi puella iam ſciens factum quod præceſsit, liberè cohabitat viro, ſine conſenſu interiori, nihil de illo cogitans. Reſpon. Videtur virtualiter cōſenſiſſe. Nam ex quo ſciuit contractū præceſsiſſe, & non reclamat, nec diſſentit, videtur approbaſſe factū, quod prȩceſsit: quare habendum eſſet tanquâm matrimonium. De quo etiam in prima parte latiùs diſputauimus. Omnes modi ij contrahendi erant in vſu infidelitatis tempore, & omnium vſitatior erat: vt parentes, vel nobiles, ſeu patres familias loquerentur de matrimonio pro iuuenibus, & iungerentur ſine aliqua expreſsione conſenſus, & ſine aliqua cæremonia. Et licet alij modi eſſent in vſu, iſte tamen frequentior, & præ manibus habebatur.

Ex iſtis in aperto eſt, quod à principio probare contendebamus, inter infideles in nouo orbe eſſe matrimoniū, quandoquidem habebant ſuos modos coniungendi, quibus intelligebant coniunctionem naturalem viri, & fœminæ perfici. Dato in modo, non omnes conuenirent in tota prouincia; imò nec in vno oppido, quia erant varij modi, tamen iſta ſignorum variatio, non variat matrimonium, dummodò per talia ſigna contrahentes intelligerent coniunctionem naturalē viri, & fœminæ velle perficere. Nec mirandum eſt de hoc, cùm conſtet non eundem modum fuiſſe contrahendi apud antiquos, ſed aliū, & alium, ſecundum diuerſas nationes, vt adducit Florētinus de nuptijs.

Cimbri.

Apud Cimbros hæc erat expreſsio cōſenſus, ꝙ poſtquàm parentes loquerentur de matrimonio, ſponſus ſcinderet vngues, & mittebat in domum ſponſæ, & ſponſa ſimiliter.

Teutonij.

Teutonij radebant capita adinuicē ſponſus, & ſponſa in conſenſu matrimonij.

Armeni.

Apud Armenos erat in vſu, vt ſponſus ſcinderet autem dexteram ſponſȩ, & ſponſa ſiniſtram ſponſi.

Elamitæ.

Elamitæ hunc ſeruabant ritum, vt ſponſus digitum cordis ſponſæ, gladio percuteret, & ſanguinem lãberet, ſic & ſponſa.

Numidiani.

Numidiani certum eſt habent in vſu, vt luto facto adinuicem linirentur ſponſus, & ſponſa.

Macedones.

Macedones per hoc, ꝙ panem gladio diuiſum deguſtaſſet vterque coniugum.

Panonij.

Panonij noua nominū impoſitione coniungebantur.

Galatæ.

Galatȩ cōtrahebant, quia eodem poculo vir, & fœmina potabant.

Thracij.

Thracij, ferro ignito, characteribus in fronte ſignabant ſponſum, & ſponſam.

Tarenti.

Tarenti, niſi ſponſus id comederet quod ſponſa porrigebat, & ſponſa quod ſponſus, velut coniuges non ſe putabant.

Scythæ.

Apud Scythas tamen, quòd adinuicem ſe mutuò tangerent ſponſus, & ſponſa in pede in cruribus, & manibus, & capite. Et de multis alijs, & varijs modis, & admirandis leget, qui voluerit, Alex. ab Alex. Genialium dierum. lib. 2. cap. 5. & Ioan. Boemum de moribus gentium per totum.

Alexan. Boemus.

Et ſic nō miremur de nouo orbis indigenis, ꝙ ſigna quædam haberent, & vix verba, quando tam varius modus apud varias nationes fuit contrahendi. Et quidem apud quoſdam Michoacanenſis, prouinciæ, qui ſunt alterius idiomatis, erat iam mos, ꝙ adinuicem ſe tangerent in capite ſine alio conſenſu exteriori. Sufficiat tamē, ꝙ omnes nationes hanc habent naturalem coniunctionem maris, & fœminæ.

Libet hæc adduxiſſe ad probandum inter noui orbis incolas verum eſſe matrimonium. Idem apud Mexicanos probatur, licet alius eſſet modur contrahendi. Quippe qui talis erat. Primo inter filios nobilium ſic fiebat, vt parentes iuuenis, vel cognati, ſi non erant parentes, quando iam decreuerant dare iuueni vxorem, conſulebant Aſtro-





logos, ſeu diuinos, & petebant ab eis, vt viderent per aſtra, ſeu ſigna, vtrum talis iuuenis cum tali puella, quam volunt ei dare in vxorem, conuenient bene in vnum. Vtrùm pacificè victuri eſſent ſimul, & mutuò ſe perpetuò dilecturi. Et vtrùm filios procreaturi. Tunc Aſtrologi, ſeu diuini, aſpicientes quibuſdam ſignis, & incantamentis, vtrùm bene conuenient, nec ne, reſponſo dato quòd non, ceſſant ab incepto. Si reſpondebant fœlicem exitum, mittebant parentes, vel cognati iuuenis in domum puellæ matronas, petere puellam pro tali iuuene. Parentes verò ſolebant ſe excuſare quibuſdam ambagibus, vel eo ꝙ puella non eſſet nubilis ætatis, vel aliquo alio argumento, dicētes matronis illis, ꝙ renunciarent parentibus iuuenis, eſſe valde gratum, ꝙ voluerint ponere oculos in filiam ſuam. Hæc verba ad literam. Et ꝙ filia ſua adhuc non poterit commodè viro ſuo miniſtrare, nec domum regere. Matronæ autem reuertebantur, poſt aliquibus diebus præteritis. Rurſus mittebantur in domum puellæ, vt renunciarent eis, qua cauſa non velint dare puellam? Et dicunt, ꝙ iuuenis, eſt filius nobilium, & parentes habere diuitias, & prædia. Et parentes puellæ reſpondebant, rem narraturos per ordinem omnibus cognatis, & puellæ, & ſi voluerit, tradent illi iuueni. Et conueniebant cognati puellæ in vnū: ꝙ ſi decernebant eam ſponſare, mittebant ipſi ſimiliter matronas in domū iuuenis, renunciare iam conuentum eſſe inter eos, vt puella, iungatur adoleſcenti. Parentes verò adoleſcentis, vocabant ipſum, & renunciabant ei velle tradere vxorem talem puellam: & monebant vt eſſet vir, & paterfamilias, & quòd conueniant bene inter ſe, ipſe, & puella, ꝙ mutuò ſe diligant. Eodem etiam modo parentes puellæ renunciabant. Similiter hortabantur, vt ſeruiret viro ſuo, alioqui relinquet to, & ducet aliam, & non bene conuenietis in vnum. Quibus peractis, ſignabant diem in quo nuptiæ erant celebrandæ: & certis cæremonijs in humeris portabant puellam in domum ſponſi, vbi ſimul ſedebant ſupra ſtratum paratum coram igne, & ibidem duæ mulieres diuinatrices quadam veſte linea ligabāt ſponſum, & ſpōſam. Sponſus verò dabat ſponſæ tunicam, & ipſa, ſponſo veſtem, qua ipſi viri vtuntur. Ciboq; poſito corā eis, ſponſus comedebat per manum ſponſæ, & ſponſa, per manum ſponſi.

Nota quo modo apud nobiles Mexicanos matrimoniū celebrabatur.

Et quatuor diebus integris manebant, & ibi ardebat ignis in præſentia ipſorum, & ibidem dormiebant illis quatuor diebus: & ad ſuperflua naturæ expellenda non longè progrediebantur, eo ꝙ ſi contingebat ſponſum, vel ſponſam foras egredi illis diebus, dicebant eſſe ſignum, ꝙ non diligerent ſe mutuò, vel quid ſimile. Illiſq; quatuor diebus, parentes, & cognati omnes egregiè bibebant vſque ad ebrietatem. Sponſus tamen & ſponſa ieiunabant, deprecantes Deos ſuos, vt fœlix eſſet coniunctio & bonum haberet exitum. Tranſactis denique quatuor diebus: mulieres diuinatrices deferebant ſponſum, & ſponſam in lectū ornatum, & paratum. Hic erat modus coniungendi inter nobiles. Quare nulli dubium eſt, quin talis modus coniungendi efficiat matrimoniū, quandoquidem tam ſolicitè curabant ſcire, vtrum bene eſſet conueniendum in vnū, exiſtimātes per talē vnionē perpetuò manendum in ſocietate, & quòd nullo modo licebat eis diuertere.

Illa erat concubina quæ ducebatur abſque cæremonijs.

Et ferè (vt aiunt) idem modus ſeruabatur apud cæteram plebem, hoc vno excepto, quòd non omnes poterant omnes obſeruare cæremonias, propter eorum magnam paupertatem. Conſuetumq; erat apud aliquos ſine huiuſmodi cæremonijs iungi, quippe qui non ſe habebant velut vir, & vxor, ſed tanquàm concubinarios, eo quòd poſtea (quando eis libebat) iungebantur iſtis cæremonijs. Ex quo manifeſtè cōſtat, inter eos verum fuiſſe matrimonium. Alias, quorſum differentiam haberent inter coniuges, & concubinas, vt concubinam dicerent illam, quam temerè abſque ſolennitate coniunxerunt ſibi, & vxorem, quam cum cæremonijs? Si

verò contingeret, ꝙ amore cæco iuuenis, cum puella iungeretur, parentibus ignorantibus: poſtea ſucceſſu temporis adoleſcens adibat parentes puellæ, petens veniã de commiſſo delicto, quòd filiam acceperit ipſis inuitis, quibus dicebat, ſe velle de nouo eam accipere vt vxorem, & ſolenniter iungebãtur. ¶ In prouincia de Nicaragua (vt aiunt) matrimonium celebrabatur per hoc, quòd ſacerdos idolorum ex minori digito manus, vtrunque apprehendebat ſponſum, & introducebat in locũ, vbi erat ignis accenſus, & cùm conſummaretur ignis, erant nuptiæ celebratæ.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm ſi plures quis duxit, ſit matrimonium cum omnibus, an ſolum cum una.*

QVIA apud Mexicanos conſtat fuiſſe conſuetudinem, vt nobiles aliquãdo vnam acciperent in vxorem, cum cæremonijs, & habebant in animo eam accipere in vxorem veram, ſed tamen cum hoc nolunt, quòd filij illius mulieris ſint hæredes, ſed firmãt in corde aliam recipere, cuius filij ſuccedant in principatu paterno. Et dato quod ſecundam reciperent, prima ſemper habebatur tanquàm vxor, & dominabatur domi. De iſto modo coniungendi poſſet eſſe dubium, eo ꝙ quando vir iũgebatur primæ, habebat in animo non habere ſolum eam, ſed ſimul cum ea aliam accipere in vxorem, ex quo videtur agere contra eſſentialia matrimonij, ſcilicet, contra bona ipſius: quia fides non poterat ſeruari.

Dubium.

Et vt dubium augeatur amplius pro omnibus infidelibus, ponimus, ꝙ quicunque infidelis quãdo matrimonium contrahebat ſecundum ritum, & morem ſuum habebat in animo, ſi ſibi non placeret aliam ducere, vel dato placeret, repudiaret eam, & ſumeret aliam: an eſſet verum matrimonium? Equidẽ multùm iuuat ſcire, eò ꝙ incolæ noui orbis, infidelitatis tempore frequenter iſto animo iungebantur. Solutio huius dubij erit declaratio illius modi cõtrahendi quem propoſuimus.

Nota.

Pro ſolutione oportet primò diſtinguere, vel habebant ſolum in animo accipere aliam, vel non ſolum habebant in animo, ſed exteriùs ducebant in pactum.

1. conclu.

Prima concluſio. Infidelis contrahens cum aliqua muliere, in animo habens aliam recipere ſimul cum ea, verum contrahebat matrimonium dum prima. Probatur. Vbi eſt cõſenſus inter perſonas legitimas, ibi eſt verũ matrimonium: ſed in caſu inter illas duas perſonas eſt talis conſenſus, ergo & matrimonium.

1. Ratio.

2. Ratio.

Si nõ eſſet verum matrimonium, ex eo eſſet, quia habet in animo aliã ducere ſimul, ſed hoc non obſtat quominùs ſit matrimonium: finis enim principalis matrimonij, qui eſt procreatio prolis, commodè ſtat, etiam ſi aliã ducat: imò meliùs, quàm ſi vnam ſolam. Finis etiam ſecundarius, qui eſt operũ communicatio, non tollitur propter hoc, ꝙ ſecundam ducat ſimul cum prima: ergo dato id habeat in animo, non per hoc tollitur matrimonium.

Cõtrahẽs cum vna animo accipiendi aliam ſimul verè contrahit.

Ad idem in c. Gaudemus. Extra de diuortijs, vbi compellitur infidelis, conuerſus ad fidem primã recipere, ſi plures habuerit. Sequitur ergo, ꝙ cum prima verum fuit matrimonium, etiã ſi animum habuerit accipere aliam, vel alias.

2. conclu.

2. concluſio. Infidelis contrahens cũ aliqua, animo repudiandi quando ei diſpliceat: contrahit matrimonium. Si non eſſet matrimonium, maximè quia repudium tolleret eſſentiam eius: ſed ſtante repudio, ſtat matrimonium, ergo non tollitur eſſentia eius. in c. Gaudemus patet, vbi ſummus Pontifex præcipit, ꝙ infidelis conuerſus, quàm primo repudiauit retineat: ſequitur ergo, ꝙ etiam ſtante repudio in opere, manet matrimonium: vnde a fortiori etiã ſi ſolum ſtet in intentione.

1. Ratio.

Qui cõtrahit animo repudiandi verè cõtrahit.

2. Ratio.

Secundo. Illud habitum in intentione

ne



ne non vitiat contractum, quod poſt exhibitum in exequutione non vitiat: ſed repudium poſt ſequutum non tollit cõtractum, ergo nec etiam ſi ſit in intentione.

3. Ratio.

Item. In pacto poſitum repudium nõ vitiat, ergo nec in intentione. Conſequentia eſt bona. Et probatur antecedens. Si aliquis Iudæus duceret vxorem tali pacto, ꝙ poſſet repudiare quãdo voluerit, verè contrahere, quidquid alij dicant. Quia ex omni cauſa poterat repudiare, vt poſtea probabimus. Ergo & infidelis gentilis, ſi id in pactũ duceret, contrahebat. Nam ſi licuit Iudæo per Dei diſpenſationem, licebit Gẽtili per conſuetudinem habentem vim legis, vt infra dicemus, quando de pluralitate vxorum loquemur in hac p. ar. 17. Ergo ſequitur ꝙ etiam infidelis cũ tali pacto contrahens, verè contrahet: Ergo etiam ſi haberet id in voluntate, ſi non exprimeret. Hanc ſententiam tenet Panor. cum multis alijs contra Gl. in c. De infide. de conſang. & affini. dicens ſic. Ex quo lex eorum hoc permittit, licite deducitur in pactum.

Panor.
Gloſſa.

4. Ratio.

Vltimo. Si aliqui duo facerent contractum, & vnus haberet in animo poſt menſem retrocedendi, eſſet verus contractus, ergo etiam in præſentiarum, dato quod talis haberet in animo relinquere vxorem, eſſet matrimonium, ſi voluit eam vt vxorem accipere, ſicut tenet Gloſſa, vbi ſupra. Et in c. vnico. lib. 6. de ſponſa. dicens, ꝙ conditio contra ſubſtantiam matrimonij, ſi fuerit in mente, non vitiat contractum. Idipſum fatetur Innocentius, ſicut refert Panor. in c. Si conditiones. de condit. appo. qui dicit, ꝙ quando conditio apponitur cõtra ſubſtantiam matrimonij: ſi vnus cõtradicat, & proceſſum eſt ad conſummationem, non vitiat: ergo à fortiori, ſi ſolum ſit in animo, dum voluntariè illam accepit in vxorem. Hoc etiam videtur affirmare do. Abulen. ſuper Matth. licet ſuper p. Regum ſentiat contrariũ. Ergo conſuetudo apud infideles Mexicanos, quòd vnam reciperent in vxorẽ cum cæremonijs, tamen in animo haberent aliam ducere, verum erat matrimonium cum prima: etiam cum tali intẽtione: imò exiſtimo etiam ſi duceretur in pactum. Ratio eſt. Quia id conſuetum erat apud eos. Quod inferius declarabimus latius. Dato enim iam hæc ſint contra legem Chriſti, tamen non conſtabat eis ante diuulgationem. Itaque apud infideles gentiles, nec intentio de pluralitate vxorum admittenda, nec de repudiando vxorem, vitiabat matrimonium, ſi aderat alias conſenſus, & non ob aliud, niſi quia per conſuetudinem illis licebat. At cùm ſolum iſta duo ſint, quæ viros graues dubios reddiderunt in hac quæſtione: vtrùm apud noui orbis infideles eſſet legitimum, & verum matrimoniũ, conſiderantes vnitatem vxoris eſſe de eſſentia matrimonij, ex Chriſti præcepto, ſimul & indiſſolubilitatem: aliqui non ſolum dubitauerunt de matrimonio, ſed in aperto aſſeruerunt nullum eſſe inter eos. Quare duas ſolẽnes quæſtiones: primam de libello repudij: ſecundam de vxorum pluralitate, proponemus. Et primo dicemus, quid circa vtranque fuerit in vſu apud infideles noui orbis, deinde quid generaliter tenendum circa vtranque quæſtionem. Et duabus tertiam adijciemus, vtrùm eo ꝙ in gradibus Diuina lege prohibitis noui orbis incolæ contrahebant, etiam ſit ratio, quominus matrimonium non valeat. Sicq; declarabimus ferè omnem huius ſecundæ partis materiam, iſtis tribus abſolutis quæſtionibus.

Glo.
Innocen.
Panor.
Abulen.
Matt. 19.
q. 2. c. 1.
Reg. 8. q. 214.
1. Ratio.
Quæ cõtinẽtur præcipua in iſta. 2. p.

## ARTICVLVS V.

### *De libello repudij apud Indos maris Oceani, & primo de repudio Michoacanorum.*

CIRCA repudiũ in prouincia Michoacanẽſi, vt habui a ſacerdotib[9] idolorum, hæc ſunt. Quàm primum duo coniugati inter ſe non conueniebant, renũciabant ſacerdoti maiori idolorum, qui vocabatur lingua ipſorum

Modus repudiandi Michoacanorum.

( Peta muti) & ſacerdos admonebat coniugatos, vt inter ſe bene conuenirent, & diligerent ſe mutuò: & reprehendebat illum qui erat in culpa, & ceſſabant à querela. Et ſi ſecundo perdurantes erant in odio, ſacerdos rurſus monebat dicens. Non vultis deſiſtere ab odio? Iam non poterit bene cõueniri inter vos, Diſcedite adinuicem. Atque ſic mutuo ſe repudiabant, virq; aliam ducebat, & fœmina alium virum. Poſt ſententiam nulli licebat ſecundam repudiare, quam ſecundo acceperat: ſed ſi deprehenderet in adulterio, renunciabat ſacerdoti, & adultera interficiebatur. Quod ſi vir iungebat ſe alijs fœminis, parentes fœminæ auferebant filiam de poteſtate viri, & cauſa propoſita corã ſacerdote, vir qui primo repudiarat, ponebatur in carcere publico, & ſi poſt primum repudium non conueniebant inter ſe, non permittebatur eis repudium celebrare, ſed manebant iuncti inuiti in carcere publico. Hæc ſunt quæ illi dixerunt. Itaq; ſi iſtorum vera ſunt dicta, probatur verum eſſe matrimonium inter infideles, quandoquidem iungebantur animo in perpetuum perſeuerandi. Nec facilè repudium concedebatur. Tamen non credo de omnibus verum, quia contrarium conſtat, cum ferè maiorem partem experti ſumus repudiaſſe primas vxores, & liberè ſine aliqua ſententia, vel iudicio ſacerdotum. Et interrogati de cauſa, quare repudiarunt, dicit vir, reliqui eam, quia non me diligebat, vel quia non coquebat, & parabat cibum, vel quia non texebat veſtem. Et mulier ſimiliter repudiabat virum. Cauſam ſolent aſſignare, quia nimium reprehendebat eam vir ſuus, vel verberaret eam, vel quid ſimile. Ex quo probabile credo apud incolas prouinciæ Michoacanenſis, ſaltem apud plebem eſſe in vſu repudium, ſine aliquo iudicio, vel ſententia ſacerdotum, ſed ſolum ſuo arbitrio. Et fortè quod illi ſacerdotes dixerunt, erat verum in ciuitate, quæ caput erat prouinciæ, in qua habitabat qui dominabatur omnibus. Crediderim tamen eos quando iungebantur matrimonialiter, bono animo coniungi ad permanendum, licet poſtea contingeret contrarium. Hæc de repudio apud Michoacanenſes.

Nota quo modo adulteriũ fuit reprobatũ apud eos.

In Prouincia de Nicaragua (vt aiũt) ob adulterium repudium concedebatur. Et quando ſponſam ducebat in exiſtimatione ꝙ eſſet virgo, ſi inueniretur corrupta.

Modus repudiandi apud Nicaragua.

Apud Mexicanos (vt ferunt) repudiũ erat per ſententiam iudicum ad hoc ſignatorum, Vel (vt alij referunt, & credo veriùs) id fiebat ſolum, quòd aliquibus inter ſe malè conuenientibus in matrimonio, denunciabatur quibuſdam iudicibus, & ipſi admonebant eos: quòd ſi ſemel, & bis admoniti, noluiſſent acquieſcere, ipſis non contradicentibus inter ſe, coniuges diſiungebantur. Ferunt etiam, ꝙ propter repudium oriebantur bella, & diſſenſiones inter parentes, & conſanguineos: & affirmãt quòd in prouincia Mexicana, quæ ſatis magna eſt, non dabatur ſententia diuortij, niſi in ciuitate metropoli Mexicana, vel in Tezcuco, vel in alia quæ dicitur Tlacupa, quæ ſunt prope ciuitatem Mexico ſitæ, in quibus locis erant per principẽ poſiti quidam ſeniores, qui iudicarent in cauſis matrimonialibus. Et ſi agebatur de adulterio, mortis pœna erat. Si ob aliud, contentio oriebatur inter coniugatos, iudices eos pacificabant. Quòd ſi ſecundo conquerebantur, ſententiam ferebant diuortij. Hoc dicebant eſſe in vſu. Alij vero dicunt, quòd abſq; ſententia ſeparabantur, ipſis iudicibus nõ contradicentibus. Nonnulli ſecretè ſine iudicis ſententia, aut monitione adinuicem diſiungebantur. Hunc modum dicunt fuiſſe in repudio.* Et Plato. de diuortio, etiam leges ſtatuit in dialogo. 11. de legibus, vbi & iudices ponit in repudio ſicut & de hominibus noui orbis dicimus.

Modus repudiandi apud Mexicanos.

ARTI-



# ARTICVLVS VI.

## *De indiſſolubilitate in matrimonio, vtrum ſit de iure naturæ.*

PRIMA, & ſolennis quæſtio ſit, vtrùm indiſſolubilitas matrimonij, quæ repugnat repudio, ſit de iure naturæ.

Pro ſolutione notandum, quid ſit ius naturale, ſeu lex naturalis. Quod etiam modis capiatur. Pro cuius elucidatione etiam aduerte: ꝙ omnibus rebus mundi inſunt naturaliter quædã principia, quibus non ſolum proprias, & ſibi conuenientes operationes, ſed quibus eas conuenientes fini ſuo facere poſſunt. Verbi gratia. Homini conuenit comedere ad vitæ ſuſtentationem, quod fieri non poteſt, niſi per digeſtionem cibi. Habet ergo ob hoc quædam principia à natura quibus perficiat operationem. Habet enim os, & dentes, nõ ſolum hoc habet à natura, ſed cum hoc habet, ꝙ conuenienter ad finem talem, habeat operationem. Ob quod habet dentes acutos: vt melius conteri poſſit cibus. Hoc ideo eſt, quia cùm natura ſit optimè inſtituta (vt Ariſto. ait) non ſolum prouidet rebus vt agant, ſed etiam vt conuenienter agant. Et dicendum naturale, quicquid à natura datur, id eſt, à Deo auctore naturæ. Et talia principia ad reddendum operationes conuenientes fini, naturalia dicuntur. Reddere etiam operationes conuenientes fini, naturale dicitur. Hoc autem ſiuè ſint operationes quæ conueniant rei, ratione generis: vel ſint quæ conueniunt ratione ſpeciei. Verbi gratia. Si ſit in homine principium ad comedendum, quod conuenit ei ratione generis, inquantũ animal eſt. Eò quippe ꝙ animal eſt, naturale eſt ei ſumere cibũ. Item. Et eſt principiũ in ratione ad bonũ proſequendum. Hoc naturale eſt, quod ſequitur naturã ſpeciei, inquantũ homo eſt. Siue hoc, ſiue illud, naturale dicitur ipſi homini, cùm à natura principiũ habeat ad vtranq; operationem. Item. Lapis habet principiũ ad cõplendam hanc operationẽ, ſcilicet, deſcẽdendi deorſum, quod principium eſt grauitas: quod habet à natura inſitũ per formam ſuã. Sicut ergo in rebus inanimatis cognitione carentibus, quæ ex neceſſitate naturæ agunt, principiũ actionũ eſt forma, à qua operationes procedunt cõuenientes fini: ita in his, quæ cognitionẽ participãt, principiũ agendi ſunt cognitio, & appetitus. At quia naturale eſt habenti cognitionem agere ex his principijs, neceſſario dicendũ eſt, ꝙ illa ſunt principia naturaia: nam eò modo quo lapidi cõuenit deſcẽdere deorſum à forma ſua, propter grauitatem, & animali cõuenit operari opera cõuenientia ei per cognitionẽ, & appetitũ: & hæc naturaliter agunt: quia à natura habet mouere animal, ad operationes cõuenientes. Ob quod neceſſario oportet ponere in vi cognoſcitiua, naturalẽ conceptionẽ rei, quã cognoſcit, & in vi appetitiua quãdam incliationẽ. Hoc quidem eſt in appetitu, inclinari, quod in vi cognoſcitiua, cognoſcere. Per huiuſmodi vero actus poteſt reddi operatio conueniens rei cognoſcenti, ſicut & per grauitatẽ lapidis redditur actus, deſcenſus conueniens lapidi. Et hoc eſt verum incognoſcente, ſiue operatio ſit quę cõuenit cognoſcenti ex conditione generis, ſcilicet, inquantũ animal, vel ex conditione ſpeciei, inquantum tale animal eſt. Sicq; reperiuntur hæc principia, ſcilicet, cognitio, & appetitus in brutis, & in hominibus. Eſt tamen differentia inter homines, & bruta animantia: licet enim oĩa animata ſuos habeãt proprios fines ex inclinatione naturæ, & conſequantur fines: non tamen attingunt ad cognoſcendũ proportionem operis ad finem, ſeu mediorum in ordine ad finem: nam & ſi finem conſequantur non tamen intelligunt ſuum finem eſſe. Et quamquam contingat finem cognoſcere, neſciunt quis ſit modus perueniendi in finem. Homo tamen habet per rationem, vt non ſolum finem ſuum cognoſcat, ſed & media fini cõuenientia, & proportionẽ ad finẽ. Verbi gratia. Bru-

S. Tho. in 4. diſt. 33. Gabr. in 3. ſen. d. 37 Alex. ha. 3. p. q. 27. memb. 4. art. 3. S. Th. 1. 2. q. 65. ar. 3.

Ariſt. 12. metaphy. in fine.

S. Th. 1. 2. q. 94. ar. 2.

S. Thom. vbi ſupra.

Nota. 1.

Differentia inter rationalia & irrationalia. S. Th. 1. 2. q. 1. ar. 2.

tum animal coninngitur alteri in di-
uerſitate ſexuum, ſcilicet, maſculus, &
fœmina, & inclinatur ad illum, non ta-
men cognoſcit finem, ad prolem gene-
randam, dato quidem cognoſceret me-
dium, non cognoſcit proportionatum
fini, ſed inſtinctu, vel appetitu fertur
S. Thom. in coniūctionem, cùm ad id inclinetur.
vbi ſupra. Attamen homo, non ſolum cognoſcit
finem, procreationem prolis, ſed etiam
medium proportionatū fini. Ob quod
dato in homine, & in animalibus ſit na-
turalis conceptio, & inclinatio, tamen
cognitio indita homini dicitur lex na-
Naturalis turalis, vel ius naturale, quo dirigitur
extimatio ad operandum. Eademq; naturalis co
eſt in bru- gnitio in brutis dicitur naturalis exti-
tis. matio, & non lex naturalis. Ratio di-
uerſitatis hæc eſt. Lex quippe dicit re
gulam ad aliquid agendum, per quam
S.Tho. 1.2 regulamur in operationibus, & regula-
q.91.ar.2. tio ſolum poteſt illis competere, qui
ad 3. ad regulam aſpicere poſſunt: cùm er-
go homo ſolus ad regulam poſſit a-
ſpicere, eo quòd eſt dominus ſuarum
operationum, & poteſt in regulam
dirigere, in eo dicitur lex natura-
lis, & non in brutis. Bruta nanque non
habent dominium ſuarum operationū,
ſed ex vi inſita naturæ mouentur ad e-
xercendum ſuas operationes, quaſi im-
Quid lex pulſa. Ob quod in homine dicitur lex
naturalis. naturalis, & non in brutis. Vnde lex
naturalis, eſt quædam conceptio natu-
raliter homini indita, qua dirigitur ad
agendum in actionibus proprijs: ſiue cō
petant ei ex natura generis, inquantū
animal eſt, vt comedere, & gignere: ſi-
ue inquantum homo eſt, vt ratiocina-
ri, legere, vel ſimile quid. Ex quo pa-
tet, ꝙ cùm lex naturæ ſit, qua homo
dirigitur ad conſequendum ſuum finē
per operationem cōuenientem fini: om
ne illud quod reddit operationem non
conuenientem fini, quem natura inten-
dit, erit contra ius naturale.

Nota 2. Præterea. Dupliciter actio poteſt
eſſe non conueniens fini, vel quia om-
nino impedit finem, vel quia dato non
impediat, tamen difficilem facit conſe-
quutionem eius, ſicut per comeſtionē
natura intendit ſanitatem, & conſerua-
tionem animalis. Superfluā verò, &
inordinata comeſtio impedit finē, quia
non erit ſanitas cum ſuperflua come-
ſtione. Si tamen ſit temperata comē-
ſtio, ſed non ſit congruo tempore, licet
non impediatur finis, qui eſt ſanitas, ta
men facit difficilem conſequutionem
finis, eo ꝙ non bene conſeruabitur ſa-
nitas cum tali comeſtione.

Item notandum, ꝙ natura intendit Nota 3.
in actionibus duos fines, vnum principa
lem: alium ſub iſto minùs principalē,
ſicut in exemplo poſito. Per comeſtio-
nem enim in homine non ſolum natu-
ra intendit ſanitatem, & conſeruatio-
nem hominis, ſed etiam intendit bonā
habitudinem in negotijs gerendis: vt
homo habeat robur, & fortitudinem, &
non deficiat in exercitio negotiorum.
Vnde poteſt eſſe, ꝙ actio impediat finē
principalem quem natura intendit, vel
ꝙ non principalem tollat, ſed ſecunda-
rium, & minùs principalem. Vel poteſt
eſſe, ꝙ difficulter, vel operationem dif
ficilem reddat ad conſequutionem finis
ſecundarij, & non ad conſequutionem
finis principalis, vt non recedamus ab
exemplo poſito. Superflua enim come
ſtio, non ſolum tollit finem principalē,
ſcilicet ſanitatem, ſed & ſecundarium,
ſcilicet bonam habitudinem in negotijs
gerendis. Et idem de nimio defectu ci
bi. Cibatio verò inordinata quantum
ad tempus, non tollit finem principalē,
ſed difficilem reddit ſecundarinm. Nā
nòn exiſtente bona valetudine, non po
teſt homo commodè negotia exercere.
His ſuppoſitis, ſit prima concluſio.

Prima concluſio. In actionibus huma 1. conclu.
nis ſi ſit aliqua operatio, quæ omnino
tollat finem principalem, quem inten-
dit natura in ſuis operationibus, eſt ꝓ-
hibita iure naturę, per prima principia.
Verbi gratia. Intendit natura conſer-
uationem hominis. Homicidium autē
directè tollit iſtum finem. Ob hoc ho-
micidium dicitur eſſe prohibitum de le
ge naturæ, per prima principia legis
naturæ. Item. Natura intendit bo-
num cuiuſlibet: Si aliquis alicui malū
inferat, tollit omnino iſtum finē, quem
natura intendit. Quare eſt de primis
prin-



principijs iuris naturæ, nulli malum
eſſe faciendum. Talia enim ſunt prin-
cipia prima legis naturæ, quæ ſunt no-
ta omnibus ſtatim ſine aliquo diſcurſu,
quæ audita, ſtatim quilibet approbat.
Sicut etiam eſt. Omne bonum eſt proſe
quendum, & omne malum eſt fugien-
dum. Quia ergo natura intendit finem
primo, prohibet primo quod omnino
tollit illum finem.

2. conclu. 2. concluſio. Omnis operatio faciēs
difficilem peruentionem ad finem, quē
Viguer. in principaliter intēdit natura in ſuis ope
ſuis inſtit. rationibus, vel faciens eam minùs de-
Theo. c. 16 centem, eſt prohibita iure naturæ, de
§. 7. ver. 11 ſecundis præceptis iuris naturæ: quæ
Quæ ſunt quidem præcepta ſunt tanquàm quæ-
de 2. prin dam concluſiones, quæ deriuantur ex
cipiis iu- primis principijs. Probatur. Quia cū
ris natu- natura (vt diximus) non ſolū det opera
ræ. tionē ad cōueniētē cōſequutionē finis,
ſed etiā ad conſequutionē: illud quod
impedit conuenientem conſequutionē
finis, erit contta ius naturæ, ſed non eſt
contra prima principia: nam per tales
operationes finis principalis non tolli-
tur: ergo erit de ſecundis principijs,
quæ ſunt velut concluſiones deriuatæ
à primis. Verbi gratia. Stando in exē-
plo propoſito, comeſtio inordinata quā
tum ad tempus, licet non tollat finem
principalem, ſcilicet ſanitatem homi-
nis, quam intendit natura, reddit ta-
men conſequutionem finis difficilem,
quia non commodè habetur: ob quod
eſt iure naturæ prohibitum comedere
ante tempus, non quidem eſt de primis
præceptis, quia non eſt de per ſe notū
non comedendum ante horam: vnde nō
eſt de primis præceptis iuris naturæ,
ſed ſit notum ex primo principio. Cui-
libet eſt neceſſarium conſeruare vitā,
ſed ex inordinata comeſtione, quantum
ad tempus, non bene conſeruatur vi-
ta, ſeu ſalus hominis, ergo non eſt co-
medendum ante horam. Ecce quomo-
do, quod difficilem reddebat finē in-
tentum à natura, eſt prohibitum iure
naturæ, tanquàm quædam concluſio,
quæ probatur ex principijs per ſe no-
tis in natura, quæ ſunt de primis prin-
cipijs, ex quibus deriuantur concluſio-
nes, quæ dicuntur eſſe de lege naturæ,
vel prohibita, vel præcepta, de ſecun-
darijs præceptis. Hæc ſunt valde no-
tanda in omni materia, præcipue in hac
matrimonij, ad exacte intelligendum
quid ſit contra legem naturæ, & quid
non.

3. Concluſio. Omnis actio, quæ tol 3. conclu.
lit finem ſecundarium naturæ, vel diffi
cilem facit peruentionem ad ipſum, eſt Abulen.
prohibita de iure naturæ, per ſecunda-
ria præcepta iuris naturæ, & non per Matt. 19.
prima. Probatur. Natura in ſuis ope- q. 45.
rationibus poſt finem principalem intē
dit debitam peruentionem ad ipſum, & 1. Ratio.
ad finem ſecundarium: ergo illis præ-
ceptis iuris naturæ erit prohibitum,
quod impedit finem ſecundarium, qui-
bus eſt prohibitum, quod impedit de-
bitam peruentionem in finem, quia ea-
dem omnino eſt ratio vtriuſque: ſed
quod impedit commodam peruentio-
nem in finem eſt prohibitum ſecundis
præceptis iuris naturæ. vt in 2. conclu-
ſione patuit.

Illud dicitur eſſe prohibitum ſecun- 2. Ratio.
dis præceptis iuris naturæ, quod nō eſt
per ſe notum malum, ſed elicitur ex
per ſe notis: ſed quod impedit, & tollit
finem ſecundarium, quem natura intē
dit, nō eſt per ſe notum malum, ſed eſt
tanquàm concluſio, quæ elicitur ex per
ſe notis: ergo, quandoquidem eſt prò-
hibitum, ſolum eſt prohibitum de ſe-
cundis præceptis iuris naturæ. Exem-
pli gratia. Multum comedere, impe-
dit finem ſecundarium, quem natura
intendit per comeſtionem, ſcilicet bo-
nam habitudinem ad negotia gerenda:
ergo multum comedere, eſt prohibitū
iure naturæ, ſed tamen non primis præ
ceptis, ſi cum tali comeſtione conſerua
tur ſanitas: quia non eſt per ſe notum
illud eſſe malum, ſed debet ſieri notum
per prima principia per ſe nota. ſ. Om- Mat. 7.
ne malum eſt fugiendum, & bonū proſe
quendum: ſed non exercere negotia,
quæ ſunt homini conuenientia, eſt ma-
lum, ergo fugiendum eſt. Ecce quomo
do elicitur hoc tanq. cōcluſio quędam
ex per ſe notis: ob quod illud tale dr
eſſe de iurls naturæ ꝑceptis ſecūd arijs.
Ap-

Duplex finis intentus à natura in matrimonio. Abulen. Matt. 19. q. 45. Ariſto. 8. ethi. c. 12.

Applicando in propoſito in matrimonio, Duplicem finem prætendit natura inclinans ad illud. Primum, & principalem, procreationem prolis, & eius ſufficientem educationem. Qui finis competit homini, inquantum animal eſt. Omnibus quippe animalibus perfectis conuenit procreare filios, & educare eo tempore, quo educatione parentum indigent. Et ob id Ariſtot. hanc cauſam aſſociationis maris, & fœminæ aſſignat communem omnibus animalibus, quod eſt primum bonum matrimonij, ſcilicet, prolis educatio.

2. finis.

Finis ſecundarius, & minùs principalis in matrimonio eſt, communicatio operum maris, & fœminæ, vt ibi Ariſtot. dicit, quæ communicatio eſt in neceſſarijs ad vitam. Et quantum ad hoc ponitur bonum aliud matrimonij, ſcilicet, fides, inquantum debent ſibi adinuicem ſeruare, quandoquidem in operibus communicandum.

3. finis.

Tertius finis reſpectu fidelium ſolum eſt ſacramentum, de quo quia de infidelibus agimus, nihil in præſenti, ſuo loco reſeruantes.

Ius naturale tripliciter accipitur.

Præterea notandum, ꝙ ius naturale tripliciter accipitur. Vno modo, pro eo quod eſt à principio naturali. Secundo modo, pro eo quod eſt à principio extrinſeco Diuino. Tertio modo, pro eo quod non ſolum eſt à principio naturali, ſed eſt à natura, id eſt de re naturali, prout diſtinguitur contra rationem.

Pri. modo ius naturale.

Primo modo capiendo, ius naturale eſt illud, quod eſt ex principio, quod à natura inditum eſt. Verbi gratia. Homo à natura habet rationem inditam: eò enim eſt homo, quod rationem habet, qua diſtinguitur ab alijs animalibus. Quod ergo ab iſto principio procedit in homine, dicitur eſſe de iure naturæ, quomodocunq; homo dirigatur per rationem ad aliquid abſque aliqua lege ſcripta, ſiue illud ad quod inclinatur conueniat ei, quia homo eſt, vel quia animal eſt, dicitur eſſe de iure naturæ, ſicut videmus hominem abſque aliqua lege poſita inclinari ad viuendum in conſortio aliorum hominum, etiam ſi nulla ſit lex poſita, vel inclinari ad manſuetudinem, vel quid ſimile, ſine alia lege, & hoc, quia ratio, quæ in homine eſt, eum mouet ad illud, illud tale dicitur eſſe de lege, vel de iure naturæ primo modo. Idem ſi moueatur ad comedendum, quod conuenit ei inquantũ animal eſt, de iure naturali eſſe dicitur, quia illud habet à principio inſito à natura, id eſt, ea ratione, qua ſenſitiuum eſt, & nutrimento indiget.

Secundo modo dicitur ius naturale, quod eſt Diuinum poſitiuum. Et hoc ad ſimilitudinem modi præcedentis, ſcilicet, quia eſt quaſi ex principio naturali, eo quòd ſit à principio ſuperiori mouente. Sicut in naturalibus dicuntur aliqui motus naturales, non ꝙ ſint à principio intrinſeco, ſed ꝗa ſunt à principio extrinſeco, ſuperiori mouente. Sicut motus qui ſunt in elementis ex impreſſione corporum cœleſtium dicuntur naturales: vt dicit Commentator. 3. de cœlo, licet non ſint à principio intrinſeco: tamen quia à ſuperiori mouente, ſufficit ad hoc ꝙ naturale dicatur. Ob ſimilitudinem eius illa quę à Deo ſunt (qui eſt principium ſuperius mouens) dicuntur eſſe de iure naturali, Sunt etenim ex infuſione ſuperioris principij. Hoc modo accipitur ab Iſidoro, dicente. Ius naturale eſt quod in lege, & Euangelio continetur. Certum eſt, ꝙ ſi primo modo caperetur ius naturale, pro illo quod eſt à principio inſito per naturam ꝙ nõ omnia quæ ſunt in Euangelio, ſunt de iure naturæ: nam ꝙ homo recipiat baptiſmum ad ſalutẽ, non eſt naturale, cum ad id non inclinatur homo per rationem, cùm ſit ſupra rationem. Veruntamen quia quæ in Euangelio ſunt, à Deo data ſunt, & indulta, tanquam à ſuperiori principio, dicuntur eſſe de lege naturæ.

Secundo modo ius naturale.
Auerr.
Quæ ſunt in Euangelio, dicuntur eſſe, & de lege naturæ.
S. Bonau. 4. d. 33.

Tertio modo dicitur aliquid de iure naturæ, ſtrictè capiendo, pro eo ꝙ eſt nõ ſolum à principio naturali, ſed ab ipſa natura. Principium naturale in homine ſuorum actuũ ratio ipſa eſt. Vnde quicquid eſt dictamine rationis, eſt naturale, quod eſt capi ius naturale primo modo: tamen iſto tertio modo eſt, quando

Quidquid eſt de dictamine rationis, eſt naturale.



do ab ipſa natura eſt, prout natura diſtinguitur cõtra rationem. Et naturale, prout diſtinguitur contra illa quæ ſunt ſecundum rationem. Hoc modo ius naturæ non eſt aliud, quàm illud, quod eſt de rebus naturalibus. Hinc eſt, ꝙ illa, quæ conueniunt homini, non inquantũ homo eſt, ſed inquantum animal eſt, dicentur eſſe de lege naturæ, vel de iure naturæ, hoc tertio modo ſtrictè capiendo. Et ſic capiendo, definitur Iuriſtæ dicentes. Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. His ſuppoſitis, oportet quæſtioni ſatisfiat, vbi quærebatur, vtrũ inſeparabilitas matrimonij ſit de iure naturæ. De quo ſit prima concluſio.

Quid ius naturę ſecundũ Iuriſtas.

1. conclu.

Prima concluſio. Capiendo ius naturale ſecundo modo, id eſt, pro iure Diuino, inſeparabilitas eſt de iure naturæ. Probatur ex illo Matth. vbi Chriſtus expreſsè dixit, nullo modo licere homini relinquere vxorem. Patet etiã quomodo ab initio fuerit ſic ab ipſo Deo cõſtitutum, quandoquidem dixit, Erunt duo in carne vna, & ab initio creauit Dominus. Tandem ex proceſſu literæ conſtat, Deum inſeparabilitatem matrimonij renouaſſe, quæ a principio creationis fuerat, quæ perierat in ſtatu legis veteris propter repudium.

Matt. 19.
Gene. 2.

2. conclu.

2. concluſio. Accipiendo ius naturæ tertio modo ſtricte, pro illo, quod homini conuenit inquantum animal eſt: inſeparabilitas matrimonij non eſt de iure naturæ. Probatur. Inſeparabilitas quidẽ hæc non reperitur in cæteris animãtibus, vbi maſculus, & fœmina cõmiſcentur: ergo ſequitur cùm in alijs non ſit de iure naturæ quòd nec in homine.

Conclu. 3.

3. concluſio. Accipiendo ius naturæ primo modo, pro eo, quod eſt de dictamine rationis, ſine aliqua lege poſitiua: inſeparabilitas in matrimonio eſt de ſecundis præceptis iuris naturæ. Quia ratio abſq; aliqua lege dictat, in matrimonio eſſe indiſſolubilitatem, vel inſeparabilitatem. Dictat enim illa quę ſunt conuenientia fini matrimonij, ſed conueniẽs eſt inſeparabilitas ad prolis procreationem, vt conſtat, nam aliàs, non poſſet debitè proles educari, ſi non eſſet indiſſolubilitas inter coniugatos.

Maio. diſt. 26. q. 2.

In matrimonio prę intento procreatio prolis, educatio, & operum communicatio.

Pro intelligentia tamen notandum eſt, ꝙ in matrimonio iſta prætendũtur, procreatio prolis, eiuſdem educatio, inſtructio, & operum cõmunicatio, vt ſuprà diximus. Finis principalis matrimonij, ſcilicet, procreatio prolis: quia non tollitur totaliter per ſeparabilitatẽ matrimonij, cùm proles poſſit procreari, dato maneant ad certum tempus ſolum vir, & fœmina, nõ eſt iſta inſeparabilitas in matrimonio de primis præceptis iuris naturæ, eſt tamen de ſecundis.

1. Ratio.

In forma concluſio probatur. Separabilitas matrimonij impedit finẽ ſecundarium matrimonij, finem autẽ principalem efficit difficilem, ergo ſequitur, ꝙ talis ſeparabilitas eſt prohibita iure naturæ. Et non eſt de primis preceptis iuris naturæ, ergo de ſecundis. Quòd non ſit de primis, probatur. Quia (vt ſuprà diximus) ſolum illa ſunt prohibita per prima præcepta iuris naturæ, quæ tollunt finem principalem, quem prætendit natura: ſicut occidere, quia tollit vitam hominis, quam intendit directè natura: at per ſeparabilitatem matrimonij non directè tollitur finis principalis matrimonij, ſcilicet, procreatio prolis: cùm procreari poſſit, licet non æquè benè, dato ſeparetur vir, & vxor: ſequitur, ꝙ eſt de ſecundis præceptis. Et quanquàm ſit ad procreationẽ prolis neceſſariũ, ꝙ vir, & fœmina ſimul maneat ad aliquod tẽpus, vſq; dum iam proles eſt prouectę ætatis, & ſui iuris, non tamen eſt neceſſarium ꝙ perpetuo maneant iuncti. Ob quod poteſt finis principalis matrimonij ſtare cum ſeparabilitate: eo ꝙ inſtructio fieri poteſt perfectè vſq; ad viceſimum annum. Et iam ex iure naturæ non eſſet neceſſarium ſimul in vnum manere vir, & vxor.

2. Ratio. S. Tho. in 4. d. 33.

Item. Inſeparabilitas matrimonij nõ ordinatur ad prolis bonũ, quod eſt principalis finis matrimonij, niſi quantũ ad hoc ꝙ per parentes, filijs prouideri debet in totam vitam, per debitam præparationem eorum quæ ſunt neceſſaria in vitã: huiuſmodi autem præparatio, non eſt de prima intentione naturæ, ſecundum quam omnia ſunt cõmunia: ergo

S. Th. 1. 2. q. 94. ar. 5. ad 3.

ergo

ergo inſeparabilitas, non eſt de primis præceptis iuris naturæ.

4. conclu. Inſeparabilitas ad aliquod certũ tempus eſt cõtra prima præcepta iuris naturæ.

4. Concluſio. Licet ita ſit, ꝙ inſeparabilitas, per totum tempus vitæ non ſit contra prima præcepta iuris naturæ, tamen ad aliquod tempus certum de per ſe eſt contra iuris naturæ prima præcepta. Nam illud, quod tollit finẽ principalem matrimonij, eſt cõtra prima præcepta iuris naturæ, ſed ſeparabilitas, ſi ſit ante prolis procreationem neceſſariam, & educationem ſufficientem, tollit finem principalem matrimonij, ergo eſt contra prima præcepta iuris naturæ. Quòd ſi ſeparatio ſit ante prolis procreationem tollatur finis matrimonij, patet: quia cum fœmina ſola non ſufficiat ad prolis educationẽ, nec ſolus vir, vterq; coniugum erit neceſſarius: ſequitur ergo, ꝙ ſi ſimul nõ maneant in vnum, ꝙ proles non educabitur: & ſi non educetur non adeſt finis principalis matrimonij. Educationem quippe principaliter intendit natura, & non ſolum generationem. Vnde de iure naturæ eſt, tandiu virum, & fœminam ſimul manere, quandiu intẽditur educationi prolis. Ante verò ſeparari eſt prohibitum iure naturæ primis præceptis. Hæc concluſio non cõtrariatur tertiæ concluſioni: quia illa abſolutè, hæc de tempore determinato loquitur.

5. conclu.

5. concluſio. Inſeparabilitas matrimonij vſque ad mortem, licet nõ ſit de iure naturæ, vt eſt commune omnibus animalibus, eſt tamen de iure naturæ, tandiu, quandiu vacatur generationi.

ratio. p. p.

Quia conſtat in omnibus animalibus, ꝙ inſeparabilitas non manet vſq; ad mortem: ergo nec in homine neceſſario manet ex iure naturæ, quod eſt commune omnibus animalibus. Nam tandiu manendum eſt ſimul, quandiu vacatur educationi, prolis: ſed nõ vſq; ad mortem vacatur educationi, cum ante ſenilem ætatem contingat prolem eſſe ſufficienter educatam, ergo non eſt de iure naturę perpetuò manere.

ratio 2. p.

Secunda pars probatur, ꝙ ſit de iure naturæ tertio modo capiendo ius naturæ, quandiu vacatur generationi. Nam dicitur eſſe de iure naturæ tertio modo, quod eſt commune omnibus animalibus: ſed brutis animalibus natura indidit, quòd ſimul maneant vſque ad educationem perfectam filiorum: ergo etiam & homini hoc conuenit. In quibuſdam enim animalibus filij, mox vt nati ſunt, poſſunt ſe educare, & in talibus nullius parentis cura exigitur. In alijs ſufficit cura maris ad educandum: ideoq; non commanent maſculus, & fœmina. In illis verò, in quibus maris, & fœminæ ſolicitudo requiritur, ambo manent. At quia bruta exigua indigent educatione, paruo tempore manent ſimul maſculus, & fœmina. Homo tamen, quia perfectior cæteris animantibus, longa indiget educatione: quia tardius perficitur. Et cùm naturale ſit omnibus animantibus tandiu ſimul manere, quandiu proles per ſe nõ eſt ſufficiens, naturale erit tandiu manere virum & vxorem ſimul, quandiu proles educatur: & per ſe non eſt ſibi ſufficiens: ſed quandiu generationi vacatur, tãdiu educationi prolis, quæ de nouo gignitur, intendendum eſt: ergo de iure naturæ capiendo tertio modo, vt commune eſt omnibus animantibus, erit inſeparabilitas matrimonij tempore toto, quo generationi vacatur. Et quia educatio ſufficiens extenditur vſque ad viceſimum annum prolis, & qui gignit eſt regulariter viginti annorum, iam inſeparabilitas erit de iure naturæ vſque ad quadrageſimum annum, etiã ſi vnum filium ſolum gigneret. Et quia dum illum educãt, naſcuntur alij, pro quorum quolibet oportet tantundem temporis impendere, oportet parentes per totam vitam manere ſimul gratia educationis filiorum: quia aliter non poſſent ſufficiẽter prolem educare. Et tamen matrimonium ordinatur ad educationem ita principaliter, ſicut ad procreationẽ, cùm nihil proſit procreatio abſque educatione: ob id de iure naturæ eſt inſeparabilitas.

Nõ eſt eadem ratio educationis in omnibus animalibus.

Præterea. Educatio non poteſt commodè fieri abſque communicatione operum inter maſculum, & fœminam, quæ fit dupliciter. Vno modo, realiter educando, quandiu indiguerit. Alio modo, relinquẽdo aliqua bona, per quæ ſuſtententur nati adulti poſt mortem parentum. Quare ad parentes attinet, filijs theſaurizare, quod contingit per hoc, ꝙ parentes relinquant filios hæredes bonorum ſuorum. Hæc vero theſaurizatio fieri non poteſt, niſi maneant ſimul maritus & vxor. Sequitur ergo inſeparabilitatẽ hanc eſſe de iure naturæ.





Dupliciter educatio contingit.

2. Cor. 12.

Corolla. notãdum pro iſtius orbis incolis.

Ex quo ſequitur manifeſtè, ꝙ ſi eſſet aliqua gens propter peccatũ tã ignorãs: quæ nullã haberet doctrinã, nullã virtutem acquiſitã, nec ſecundũ lumen naturale viueret, nec educationẽ filiorũ haberet, nec theſaurizare eis, & nihil eis relinquere eſſet conſuetũ, nec aliquo alio modo curã filiorũ gereret, qđ apud tales inſeparabilitas in matrimonio nõ tã neceſſaria eſſet, ad tantũ tẽporis poſt ꝓlis generationẽ, ſicut eſt neceſſaria in gẽtibus, q̃ inſtruunt filios in bonis moribus, & pollẽt virtute, & theſaurizãt eis.

Nota.

Sed videt̃ ꝓbabiliter dicendũ, ꝙ illis gentibꝰ ex natura tãdiu manẽdũ eſſet, quãdiu generationi prolis intendit̃: quod fit paruo tẽpore, cũ educatio apud eos nõ ſit. Et in illis matrimoniũ ſolũ videt̃ eſſe ad generationẽ, in officiũ naturæ, & remediũ, & tãdiu in vnũ manendũ eſſet. Vnde nõ mirandũ, ꝙ tales plures admitterent in matrimonio: vel ꝙ repudiũ cõcederent facilè. Nã vbi nõ eſt procreatio, nec educatio, nec theſaurizatio, nõ ex natura eſt neceſſitas ad diu manendũ. At, q̃a ſuſpicor aliquos inuẽtos in nouo orbe, in q̃bus ante cognitionẽ veri luminis, & Euãgelij diuulgationẽ: illa quæ in lumine naturali bona cognoſcunt̃, vix ipſis fueriſt in vſu, credibile eſt in matrimonio tã turpiter erraſſe, Et tam facilè aliã, & aliã ſibi ſociaſſe ex hoc ꝓueniſſe: qđ rara eſſet apud eos inſtructio, nec aliqua alia ad virtutẽ prolis ꝓuectio, nũc aũt longè aliter viuunt, cũ eis prædicatũ ſit.

Epilogatio arti. Abulen. Matt. 19. q. 45.

Ex oĩbus ergo reſolutoriè habemus, inſeparabilitatẽ matrimonij eſſe de iure naturæ de ſecundis præceptis ꝑ totã vitam, vt maneant ſimul vir & vxor. Eſt etiam de primis præceptis iuris naturæ, quantum ad tempus aliquod, ſcilicet, quandiu prolis educationi, neceſſario intenditur. Ex quibus oritur ſequens graue dubium. Cùm hæc inſeparabilitas ſit de iure naturæ: quare non eſt idem apud omnes gentes?

* Hæc dicta ſunt ex communi opinione doctorum, quamuis Michael de Medina in ſuo de Cælibatu lib. 4. controuerſia. 1. c. 10. contendat probare hanc inſeparabilitatem in matrimonio non eſſe de iure naturali primario, neq; ſecundario: ſed eſſe de iure Diuino poſitiuo, quòd & ſatis doctè contendit probare fortè de re omnes eadem ſentimus, vide ibi.

# ARTICVLVS VII.

## *Quare indiſſolubilitas non ſit apud omnes gentes.*

SI ergo ita res ſe habet, vt diffinitũ eſt, ꝙ inſeparabilitas matrimonij eſt de iure naturæ, quomodo ergo non eſt idem apud oẽs gentes? Videtur .n. naturalia (ſi verè naturalia ſunt) eſſe immutabilia, & inuariabilia, & idem apud oẽs: ſed clarè cognoſcimus eſſe quàm plurimas nationes infidelium barbarorũ, qui talẽ inſeparabilitatẽ non obſeruãt, ſed vtuntur repudio pro libito: ergo nõ videtur de iure naturæ, ſicut diffinitum eſt.

S.Th. 1. 2. q. 94. ar. 2.

Confidetio.

Pro ſolutione oportet in memoriam adducere, qđ ſuprà diximus: dupliciter aliquid eſſe de lege naturę. Vel quia eſt de primis præceptis iuris naturæ, quæ ſunt illa manifeſta per ſe, vt eſt. Omne malũ eſt fugendũ. Omne bonũ eſt proſequendũ. Itẽ. Quod tibi nõ vis, alteri nõ facias. Hæc ſunt prima principia ꝑ ſe nota. Ijs cõtraria, ſunt prohibita primo de iure naturæ. Alia ſunt de iure naturæ, ſiue pręcepta, ſiue ꝓhibita, quę nõ ſunt de primis pręceptis legis naturę: quia nõ ſunt ꝑ ſe nota apud oẽs: ſed ſunt velut cõcluſiones quędã, quę inferunt̃ ex primis principijs. Nam in ſpeculabilibus ſunt quędã principia prima, ex quibus deriuãtur, & deducuntur concluſiones, ſicut eſt. De quolibet eſt affirmare, vel negare, ſed non de vno vtrunque ſimul, vt ait Ariſt. Et hoc. Quodlibet eſt,

Mati. 7.

S.Tho. vbi ſupra.

Ariſto. 4. metaphy. tex. co. 9. et. 10. vſq; ad. 27.

vel non eſt. Et aliud. Quæcunq; ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe. Hæc ita ſunt principia ſpeculabilia per ſe nota: quia nullus eſt, qui ſi terminorum ſignificationem intelligat, ignorare poſſit, ob hoc dicuntur prima principia, ex quibus per ratiocinationẽ eliciuntur concluſiones quædam. Sic in practicis contingit, ꝙ ex quibuſdam primis principijs practicis notis per ſe.

Matth. 7.

Quod tibi non vis, alteri non facias; vel, Nulli malum eſt faciendum: eliciuntur aliæ concluſiones in particulari, quæ non ſunt per ſe notę, ſed innoteſcunt per diſcurſum. Prima vero principia in moralibus, dicuntur eſſe de iure naturæ primo modo. Secunda autem, quæ ſunt concluſiones, dicuntur eſſe de iure naturæ, ſecundo modo, licet vtrunq; ſit de iure naturæ. His ſuppoſitis, ad quæſtionem ſit prima concluſio.

1. conclu. S.Th. 1.2. q.94.ar.2. Iſido. in li. Ethi.c.12. Cice.li. 3. de repub. quæ referuntur à Lactan. li. 6. de vero cultu Dei c. 8.

Prima concluſio. Lex naturalis quantum ad prima ſua principia, quæ per ſe ſunt nota, eſt eadem apud omnes gentes: nec aliquam variationem patitur]. Concluſio probatur ex dictis Iſido. Ius naturale eſt commune omni nationi. Ratio eſt. Eo enim dicuntur eſſe principia prima iuris naturæ, quia ex ſe, & per ſe ſunt nota in natura: ſed cùm naturam eandem habeant omnes nationes: ſequitur apud omnes eadem erũt hæc principia. Nam omnia illa facienda, vel vitanda pertinent ad præcepta legis naturæ, quæ ratio practica naturaliter apprehendit eſſe bona humana. Et quia bonum, habet rationem finis: eo ꝙ omnia appetunt bonum: vt ait Ariſto. & malum habet rationem contrarij: inde eſt, quòd omnia illa, ad quæ homo habet naturalem inclinationem, ratio naturaliter apprehendit vt bona, & per conſequens vt opere proſequenda: contraria vero vt mala, & vitanda.

Ariſto. 1. Ethi. c. 1. S. Thom. vbi ſup.

Secundum igitur ordinem inclinationũ naturalium, eſt ordo præceptorum legis naturæ. Ineſt enim primo homini inclinatio ad bonum ſecundum naturã, in qua communicat cum omnibus ſubſtantijs, inquantum quælibet ſubſtantia appetit conſeruationem ſui ipſius: & ſecundum hanc pertinent ad legem naturæ, ea per quæ vita hominis conſeruatur: contrarium autem impeditur. Sicq; eſt idem apud omnes velle conſeruare ſe ipſum, & fugere contrarium.

Nota.

Ineſt etiam homini inclinatio ſecundum naturam, in qua communicat cum cæteris animantibus. Et ſunt de lege naturæ primo modo illa, quæ natura omnia animalia docet, vt eſt commixtio maris & fęminæ, & educatio liberorum, & ſimilia. Hæc etiam ſimiliter eadem ſunt apud omnes.

ſup. p. p. art. 1.

Tertio modo ineſt homini inclinatio ad bonum ſecundum naturam rationis, in qua differt ab alijs animalibus. Et ſecundum hoc inclinatur, vt veritatem cognoſcat de Deo, & quòd in ſocietate viuat. Vnde idem eſt apud omnes ignorantiam vitare, & non offendere alios, cum quibus debent conuerſari, & alia huiuſmodi. Ecce quomodo hæc quæ ſunt de primis præceptis legis naturæ, reperiuntur apud omnes nationes. Nec aliqua tam barbara natio reperta eſt, in qua nõ inueniatur velle ſe conſeruare; ſitq; commiſtio maris & fœminæ, & appetitus ad cognoſcendum de Deo, & ad pacificè viuendum. De quibus S. Tho. Hæc concluſio eſt contra Abba. & ſequaces, qui in c. finali de conſuetu. dicit. ius naturale poſſe variari. Niſi intelligat quantum ad ius naturæ, quod eſt de ſecundis præceptis. Nam tale ius naturæ poteſt variari, vt in ſequenti conclu. probabitur.

S.Th. 1.2. q.94.ar.2. Abbas.

2. conclu. Adria. in 4. de reſti. Driedo de lib. Chriſtia. p. 52. Celius li. 10. lectio. c. 1. Quin. li. 3, c. 9. Tiraq. l. 7. connubi. nu. 22.

2. concluſio. Lex naturæ quantum ad illa quæ ſunt de ſecundis præceptis, quæ velut cõcluſiones eliciuntur ex primis principijs, eſt variabilis: nec eſt eadẽ apud omnes nationes. Probatur primo experientia. Videmus nanque, ꝙ apud aliquas nationes aliquid quod habetur vt bonum naturaliter cognitũ, lumine naturali ex primis principijs: apud alias nationes illud non habetur vt bonum, vt in propoſito. Communicare virum & fœminam in operibus ad theſaurizandum filijs, tanquàm bonum habetur, quod ex per ſe notis elicitur: tamen ſunt nationes barbaræ (vt conſtat nobis) quæ illud non habent velut bonum, cùm non proſequantur vt bonũ.

Item,



In illis q̃ non ſunt de primis principijs contingit variatio.

Item, tanquàm malum aliquæ nationes fugiunt pluralitatem vxorum: quia nõ eſt pax in familia, quia rixantur adinuicem; quod elicitur ex notis in lumine naturali: ſed tamen videmus non fuiſſe apud nationes noui orbis, quæ pluralitatem admittunt. Item. Repudiare vxorem iudicatur malum, eo quòd neceſſaria ſit induſtria mulieris, ad procreationem prolis: attamen apud noui orbis indigenas putabant bonum eſſe repudiare. Sequitur ergo hæc naturalia de ſecundis præceptis non eſſe eadem apud omnes.

Cõfirma.

Et confirmatur. Hæc ſecunda præcepta iuris naturæ non ſunt per ſe nota, ſed per aliud nota, ſcilicet, per deriuationem ex primis principijs: ergo illis ſolum erunt nota, qui deriuationem, vel ordinẽ ad prima principia non ignorant: ſed ſunt quàm plurimæ nationes, quæ ignorant hanc deriuationem: ergo & ignorabunt concluſiones varias. Variè enim extimatur de rebus quantum ad illa quæ non ſunt naturaliter determinata. Contingit enim circa huiuſmodi concluſiones non omnes eadem ſentire, ſed quibuſdam videtur rectum, alijs non videtur: qualia ſunt illa, quæ ſunt de iure naturæ ſecundo modo.

3. conclu. S. Tho. in 4. d. 33. & in 3. d. 37.

3. concluſio. Illa quæ ſunt de iure naturæ ſecundo modo, velut concluſiones quę eliciuntur ex primis principijs, non ſolum nõ ſunt eadem apud omnes, ſed à corde hominum poſſunt totaliter aboleri. Probatur. Quæ ſunt legis naturæ ſecundario non ſunt per ſe nota, ſed ex principijs cognitionem habent. At cùm cognitio, quæ eſt per operationem intellectus, impediri poſſit in homine, vel propter perſuaſiones in contrarium, vel etiam propter prauam conſuetudinem, ſequitur ꝙ deleri poſſunt.

Quæ ſunt de iure naturę ſecũdario deleri poſſunt.

2. Ratio.

Item. Hæ concluſiones in operabilibus ſe habent, ſicut concluſiones quæ eliciuntur ex ſuis principijs in ſpeculabilibus: ſed circa concluſiones, quæ neceſſariæ ſunt in ſpeculabilibus, contingit error, vt conſtat experientia, ergo à fortiori etiam continget circa concluſiones in practicis, quæ non ſunt neceſſariæ, ſed contingentes, ſiquidem ad hoc quòd hæ concluſiones inferantur ex ſuis principijs, requiritur lumen intellectus, & cognitio, deductionis vnius ex alio: quæ cognitio impediri poteſt ob innumeras cauſas, propter malam diſpoſitionem ſenſus: quia cùm neceſſe ſit intelligentem phantaſmata ſpeculari, ex indiſpoſitione phantaſiæ, contingere poteſt error in intellectu.

Ariſ. 3. de anima. tex. co. 37 Glo. ad Ro. 2.

Ergo non videtur dubitandum, quin poſſit apud aliquas gentes, harum concluſionum notitia deleri. Vnde Glo. ſuper illud ad Roma. Cùm gentes, &c. dicit, ꝙ in interiori homine per gratiam innouato, lex iuſtitiæ inſcribitur, quàm deleuerat culpa.

S.Th. 1. 2. q.94.ar.7. Soto de iuſti. & iu. lib. 1. q.4. ar.4. et.2. q. 1. ar. 3.

Ob hoc. S. Tho. dicit, ꝙ lex naturalis quantum ad illa, quæ ſunt de ſecundis præceptis, deleri poteſt à cordibus hominũ, vel propter malas perſuaſiones: vel propter prauas conſuetudines, & habitus corruptos; ſicut olim apud Germanos latrocinium non reputabatur peccatum, * ſi extra fines ciuitatis eſſet. De quo Iulius Cæſar lib. 6. de bello Galli. * Et aliæ ſunt inuentæ nationes in nouo orbe, in quibus nonnulla vitia ſic in naturam conuerſa fuere: vt licere putarẽt. * Et fortè de concubitu vago ignorantia inuincibilis erat. *

Corolla.

Ex quibus ſequitur non mirandum eſſe, quòd aliqua gẽs reperta ſit modo, quæ pro nihilo habebat repudium, & nullo modo illicitum putauerit: imò cùm eſſet ſolum fœmina, & vir: vix reputabat peccatum, dato vir aliam repudiaſſet, & fœmina alium virum, cuius cauſa erat. quia repudium licitum credebat, quod eſt de ſecundis præceptis iuris naturæ. Et potuit ob ſua peccata deleri Inſeparabilitas à cordibus eorum. Adde, quòd & fornicationem videtur non exiſtimaſſe malum eſſe. Stat enim bene, quòd apud omnes gẽtes eadem ſit rectitudo circa prima principia: non tñ eſt neceſſe, ꝙ hoc ſit verum circa oẽs cõcluſiones, quæ eliciuntur ex ipſis principijs. Nam apud omnes eſt verum, ꝙ ſecundum rationem agatur: ex quo principio ſequitur concluſio, propria depoſita ſunt reddenda. Hoc quidem vt in pluribus verum eſt, ſed poteſt con-

Vide Tiraquel. l. 7. cõnubi. fo. 60. n. 44.

tingere in aliquo caſu, quòd malum ſit reddere depoſitum: vt ſi aliquis petat ad impugnandum patriam. Sicq; in alijs concluſionibus poteſt eſſe, ꝙ vna gens iudicet tanquàm rectum, & alia non: vt ſi ex iſto principio noto apud omnes.

S. Thom. vbi ſup.

Nulli malum eſt faciendum, aliqua natio, ſeu gens inferat: ergo inter coniuges perpetuò eſt manendum, quia malum ſequitur prolis, ex ſeparatione: alia tamen gens, quæ non iudicat ſeparationem malum, imò bonum: quia conuenit diſcordantes ſegregare, aliter iudicat. * Nam huiuſmodi concluſiones, quæ ex decalogi præceptis, quæ prima legis principia dicuntur: non ab omnibus immediatè cognoſcuntur: licet decalogi pręcepta, quamuis etiam ſint concluſiones, immediatè cognoſcantur, & facilè per illa immediata, & prima naturæ principia, vt dicemus in ſequenti articulo, in prima concluſione. * Etſi vt probati authores referant apud Romanos ab vrbe condita per 520. annos non fuit auditum repudium, & primus qui repudiauit fuit Sp. Seruilius vir non obſcurus, qui coactus eſt à cenſoribus iurare liberorum cauſa ſe coniugem dimittere. Erat enim ſterilis, qui tamen ob hoc factum in perpetuum exoſus fuit populo teſte Alicarnaſeo lib. 2. & Valerio maximo lib. 2. c. 1.

## ARTICVLVS VIII.

### *Quis nam eſt, qui in iure naturæ poteſt diſpenſare.*

VTRVM, dato ꝙ inſeparabilitas matrimonij ſit de lege naturali, & per conſequens tanquàm repugnans repudio, ſi alicui genti licuit ex diſpẽſatione vti repudio. Et qui diſpenſare potuit in lege tali naturali. Quia apud Iudæos conſtat, in lege veteri fuiſſe in vſu, oportet inquirere, cuius diſpenſatione id factum eſt.

Deu. 24.

Notandũ. Vide. Co-uarrũ. in 2. p. epit. c. 6. §. 9.

Pro cuius ſolutione oportet notare, ꝙ cùm per diſpenſationem recedatur à communi curſu legis illius, contra quã diſpenſatur, & iſta inſeparabilitas, quæ repudio opponitur, ſit de iure naturæ, vt diximus: diſpenſatio eſt intelligenda in iure naturali, ſicut mutatio curſus naturalis. Nam hoc, & illud naturaliter ſe habent. Quot modis ergo cõtingit mutari curſum naturalem, tot & ſit diſpenſatio in his quæ ſunt iuris naturæ. Curſus enim naturalis mutatur dupliciter. Vno modo per hoc, ꝙ cauſa naturalis, per alia cauſam naturalẽ impeditur à curſu ſuo; ſicut in illis, quæ frequenter eodẽ modo fiunt. Aliquãdo autem deficiunt: ꝙ homo ſit monoculus, vel ꝙ habeat ſex digitos in manu, vel ꝙ non ſint membra debita proportione formata, quemadmodũ cõmuniter formari ſolent. Tunc quidem contingit in talibus variatio, ab alia cauſa naturali: eò ꝙ virtus formatiua impeditur ob defectum, vel ob ſuperfluitatẽ materiæ, quod naturale eſt. Sicq; impeditur effectus, & curſus naturalis, circa illa, quæ ferè ſemper contingere ſolent, ſcilicet, ꝙ homo naſcatur cum quinq; digitis in manibus, & pedibus, & ꝙ membra ſint debita proportione formata. Hoc modo non variatur curſus rerũ naturalium, qui eſt ſemper, ſed ſolum ille, qui eſt quaſi ſemper. Per hunc quippe modum non impeditur, ꝙ ſol non moueatur eadẽ velocitate, qua ſemper mouetur ſecundũ motũ ſuum naturalẽ ab occidente in orientẽ, vel ad motũ primi mobilis, ab oriente in occidentem: quia ſemper fiunt eodẽ modo, nec per aliam cauſam naturalẽ impeditur à curſu ſuo.

Abulen. Matth. 19. Curſus naturalis dupliciter mutatur.

Secundo modo variatur res naturalis à curſu ſuo per cauſam ſupernaturalem: ſicut contingere ſolet, quando fit aliquid miraculoſum. Nam quod homo naſcatur monoculus, vel malè proportionatus in membris, licet ſit variatio in illis, quæ ſecundum naturam contingere ſolent, non eſt miraculoſum, ſed monſtruoſum, cùm non ſit à cauſa penitus ſupernaturali, ſed contingit à cauſa naturali. Quando verò varaitio curſus naturalis, qui ſemper contingere ſolet, fit per cauſam non naturalem, dicitur miraculosè illud fieri:

2. phyſico. tex. co. 82.



ri: quæ variatio contingit circa motum cœlorum, vel aſtrorum, vel aliorum, vt patet in ſtatione ſolis tempore Ioſue, & in retroceſſione eiuſdem tempore Ezechiæ, & in eclypſi miraculoſa tempore paſſionis redemptoris noſtri. His ſuppoſitis, ad propoſitum de diſpenſatione inſeparabilitatis matrimonij, quam naturalem dicimus, ſit prima concluſio.

Ioſue. 10. 4. Reg. 20. Eſa. 38. Matt. 27.

1. conclu.

Prima concluſio. Diſpenſatio in aliquibus quæ ſunt de primis principijs iuris naturalis, à nullo alio fieri poteſt, quàm à ſolo Deo. Probatur. Sic ſe habet diſpenſatio in primis præceptis iuris naturæ, quæ nota ſunt apud omnes, & ſemper ſunt eadem in rectitudine, ſicut ſe habet variatio curſus rerum naturalium, quæ ſemper eodem modo contingunt: at variatio talium rerum (vt diximus) non fit niſi à cauſa penitus ſupernaturali, ſcilicet, à Deo: ſequitur ergo quòd eodem modo neque diſpenſatio in talibus primis præceptis fit niſi à Deo. Quòd autem eodem modo ſe habeant hæc duo, variatio, ſcilicet, curſus rerum naturalium, quæ ſemper contingunt eodem modo: & diſpenſatio in illis, quæ ſunt de primis principijs iuris naturæ, ex eo patet: quia ſicut illa non niſi per miraculum à ſolo Deo mutari poſſunt: ſic & in illis quæ ſunt de primis legis naturæ præceptis, cum nullus illa variare poſſit niſi Deus, neq; per aliquem diſpenſari poſſunt niſi per ſolum Deum. Ex quo habere poſſimus, quomodo ſolus Deus potuit diſpenſare in homicidio, quando præcepit Abrahæ, vt filium ſuum occideret. Idem potuit in furto, quando filijs Iſrael præcepit, vt accommodata ab Aegyptijs non redderent. Idem licite diſpenſauit, vt Sanſon ſeipſum interficeret, quod etiam contra prima principia iuris naturæ. Idem potuit Oſeæ præcipere, vt accederet ad non ſuam. Neque ob hoc peccarunt. Nec ab alio quàm à ſolo Deo potuit variatio concedi fieri ſine peccato. Nullus item potuit diſpenſare vnquàm, ſicut nec variatio curſus rerum naturalium in illis quæ ſemper eodem modo fiunt. * Hic tamen conſideratione dignum reputo, præcepta decalogi nos dicere eſſe iuris naturæ principia prima, cùm tamen interdum in præcedentibus loquentes affirmauerimus eſſe concluſiones, quæ ex primis eliciuntur. Quod tibi non vis, &c. In quibus nulla eſt contradictio, imò eſt S. Tho. doctrina, quippe qui 1. 2. q. 100. artic. 1. dicit, præcepta decalogi eſſe concluſiones, quæ immediatè ex primis principijs notis eliciuntur. Et. 2. 2. q. 122. dicit, talia eſſe principia, vtrumq; eſt verum. Nam ſunt principia prima legis, ex quibus aliæ concluſiones deriuantur. Concluſiones autem, quatenus ex primis illis, Quod tibi non vis, alteri non facias, notis, ſtatim dignoſcuntur. Imò S. Thom. in primo gradu ponit præcepta ſecundæ tabulæ. 1. 2. quæſt. 100. artic. 1. De quo Soto de Iuſti. & Iure. lib. 2. q. 3. artic. 1. Hinc patet concordia dictorum, & dicendorum.*

Abulen. Matt. 19. q. 42.

Gene. 22. Exodi. 1. Iudi. 16.

Oſeæ. 1. Doct. ſub. in 3. d. 37. q. vnica. Gabr. ibi. Almayn.

S. Thom. Cõcordia dictorum. S. Thom. Soto.

Nota.

Aduertere oportet, ꝙ quando Deus diſpenſare ſolet, non fit diſpenſatio ad omnes generaliter: ſicut neq: miracula fiunt ad omnes, ſed circa aliquas perſonas in particulari, ad oſtenſionem alicuius euentus. Sic & diſpenſatio in ipſis primis principijs iuris naturæ licet fiat à Deo, fit ſolum circa particulares perſonas. Sicut diſpenſatio, quòd filium occideret, ſoli Abrahę. Quòd ſeipſum interficeret, ſoli Sanſoni. Quòd cõmodata non reſtitueret, populo Iſraelitico. Quòd ad fornicariam accederet, Oſeæ ſolum. Imò non eſt cenſenda diſpenſatio in iſtis facta ſtrictè capiendo: vt author eſt doctor S. in prima ſecundæ. q. 100. artic. 8. Nam cùm diſpenſatio tunc contingat, quando eſt caſus, in quo ſi verba legis obſeruarentur, fieret contra intentionem legiſlatoris, quæ de bono communi eſt, & ſi in omnibus præceptis decalogi ſit bonum commune, nunquàm erit diſpenſatio. Cui aſtipulatur Altiſio. 3. lib. ſummæ, tract. 7. q. 5. Sed de hoc aliàs ex profeſſo in noſtris reſolutionibus theologicis, ſi dominus dederit.

Gene. 22. Exo. 12. Iudi. 16. S. Th. 1. 2. Celaya. in 3. d. 7. Soto de Iuſti. & iur. lib. 2. q. 3. artic. 8. Altiſio.

2. conclu.

2. concluſio. In illis quæ ſunt præcepta ſecundaria iuris naturæ, quę ſunt velut cõcluſiones, quę inferũtur ex primis

Soto. S. Tho. in 3. d. 37. artic. 4. Cela. ead. d. Abulen. Exod. 20. q. 35.

mis principijs. (* Per prima principia intellige decalogi præcepta, de quo Soto de Iuſt. & Iure lib. 2. q. 4. art. 1. *) diſpenſatio poteſt fieri ab alio quàm à Deo. Probatur. Diſpenſatio in iſtis eſt velut variatio curſus rerum naturalium, illorum quæ frequenter contingũt: licet non ſemper eodem modo, vt diximus, ſicut quòd aliquis naſcatur monoculus, vel cum ſex digitis, ſed variari poſſunt per cauſam omnino naturalẽ, vt ſuprà diximus: ergo & diſpenſatio in illis quæ nõ ſunt de primis principijs iuris naturæ fieri poteſt ab alio, quam à Deo. Nam ſicut illa naturalia non ſemper fiunt eodem modo, ſed frequenter, ob quòd poſſunt variari per aliam cauſam naturalem, ſic & iſta naturalia, quæ non ſunt prima principia, non ſunt per ſe nota, & non ſemper fiunt eodẽ modo, ſed frequẽter. Quemadmodum ex iſto primo principio, Depoſita ſunt reddenda: infertur, gladium depoſitum apud me debeo reddere: tamen in hoc poteſt fieri variatio, quia poteſt non reddi abſque peccato. Quod per aliquem inferiorem à Deo variari poteſt. Intelliget tamen hic per diſpenſationem, non obſeruare legem, & non obſeruando quis non peccat. Pro quo ſit. 3. concluſio: ſicut Abulen. Matth. 19 q. 46. notat.

S. Th. 1. 2. q. 94. ar. 5.

Abul. 3. conclu. In lege naturæ à ſolo Deo diſpenſatio. S.Th. 1. 2. q. 94. ar. 6.

3. concluſio. Accipiendo diſpenſare propriè pro eo quòd eſt tollere legem latam, ſic quòd non obliget illum, cum quo facta eſt diſpenſatio, ſiue ſit in primis præceptis iuris naturæ, ſiue ſit in ſecundis, non poteſt fieri diſpenſatio niſi à ſolo Deo. Quia ſi illa de iure naturę ſunt, ſolus ille legem mutare poteſt qui & condere: at nullus alius citra Deum condere poteſt, ergo nec diſpenſare in tali lege. Diſpenſatio enim cum nominet authoritatem, & poteſtatem, nullus habet poteſtatem ſuper legem niſi conditor, vel æqualis ei: ſed nullus eſt Deo æqualis, nec aliquis eſt conditor legis naturæ, niſi Deus: ergo propriè capiendo diſpenſationem, à ſolo Deo fieri poteſt. Tamen quia diſpenſatio ad hoc eſt, vt quis agens contra legem non peccet: cùm contingat contra illa quæ ſunt de ſecundis præceptis iuris naturæ agi abſque peccato, propter aliquid quod naturale eſt (vt dicimus) inde eſt, quòd illud diſpenſationẽ vocamus. Ad propoſitum quæſtionis applicando, ſit quarta concluſio.

4. conclu. Vide ſuple. d. 33. q. 2. ar. 1. ratio. p.p.

4. concluſio. Cùm inſeparabilitas matrimonij per totam vitam non ſit de primis principijs iuris naturæ, ſed de ſecundis, poteſt fieri diſpenſatio propriè à Deo, & impropriè ab aliquo alio citra Deum. Probatur. Finis matrimonij principalis, qui eſt procreatio prolis, non requirit neceſſario inſeparabilitatem coniugum, per totam vitã; quòd abſque ipſa non fieri poſſit. Nam dato coniuges ſeparentur aliquando, poteſt proles procreari, & educari, licet non æque bene. Et ad id, quod prodeſt inſeparabilitas matrimonij, maximè eſt ad operum communicationem per totam vitam, vt filij ſuccedant in bonis parentum, etiam poſtquàm fuerint educati, cùm parentes debeant theſaurizare filijs. At hæc bonorum appropriatio, non eſt de primæuo iure naturæ, ſecundum quòd omnia ſunt communia: quare non eſt iſta inſeparabilitas de primis præceptis. Cum ergo naturalis ſit inſeparabilitas, & non de primis præceptis, erit de ſecũdis à Deo diſpoſitio fieri põt in talibus præceptis de iure naturæ, qui author eſt ipſius naturæ. Et propriè poteſt, cùm & legem ipſam auferre valeat.

2. Cor. 12. S.Th. 1. 2. q. 94. ar. 5. ad. 3.

ratio. 2. p.

Sed quòd ab alio quàm à Deo fieri poſſit impropriè, probatur. Per diſpenſationem propriè intelligimus, quando ille qui poteſt, legem tollit, ne obliget aliquem, vel aliquos. Et hoc modo ſolus Deus eſt, qui poteſt naturalia mutare, & in eis poterit diſpẽſare. Impropriè verò diſpenſatio eſt, quando agendo contra legem, non peccat. Sic enim ab alio quàm à Deo poteſt fieri: quia poteſt per conſuetudinem ſolum fieri, quòd faciendo cõtra inſeparabilitatem non ſit peccatum, vt ſuprà diximus, & infrà dicemus. Nam conſuetudo, licet non poſſit præualere contra illa, quæ ſunt prima iuris præcepta, poteſt tamen præualere contra ſecunda iuris præcepta, quæ velut concluſiones, quæ eliciuntur ex primis principijs ſunt.

Diſpenſatio per cõſuetudinẽ S.Th. 1. 2. q. 94. ar. 4. eth. 5. & 6.

Item



Diſpenſa. per igno.

Item. Et poteſt fieri diſpenſatio impropriè, per ignorantiam. Quia quæ non ſunt per ſe nota, inuincibiliter poſſunt ignorari: & contra ipſa faciens, non peccat. Sicq; ignorantia, cauſat diſpenſationem iſto modo.

Diſpen. ab homine.

Item. Poteſt fieri diſpenſatio per hominem. Quia per iudicem habentem poteſtatem condendi legem, qui legem poteſt condere de contrario tali concluſioni naturali: quia conſiderat aliquid in particulari, propter quod non expedit illud, licet naturale ſit, obſeruari: vt in propoſito de inſeparabilitate matrimonij. Si Moyſes videret illi populo expedire repudium, potuit concedere, tanquàm iudex conſtitutus. Et faciẽs ſecũdũ talẽ legẽ, vel permiſſionem, ſeu diſpenſationem, nullum erat peccatum. Tamen impropriè, eſſet diſpenſatio iſta: quia Moyſes nõ authoritatem habebat ad naturam mutandam, ſed tamen impropriè: quia faciens iuxta illam permiſſionem, non peccaret: quã non ſtante, non excuſarentur à peccato. Veruntamen quòd vinculum nunc in lege Chriſti tollatur, ſolũ poteſt ipſe Deus facere.

5. conclu.

5. concluſio. Inſeparabilitas matrimonij quocũq; tempore ad libitum, cùm ſit primis principijs naturæ repugnans, à ſolo Deo tolli poteſt per diſpenſationem. Volo dicere in hac concluſione, quod ſupra tetigimus, quòd licet inſeparabilitas matrimonij, ſit quantum ad totam vitam de ſecundis præceptis, tamen quantum ad tempus, quod eſt neceſſarium ad educationem, & inſtructionem prolis, videtur de primis principijs, quia tunc tollitur finis principalis matrimonij, ſcilicet, bonum prolis, quod prætendit natura. Ob id cùm ſit de primis principijs, ſolus Deus diſpenſare poteſt ſicut ſuprà probauimus. Nã quemadmodũ variatio curſus naturalis, in illis quæ ſemper ſunt, & fiunt eodem modo, non fit niſi miraculoſe à ſolo Deo: ſic & variatio illorum, quæ ſunt de primis principijs iuris naturæ, non poteſt ab alio quàm à Deo fieri. * Quapropter qui contra faciebant, non excuſabantur. *

S.Th. in 4. d. 33. Abulen. Matt. 19. q. 45.

6. conclu.

6. concluſio. In inſeparabilitate matrimonij diſpenſatio facta per libellum repudij, à ſolo Deo facta eſt. Patet. In lege quantum ad diſpenſationem ſolum poteſt, qui eſt tantæ authoritatis, ſicut legiſlator, & qui legem, & ius condere poteſt: ſed nullus eſt tantæ authoritatis ſicut Deus, neq; aliquis conditor iuris naturæ, de quo eſt inſeparabilitas, ergo non poteſt alius niſi Deus diſpenſare. Nam per illam diſpenſationem factum eſt, vt matrimonium legitimum diſſolueretur, vt nos poſt dicemus: ſed nullus poteſt facere vt matrimonium legitimè contractum diſſoluatur ſine morte coniugum, niſi ſolus Deus: ergo ipſe ſolus diſpenſauit in repudio. Patet Deut. 24. vbi lex de libello repudij ponitur, tanquam à Deo dicta, quidquid alij dicant. Nam & ſi Moyſes iudex eſſet ſupremus inter homines in populo Iſraelitico, non tamen habuit poteſtatem ad matrimonium diſſoluẽdum quo ad vinculum, nec ad legem condendum de tali re. Sequitur ergo quòd à ſolo Deo id factum eſt, & non à Moyſe propria authoritate, ſed Dei præcepto. Imò neq; Summus Pontifex poteſt. In quo deceptus eſt Caiet. qui in propria 1 q. dixit Papam poſſe diſpenſare in matrimonio rato non conſumato. Et ſimiliter Catharinus lib. 6. contra Caiet. c. 3. Etiã intolerabilis apparet error Socini, conſilio 28. 1. volu. & Decij in cap. Qui in Eccleſia. de conſtitutio. Et Sigiſmundi Loſredi conſi. 50. qui dixerunt Papam poſſe diſſoluere quo ad vinculum matrimonium ratum, & iam conſummatũ. Contra quos Felin. in dict. c. Qui Eccleſi. & Baldus in c. Lator. de re iudi. * Et quidem quo ad matrimonium ratũ non conſummatum, an per Pontificem fieri poſſit Romæ tempore Pauli 4. doctiſſimorum diſputatio habita eſt, & nõ fuit concluſum, & tempore Adriani 6. ſimile factum narrat Syluester in verbo Diuortium, 4. & in Concilio Tridentino, etiam diſputatio fuit, & nihil diffinitum, ex quo intelligitur difficultas. Hoc argumentum tractat, vt ſolet Michael de Medina in ſuo de Cælibatu lib. 5. c. 88. vide ibi.

S.Tho. vbi ſuprà.

Matt. 19.

Caiet. deceptus, & Catharinus. Soci. Decius, & Sigiſ. errauerunt.

ARTI-

# ARTICVLVS IX.

### *Vtrum repudium fuerit aliquando in vſu.*

OPERÆPRETIVM duxi hanc mouere quæſtionẽ, vt intelligamus quã vim habuit obligãdi ius naturæ indiſſolubilitatis, in matrimonio. Et quidem eſſe in vſu, potuit eſſe, vel apud Iudæos ſolum, vel etiam apud Gentiles. Et hoc, vel Dei præcepto, aut diſpenſatione, vel ſolum conſuetudine. Ad cuius declarationem ſit prima concluſio,

1. conclu. Prima concluſio. Repudium fuit in vſu apud Hebræos ex Dei permiſſione

Deut. 24. facta per Moyſen. Deutero. 24. Si acceperit homo vxorem, & non placuerit in oculis eius, dimittet eam, & ſcribet ei libellum repudij. At verò ꝙ tali lege vterentur, conſtat legenti ſcripturas. Et ꝙ diſpenſatio fuerit facta ab ipſo Deo, patet ex ſuperiùs dictis. Solus quippe Deus eſt, qui propriè diſpenſare potuit in illis, quæ erant de lege naturæ, ſicut erat inſeparabilitas matrimonij. Fuit quidem permiſſio, & priuilegium. Ob quod in pœnam quidam priuabantur ne vterentur tali permiſſione: ſicut ille, qui puellam deflorabat in agro, quæ non eſſet deſponſata, cogebatur illam in vxorem accipere, & non

Deut. 22. poterat repudiare. Similiter qui diffamabat propriam vxorem dicens. Non inueni eam virginem. &c.

2. conclu. 2. concluſio. Repudium vxorum conceſſum eſt Hebræis, quia erat conſuetudo apud Gentes, & ne grauarentur, ſi aliquid liceret Gentibus, quod non eis. Concluſio eſt notanda propter iſta, quæ infrà dicturi ſumus de repudio Gentilium. Quæ probatur ex hiſtorijs, & experientia apud nationes Gentium, quæ nunc de nouo inuentæ ſunt. Idem patet apud Romanos fuiſſe in vſu, vt teſtatur Dionyſius Alicarnaſæus lib. 2. & Plutarchus in vita Romuli. Patet etiam in fine. ff. veteris, in tit. De diuortijs. Et. C. de repu. Abſque dubio fuiſſe conſuetum apud Gentes, nullus ſanæ mentis dubitare poterit. Apud Alex. ab Alex. dierum Genialiũ. lib. 4. c. 8. latiſſimè de repudio, & cauſis apud Gentiles. Et Ioan. Rauſius in ſua officina textoria. p. p. in verbo, Legiſlatores, ait, Romulum legem tuliſſe Romanis, vt fœminæ non liceret virum repudiare: viro tamen concedebatur, ſi in adulterio deprehenderet.

(Margin: Repudiũ cõceſſum Hebræis, quia erat apud Gentiles. Dionyſi. Alcarnaſeus. Plutarch. Alex. Textor.)

Secunda pars, ꝙ ob id fuerit permiſſum Hebræis, quia Gẽtibus erat in vſu, probatur. Si enim nunquàm fuiſſet in vſu Gentibus, Iudæi haberent tanquàm verùm ius naturæ, inſeparabilitatem matrimonij obſeruare, nec grauarentur obſeruando naturalia, ſed nimis grauati ſunt accepta lege id obſeruare: vt cõſtat ex dictis Chriſti. Ad duritiam cordis veſtri, &c. ergò id fuit, quia viderant, non eſſe indiſſolubilitatem matrimonij in vſu apud Gentes, apud quas habitabant, Non enim videtur, ꝙ populus à Deo electus grauaretur obſeruare, quod obſeruabat cæteri Gentiles: ſed quia accepta lege, tanquàm conſtringebantur ad ampliorem iuſtitiam obſeruandam: & videbant Gentes vti repudio, nimis grauati conquerebantur de Deo. Ob quod credibile eſt, permiſiſſe repudium. Nam ſi conqueſtus eſt populus Iſrael, ꝙ regem non haberent ſicut cæteræ Gentes, ob quod Deus eis conceſſit, quanto amplius exiſtimandũ ob rupudium, quod videbant in alijs Gentibus? Et ita aſſerendum eſt (quòd lege data) aliqua ſunt Iudæis permiſſa, quæ erant in vſu apud Gentiles, ſicut & de repudio, & dare ad vſuram, ſaltem extraneis. Deutero. 23. Vindictam exquirere, quia omnia iſta exercebant Gentiles. Putabant quidem Hebræi ablatam libertatem, ſi ipſis non liceret quod Gentibus licebat. Quare Deus dedit eis præcepta de ſacrificijs animalium, & de alijs multis, quia vtebantur Gentiles ſacrificijs, licet illa voluit non in honorem dæmonum, vt Gentiles, ſed Dei veri.

(Margin: Quare ꝑmiſſum repu. Hebreis. Matt. 19. 1. Reg. 8. Deut. 23.)

3. concluſio. Licet repudium fuerit in vſu apud Gentiles, tamen lege data Hebræis, — 3. conclu.



Hebræis, fuit conueniens in lege permiſſionem repudiandi ex primi. Proba-

Ratio. tur. Licet enim Gentibus eſſet in vſu repudium, tamen quando populus Hebræorum à Deo electus eſt ſpeciali modo, merito timere deberent repudium, cùm eſſet contra ius naturæ, niſi conſtaſſet eis de permiſſione per legem. Putarent quippe eis non licere, ſed poſtquã in lege expreſſum, credebãt licere.

* An populus Hebræus à peccato eſſet immunis dando ad vſuram extraneis ex permiſſione, ſicut & de libello repudij alia eſt. q. alibi tractanda Michael de Medina in ſuo de Cœlibatu lib. 4. cõtrouerſia prima, cap. 10. putat licuiſſe Hebræis: quia illa erat permiſſio facta à Deo authore naturæ & legis, ideo licita: ſed de hoc aliàs ſuo loco, quia non æqua ratio in repudio, & vſuris videtur.

# ARTICVLVS X.

### *Vtrùm Iudæi repudiantes peccabant.*

VTRVM Iudæi vtentes permiſſione in lege facta, peccarent repudiando vxores ad libitũ pro quacunq; cauſa, & quocunq; tẽpore. Vel vtrũ ex certis cauſis ſolum licebat repudiare vxores, & non omni tempore, ſed poſt prolis educationem. Et vtrùm Gentibus liceret repudiare abſque peccato. Pro ſolutione ſit prima concluſio.

1. Concl. Prima concluſio. Hebræi vxorem repudiantes ſecundum legis permiſſionẽ nullo modo peccabant. Probatur auth. B. Chryſo. dicentis. Bene dicitur, Moyſes permiſit, & non præcepit, quod enim præcipimus, ſemper volumus: quod autem permittimus, volẽtes indulgemus: quia malam voluntatẽ hominum ad plenum prohibere non poſſumus. Permiſit ergo nobis facere mala, ne faceremus peiora. Hoc nobis permittendo, non nobis Dei iuſtitiam demonſtrauit, ſed à peccato abſtulit culpam peccandi. Et tamen auferre culpam à peccato, eſt non eſſe peccatum, ideſt, factum eſt per legẽ, vt illud quod aliàs eſſet peccatum, non ſit peccatum. * Michael de Medina in ſuo de Cælibatu lib. 4. controuerſi. 1. c. 10. tè.

(Margin: Chryſoſt. Matth. 5. Palud. d. 33. q. 1. ar. 1. Ioã. Maio. ibi. Abulen. q. 49. Caie. Matt. 19.)

Secundò. Deus permiſit libellum repudij, & formam dedit, repudiandi, tamen ſi poſt permiſſionem eſſet peccatum repudiare, appoſitus eſſet laqueus Iudæis, in quo omnes caperentur ad damnationem: quia non permittendo, vel malum reputarent cauerent, vel ſaltim dubitarent. Verum permiſſione poſita, licitum credebant: ergo ſi peccarent, in periculo æternæ damnationis poſiti eſſent, quòd non videtur. — Secundo.

Tertiò. Si Iudæi repudiando peccaſſent, permiſſione facta hoc debebat aliqua lege conſtare: at nulla eis cõſtabat eſſe peccatũ, ergo non peccabant. Patet. Vel lege naturali, vel ſcripta debebat eis conſtare eſſe malũ, ſed nõ lege naturali, quia erat mos apud Gentiles, qui non peccabant repudiando, vt poſt dicemus. Neq; lege ſcripta: quia lex ſcripta permittebat fieri: ergo cum nulla lege cõſtabat, nullo modo peccabant repudiando. — Tertio.

Quarto. Si Hebræi peccabant vxorẽ repudiando iuxtà legis permiſſionem, ſequeretur ꝙ aliquis agendo quod in ſe eſt, & legem obſeruãdo, damnaretur, quod eſt abſurdum. Ergo & dicere, ꝙ Iudæi peccabant repudiando. Probatur. Pono Hebræum, qui in nullo legem ſit tranſgreſſus, nec iota vnum: talis vxorẽ repudiat, ꝓpter hoc quòd odio habet: ſecundum legis permiſſionem, talis putat ſe bene facere: quia ſecundum legẽ operatur (id enim poſſumus, quod lege poſſumus.) Si ergo repudiando peccat, certum eſt quòd mortale erit, cùm ſit res tam grauis. Moriatur. Talis damnabitur, & fecit quod in ſe eſt, legem obſeruando. Ergo aliquis ſeruando omnia quæ ſcripta ſunt, damnaretur, quod pias oſtendit aures. Et mihi ita certum eſt, ſecundum legem, ſeu permiſſionem agentes, non peccaſſe: vt non placeat opinio dicentium cõtrariũ, quantũcunq; graues ſint doctores. Nec opus eſt in præſentiarum cum eis — Quarto.

(Margin: Cõtraria opin. non probatur. Quæ eſt Pan. in c. Gaud. Roberti ſenalis in proprio tract. Couar. in epi. 2. p. c. 7. §. 4.)

rationibus contendere,aut ad ſua argumenta in contrarium reſpondere: quia noſtrum inſtitutum eſt illa, quæ veriora, & probabiliora ſunt, vt talia diffinire, varietatem opinionum tacitè prætereundo. Hæc ſint dicta, vt quamuis hanc ponamus concluſionem, contrariā opinionem non putemus improbabilē. Et S. Thom. problematicè eam ponit in 4. d. 33. q. 2. ad. 2. & ad vtrāq; partem citatur. Et puto hanc ſententiam tenendam contra Ioan. Arbore. lib. 16. ſuæ Theoſophiæ. c. 2.

Cōtra Io. Arbo. lib. 16. theoſophiæ. c. 2. Soto in 4. d. 33. q 2. art. 2.

2. conclu. 2. concluſio. Hebræi, vxorem iuxta legis permiſſionem poſt educationem prolis repudiantes,non ſolum non peccabant, ſed etiam ſi ante educationē,vel prolis natiuitatē,repudiarent. Concluſio hæc ponitur: quia potuit eſſe, ꝙ ſecundum permiſſionem legis liceret eis facere contra illa, quæ ſunt de iure naturæ de ſecundis præceptis: ſicut eſt poſt educationem prolis matrimonium ſolui, & tamen ꝙ non liceret Hebræis repudiare ante educationem prolis, quod eſt contra prima iuris naturæ præcepta,vt ſuprà diximus. Ob quod poſui concluſionem, quam probo.

Ante prolis educationē poterat Hebræus repudiare.

1. Ratio. Tota ratio quare Iudæis licuit vxorem repudiare (vt diximus in prima cōcluſione) fuit, propter legem permittentem: ergo licebit repudiare ſicut lege expreſſum eſt, ſed in lege non determinatum eſt tempus certum, in quo liceat repudiare,vel in quo non liceat, ſed abſolutè dicitur, ꝙ ſi odio habuerit, poſſit repudiare eam: ergo quando quidem licet repudiare ex lege, licebit in omni tempore, vel ſi in aliquo non licet, in nullo licebit, cum non ſit potior ratio de vno, quàm de alio quantum ad legis permiſſionem.

2. Ratio. Secundo. Talis permiſſio de repudio facta eſt ad maius malum vitandum, ſcilicet vxoricidium: ergo vbicunq; ratio ipſa propter quam lex data eſt inuenitur, ibi intelligenda eſt & permiſſio legis facta: ſed ante ſufficientem, & neceſſariam prolis educationem cauſa legis reperiri poteſt,ſcilicet,odium mulieris, & occaſio ad vxoricidium,vt conſtat: ergo in tali tempore intelligenda eſt legis permiſſio facta. Quare vtens permiſſione, non peccabit. Sic Abulenſis ſuper Matth. Dicit enim ibidem in ſententia, ꝙ ob id fuit conueniens Hebreis per legem concedi repudium,quod erat inter Gentes, vt quocunque tempore liceret dimittere vxorem, etiam ante educationem. Dixi vxorem: quia ſponſam, ſiue de futuro, ſiue de præſenti non licebat repudiare,cùm lex dicebat: Si acceperit homo vxorem,& habuerit eam: ſed ſponſa non eſt accepta, nec habita. Et quamuis dimittere ante prolis educationem contra ius naturæ primæuum videatur eſſe (vt ſuprà dictum eſt) tamen à Deo authore naturæ potuit lege data fieri hæc diſpenſatio.

Abulen. Matth. 19 q. 48.

Sponſa nō erat repudianda.

3. conclu. 3. concluſio. Licet toto tempore legis veteris ante Chriſti aduentum Iudæi repudiantes non peccarent agentes ſecundum legem: poſt tamen Euangelij ſufficientem notitiam id facientes, mortaliter peccant.

Nūc repudiando Iudei peccāt

1. Ratio. ad Heb. 7. S.Th. 1. 2. q. 103. arti. 3. & 4. Ratio ſiquidem quare Iudæis tempore legis veteris licebat,fuit,quia conceſſum in lege: ergo vbi lex reuocata eſt, nullam habet vim in ſe excuſandi: ſed per Ieſu Chriſti aduentum lex ceſſauit, quantum ad omnia quæ permiſſa videbatur propter populi ruditatē,vt conſtat: quia translato ſacerdotio,& legis traslatio facta eſt: ergo iam per legē nō excuſantur facientes.

2. Ratio. Secundo. In tantum licuit Iudæis vxorem repudiare, inquantum conſtitit eis de Dei voluntate: ſed poſt legem Euangelicam à Chriſto datam conſtitit de voluntate Dei, quòd non liceret vxorem repudiare, niſi ob fornicationem (& hoc quantum ad thorum) ergo non licuit repudiare poſt datam legē Euangelicam.

Matth. 5. & 19.

Dixi, poſt promulgationem, quia ſi contingeret aliquos obſeruantes legem Moſaycam modo eſſe, ad quos nunquàm peruenit notitia Euangelij, tales ſua lege veteri vtentes: quia nullam aliam habent, repudiantes nullum committerent peccatum, cùm ignorantia inuincibilis excuſaret ante promulgationem. De cauſa verò repudij ſequitur. 4. conclu.

S.Th. 1. 2. q. 90. ar. 4.

conclu. 4. 4. concluſio. Apud Hebræos repudiare ſecundum legis permiſſionem licuit non





non ſolum propter fœditatem aliquam vxoris, vt aliqui Talmudiſtæ affirmant, vel propter ſolam fornicationem: vt aſſerit quidam ipſorum Hebræorum doctiſſimus: ſed licuit repudiare vxorem propter quācunq; cauſam, ex qua odio habebatur vxor,ſine aliqua limitatione.

1. Ratio. vlti. par. conclu. Probatur quantum ad iſtam vltimam partem, ex qua reliquæ partes erunt in manifeſto. Si eſſent determinatæ cauſæ apud Hebræos ex quibus liceret repudiare,& non ex omnibus, capio vnam ex illis, ex quibus non liceret repudiare, tunc amplius creſceret odium apud Hebræos circa vxores proprias: & ſi non liceret repudiare, occiderent eas: ſed hoc non eſt dicendum, cùm repudiū fuerit conceſſum ad tantum malum vitandum: ſequitur ergo,quòd omnes illæ cauſæ, quæ ſufficientes erant ad odiū vxorum cauſandum, erant cauſæ ſufficientes ad repudium: & cùm iſtæ cauſæ infinitæ poſſent eſſe, ſequitur nō eſſe cauſam aliquam limitatam, ſed ex quacunq; licebat.

Hæc contra ſupplemen. d. 33 q. 2. art. 3.

Chryſo. Hanc ſententiam tenet Chryſo. & alij. Alioqui non obuiaretur vxoricidio, quod timebatur, ſi non liceret Iudæis ex quacunq; cauſa, qua odium vxorum cauſabatur, vxores repudiare.

Ratio. 2. Repudium licere nos affirmamus, quia à Deo per legem permiſſum eſt: ergo ob illud licebit, ob quod cōceſſum conſtat ex lege: ſed ex lege conſtat, propter odium vxorum: ergo quomodocunq;, & quacunq; ex cauſa oriatur odium vxoris,ex tali licebit repudiare: at infinitæ ſunt cauſæ etiam leuiſſimæ, ex quibus odium inſurgere poteſt,ergo non eſt cauſa determinata, ex qua ſolū liceret Iudæis repudiare.

Deut. 24. Et probatur aſſumptum. Dicitur ibi in lege. Si acceperit homo vxorem,& habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, dimittat: ſed non inuenire gratiā, contingere poteſt ex infinitis cauſis: ergo cùm ex quacunq; cauſa non inueniat gratiam,licebit repudiare.

Malach. Et Malach. 2. Cuſtodite ſpiritum veſtrum: Vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cùm odio habueris, dimitte.

Corolla. Ex iſtis habetur clarè, ꝙ quomodocunq; vir, vxorem odio haberet,poterat repudiare. Et ad vxoricidium vitandū, quod inſurgere poterat ex odio, conceſſum eſt repudium. Et apparet quomodo doctores contrarium aſſerentes, non loquuntur conformiter ad legem. Nam in lege,ſolum ponitur pro cauſa repudij, odium vxorum: nec exprimitur ex qua cauſa odium debeat prouenire.

Cōtra ſupple. d. 33. arti. 3. & Ekium de ſacra. homil. 76.

5. conclu. 5. concluſio. Licet ita ſit verum, ꝙ Iudæi ante Chriſti aduentum ex qualicunq; cauſa etiam leui, poterant repudiare vxores, & repudiando non peccabant, tamen ſi ex leui cauſa, & irrationabili mouerentur ad repudium, non excuſabantur à peccato in tali motione. Volo dicere, quòd licet ita verum ſit quod diximus, quòd ex quacunque cauſa liceret etiam leui, repudiare, & repudiando nō peccarent. Tamen oportebat quòd Hebræus ex rationabili cauſa moueretur ad odium,& non ex leui. Quòd ſi ex leui,peccaret quidem: non in repudiando, ſed quia iniuſtè motus eſt ad odium.

Ratio. Et probatur. Quicunque malè agit, peccat: ſed Hebræus ex leui cauſa, vel irrationabili cauſa motus ad odium vxoris malè agebat: ergo peccabat. Et quòd malè ageret,conſtat: quia non ſecundum rectam rationem agit. Qui enim pœnam infligere vult, quæ culpam ſuperat, non agit ſecundum rationem: ſed Iudæus ex leui, vel irrationabili cauſa accenſus in odium vxoris,ob quod repudiabat,pœnam infligebat vxori ſuperantem culpam: ergo nō ſequebatur rationem rectam. Et in tali motiuo non excuſabatur à peccato, ſicut ſi lege conceſſum eſſet, quòd quilibet alium odio habens poſſet eum lædere. Certum eſt, ſi lex iuxta eſſet, qui alium odio haberet ſine motiuo,ſed ſolum quia ei diſplicet, lædendo, faceret ſecundum legem, nec in hoc peccaret: tamen in motiuo, quo irrationabiliter motus eſt ad odium, peccaret; quia lex ipſa lata innititur in cauſa rationabili ad odium. Sic in propoſito. Deus legiſlator concedens libellum repudij propter odium vxorum conceptū in animo virorum, ad vitandum vxori-

cidium, fundatur in odio, concepto ex cauſa non leui, ſed graui, & rationabili: & vbi talis cauſa leuis, peccatum eſſet, non propter repudium: quia conceſſum eſt, quandocunque eſt odium, ſed eſſet peccatum, in motiuo ad odium ex cauſa leui, & irrationabili.

6. Concl. Vxori nõ licebat virum repu. 6. concluſio. Vltima concluſio de Hebræis. Licet ſecundũ legẽ ex quacunq; cauſa, quę odium cauſabat, licebat viro, vxorẽ repudiare, tamen nunquàm vxori licuit, virum repudiare, quantũcunq; odiſſet eum. Probatur ex ſuprà dictis.

1. Ratio. Quòd repudium dando quis non peccauerit (vt diximus) fuit ex Dei permiſſione per legem, ergo tantum fuit permiſſum, & licitum, quantum in lege fuit expreſſum: ſed in lege ſolũ eſt conceſſum, & expreſſum de viris, vt liceat vxores repudiare, ergo nullo modo extendendum eſt ad fœminas, cùm ſit odioſum.

2. Ratio. Ioan. Eki. de ſacr. homil. 76. Nõ licuit vxoribus virum repudiare. Secunda ratio conceſſionis repudij fuit ad euitandum vxoricidium, quia Iudæi ex duritia ſua erant proni ad tantum facinus: ergo vbi non tale malum timetur, non videtur conceſſum repudium: ſed non timetur, ꝙ vxores viricidium committant, eo ꝙ ſemper ſint inferiores viris ſuis, neq; poſſunt aduerſus eos præualere: ſequitur ꝙ non liceret fœminis viros repudiare. Nec mirandum aliqua licere viro, & permiſſa ei, quæ non fœminæ. Nam conceſſum fuit viris plures habere fœminas (de quibus infrà) attamen nunquàm conceſſum eſt vni fœminæ, plures viros habere. De quo Alexan. ab Alexan. Genialium dierum. lib. 4. c. 8.

Ratio 3. S. Tho. 3. cõtra Gẽ. c. 123. Præterea. Si mulieri liceret repudiare virum, ſicut viro mulierem, ſequeretur inconueniens, quod legiſlator intendebat vitare propter conceſſionem repudij. Probatur. Sequeretur enim vxoricidium, quod legiſlator vitare volebat. Patet. Si fœminæ liceret repudiare virum ex quacunq; cauſa ſicut & uiro, uir conciperet odium uxoris: quia ſe cognoſceret deſpectum ab uxore, ſi ab ipſa eſſet repudiatus, & tali odio concepto, cùm vir ſit potentior fœmina, facilè occideret eam: ſicq; non tolleretur periculum, quod per repudium Deus volebat auferre à Iudæis.

Epilog. Ex iſtis ergo iam liquet, quid de libello repudij dicendũ, & quomodo poterant repudiare tempore legis veteris ex quacunq; cauſa, quomodo etiam, licet ex leui cauſa ad odium motus peccaret Iudæus, non tamen peccabat repudiando: fœminæ verò, nunquàm licuit virum ſuum repudiare. * Quamuis iuxta imperatorum iura vt ex Theodoſio, & Valentiano apparet in l. conſen. C. eodem titu. fœminis, videtur etiam data facultas viros repudiandi: ſed non per legem ſcriptam antiquam.

# ARTICVLVS XI.

## *An per repudium diſſoluebatur matrimonium apud Hebræos.*

DATO ita ſit, ꝙ repudiare vxorem apud Hebręos nõ eſſe peccatum ex Dei permiſſione, vtrum per repudium matrimonium diſſolueretur, & licitum erat vxori repudiatæ alterum virum accipere, & viro repudiãte, alteram vxorem. At quia hæc quæſtio pendet ex præcedentibus, oportet in memoria retinere quæ ſuprà determinauimus, repudiũ in ſe (licet contra legem naturæ eſſet) licuiſſe ex Dei diſpenſatione: quia non erat de lege naturæ ſtrictè, quare vtens tali diſpenſatione, repudiando non peccaret. His ſuppoſitis fit prima concluſio. Supple. d. 33. q. 2. artic. 1.

1. Concl. Prima concluſio. Dato libello repudij ſecundum legis permiſſionem, diſſoluebatur matrimonium primum, legitimè contractum. Probatur illa tenenda ſunt de libello repudij, quæ ſcripta certa fide tenemus: ſed iu Deutero. c. 24. habetur quod matrimonium diſſolueretur per repudij libellum, ergo ſic tenendum. Nam ibidem dicitur. Cumque egreſſa alterum maritum duxerit. Ergo maritum alium accipiebat. Si ergo verus erat maritus ſecundus, ſolutũ erat matrimonium cum primo. Deu. c. 24.

Argum. 2. Secundo. Ibidem habetur, quòd mulier



lier repudiata ſecundo non poterat ad primum virum redire, nec poterat primus vir ſibi reconciliare illam quam repudiauerat. Sequitur ergo, quòd matrimonium ſoluebatur per repudium. Alioqui non ſolum non poterat recipere, ſed tenebatur admittere, quia ſuus erat maritus.

Ratio. 3. Ioan. Eki. de ſac. homil. 76. Tertiò. Si per libellum repudij matrimonium non diſſolueretur, ſequitur ꝙ tam vir repudians, quàm repudiata eſſent in peccato mortali: ſed nõ eſt aſſerendum, quòd per legem ſcandalum eis fuerit poſitum, ergo tenendum quòd diſſoluebatur. In quo errauit

Tertulli. error. Tertullianus lib. 4. contra Martionem, qui putauit diuortium, & repudium in lege noua, & antiqua aſſimilari. Nam diſſimile eſt, quia in illa diſſoluebatur per repudium, & non in noua. Niſi dicatur diuortium inter illos, qui nullo modo poterant coniungi.

2. Concl. 2. concluſio. Dato libello repudij, tam repudians, quàm repudiata licitè contrahebant cum alijs, cum quibus verum erat matrimonium, non obſtante primo. Probatur ex prima concluſione.

1. Ratio. Matrimonium diſſoluebatur per libellum repudij, ſed ſoluto vinculo matrimonij, licitum eſt cuilibet (non obſtante alio impedimento) matrimonialiter alteri coniungi: ergo ſequitur quòd poterat repudians, ſiue repudiata, cum alio contrahere.

Ad Ro. 7. 1. Cor. 7. 2. q. 3. c. Euphe. 7. q. 1. c. ſicut. Secundò. Authoritate Pauli. Mulier ſoluta à lege viri non eſt adultera, ſi ſit cum alio viro: ſed per repudium verè (vt conſtat) mulier, ſoluebatur à lege viri, ergo contrahendo cum alio, non erat adultera, & ſic non peccabat.

3. Concl. 3. concluſio. Quamuis repudiata licitè contraheret cum alio, poſt repudium: mortuo ſecundo, non poterat redire ad primum, etiam primo viro volente eam reducere. Probata manet concluſio, quantum ad primam partem ex iam dictis ſecunda concluſione. Sed quantum ad ſecundam partem probatur.

1. Ratio 2. p. Per repudium (vt dictum eſt) ſoluebatur vinculum matrimonij: ergo poſtquam fœmina viro alteri nupſerat, ſecundo mortuo, non poterat contrahere, niſi cum nouo conſenſu, & inter legitimas perſonas: ſed repudians, & repudiata (poſtquàm alium ſumpſerat) non erat legitimæ perſonæ ad contrahendum, ergo non poterat eſſe matrimonium. Patet apertè ex ſcriptura, vbi dicitur, quòd repudiata, ſi cum ſecundo contraxerit poſt mortem non poterit ad primum redire: & etiam ꝙ vir non poterit recipere. Sequitur ergo quòd erat prohibitum matrimonium inter tales perſonas. Vnde, dato eſſet conſenſus de nouo non tamen eſſet matrimonium: quia erat illegitimæ perſonæ, vt apparet ex lege: niſi aliquis dicat, quod multa ſunt prohibita, quæ tamen facta tenent, tamen non conſtat hoc.

Ratio 2. Secundo. Hæc ſunt in lege prohibita, vt reprimeretur ira virorum, repudiare volentium vxores, cognoſcendo certo, quod amplius non liceret habere, ſi cum alio contraherent, & non facilè repudiarent. Sed non eſſet iræ repreſſio, ſi liceret repudianti reaſſumere quam repudiauit, poſtquam alteri nupſit: ergo videtur ex tenore legis, quod non poſſet ſibi reconciliare iam repudiatam.

4. Concl. Quarta concluſio. Repudiatata à viro, antequam alium virum ſumeret, & vir aliam fœminam: cum nouo conſenſu poterant rurſus contrahere, & eſſet verum matrimonium. Nam vbi adeſt conſenſus inter legitimas perſonas, ibi eſt matrimonium: ſed in præſentiarum inter tales eſſe poterat, talis conſenſus de nouo, ergo poterant contrahere. Quòd tales eſſent perſonæ legitimæ, patet: quia ſi non eſſent legitimæ, hoc ex lege conſtaſſet, ſed ex lege non conſtat (antequam cum alijs contrahant) eſſe perſonas illegitimas. Ibidem enim dicitur: quòd poſtquàm fœmina alteri viro nupſit, non poterat eo viuente, neque poſt mortem, priori reconciliari: ergo à contrario: ſi antequàm virum alium recipere voluiſſet, priori viro, reconciliari poſſet ſine impedimento. Quia iſta odioſa ſunt, non eſt neceſſe ad caſus extendere nõ expreſſos in lege. Suprà p. ar. 2.

Itaque

Itaque eſt verum, quod poſt repudium conceſſum ſi vir antequam cum alia contraheret, & fœmina cum alio viro: vellent ſimul iungi, poſſent adueniente nouo conſenſu.

Ratio.

Dixi hoc ob id, ꝙ primus conſenſus præcedens non ſufficeret. Cuius ratio hæc eſt. Per repudium ſolutum eſt matrimonium, vt determinauimus: ergo ſi ſolutum eſt, non poteſt de nouo eſſe inter duos, niſi ſit nouus conſenſus, cum primus iam nullius valoris ſit, ſicut ſi aliquis eſſet coniugatus, & vxor eius moreretur, poſt verò reſurgeret, antequàm vir, aliam ſumeret, non poſſet habere talem vxorem ex conſenſu præcedenti: niſi de nouo nouus adueniat, quia mortua vxore, ſolutum eſt matrimonium: quòd ſi de nouo debet eſſe matrimonium, oportet de nouo concurrant neceſſaria ad matrimonium.

Ad Ro. 7. 1. Cor. 7.

5. Concl. Quinta concluſio. Licet verum ſit quòd matrimoniũ legitimè contractum olim in lege veteri, diſſolueretur per repudium tamen poſt CHRISTI paſſionem apud Iudæos, qui ſeruant adhuc legem veterem, nullo modo diſſoluitur. Probatur. Ante diſſolnebatur, quia lex data erat de repudio ab illo, qui in diſſolubilitate matrimonij diſpenſare potuit: ſed poſt, in lege Euangelica ab eodem Deo reuocata eſt talis lex, ergo per legem primam, nullum modo diſſoluitur per repudium: & per legem nouam declaratur quòd manet indiſſolubile: ergo quantumcunq; repudium obſeruent Hebræi modo, non diſſoluitur matrimonium legitimè contractũ.

Si Iudæus nũc repudiaſſet matrimo. nõ diſſolueretur. Matth. 5. & 19.

Argum. 2. Secundo. Si matrimonium diſſolueretur per repudium, ſequeretur ꝙ Iudæi conuerſi non compellerentur accipere vxorem primam repudiatam tẽpore infidelitatis, ſed compelluntur ad ipſam recipiendam, vt patet. c. gaudemus. Extra de diuortijs, ergo ſignum eſt, quòd per repudium non fuit primũ matrimonium diſſolutum.

3. Ratio. Tertio. ſi matrimonium diſſolueretur per repudium, ſequeretur quòd repudiata ducens alium virum non adulteraretur, ſed vere adulteratur, licet nõ poſſit vir obijcere adulterium: quia eam repudiauit, vt patet ibidem in textu, ergo ſequitur quòd non diſſoluitur matrimonium per repudium poſt legẽ euangelicam.

# ARTICVLVS XII.

## *Vtrum apud Gentes fuerit repudium.*

DECLARATIO repudic, qđ erat apud Iudæos, reſtat dicere de ea, prout erat apud infideles paganos, tam tempore legis antiquæ, quàm modo poſt legem gratiæ. De quibus per ordinem differendo ſit prima concluſio.

Seneca de remedijs fortui. Plutar. in probl. c. 13

1. Concl. 1. concluſio. In infidelibus paganis ab initio videtur fuiſſe in vſu vxorem repudiare. Patet, quia conſtat, vt ſupra probauimus, & non eſt ſcriptum alicubi contrarium, ergo videtur quòd ſemper fuerit in vſu.

Lud. Cel. li. 15. lect. c. 16. Gel. li. 4. c. 3. & 17. ca. 21. Valer. li. 6 c. 6.

Secundo. Populo Iſraelitico ſtatim lege data conceſſum eſt repudiare, ne grauarentur nimis inſeparabilitatem matrimonij obſeruando, quam gentes non obſeruabant, ſequitur ergo, quòd apud gentiles fuit repudium in vſu ante legem datam populo Iſraelitico. Vide Michaelem de Medina in ſuo de cœlibatu, lib. 5. c. 89.

2. Concl. Gẽtiles repudiando non peccabant.

2. concluſio. Gentiles vxores repudiantes ſecundum conſuetudinem ſuã ante Chriſti aduentum, nullo modo peccabant. Si peccaſſent, maximè, quia facerent contra ius naturę matrimonium diſſoluendo, quòd eſt indiſſolubile, ſed non propter hoc, quia cùm hoc ius naturæ non ſit de primis principijs iuris naturæ, non eſt per ſe notum, ſed eſt de ſecundis præceptis iuris naturæ, quæ ſunt velut concluſiones, quę inferuntur ex primis principijs, ſcilicet, ex decalogi præceptis, ergo non de ſe habet vim obligandi, vſque dum fiat notum, ſed nõ fit notum, niſi ſit conſtitutum aliqua lege humana, vel diuina, vel conſuetudine ab omnibus recepta, ergo vbi non fuerit lex, nec conſuetudo, non obligabit. At apud gentes nulla fuit lex poſitiua, prohibens

Abulenſ. Matth. 19. q. 30. ad. 3



hibens repudium, nulla fuit lex diuina in tota lege veteri, imò fuit concedens vt dictum eſt. Item. Nulla fuit conſuetudo vniuerſalis apud gentiles non repudiandi, ergo nullo modo ius naturæ obligabat: quare in nullo peccabant contra facientes. Probo aſſumptum, ſcilicet quòd neceſſe ſit illa quæ ſunt iuris naturæ ſecundo modo lege aliqua firmari vel cõſuetudine, ad hoc quòd obligent.

Cicero. Cicer. 2. rhetoricorum ait. Res à natura profectas, & à conſuetudine approbatas, legum virtus, & religio ſanxit, ideſt firmauit.

S. Th. 1. 2. q. 94. ar. 2. Ex iſtis verbis S. Thomas probat, illa quæ ſunt de iure naturæ ſecundo modo non habere vim obligandi, vſq; dum fuerint firmata lege poſitiua, vel Diuina, vel cõſuetudine, Cùm enim non ſint per ſe nota, eſt locus varie opinandi circa ſimilia. Notanda eſt ſententia ad ſoluenda multa dubia in hac materia, & in alijs. Nam non ſufficit aliquid eſſe de iure naturæ, ſi illud non ſit per ſe notum, vel ſit firmatum lege, vel conſuetudine.

S. Tho. vbi ſup. art. 4. * Vocantur de iure naturæ ſecundo modo concluſiones quæ eliciuntur ex decalogo, vt ſuprà diximus artic. 7. & 8.

Ex quo manifeſtè ſequitur, quod conſuetudo poteſt præualere, & derogare illa quæ ſunt de iure naturæ ſecundo modo, licet non poſſit aliquid contra illa quæ ſunt de iure naturæ primæuo.

Corolla.

S. Tho. vbi ſup. art. 5. Secundò probatur. Si Gentiles ante CHRISTI aduentum peccaſſent repudiando, debebat eis aliquo modo conſtare, ſed nullo modo poterat eis conſtare: ergo non peccabant, Probatur: quia non conſtabat lege ſcripta eis data, cùm nulla eis data ſit: nec per illam quæ Iudæis, in qua repudium permittebatur: nec ex lumine naturali: quia non erat hoc per ſe notum.

2. Ratio conclu.

3. Concl. 3. concluſio. Gentiles ante CHRISTI aduentum vxores poſt prolem educatam repudiantes non ſolùm non peccabant, ſed etiam ſi repudiarent ante prolis educationem, eſt probabile eos à peccato immunes eſſe. Probatur quantum ad ſecundam partem, qnam probabiliter credo veram. Suprà nos diximus id conceſſum fuiſſe, ſeu permiſſum Iudæis, quia erat in vſu apud Gentiles: ergo videtur, quia illud quod per libellum repudij Deus conceſſit Hebræis, ante erat apud Gentiles, ſed Iudæis conceſſum, vel permiſſum eſt à Deo, vt repudiare poſſent etiam ante prolis educationem, vt manifeſtum fecimus, ergo ante erat in vſu apud Gentiles, at id quod licuit abſque peccato Iudæis facere, data lege, etiam licuit Gentilibus per ſuã conſuetudinem.

1. Ratio. 2. p. ſup. ar. 9.

Ratio. 2. Secundò. Si ante prolis educationẽ (ſuppoſito eſſet in vſu repudiare apud gentiles) eſſet peccatum, eſſet quia id videtur eſſe contra illa quæ ſunt de iure naturæ primæuo, quæ ſunt per ſe nota, quia contra bonum prolis illud eſt directè: ſed non propter hoc erat peccatum. Probatur. Ad hoc quòd illud ſit de primis principijs iuris naturæ, oportet ſit per ſe notum, etſi per ſe notum, apud omnes eſſet idem: ſed quòd ſit malum repudiare ante educationem perfectam prolis, non eſt per ſe notum: quia non idem apud omnes: ſiquidem poteſt dari aliqua natio tam barbara, in qua non ſit prolis educatio perfecta, ſed ſtatim poſt quàm filius poteſt cibum ſumere per ſe, relinquitur ſuo arbitrio, quæ inuenta videtur in nouo orbe, vbi vix erat filiorum inſtructio. Item. Hæc perfecta inſtructio præſupponit aliam vitam in ordine ad quam fieri debet, ſed apud Gentiles barbaros quàm plurimos non erat alterius vitæ cognitio: ergo nec per ſe nota neceſſaria inſtructio.

Nota.

Inuenta eſt natio apud quã prolis inſtructio non multum attinet.

Item, inſtructio filiorum requirit plenum dominium parentum ſupra filios: ſed poteſt eſſe aliqua tam aliena à virtute gens barbara, vt ſeruiliter viuens ſub tyranno, filiorum nullum habeat dominium, nec curam aliquam, quamprimum per ſe cibum poſſunt capere, vt experientia cognouimus: ergo talibus poteſt eſſe incognitum hoc ius naturæ: quòd ſit neceſſarium manere in vnum parentes, vſq; ad perfectam prolis educationem: quæ (vt in plurimum) non completur vſq; ad vigeſimum annum. Quòd ſi poteſt eſſe incognitum, non erit contra ius naturæ primæuum per ſe notum,

tum,

tum, rupudiare ante hanc perfectam prolis educationem. Quare probabiliter videtur tales ante tempus hoc repudiantes, ſecundum ſuam conſuetudinem, non peccaſſe. Nota. Cōcordia dictorum. Nam dato ſupra dixerimus, quod manere ſimul virum, & fœminam vſque ad perfectam prolis educationem, ſit de iure naturæ de primis principijs, intelligo id verum eſſe apud Gentes politicas, & nō apud Gentes ignorantiſſimas, quæ nil aliud ferè habent, quàm naſci, & mori. Sed ita verum eſt id eſſe apud Gentes vtentes ratione, quæ aliam vitam ſpectant, & tenent, & ad ipſam educant prolem, & dirigunt. Si tamen aliquis ſit, cui iſta ſententia diſpliceat, non contradico. ſi clariùs cōtrarium probet aſſenſum præbeo libēter. * Et quidem illa quæ ſunt de iure naturæ primæuo gradus habēt: & quędam ſunt alijs notiora, & priora: vt in ſpeculatiuis vnum eſt primum, ſcilicet de quolibet eſt, vel non eſt. Alia Ariſto. 4. Met. tex. com. 9. itidem ſunt principia ſub iſto primo: ſic in practicis, & agibilibus eſt primū hoc: quod tibi non vis, alteri ne facias: & ip- Matth. 9. ſa prima præcepta decalogi ſunt ſub iſto primo: imò deriuantur ab eo. Itaque ſicut in ſpeculabilibus ab vno principio primo, & noto deriuantur alia principia in agibilibus ab vno notiori minus nota emanant.

4. Concl. 4. concluſio. Gentiles ante Chriſti aduentum vxores repudiantes, quocunque tempore, & quacunque ex cauſa, quantumcunq; leui, ſi id erat in conſuetudine apud eos, nullo modo peccabāt. Ratio. Probatur. Lex naturalis de inſeparabilitate matrimonij non obligat, niſi fuerit firmata aliqua lege, vel conſuetudine: ſed quòd non liceret infidelibus Gentilibus omni tempore, & ex qualibet cauſa repudiare vxores, non fuit lege Diuina, neq; humana firmatum, neq; conſuetudine (quia pono conſuetum ſic eſſe omni tempore repudiare) ergo nullo iure obligantur, vnde facientes non peccabant.

Verum eſt tamen differentiam eſſe inter Gentilem, & Hebræum, quia Hebræus ex leui repudians, peccabat, vt in præcedenti artic. probatū eſt, ſed Gentilis non, ſi haberet hoc eorum conſuetudo, quæ ſicut propter eam non erat peccatum repudiare, neq; erat ex leui cauſa facere, ſi modo conſuetudo eſſet. Et quòd fuerit aliquando in vſu apud gentiles ex leui cauſa repudiare, Alexan. ab Alex. lib. 4. Genialium dierum. c. 8. Alexan. ab Alex. Hebræus tamen, qui Dei habebat cognitionē, aſtringebatur ad hoc, vt ex graui cauſa moueretur ad repudiandum.

5. concluſio. Gentiles, ante aduentū Chriſti vxores legitimas repudiantes, 5. Concl. non ſolùm non peccabant, ſed etiam ſi fœminæ viros ſuos repudiarent, quod non eſt conceſſum Iudæis. Probatur ex Ratio. ſuprà dictis, quia hoc ius naturæ indiſſolubilitatis non habet vim obligandi, niſi fuerit firmatum lege, vel conſuetudine, ſed non fuit apud infideles gentiles lex data, quæ eos obligaret, in qua prohiberet fœminæ, virum repudiare, neque fuit conſuetudo aliqua, quæ haberet vim legis, imò credimus conſuetudinem fuiſſe tam ex parte viri, quàm ex parte fœminæ ex æquo repudiandi adinuicem, vt conſtat experientia apud neophytos noui orbis tempore infidelitatis, ergò ſequitur quod poterat fœmina ſimiliter & virum repudiare. Dixi, non fuiſſe lege prohibitū Gentilibus: quia dato lex fuerit data Iudæis, vt vir poſſet repudiare, & non fœmina propter cauſas ſupra dictas, tamen lex non fuit data infidelibus Gentilibus, S. Th. 1.2. q.94.ar.4. neq; ad eos directa, neq; eis denunciata, neque in aliquo eos obligabat, niſi ſolùm in illa quæ naturalia ſunt de primis principijs, qualia decalogi præcepta. Sequitur ergo, quòd poterat fœmina, ſicut & vir, repudiare apud gentiles, & omni tempore, & ex quacumque cauſa, ex qua vir: quia ex conſuetudine, pares erāt quantum ad hoc. Hæc dicta ſint, quamuis de Romulo dicatur, quòd legem tulerit, vt vir poſſet vxorem relinquere, ſed vxor non virū: vt author eſt Textor in ſua officina, prima parte. Textor. Non obſtat tamen, ſed potiùs confirmatur: quia videtur conſuetum fuiſſe & viro, & vxori, diuertere, ſed Romulus voluit id attemperare: & leges



leges hoc ſonant Theodoſij, & Valentiniani, vt ſupra dictum eſt.

6. conclu. Sexta concluſio. Non ſolum repudium apud gentiles erat ſine peccato ex parte viri, vel ex parte fęminæ poſt matrimonium conſummatum, ſicut conceſſum eſt Hebræis, ſed etiam erat licitum poſt ſponſalia, ſiue de futuro, ſiue de præſenti, etiam ante conſummationem. Ratio. Probatur. Licitum erat repudium (vt ſupra dictum eſt) poſt conſummationem matrimonij: ergo à fortiori etiam licitum fuit ante conſummationem: quia ſi maius vinculum diſſoluebatur abſque peccato, à fortiori, & minus poterat diſſolui. Et tandem patet, quia conſuetudo apud tales gentiles id facit rectum, ſed ſic conſuetum erat, vt apud noui orbis incolas (experientia teſte) didicimus. Et cōſtitutum videtur per leges gentium. ff. de repud. & diuor. l. Diuortium.

7. concluſ. Septima concluſio. Licet ita verum ſit, ſicut diximus in 3. & 4. concluſione licitum fuiſſe apud gentiles repudium quacunque ex cauſa, hoc tamen non obſtante apud gentiles, qui legibus humanis ſcriptis gubernabantur, non licebat ex quacunque cauſa repudiare, ſed ſolum ex illis in lege ſcriptis. Ratio. Probatur: quia tota ratio quare nos diximus repudium licere apud eos eſt: quia non erat ius illud naturę de inſeparabilitate matrimonij firmatum aliqua lege, aut conſuetudine, & ſic non habebat vim obligandi. Ergo ſi aliqua eſſet gentilium natio, quæ leges haberet humanas de repudio diſponentes, illis nō liceret aliud, quam quod lege ſancitum eſt: ſequitur ergo ꝙ vbi leges ſcriptæ ſunt, obſeruari debent, & ſolū licebit repudium ex illis cauſis in lege expreſſis, vt C. de repud. l. conſenſu. dicitur de viro. Cauſæ ex quibus cō cedebatur repudium viro. Neque liceat ei, ideſt viro ſine cauſis deſignatis, propriam repudiare iugalem. Neq; vllo modo expellat, niſi adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut ſepulchrorū violatricem, vel diſſolutricem, ſacris ædibus aliquid ſubtrahētem, aut latronum fautricē, aut extraneorum virorum viro ſuo ignorante, vel nolente, conuiuia appetentem, aut ipſo inuito ſine iuſta, & probabili cauſa foris pernoctantem, theatralibus, vel ludorum ſpectaculis in ipſis locis in quibus hæc aſſolent celebrari, viro prohibente, gaudentem ſi bi veneno, aut gladio, aut alio ſimili modo inſidiantem, aliquid machinantibus ſe conſciam, ſeu falſitatis, ſeu criminum immiſcentē inuenerit, aut manus audaces ſibi probauerit ingerentē tunc neceſſariam ei permittimus facultatem diſcedendi, & cauſas diſſidij legibus comprobare, ideſt in iudicio.

Si autem mulier velit repudiare virum, ponūtur cauſæ in eadem l. Si qua Cauſæ ob quas mulier virum poterat repudiare. igitur maritum ſuum adulterum, vel homicidam, vel veneficum, vel contra noſtrum imperium molientē, vel falſitatis crimine condēnatum inuenerit, ſi ſepulchrorū diſſolutorē, ſi ſacris ædibus aliquid ſubtrahentē, latronem, vel latronum ſuſceptorē, abactorem, ſiue furē pecorum, aut plagiarium, cum impudicis mulieribus coeuntē, ſi ſuæ vitæ veneno, aut gladio, aut ſimili modo inſidiantē, ſi eam verberibus afficientē probauerit, tunc repudij auxilio vti permittimus. Ecce cum iſtæ ſint leges humanæ Imperatorum Romanorum, vbi eſſet natio gentilium, quæ iſtis legibus Imperatorū gubernaretur, illis repudium ſolū liceret, obſeruatis iſtis cauſis repudiandi. Et ſecundum legē latam à Romulo, ſolum vir poſſet repudiare, non tamē fœmina, quia ei interdictum erat. Non tamen ob id ſolueretur matrimoniū poſt Chriſti aduentum, vt in ſeq. artic. dicemus.

8. concluſio. Apud infideles gentiles, 8. concluſ. ad quos nullo modo peruenit euangelij notitia ſufficiens, etiam poſt legem à Chriſto latam de non repudiādo, nullum eſt peccatum repudiare vxores, ſicut nec ante Chriſti aduentū. Probatur. Si apud tales qui nunc ſunt Ratio. 1. infideles, qui nihil de lege Chriſti audierunt, eſſet peccatum repudiare, hoc deberet eis conſtare aliqua lege, ſed nulla lege eis cōſtat: ergo non peccāt repudiando. Nā non cōſtat eis lege na-

naturæ, cum vt ſupra diximus, non ſit de primis principijs iuris naturæ, quæ ſunt per ſe nota. Neque conſtat eis aliqua lege: quia licet fuerit à Chriſto inſtitutum in lege noua, ipſi tamen nullã de hoc habẽt notitiam, vt ſupponimus. Item. Neque conſtat eis conſuetudine: quia eorum conſuetudo eſt in contrarium, eo quòd habent in vſu repudium: ergo tales gentiles qui nũc ſunt, repudiantes non peccant, ſicut nec ante legem euangelicam peccabant.

Ratio. 2. Si tales gentes, ad quos notitia Euangelij non peruenit, peccarent repudiando vxores, ſequeretur quòd aliquis agẽdo quod in ſe eſt, damnaretur, quod Ad Rom. 2. videtur impium ſentire de Deo. Pono gentilem qui viuat ſecundum legem naturę, & in nullo offendat, & vnum Deũ, quem lumine naturali cognoſcere poteſt, confiteatur & credat, & quicquid ad ſalutem neceſſarium eſt habeat, qui iuxtà ſuos mores antiquos vxorem repudiet: ſi iſte talis peccaret repudiando, certum eſt erit mortale: moriatur, talis damnabitur, & agit quod in ſe eſt: quia & legem naturæ obſeruauit, & vnũ Deum credidit, & cætera alia cognoſcibilia, hoc ſolo vno excepto, quòd vxorẽ repudiauit, at hoc videtur falſum, ergo dicendum eſt, quòd talis non peccabit repudiando vxorem, ſi nõ habet aliquã legis notitiam.

9. Concl. Infra i hac 2. p. art. 17. concl. 5. 9. concluſio. Licet ita ſit, quòd gentiles qui nunc ſunt, ad quos euangelij notitia peruenit, peccent mortaliter non recipiendo legem Chriſti, probabile eſt eos non peccare mortaliter vxores Ratio. 1. res repudiando iuxta mores ſuos. Probatur prima pars quòd peccent nõ obediendo. Tales tenentur legem Chriſti acceptare, qui eſt dominus, & vniuerſalis redemptor omnium, & non ſub alia pœna, niſi damnationis æternæ: quia Marc. vl. qui non crediderit, condemnabitur: ergo peccant mortaliter legem Chriſti non acceptando.

2. Ratio. Ad Rom. 7. Secundò. Quicunque non obedit mandatis ſui ſuperioris peccat. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſed non acceptans legem latam à Chriſto, ſi ei conſtat ab eo eſſe latam, non obedit mandatis ſuperioris, ergo talis peccat. Quòd talis non obediat, conſtat, quandoquidem non vult recipere talia mandata, neque talem legem. Nota modum proponendi fidem, quẽ habuerũt Hiſpani. Hæc pars eſt ſatis clara, dummodo ſufficienter eis proponatur, & vitæ exemplo, vel miraculis, non ridiculoſe: vt in nouo orbe à primis armatæ militiæ audiuimus propoſitam, oſtendendo Indis, Bibliam, vel alium librum loco eius, ſicut audio contigiſſe. Et dicunt qui proponunt, oportet credere omnia hic contenta, & obedientiam præſtare Papæ, & Imperatori; quod ſi infideles audientes hæc non admittant, ſtatim bellum iuſtum reputant noſtri. Quàm ſit hoc alienum à ratione, eſt manifeſtum. De quo aliàs.

Ratio. 2. p. Secunda pars concluſionis probatur. Nam non eſt neceſſe dicere, quòd infidelis non volens recipere legem Chriſti peccet nouo peccato, quotieſcunque agit contra aliquod mandatorum, quæ ſunt in lege Chriſti: Licet enim de fideli hoc ſit verum (quia poſt legem ſuſceptam inobedientiam committit circa quodlibet) non tamen de infideli eſt neceſſe aſſerere. nam non formaliter, & directè inobedientiam committit, agendo contra quodcumque mandatũ Chriſti: ſed eſt continuè in peccato: quia non vult recipere legem Chriſti: quam tenetur ſuſcipere. Nota. Non enim videtur neceſſarium dicere, quòd infidelis quotieſcunque non ieiunet, peccet mortaliter, ſuppoſito quòd Chriſtus ieiunium iuberet in lege ſua: quia ſi præcepta in lege Chriſti data non eſſent naturalia de primis principijs per ſe notis, quæ aliàs lege ſecluſa tenetur infidelis obſeruaſe, non videtur quòd infidelis tranſgrediendo ſemper peccet nouo peccato, ſed ſemper manet in vno peccato, ſcilicet, quia legem Chriſti non recipit. Abulen. Matt. 18. q. 90. Non quidem peccat infidelis, qui non vult recipere euangelium: nouo peccato, quia non recipit Euchariſtiam: quia non confitetur, quia non dolet, quia nõ baptizatur, ſed ſemper eſt in continuo peccato, quia non vult recipere legem Chriſti: ſic in propoſito: dato infidelis gentilis audiens Chriſtum legem dediſ-

ſe, &



ſit, & in ea ſcriptum, quod nulli liceat repudiare, tamen ex proteruia nõ vult legem Chriſti ſuſcipere, & perſeuerans in lege ſua adhuc repudiat, eſt in continuo peccato, non quia repudiat, ſed quia legem non recipit, quam tenetur recipere. Et videtur probabiliter dictum, quòd ſi alicui ex infidelibus noui orbis, quibus ſufficienter eſſet fides propoſita, ita vt peccarent non credendo ex obſtinatione: tamen nollent eam recipere, peccarent quidem, non recipiendo, ſed tã non peccarent repudiãdo. Sed ego dubito in toto orbe nouo tam ſpatioſo, vbi per loca maritima computando per mare quod dicitur del Norte à terra delos bacallaos: incipiendo vſque ad fretum Magallanicum: & rurſus per mare del Sur ab eodem freto, vſque ad vltima loca diſcooperta in eleuatione 44. gradum reperiuntur octo mille leucæ fere, vt notum fecimus in noſtris phyſicis ſpeculationibus in tertia editione, in libro vnico de cœlo & mundo, ſpeculatione decima, & vndecima omnia loca nomine proprio, vt à nauigantibus ſunt impoſita, nominatim apponendo, dubito inquam ſufficienter propoſitam fidem Chriſti, & legem eius immaculatam, (non ex defectu miniſtrorum Dei, quia plures & veri apoſtolici religioſi ſunt) ſed ex corruptione & ſcandaloſa vita aliquorum Hiſpanorum circa luxuriã, & auaritiam, ſimul & ſuperbiam. Dominus ignoſcat illis, qui ſcãdalizant pu- Matth. 18. ſillos. Siquidem aduerſus Hiſpanicam nationem in illo orbe, ex cœlo Pauli tuba ſonat, id quod dum in terris prædicator, & doctor gentium officium adimplens, dicebat Iudæos increpando, qui cum fidem Chriſti ſuſcepiſſent aduerſus conuerſos ex gentilitate gloriabantur eos contemnendo, ad Ro. 2. Si autem Iudæus cognominaris & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti voluntatem eius, & probas vtiliora, inſtructus per legem, confidis te ipſum eſſe ducem cæcorum, & lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipſum non doces. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis non mœchandum, mœcharis. Qui abominaris idola, ſacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per legis præuaricationem Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes. hæc Paulus & nomine Pauli: hæc prædicamus, & dolemus quòd per triginta annos: hæc huiuſmodi ſcandala, ſimus experti in nouo orbe, vbi ſi adeſſent viri exemplares ex noſtris Hiſpanis gentium multitudo per Dei gratiam intraret, at peſſimorum morum corruptio noſtrorum Hiſpanorum impedimentum præſtat, ſed alibi latius.

## ARTICVLVS XIII.

*Vtrum per repudium inter gentes diſſolueretur matrimonium.*

VTRVM per repudium inter gentes cõſuetum, diſſolueretur matrimonium. Potuit enim eſſe, conſuetudinem præualere ad peccatum vitandum in repudiando, ſed quòd non poſſet vinculum matrimonij legitimè contracti, diſſoluere. Ob quod ſint concluſiones.

1. concluſio. Per repudium conſuetum apud gentiles, ante aduentũ Chriſti diſſoluebatur matrimonij vinculum. 1. conclu. Probatur ex iam dictis. Id permiſſum eſt Iudæis: & quicquid de repudio conceſſum fuit eis, totum erat prius apud gentiles (ob quod eis conceſſum eſt) vt ſuprà diximus: ſed apud Hebræos per repudium matrimonium diſſoluebatur, ergo & apud gentiles. 1. Ratio. Alioqui aliquid amplius Deus Hebræis conceſſiſſet, quam peterent, vel apud gentiles eſſet in vſu: ſed hoc non videtur dicendum, cum cauſa conceſſionis ea credatur eſſe, ne Iudæi grauarentur obſeruare illa, quæ gentiles non obſeruabant: ergo illa quę Iudęis conceſſa ſunt: apud Gentiles erant in vſu. Sequitur ergo quòd diſſoluebatur matrimonium per repupium.

Ratio 2. Secundò. Gentiles repudiando non peccabant, vt ſupra diximus, ergo diſſoluebatur matrimonium per repudium. Alioqui ſi non diſſolueretur, quomodo poſſent excuſari à peccato mortali repudiantes? Imò ſemper eſſent in mortali peccato.

2. concluſ. Secunda concluſio. Repudio facto inter Gentiles ante aduētum Chriſti, abſque peccato vir aliam ducebat vxorem, ſimiliter vxor alium virum, cum quibus verum contrahebant matrimonium. Probatur, ſicut in præcedenti concluſione. Per repudium matrimonium diſſoluebatur, ſed ſoluto matrimonio quilibet cōtrahere poteſt aliàs non prohibitus: ſequitur, quod poterat vir, & vxor repudiata alium inire matrimonium. Et quòd abſque peccato, patet: nam ſi per repudium verum matrimonium ſolutum erat, non erat peccatum cum alio contrahere, ſicut neque eſſet, ſi poſt mortem primi viri cōtraheret, ſed ita matrimonium ſoluebatur per repudium, ſicut per mortem: ergo ſi poſt mortem, non erat peccatum cum alio contrahere, neque erat ſi poſt repudium. (Ad Ro.7. 1.Cor.7.)

3. concluſ. Tertia concluſio. Repudiatam vxorem apud Gentiles poterat vir repudians, quocunque tempore ſibi rurſus accipere in vxorem, ſimiliter vxor virum repudiatum in maritum poterat reaſſumere, ſi de nouo eſſet conſenſus in matrimonium, nam iam repudio facto inter duos, & matrimonio ſoluto poſtquàm fœmina repudiata eſt ab alio, vel mortuus eſt vir, quem ſecundo accepit, & idem ex parte viri poteſt de nouo conſentire fœmina in virum repudiantem, quem primo habuit: & ſimiliter vir, adueniente conſenſu legitimo duorum, ſi alias non ſint perſonæ prohibitæ eſt verum matrimonium: ſed nulla lege, aut conſuetudinium apud eos legimus prohibitum ſibi reconciliare repudiatam: ſequitur ergo quod poſſent ad inuicem de nouo contrahere. (Ratio.)

Lex data Iudæis nō obligabat gentiles. Et quidem non obſtat lex data Hebræis de non recōciliando repudiatam: quia illa non obligabat Gentiles, nec ad eos fuit directa, ſed ſolum data eſt Hebræis, & ipſi illa obligabatur, vt infra dicemus, Quod apud Gentiles eſſet talis cōſuetudo reconciliandi, credibile eſt, quandoquidem modo experientia conſtat, apud noui orbis incolas conſuetum eſſe, ſaltem in prouincia Michoacanenſi, & ſic puto in alijs prouincijs.

Dixi in concluſione, ſi adſit nouus conſenſus, quia poſtquam per repudium ſolutum eſt matrimonium: & ipſa cum alio viro contraxit, poſt mortem ſecundi, oportet ſi debet redire ad primum de nouo conſentiat, quia ſolutum fuit matrimonium. Sicut ſi moreretur, & reſurgeret eſſet neceſſarius nouus conſenſus, quia mortuo viro (vt ait Paulus) ſoluta eſt fœmina à lege viri. 1.Cor.7. Neque eſt adultera, ſi fuerit cum altero viro, vt ſupra diximus. Ad Ro.7.

Concl. 4. Quarta concluſio. Poſt repudium factum inter gentiles ante aduentum Chriſti, ſi antequam vir aliam duceret, & vxori contigerit reconciliari, probabile videtur non fuiſſe neceſſarium nouum conſenſum ad matrimonium. 1. Ratio. Probatur: quia (vt nos infra dicemus) dato inter fideles matrimonium contractum legitimum diſſoluatur per conuerſionem vnius ad fidem, alio nolente cohabitare, vel non ſine contumelia creatoris, tamen nūquam diſſoluitur vſq; dum conuerſus tranſierit ad aliud matrimonium, vel quæ non vult conuerti ad alium. Sic in propoſito. Si in caſu eſſet neceſſarius nouus conſenſus, ob id videtur, quia primum matrimonium ſolutum eſt per repudium: ſed hoc nō obſtat, quia hæc ſolutio matrimonij per repudium, videtur eſſe non ſtatim quando repudium fit, ſed quàm primo repudians, vel repudiata alium ſumit: nā eodem modo ſoluitur: imò efficacius per dictum Apoſtoli, quando alter conuertitur, & non vult cohabitare infidelis fideli: tamen non videtur diſſolutio facta, vſque dum alter ipſorum tranſeat ad ſecundum matrimonium: ergo etiam in præſenti videtur probabiliter dici poſſe.

Ratio 2. Secundò. Quòd matrimonium diſſoluatur per repudium apud gentes





ante aliquam legem datam; habetur ex ipſorum conſuetudine: quia habent in vſu: ſequitur ergo quòd maximè aduertendum eſt ad eorum conſuetudinem, & intelligentiam ad iudicandum, vtrum matrimonium ſit ſolutum, vel non, ſed in caſu concluſionis ipſi non credunt ſolutum matrimonium per ſolum repudium, niſi vir, vel vxor aliam duxerit, ſed quandiu manent ſine coniunctione aliorum, per ſolam reconciliationem ſine nouo conſenſu ſe credunt veros coniuges: ergo ſequitur non eſſe neceſſarium nouum conſenſum. Dixi, probabile, quia non eſt mihi certum, eo quòd contrarium habeat apparentiam, ſcilicet ſtatim per diuortium ſolutum eſſe, vt dictum eſt, ſed tamē expertus loquor aliquam repudiatam rurſus ſine nouo conſenſu reconciliari.

5. concluſ. poſt Chriſtum non diſſoluitur matrimonium. Quinta concluſio. Poſt legem Chriſti, prohibentem repudium apud Gentiles infideles, (etiam ad quos non peruenit notitia Euangelij) repudiantes legitimam coniugem, vel legitimum virum, nō diſſoluitur matrimonium. Concluſio eſt notanda, ne aliquis ex ſuperius dictis decipiatur, putans per repudium modo diſſolui matrimonium inter Gentiles. Omnia quidem dicta verum tenent, ante legem Chriſti, ſed lege data non diſſoluitur per repudium. Per repudium. Ratio. Probatur. Si diſſolueretur per repudium matrimonium legitimum poſt legem euangelicam, eſſet, quia Gentiles repudiantes vtuntur conſuetudine ſua, & legibus ſuis nunc, ſicut ante aduentū Chriſti: & ante aduentum Chriſti verè diſſoluebatur per repudium, ergo & modo: ſed non propter hoc patet: Cauſa quare ante aduētum Chriſti diſſoluebatur erat: quia cum nulla lege inſtituta eſſet inſeparabilitas matrimonij, ſolum obligabantur ad illam ſecundum ſuam conſuetudinem: & talis erat ipſorū conſuetudo, vt repudiata alium ſumeret, & repudians ſimiliter, ſed iam lege Chriſti data, qui eſt Dominus vniuerſalis, & redemptor omnium: dedit legem de non repudiando, & declarauit matrimonij indiſſolubilitatem: ob quod nulla conſuetudo poteſt præualere contra talem legem, vt diſſoluatur quod indiſſolubile declaratum eſt. ſequitur ergo dato ſit modo repudium conſuetum, quòd non diſſoluitur, conſuetudo poteſt eos excuſare repudiantes propter ignorantiam legis: non tamen ob id diſſoluitur matrimonium, ſicut ante legem Chriſti diſſoluebatur. (Matt.19. S.Th.1.2. q.97.ar.3. ad 1. Abulen. parado.5. — cap.116. S.Th.1.2. q.77.ar.3)

Dixi in concluſione, etiam ſi ſint Gentiles, qui nihil audierunt de lege Chriſti: nam poſſet eſſe de iſtis dubium. Tamen probatur etiam de illis. Data lex Chriſti vniuerſaliter ad omnes, omnes potuit obligare, ſi voluit, potuit: & voluit omnes, ergo obligantur, ſequitur ſi omnes obligantur, quòd vbicunque homines reperiantur, cuiuſcunque conditionis, contra legem facientes, etiam ſecundum cōſuetudinem ſuam non eſt validum, neque firmum: ergo repudiantes ſecundum ſuas leges non diſſoluunt matrimonium contra legem Dei, dicētem eſſe indiſſolubile. Verum tamen eſt, quòd in tali facto excuſantur à peccato repudiantes, quia nondum lex eſt eis promulgata, vt ſupra diximus. S.Th.1.2. q.90.ar.4. Attamen dato repudiantes non peccent, non tamen ob id matrimonium legitimum diſſoluitur. Sicut ego bona fide poſſidens alienum, ſi alicui donem, vel vendam, licet à peccato ſim immunis, non tamen tenet donatio, vel venditio, quia alienum erat: Sic in propoſito, dato ita ſit, quòd Gentiles ante aduentum Chriſti, qui nullam habuerunt notitiam legis Euangelicæ, non peccabant repudiando vxorem legitimam, vel virum legitimum, & alium ducendo, non tamen ob hoc diſſoluebatur primū matrimonium legitimè contractum.

Vltima ratio. Innoc.III. Vltimo probatur concluſio, ex determinatione Eccleſiæ, in cap. gaudemus. Extra. de diuortijs. Vbi Innocentius Tertius, dicit, quòd Gentilis paganus conuerſus ad fidem, debet habere in vxorem illam, quam primo repudiauit, alijs relictis. Sequitur ergo, quandoquidem Summus Pontifex declarat, primam repudiatam veram eſſe vxorem, quòd nunquàm fuit diſſolutum matrimonium per repudium. Alioqui ſummus Pontifex non præciperet ad

primam repudiatam redire: imò neq; poſſet præcipere: quia non poſſet ipſe neque tota Eccleſia facere matrimoniũ, qđ verè nō eſt matrimonium: licet bene in pœnam compellere poſſet ad conſentiendum de nouo, vt compellit, quando quis viuente propria vxore contrahit cum alia, ipſa inſcia, & poſt moritur propria vxor, & venit in notitiam illius ſecundæ, determinatur, quod ſi ipſa innocens velit cohabitare, & eum vt maritũ habere, compellatur vir in pœnam ſui peccati, in eam de nouo conſentire, & habere vt vxorem, vt patet, Extra. de eo qui dux. in matrimo. quam pollu. cap. Propoſitum. ſicut in foro conſcientiæ qui fictè alicui puellæ promiſit, ſi ſit ei æqualis, vel inferior, tenetur eam ducere & conſentire, vt poſſit plenè ſatisfacere. De quo ſupra, & in fine tertiæ partis agemus, ſed in c. gaudemus. ſup. allegato, verum declaratur matrimonium eſſe, cum prima repudiata: neque aliquid ibi de conſenſu nouo dicitur: ſequitur ergo, verum & legitimũ matrimonium inter infideles paganos, poſt legem Euangelicam, nunquam ſolui per repudium apud eos conſuetum.

In pœnam eccleſia cō pellit ad matrimo.

Infra arti. 19.

6. Concl. 6. concluſio. Inter infideles gentiles, vtentes repudio poſt legem Euangelicam, non ſolum non diſſoluitur matrimonium, quando abſolutè contractum eſt, ſed dato à principio contraherent, animo repudiandi ſecũdum mores ſuos, nullo modo per repudium datum poſt tale matrimonium, diſſolueretur.

Ratio. Ratio eſt. Quantuncunq; Gentiles infideles, qui modo ſunt, contrahendo cum voluntate ſufficienti ad matrimonium, habeant in animo repudium, ſi omnia non placent: ſicut eſt vſus apud eos, eſt verum, & legitimum matrimonium, vt ſuprà, iam nos in iſta ſecunda parte probauimus: quia matrimonium contractum ſecundum ſuam conſuetudinem eſt validum, & firmum. At matrimonium validum, & firmum poſt legem Chriſti non diſſoluitur inter fideles per repudium, vt probauimus in præcedenti cōcluſione: ſequitur ergo, quòd quantuncunq; paganos, contrahens cum aliqua abſolutè matrimonium, & habeat in animo repudium ſi diſpliceret, quod poſteà, dato repudio, non diſſoluetur matrimonium: quia cùm matrimonium legitimum, & firmum iudicemus, per repudium ſuperueniēs, nullo modo diſſoluitur, imò addo vnum, quod probabile reputo, hoc eſſe verum, non ſolum ſi in animo haberet repudium, tempore contractus, ſed etiam ſi exprimeret, & in pactum duceret, dicendo. Ego tecum contraho hac lege, vt repudiare poſſim te, ſi mihi diſplicueris, ſicut conſuetum eſt apud nos: & reſponderet ſimiliter, crediderim eſſe matrimonium: quia tale pactum, vel talis contractus manet, acſi eſſet abſolutè factus. Dato etiam conditio apponatur, quæ ſi modo inter fideles apponeretur, vitiaret contractum: ſed tamen apud infideles non vitiat, quia ſic habet ipſorũ vſus, vt putent ſibi liceret repudiũ, etiã poſt verum, & legitimum matrimonium contractnm. Hanc ſententiam videtur tenuere do. Panor. in cap. De infidelibus, Extra, de conſang. & affin. dicens contra Glo. ꝙ ſi quis Iudæus cōtraheret cum aliqua cum pacto repudiandi, eſſet matrimoniũ, quia licet ei per legem. Cùm ergo quod licuit Iudæo per legem, hoc & Gentili per cōſuetudinem: ſequitur, ꝙ ſi infidelis tali animo contrahere, vel in pactum ducere repudium, quando diſpliceret, eſſet verum matrimonium. Tales enim infideles contrahendo non errant, quia ſecundum ſuam cōſuetudinē contrahunt, & intelligunt cum hoc ſe matrimonio coniungi, etiã poſita conditione illa, vel in animo, vel in pacto, & tamen propter hoc non vitiatur contractus, ſed remanet verus, & firmus, ſecundum veritatē, quã in ſe habet. Verbi gratia. Sicut ſi ruſticus eſſet, qui cōtrahere vellet, qui eſt tam barbarus, vt vinculũ perpetuũ matrimonij ignoret: ſed fortè credit vinculum manere ad certũ tēpus, & tali cogitatione contrahat, tamē cum hoc abſolutè velit hanc accipere in vxorē, ſicut homines ſolent facere: nulli dubiũ eſt, eſſe verum matrimoniũ, etiam ſi cogitauerit nō eſſe perpetuum vinculum, ſic in propoſito: dato infidelis Gentilis, contraheret abſolutè, volens hanc vt vxorem, ſed cum animo repudiandi quan-

Si in pactũ ducerēt repudium, matrimonium teneret.

Panor. cō tra glo.

Suprà in hac p. art. 4. pa. 285. C.

quan-



quando diſpliceret: quia videbat eſſe in vſu, verum eſſet matrimonium, licet deceptus fuerit, in ignorantia conditionis contractus, qui eſt ad perpetuo manendum, & nō repudiandum. Sic nos ſuprà in prima parte diximus, ꝙ ruſticus ignorans qualitatē, & conditionē cōtractus matrimonij, verè cōtraheret, nec vitiaretur propter eius ruſticitatem, ſed maneret in ſua firmitate, & tantum haberet roboris, quantum intelligunt ſapientes. Sic in propoſito videtur dicendum apud infideles.

Sup. 1. p. art. 1. dub. 1.

Epilogatio. Ex iſtis omnibus habemus clariſſimè quomodo repudium, quod erat in vſu apud Gentiles, ante legē Chriſti, & poſt legem Chriſti, non erat impedimentum quominus poſſet eſſe verum matrimoniũ apud eos. Et quomodo vſus repudij, qui nūc eſt apud eos ex quacunq; cauſa etiam leui, non vitiat matrimoniũ legitimè contractum, quandoquidē habeāt in animo mutuò ſe tradere vt vir & vxor: & poſt contingebat repudium propter aliquod ſuperueniēs. Imò dato ita eſſet, ꝙ haberent in animo repudium, quando contrahebant, quia id habebant in vſu, videtur ꝙ non tolleret firmitatē matrimonij: etiam cōceſſo in pactũ ducerent repudiare. ic poſſet addi aliquid de diuortio, quod ſimile eſt repudio, ſed tamē pro tertia parte miſſum faciamus.

Sequitur poſtquã primã abſoluimus quæſtionem de repudio, quomodo propter illud diſſoluebatur matrimonium, & quomodo poſt legē Euãgelicã à Chriſto datam, tenentur omnes ad indiſſolubilitatē obſeruandam. Vnde poſſumus probabiliter tenere ſine præiudicio ſanioris ſententiæ: ꝙ indiſſolubilitas non eſt de ſe in matrimonio, ita ꝙ teneantur oēs illam ſeruare, & non ſeruantes peccēt, ſed puenit indiſſolubilitas, ex Chriſti mandato. Et ab illo tempore tenētur omnes ſeruare illam, ſi ꝙ non licet repudium dare, nec matrimoniũ diſſoluere. Hanc ſententiã videtur tenere do. Abulen. Hæc dixerim propter nonnullos, qui voluerunt dubitare de infideliũ noui orbis, matrimonio, ob hoc ſolum, ꝙ repudiũ habebant. Certè ſi verùm eſt, indiſſolubilitatē ſolum obligare de iure Diuino, licet ipſa ſit de iure naturæ de ſecũdis præceptis, nō ex illo magis negandum matrimoniũ inter infideles, qui ex hoc ꝙ non ſeruabant legem Euãgelicam. Illa enim quæ naturalia ſunt de ſecũdis præceptis, ſolum obligant (vt dictũ eſt) quando lege ſunt inſtituta, vel conſuetudine approbata. Iſtis verò vtcunque pertractatis, reſtat de ſecũdo dubio principali, de pluralitate vxorum, vtrum iſtud eſſet impedimētum quominus matrimonium eſſet inter infideles.

Matth. 5. & 19.

Abulen. 1. Reg. 8. q. 97.

S.Thom. 1. 2. q. 95. art. 2.

## ARTICVLVS XIIII.

*De pluralitate vxorum, vtrùm repugnet matrimonio; ita quòd ſit contra ius naturæ cum pluribus contrahere.*

POSTQVAM de repudio ſermonem fecimus, oportet de vxorum pluralitate diſſeramus. Iuuat enim plurimum iſta exactè ſcire, ad cognoſcendum quomodo potuit eſſe inter infideles Gentiles matrimoniũ, ſimul cum pluralitate vxorum. Et primum erit, vtrùm iſta pluralitas repugnet iuri naturæ. Supponimus enim pluralitatem vxorum fuiſſe tam in lege naturæ, quàm in lege ſcripta: & apud fideles, & infideles. At quia tam in aperto hoc eſt, nolumus id probare. Nam præter ſcripturam teſtimonium, experientia conſtat apud noui orbis infideles fuiſſe in vſu: ob id quærimus primò, vtrùm repugnet iuri naturæ, hæc vxorum pluralitas.

Pro ſolutione quæſtionis oportet in memoriã reuocare illa quæ diximus ſupra in iſta 2. par. quando de repudio loquebamur, ſcilicet, dupliciter aliquid eſſe de iure naturę. Vno modo de primis principijs per ſe notis: & ſunt illa, quæ ſunt eadem apud omnes. Secundo modo aliqua ſunt de iure naturæ, quæ ſunt velut concluſiones, quæ inferuntur ex iſtis primis principijs, quæ nō ſunt idem apud omnes. Nota. 1.

Theo. diſt. 33.

S. Tho. in 4. d. 33. & 1. 2. q. 94. art. 4.

Soto de iuſtit. & iur. lib. 4. q. 4. art. 4.

Notandum inſuper. Aliquid eſſe contra naturam, iudicandum eſt, quando per illud tollitur finis intentus à natu-

 ra, vel

Vigue. ca. ra,vel ſi non omnino impediatur,ſaltim
16. §. 7. ſi difficilis reddatur: quia vtrumq; iſto-
ver. 12. rum erit contra naturam, cum natura
Ariſtot. 2. ipſa inclinet ad ſuos fines conſequẽdos
phy. text. vnamquamque rem, & non ſolum dat
com. 75. vt conſequatur quælibet res ſuum finẽ,
ſed etiam dat vt debitè,& cõgruè.Exem
plum poſuimus, quia natura dedit ho-
mini oculos ad tuendum ſe à periculis,
& non ſolum illos dedit, ſed ordinauit,
& in tali loco poſuit, vt commodius fi-
nem conſequeretur in capite, & non in
pedibus.

Nota. 3. Notandum etiam, in matrimonio na
turam prætendere finem principalem,
prolis. ſ. procreationem, & finem ſecun
darium,operum communicationem,in-
ter virum, & fœminam. Oportet ergo
videre, an pluralitas vxorum in matri-
monio repugnet fini,quem intendit na-
tura,quòd non poſſit cum illo ſtare.Vel
vtrũm difficilem faciat.Quibus ſic præ-
libatis ſit prima concluſio.

1. concluſ. Prima concluſio. Pluralitas vxorum
Ratio. non eſt de ſe mala, ſic ꝙ non poſſet ali-
Supple. d. quando bene fieri. Probo. Si eſſet de ſe
33. q. 1. mala, nunquam licuiſſet habere plures
S.Th. 1.2. vxores: ſed Patriarchæ, & antiqui viri
q. 100. ar- in lege naturæ, & ſcripta ſemper pec-
tic.8. caſſent,plures ducendo, ſed hoc eſt fal-
Scot. in 4. ſum,vt ex ſcriptura cõſtat: ergo non eſt
ſent. d.37. de ſe malum. Nam eo quòd odium Dei
q.vnica. eſt intrinſecè malum, nunquam poteſt
Gabr. & bene fieri,& in quocunque fuerit,pecca
Alma. ibi. tum erit: nullo tempore, nulla circun-
ſtantia poteſt bene exerceri (quicquid
Ocham. & dicat Ocham, & Aliaco) quia ſi Dei o-
Aliaco. p. dium (qui ſuper omnia eſt amandus)
ſent. q.14. nunquam poteſt bene haberi, ſic eſſet
de vxorum pluralitate, ſi intrinſecè eſ-
ſet de ſe malum plures habere: ſed ta-
men conſtat aliquando meritoriũ fuiſſe
plures habere: ergo potuit bene fieri,
Deut. 6. quod patet in legẽ naturæ. Abraham
Geneſ.16. habuit Sarram, & Agar ſimul. Iacob e-
Gen.29.& tiam habuit quatuor vxores ſimul Liã,
30. Rachelem, Bala, & Zelpham. Iſti ſan-
cti Patriarchæ non repræhenduntur de
hoc: ergo licitum fuit plures habere
vxores. Quare non eſt intrinſecè ma-
lum de ſe plures habere.

Secundò. Tempore legis ſcriptæ viri
ſancti habebant plures vxores,vt Dauid
habuit,& tamen in hoc nõ dicitur repre 2. Reg.3.
henſus à Deo,patet: quia dicitur de eo, & 5.
quòd non declinauerit ab operibus quę 1. Paral.3.
mandauerat Deus omnibus diebus vitę
ſuæ, excepto ſermone Vriæ Ethei. Er-
go accipiendo plures vxores non fecit
malum. Item & Helcana pater Samue- 1. Reg. 1.
lis ſimul duas habuit.

Secunda cõcluſio. Pluralitas vxorum 2. concluſ.
licet ſit contra ius naturæ,vt eſt de ſecũ
dis pręceptis, non tamen eſt contra ius Dur. d.33.
naturæ,vt eſt de primis. Probatur,ꝙ ſit Coua.2.p.
contra ius naturæ ſecundo modo. Illa epit. ca. 7.
ſunt contra ius naturæ ſecundo modo: §.1.
quæ vel tollũt finem ſecundarium, quẽ Viguer. in
prætendit natura,vel faciunt eum diffi- ſuis theo.
cilem cõſequi: ſed ſic eſt pluralitas vxo- inſt. c.6.§.
rum: nam finis ſecundarius matrimonij, 7. ver. 12.
qui eſt operum communicatio, tollitur:
ex hoc ꝙ operum cõmunicatio pręſup-
ponit amorem, & pacem in familia: ſed
vbi ſunt plures vxores vnius viri, nõ eſt
pax,quia (vt dicit Ariſt.) figulus figu- Ariſt. li.7.
lum odit. Sequitur ergo, ꝙ vel non erit ethic. ad
operum communicatio,vbi plures vxo- Eudemũ
res: vel ſi fuerit non æquè bene, ſicut ſi in princip.
ſolum vna eſſet vnius.Et quidem (expe Et lib. 2.
rientia teſte) conſtat difficulter eſſe pa- Rheto. ad
cem in familia,vbi multæ fœminæ. Sicut Theode-
contigit inter Sarram, & Agar. Solent ctem. c. 4.
enim inter ſe quendam zelum habere
perniciosum offenſiuum valde. Et ocu-
lis noſtris vidimus apud incolas noui or
bis, vt vix fœminæ vellent iungi viro,
quia aliam habebat vxorem propter o-
dium,& iurgia, & diſcordias.

Item. Ex pluralitate vxorum non eſt
pax in familia,ex hoc ꝙ vnus vir non po
teſt ſatisfacere in redditione debiti mul
tis ſimul, non ſolum in redditione ad vo
tum, ſed neque in competenti: ex quo
neceſſe eſt odium, & non amor. Ob has
cauſas pluralitatem vxorum dicimus,
repugnare legi naturæ ſecundario: quia
finis ſecundarius intẽtus à natura in ma
trimonio qui eſt operum communica-
tio,debitè haberi non poteſt, vbi plures
in eodem communicant officio.

Pars alia cõcluſionis probatur, quòd Ratio 2.p.
non ſit cõtra iuris naturæ præcepta pri
maria: quia illud eſt contra ius naturæ
primo



primo modo, per quod tollit̃ finis prin-
cipalis,quẽ intendit natura,ſed per plu
ralitatem vxorum non impeditur: nam
finis principalis eſt prolis generatio, ꝓ-
creatio,& eius educatio, ſed per plura-
litatem vxorum hoc nõ impeditur, imò
melius finis adeſt vbi eſt pluralitas vxo-
rum: quia vnus vir ſufficit multis fœmi-
nis fœcundandis, & plures fœminæ,me-
lius poſſunt ad educationem filiorum,
quam vna ſola. Sequitur ergo,cum per
pluralitatem vxorũ finis principalis ma
trimonij non impediatur, ſed melius ha
beatur,non erit contra iuris naturæ pri
ma principia, plures habere vxores. Si
enim contingit ex pluribus vnã ſterilẽ,
& ſi alia non eſſet quæ conciperet, non
Gerſon. eſſet prolis procreatio. Et Ioan. Gerſon
Nota. in 2.p. de matrimonio loquens,dicit nõ
eſſe cõtra ius naturæ habere plures vxo
res.Et ſic fertur de illo rege ditiſſimo in
Qui habu prouincia Perù,ꝙ ducẽtos filios genue-
it ducẽtos rit,quia plures erant reginæ,& concubi
filios. næ, quarum non erat numerus certus.
Etiã in noua Hiſpania de dño de Tuzcu
co fertur, ꝙ ſexagenariũ excederet nu-
merum.Conſimilia de alijs dicuntur.

3.concluſ. 3.concluſio. Vxorum pluralitas quã-
contra Ca uis non ſit contra prima principia iuris
iet. naturæ,eſt tamen contra ius Diuinũ po-
Geneſ. 2. ſitiuum à principio creationis inſtitu-
Matth. 19 tum,& poſt in lege noua expreſsè mani-
Ratio 1. feſtatum. Probatur.Ius Diuinum poſiti
uum prout diſtinguitur contra natura-
le illud eſt, quod conſtat nobis à Deo,
tanquã regula quædam data, per quam
actiones noſtræ dirigãtur: talis verò re-
gula nobis datur ab ipſo, quando nobis
manifeſtat voluntatem ſuam,quæ nobis
dupliciter conſtat per dicta, ſcilicet, &
per facta. Et vtrunq; dicitur ius diuinũ
S.Thom. poſitiuum,tunc ſic. Illud dicitur eſſe cõ
1 p q. 19. tra ius diuinum poſitiuum, quod eſt cõ
& p. ſent. tra dictum, vel factum Dei ad noſtras a-
d.45. ctiones dirigendas,ſed vxorum plurali-
Geneſ.2. tas repugnat facto Dei à principio, qui
vnam fœminam Euam vni coniunxit vi-
ro: cum tamen poſſet plures ſimul crea-
re, præcipuè vbi non erat alia in mun-
do. Et ex hoc facto à principio mundi,
poſt, in lege noua,volens declarare ma-
trimonium quomodo oportet ſit vnius
ad vnam: verbo explicuit, innitens illi fa
cto dicens, Ab initio creauit Deus ma- Matt.19.
ſculum,& fœminam,& dictum eſt. Pro-
pter hanc relinquet homo,&c. Non di-
xit, Propter has, inſinuas, quòd vna de-
bet eſſe vxor ſolum.Dixit etiam, Adhæ-
rebit vxori ſuę,non vxoribus.Sic inter-
prætãtur locum iſtum Diuus Hierony- Hierony.
mus, & Chryſoſtomus. Sequitur ergo, Chryſoſt.
quod pluralitas vxorum eſt contra ius
diuinum.

Secundò. Geneſ. 2. dicitur, & poſt à 2.Ratio.
Chriſto repetitum Matth. 19. Erũt duo Geneſ. 2.
in carne vna, id eſt, duo erunt vna caro, Matt.19.
& non dixit: erũt tres,vel quatuor,aut
plures,quæ verba fuerunt dicta in inſti-
tutione primi matrimonij: ergo de iure
diuino poſitiuo, eſt directè eſſe vnam v-
nius, & contra ius diuinum pluralitas
vxorum in matrimonio.

Ad idem,Chriſto dicente, Quicunq; 3. Ratio.
dimiſerit vxorem ſuam,& aliam ſuper- Matth.5.
duxerit,mœchatur: ergo accipiendo ſe- & 19.
cundam,prima repudiata,peccatum eſt,
& adulterium cõmittit. A fortiori ergo
ſi retenta prima, aliam quis duxerit.

Aſtipulatur & Paulus. His qui matri 4. Ratio.
monio coniuncti ſunt præcipio, nõ ego, 1. Cor.7.
ſed Dominus, vxorem à viro non rece-
dere,ꝙ ſi receſſerit,maneat innupta,er-
go ſi pluralitas vxorum nõ eſſet contra
ius diuinum, liceret viro dimiſſa vna,a-
liam recipere. Vnde videtur,ꝙ vxorum
pluralitas, repugnet iuri diuino poſiti-
uo. Et quidem Innocentius in c. Gaude Innoc.III.
mus. Extra,de diuortijs, hæc argumenta
adducit ad probandum pluralitatẽ vxo
rum eſſe contra ius diuinum. Attamen
hoc ius diuinum nunquàm fuit expreſ-
sè cognitum vſq; ad Chriſti aduentum, Matt.19.
qui expreſſam legẽ dedit.* Et ſic tenen
dum eſt, vt rectè intelligit hunc locum
D. Hierony. ſuper Matth. & contra Ioui D. Hiero.
nianum lib. 1. & B. Chryſoſt. ſuper Mat- B. Chryſ.
th. homil. 363. In quo deceptus eſt Tho
mas de Vio Cardinalis, dicens, non eſſe Caie. dece
expreſſam in ſcriptura reprobationem ptio.
de pluralitate vxorum. Et adiecit aliud
in quo etiam deuiauit, ſcilicet, quòd eſt Decep. 2.
Theologorum opinio: cum tamen Ma- Caiet.
giſter ſentent. in 4. diſt. 33. apertè dicat
eſſe præceptum diuinum, vbi adducit
locum

Magiſt. ſenten. B. Bonau. Ricard.

locum Matth. 19. Et B. Bonauen. ibi. q. 2. idem Ricar. eadem diſt. q. 1. Circa hoc vide quæ infra dicta ſunt in hac 2. parte, art. 16. in fine, & art. 17. conclu. 4 & art. 18. in fine ſecundæ concluſionis.

## ARTICVLVS XV.

### *An fuerit requiſita diſpenſatio ad pluralitatem vxorum.*

SEQVITVR conſequenter. Vtrùm habere plures vxores aliquando licuit abſque diſpenſatione. Vel, vtrùm fuerit neceſſaria diſpéſatio: & hoc poteſt intelligi & in lege naturæ, & poſt, in lege ſcripta. De fidelibus, & infidelibus Gentilibus.

1. concluſ. Driedo de liberta. Chriſ. lib. 1. cap. 16. Theol. d. 33. 4. Io. Maio. d. 33. q. 1. Hugo. lib. 2. de ſacr. p. 11. c. 10. & in ſumma ſen. c. 5 Tira. l. 7. cõnu. n. 15 S. Th. in 4. d. 33. q. 1. ad primũ. Cõcilium Colonien.

Prima concluſio. Habere plures vxores in lege naturæ omnibus fidelibus, licuit abſque aliqua expreſſa Dei reuelatione. Probatur. Si tunc temporis eſſet illicitum habere plures vxores, maximè eſſet, quia fieret contra Dei præceptum, vel contra ius naturæ. Non quia contra Dei præceptũ, quia nullũ erat expreſſum de vnitate vxoris, licet ſolum creauit vnum virum, & vnã fęminam, ſed tamẽ hoc factum nõ fuit præceptum, quod obligaret. Factum intelligentes, vt poſt dicemus. Sequitur ergo, ꝙ non erat illicitum ex hoc. Nec erat illicitũ quia contra ius naturæ. Nam cùm ſit ſolum contra illa quæ ſunt de iure naturæ ſecundo modo (vt ſupra diximus) nullã vim obligandi habent talia, niſi ſint per aliquam legem ſancita, vel per conſuetudinem recepta: imò poſt receptionem per conſuetudinem poteſt tolli: ſed nulla fuit data lex, in ſtatu legis naturæ, neq; fuit conſuetudo ab omnibus recepta, de habenda ſolùm vna, cùm ſancti Patriarchæ plures haberent: ſequitur ergo, ꝙ non erat aliquod peccatum tũc vti pluralitate vxorum, etiam ſine diſpenſatione expreſſa.

Auguſt.

Hoc teſtatur B. P. Auguſtinus libro de bono coniugali dicens. Antiquis iuſtis non fuit peccatum, ꝙ plurimis fœminis vtebantur, neque contra naturam id faciebant, cùm non laſciuiendi hoc cauſa, ſed generandi, facerent. Neque contra morem, quia eo tempore ea fiebant. Neque contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Hæc Diuus P. Auguſtinus.

Ratio 2. Geneſ. 16. & 29.

Secundò. Conſtat Abraham, Iacob, & alios ſanctos tempore legis naturæ, vſos eſſe vxorum pluralitate, neque reprehenduntur, imò laudantur ſatis in ſcriptura: ſequitur ergo ꝙ non fuit illicitũ.

Ratio 3.

Tertiò. Si fuiſſet in ſtatu legis naturæ illicitũ habere plures vxores, eſſet, quia cùm matrimonium ſit quædam commutatio corporum, oportet ſit æqualitas ex parte contrahentium. Sicut ergo illicitum fuit tunc vxori plures habere viros: ita & illicitum debuit eſſe viro, plures habere vxores, ſed non propter hoc: quia hæc æqualitas viri & vxoris, non eſt eodem modo, ſed proportionabiliter ad finem, quem natura intendit per contractum matrimonij; & quia quod intendit primo, & præcipuè eſt habere prolem, & ad prolem, iuuat ꝙ vnus vir, plures habeat fœminas: quia pluribus fœcundandis ſufficit, vt dictum eſt, non tamen iuuat, ꝙ vna fœmina, plures habeat viros: quia per hoc impeditur generatio: ſequitur non inconueniens eſſe quantum ad hoc, eſſe inæqualis conditionis virum & fęminam.

Alex. ab Alex. lib. 4. geniali. die. c. 8.

Similiter etiam in ordine ad alium finem ſecundarium, quod eſt eſſe in remedium: quia quando vir habet plures fęminas, videtur fęmina fruſtrata iſto fine, quia non poteſt virum habere, quando velit, in remedium: quia cum pluribus debeat ſatisfacere, non poterit quando ipſa voluerit ei debitum reddere: nec propter hoc eſt illicita. Tunc quidem nullã rationabiliter patitur fœmina iniuriam, etiã ſi vir plures habeat vxores: quia tantum quantum diminuitur de fine ſecundario, ſcilicet, de redditione debiti in remediũ creſcit, & augetur quod intenditur in fine principali, ſcilicet, prolis: ſed quilibet rationabiliter debet hoc velle, vt minori bono aliquid ſubtrahatur, vt creſcat quod maius eſt: ergo non fit iniuria mulieri. Quòd ſi non fit ei iniuria, quia amplius creſcit finis primarius, ſcilicet proles: ſequitur quòd habere plures vxores, etiam in illo ſtatu ante aliquam legem, nullum fuit peccatum, etiam



Sco. d. 33. q. vnica.

etiam ſine aliqua diſpenſatione. Exempli gratia, vt ait Doctor ſubtilis, ſicut cibus ad duo ordinatur, ſcilicet, principaliter ad ſuſtentationem, & ſecundario ad delectationem, & recreationem qui vtitur cibo, quanto magis conuenit nutritioni, quamuis aliquid adimatur de recreatione, vel delectatione, non iniuſtè facit, neque contra naturam, etiam ſi nulla in hoc ſit expreſſa diſpéſatio. Sequitur à ſimili, quod ꝙ pluralitate vxorum vteretur, quo meliùs principalis finis matrimonij, ſcilicet, prolis ſtaret, & per hoc aliquid adimeretur ſecundario fini, ſcilicet remedio libidinis, non eſſet illicitum id agere, abſque aliqua diſpenſatione. Sic Duran. exiſtimat pluralitatẽ vxorum iuri naturali non repugnare expreſsè.

Durand. diſt. 33. & Abulen. Matt. 19. q. 30. vſq; ad 34.

2. concluſ. Aug. 16. de ciuit. c. 38.

Secunda cõcluſio. Pluralitas vxorum in ſtatu legis naturę, ante omnem legem ſcriptam, non ſolum licuit abſq; diſpéſatione expreſſa, ſed fuit meritoriũ in partibus illis, plures habere vxores. Patet ex prima cõcluſione. Non fuit illicitum plures habere: ergo fuit licitũ, ſi licitũ in habente gratiam: ergo meritorium: quia in habente gratiam nullo modo datur actus indifferens, contra Sco. & Dur. licet detur in eſſe moris quantum ad ſpeciem, & non quo ad indiuiduum, vt ait S. Thom. ſed illi ſancti Patres erant in gratia: ergo accipere plures vxores in eis fuit meritorium.

Scot. in 2. diſt. 41. Durand. d. 40. q. 2. S. Th. 1. 2. q. 18. ar. 8. & 9.

Ratio 2.

Secundò. Quicunque agit aliquid ſecundum rectam rationem, & propter bonum finem meretur in eo, at ſancti Patres habẽdo plures vxores, faciebant opus ſecundum rectam rationem, & propter bonum finem: ergo merebantur in eo. Quòd eſſet opus ſecũdum rectam rationem, probatur. Vbicunque ſunt duo bona eligenda, & maius eligitur, relicto minori, eſt opus ſecundum rectam rationem, in præſentiarum, erant duo bona, ſcilicet multiplicatio fidelium, ad quam neceſſaria erat vxorum pluralitas, & erat aliud bonum, ꝙ eſſet pax in familia, ad quam erat conueniens, ſolam vnam eſſe vxorem, ſed maius eſt bonum cõmune, quam particulare: ergo ſecundum rectam rationem faciebnt, qui plures capiebant. Et quòd eſſet propter bonum finem, patet: quia finis erat multiplicatio fidelium.

Aug. contra Fauſt. li. 22. c. 49. & de bono coniu. c. 9. & 13. & 19

Ratio 3.

Tertio. Si non eſſet meritorium, eſſet ex hoc, quòd cõtra dictamen rationis apparebat, & contra ius naturæ, ſed non erat contra ius naturæ, concurrente circunſtantia temporis: ergo erat meritorium, Nam prima præcepta iuris naturę (quia multum diſtãt à particularibus) non contingit variari, tamen circa ſecunda præcepta iuris naturæ, quæ ſunt velut concluſiones, quæ eliciuntur ex ipſis primis principijs contingit, vel propter alias circunſtantias, ſicut in entibus ſecundum naturam: quia ea quæ ſunt penitus naturalia, manent penitus immota, ſicut aſſerit Ariſt. Ignis ardet hic, & in Perſis, quod nunquam mutatur. Alia ſunt naturalia, partim adiuta ex conſuetudine, quæ licet habeant motum naturalem, non tamen habent determinationem omnimodã in natura, ſicut eſſe dextrum, & ſiniſtrum: & ideò contingit aliquos fieri ambidextros, ſiniſtra poteſt eſſe aliquando melior, cum tamẽ dextra ſit abſolutè melior. In propoſito. Licet habere plures vxores abſolutè, ſit contra ius naturæ, tamen cum non ſit de illis, quæ omnimodam habent inuariabilitatem in natura, poſſunt aliqua circunſtantia variari, erunt bona, ſcilicet adueniente tali temporis circunſtantia. Sic fuit pluralitas vxorum reſpectu finis, nõ ſolum bona, ſed aliquo modo neceſſaria: ergo ſequitur, ꝙ tales qui habebant plures, merebantur. Patet etiam in c. Obijciebatur. 32. q. 4. Quòd codices vulgati tribuunt Ambroſio: cum in veritate ſit Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum. c. 47. Sic Magiſt. ſen. d. 33. Auguſtino tribuit, quod citat Supple. diſt. 33. q. 1. art. 2. * Hanc eandem cõcluſionem in tract. de cęlibatu lib. 4. controuer. 1. cap. 9. probat Michael de Medina minorita eleganter.

Soto de iuſti. & iu. li. 1. q. 4. ar. 4.

Ariſtot. 5. ethic. c. 2.

S. Th. 1. 2. q. 94. ar. 4.

D. Aug.

Magiſt. Supple.

* Et quamuis cum pluribus illud matrimonium fuit cõtractum, verè fuit ſacramentum: eo modo quo ante Chriſtum ſacramentum dari potuit, in quo peſſimè Luther errauit. Quem optimè redarguit Caſtro in ſuo de hære. lib. 11. ver. Nuptiæ. hæreſi. 3. *

Error Lutheri. Caſtro.

Ter-

3.concluſ. Viguer. in ſuis inſtit. theo. c.16 §.7. verb. 12. Sup. in 4. d.33. q. p. art.2. con clu.2.

Tertia concluſio. Accipere plures vxores in ſtatu legis naturæ abſque diſpenſatione expreſſa,ſic licuit, vt etiam ſi fieret inuitis primis vxoribus,vel ſine earum conſenſu: nullum eſſet peccatū. Iſtam concluſionem pono propter aliquos Doctores graues alias, qui affirmant licitam pluralitatem vxorum: ſed tamen q̧ hoc deberet eſſe cum conſenſu primæ. Quorum ratio hæc eſt,quia poſito vir dederat poteſtatem ſui corporis primæ vxori,non poterat habere ius ad dandum alteri ſine ſuo expreſſe conſenſu: quia non erat ſuum,ſed tamē cum conſenſu vxoris, poterat. Quod probant ex ſcriptura. Geneſ.16. Dixit Sarra ad Abraham: Ecce concluſit me Dominus ne parerem,ingredere ad ancillam meam, ſi ſaltem ex ea ſuſcipiam filios. Ecce quomodo Abraham duxit aliam vxorem de cōſenſu primæ. Idem dicunt contigiſſe Iacob, qui Lyam duxit de conſenſu Rachelis,quæ iunior erat, & de voluntate harum duarum ingreſſus eſt ad ancillas earum. Ad ancillam Rachel propter ſterilitatem. Ad ancillam verò Liæ poſtquam Lya credidit ſe deſijſſe parere. Hęc illi doctores.

Geneſ.16. & adducitur, 32. q. 2. dixit Sarra. Geneſ.30.

Ratio. Contra ſuppl. vbi ſupra.

Sed tamen contra eos poſita concluſio, probatur:quia(vt ſuperius dictum eſt) ſi non liceret plures ducere ſine conſenſu primæ, eo eſſet, quia priuatur iure ſuo, quod habet in corpus ſui viri, vel quia fœmina nupſit viro in remedium incontinentiæ:& ſi ſint plures fęminæ, quibus debitum debeat vir reddere,nō quotienſcunque tentationem patitur prima fœmina, poterit vti viro in remedium: ſed nullum iſtorum obſtat quominus in tali occaſione liceret pluribus vxoribus vti. Primum non obſtat,quia dato ita ſit, q̧ per matrimonium fœmina acquirat ius in corpus viri, non tamen quominus maneat liber ad ſe reddendum alteri, ſalua redditione debiti.

1. Cor. 7.

Cùm ergo debitum poſſit reddere primæ vxori,etiam ſi ſecundam ſumat: ſequitur quòd ipſa nolēte,poteſt cum ſecunda contrahere. Neque propter ſecundum. Nam licet fœmina virum acceperit propter remedium incontinētiæ, principalius tamen propter prolem habendam:ergo vbi principalius ſaluatur, etiam ſi fit cum aliquo detrimento minus principalis, non fit iniuria fœminæ, etiam ſi fiat ipſa inuita,quia non eſt rationabiliter inuita. Item,quia dato virum acceperit in remedium incontinentiæ,non tamen in omni loco,& in omni tempore debitum reddi debet,ſed penſatis quibuſdam circunſtantijs.

1.Cor.7.

Non omni tempore, & loco debitum reddendum.

Sequitur,quòd ſicut propter aliquam circūſtantiam vir poteſt negare debitum primæ vxori petēti, etiam ſi nullam aliam ſecundo duxerit, etiam vxore inuita, poterit abſque peccato licitè aliquādo denegare ducendo ſecundam propter aliquam circunſtantiam ſuperuenientem,ſed talis erat circunſtantia tunc occurrens multiplicatio, ſcilicet generis humani:ergo videtur,quòd quādoque idem licuit plures ducere vxores, & meritoriè factum eſt, quòd potuit fieri, & benefactum eſt abſque licentia,vel conſenſu primæ vxoris.

Ad 1. art.

Ex dictis patet ſolutio ad primam rationem opinantium contrarium.

Ad 2. Michael de Medina de cęlibatu li. 4. cōtrouer. 1. c.9.

Ad ſecundam, ex ſcriptura dicendū, q̧ illa verba dixerit Sarra, & quòd tamquam fuerint de conſenſu ipſius. Idem reſpectu Iacob credimus factum: quia fœminæ cum eſſent ſanctæ,eligebāt maius bonū, ſcilicet multiplicationem generis humani, cum detrimento minoris, ſcilicet pacis in familia. Sed tamen ex hoc non ſequitur, quòd Abraham, vel Iacob non poſſent id facere, ipſis etiam nolentibus.

4.concluſ.

Quarta concluſio. Capiendo diſpenſationem nō pro expreſſa reuelatione, neque pro interiori inſpiratione particulariter facta, ſed largè pro interiori dictamine rationis, nunquàm licuit habere plures vxores ſine diſpenſatione, hanc concluſionem libet ponere, ne videamur obuiare grauiſſimis Doctoribꝰ contrarium aſſerentibus. S. Thom. in 4. diſt. 33. q.1. art. 2. Palu. ibi. quæſt. 1. art. 1. Maior. ead. d. q. 1. S. Ant. 3. par. tit. 14. cap. 10. §. 2. Ambroſius Catha. contra Caiet. lib. 5. Driedo. de liber. Chriſtiana lib. 1. cap. 18. Probatur quantum ad partem vltimam. Certum eſt illos ſanctos viros, qui tunc nullam legem habebant

Viguer. in theo. inſt. ca.19. §.7. ver. 12. S.Thom. Palude. Maio. S. Anton. Driedo. Cathar. Ratio vlt. part.



bant ſcripta exterius,niſi ſolum in corde,ſequentes dictam rationis, non mouerentur ad agendum contra factum Dei,qui à principio vnum maſculum, & vnam fęminā iunxit in matrimonio, niſi interius mouerentur ſecūdum rectam rationem:ſed talis rectæ rationis motus, diſpēſatio largè dici poteſt:ergo ſecluſa illa non licuit habere plures vxores. Probatur, q̧ ſit diſpenſatio. Nam per diſpenſationem fit quòd illud,quod ante non licebat,liceat adueniente diſpenſatione,ſed adueniente recto iudicio rationis facit licere,q̧ non liceret eo ſecluſo: ergo largè diſpenſatio dici poteſt. Et q̧ recto iudicio ſecluſo non liceret,patet:quia tūc agebant contra factum Dei, per quod debebant regi in ſuis operibus,niſi interius aliud dictaſſet ratio.

Duran. d. 33.q.p.

Cōcordia Doctorū. Durand. vbi ſup. Abulen. Matt. 19. q.30. & 34

Ex hoc habes, quomodo concordare poſſis Doctores contrarium opinantes. Nam dicentes diſpēſationem neceſſariam debent intelligi iſto modo vt diſpenſatio dicit iudicium rectū rationis mouentis ad pluralitatē vxorum. Et Doctores dicentes non eſſe diſpenſationem neceſſariam, intelligunt diſpenſationem expreſſam exterius, vel interius per reuelationē aliquam factam patribus. Sic tenet,& bene Do. Abulen.

Sed maior difficultas eſt,qūo ad determinationē eccleſię reſpondendum, q̃ expreſsè contrariū ſonat in c. Gaudemus,de diuor. Ad q̧ dupliciter reſpondetur.

1. reſpon.

Primò nō eſſe cōtra eccleſię determinationem:nam licet in illo c. ſint iſta verba, nō licuit habere plures vxores ſine diſpenſatione:non ſequitur, q̧ illa verba ſint Eccleſiæ determinatio, ſed ſunt verba dicta ab Innoc. ſicut ſi quidam homo doctus proferret, & nō voluerit determinare vt Sūmus Pontifex. Alioqui ſequeretur, quòd omnia verba quę ſunt in Decretalibus,eſſent Eccleſiæ determinationes,quod nō eſt dicendum;cum multa dicta in Decretalibus ſint reprobata à Doctoribus: quia Doctores non habent vt determinationes,ſed vt ſententię quedā additæ ipſis determinationibus, de quibus vel cōtra quas licet contrariū opinari.

Nota quādo licet opinari contra aliqua poſita in Eccleſiæ determinationibꝰ.

Sup. p. p. ar.22. dubio 3.

Pro cuius debita ſolutione oportet in memoriam reuocare,quòd memini me dixiſſe in 1. parte,cum de catechiſmo ageremus, quòd in omnibus Pontificum determinationibus, ad hoc q̧ ſciamus ſegregare certa ab incertis, & dubia ab illis quę ſunt firma,videre oportet quid fuerit quæſitū, & de quo dubio Summus Pontifex fuit requiſitus:& ſuppoſita intelligentia quæſtionis,videre verba textus circa dubium: & illud habendum eſt tanquam firmū, & certum in deciſione illius quæſtionis,de quo nulli licet vnquam dubitare abſque peccato.

Notādum quid in Pōtificis, aut Eccleſiæ determinationibus cōſiderandum.

De hoc vide infra in hac p. art. 21.

Tamen ſi in deciſione quæſtionis, vel dubij, Summus Pontifex,vel Cōcilium alia ponat verba, non ob id habenda ſunt tanquam determinatio Eccleſiæ:quia illud non fuit propoſitū in quæſtione,& nōn authoritatiuè determinatū, ſed tāquam probabile adiunctum. Exempli gratia. In c. Maio. de baptiſmo,& eius effectu. Et in Clement. vnica,de ſumma Trin. & fide cath. dicitur,q̧ in baptiſmo infunditur gratia, & infunduntur ſimul virtutes quantum ad habitum: attamen Doctores catholici circa infuſionem iſtorū habituum dubitant,& alioqui opinantur tales habitus non dari: ſaltim de virtutibus moralibus. Neq; ob id damnari putamus, quia non contra Pontificis determinationē opinantur,ſed contra hominis ſententiā, ſcilicet ſummi Pōtificis,qui velut homo, quod probabile videbatur,dixit. Imò in Clementina explicat,probando opinionem tāquam probabiliorem. Nam in quæſtione ſolum fuit,q̧ quidam hęretici dicebant non tolli per baptiſmum peccatum originale, & q̧ paruulis non prodeſſet ad ſalutem: quia credere non poterant. Hæc ſunt ibi determinata, & contrarium nulli licet opinari. Alia tamen(vt quòd infundantur habitus virtutum) addita ſunt, non vt determinationes, ſed vt probabiliter dicta: quia illa non fuerūt in quæſtione propoſita,etiā ſi modo in Concilio Trident. fuerit diffinitum infundi in iuſtificatis aliquid,quod & inhæret formaliter,quamuis non nominet habi-

Scot. in 3. d.26. Duran. d. 23.q.6.

Conc. Tr. Sot. de natura & gratia li.2.c.18.

Vega de iuſtific.lib.7. cap. 24. habitum. De quo in noſtris reſolutionibus Theologicis. Sic in propoſito. In c. Gaudemus. Extra de diuortijs. propoſitum fuit dubium, vtrùm pagani, qui contraxerunt in gradibus prohibitis lege diuina veteri, vel canonica, ſi conuertantur, debeant ſeparari. Secundum fuit, vtrùm pagani, qui plures habebant vxores, vel qui legitimam repudiauerunt, ſi conuertantur, debeant, vel poſſint plures retinere. Vtrùm etiam repudiatam debeant iterum ſumere, reiecta quã habent, quando conuertuntur.

Abulen. in ſuo defeſo. & 1.Reg.c.8. q.102.

Hæc fuerunt dubitata in c. illo, quæ à ſummo Pontifice fuerunt determinata, & non licet contrarium opinari. Attamen, vtrùm licuerit plures habere vxores cũ diſpenſatione, vel ſine ea, non eſt dubitatum. Et dato à ſummo Pontifice ibi ſit inſertum, non tamen vt determinatio, ſed vt ſententia Doctoris tenenda. Quare non eſt inconueniens contrarium opinari.

2. ſolutio.

Secundo poteſt dici, ꝙ textus non repugnat noſtrę cõcluſioni: quia quando dicit, non licuiſſe habere plures abſque diſpenſatione, intelligitur capiendo diſpenſationem pro dictamine rectæ rationis, iudicantis id expedire pro illo tempore, ſicut in vltima concluſione declaratum eſt.

## ARTICVLVS XVI.

*An licuit habere plures vxores tempore legis ſcriptæ.*

1. concluſ.

SEQVITVR dicendũ de tempore legis ſcriptę quomodo licuerit plures habere vxores. Ad quod tribus concluſ. reſpondetur.

Prima cõcluſio. Tempore legis ſcriptæ ante Chriſti aduentum, licuit plures habere vxores ſolum ex ipſa lege, ſine alia diſpenſatione. Probatur. In

Deut. 21.

Deut. dicitur. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & aliã odioſam, non poterit filium dilectæ facere primogenitũ. Sequitur ergo præſupponere hominem plures habere vxores, & non reprehendit: ergo fuit licitum illas habere: quia illa loquutio non eſt particulariter ad aliquem hominem directa, ſed ad omnes.

Ratio 2.

Secundò. Quia legitur tempore legis veteris, ſãctos plures habuiſſe vxores, qui non ſunt reprehenſi, ſed ore Dei laudati. Patet de Dauid, & de patre Samuelis, qui miraculosè filium habuit. Idem de Salomone: ergo licuit id tempore legis ſcriptæ.

1. Reg. 15. 2. Reg. 3. & 5. 1. Paral. 3. 1. Reg. 1. 3. Reg. 11.

Tertiò. Si vxorum pluralitas tempore legis ſcriptæ eſſet malum, cũ conſtet quãplurimos plures habuiſſe fuiſſet reprehenſum ab aliquo propheta: ſicut alia vitia reprehendebantur, ſed nõ inuenitur, vt patet ex lect. lib. Reg. Paralip. Iudic. & prophetarum: credibile ergo eſt tempore legis licuiſſe habere plures vxores: & hoc ſolum ex verbis legis intelligi potuit abſque aliqua alia diſpenſatione.

2. concluſ. 1. Ratio.

Secunda concluſio. Licet tempore veteris legis licuerit plures habere vxores, tamen multitudinẽ effrænatam habere non licuit. Concluſio patet quãtum ad primam partem ex iam dictis. Sed ſecunda eſt manifeſta ex ſcriptura reprehendente multitudinem effrænatam, vt arguitur Salomon, de multitudine vxorum. Item, regi prohibetur ne habeat plures.

3. Reg. 11. Deut. 17.

2. Ratio.

Secundò. Cauſa quare nos diximus in lege naturæ licitam vxorum pluralitatem, etiam abſq; aliqua lege, erat ex hoc, quòd recta ratio dictabat propter bonum finem, ſcilicet prolis gignenda, conueniens pro tũc eſſe: ergo ſecluſo tali bono fine, male fieret, ſed qui effrænatè plures recipit in matrimonio, videtur alium finem intẽdere, ſcilicet laſciuiam: ergo videtur illicitũ quamplurimas habere. Nam vbi multitudo vxorum inordinata nõ prodeſt ad prolem, quia effœminatum relinquunt hominem. Vnde de Salomone qui legitur habuiſſe ſeptingentas reginas, & trecentas concubinas, ſolum legitur vnum habuiſſe filium Roboam, quem habuit antequam multiplicaret ſibi mulieres, quamuis hæc non ſit in

3. Reg. 11.

om-



omnibus certa ratio, cum in rege del Perù (vt diximus) locum non habuerit. De quo dicitur, quòd ducentos genuerit filios.

3. concluſ.

Tertia concluſio. Poſt legem Chriſti, quæ reuocat vxorum pluralitatẽ, nullo modo licet Iudæo qui Euãgelij notitiam habet, vxorem præter vnam habere. Hæc concluſio tam manifeſta eſt, vt probatione non egeat, quandoquidem dominus Ieſus vniuerſalis redemptor, & legiſlator, hanc declarauit veritatem, vſque ad illud tempus occultam: ꝙ, ſcilicet in matrimonio vnus vni coniungi debeat, ad quam legẽ omnes obligantur, & cuius transgreſſio reos mortali peccato facit, niſi ignorãtia excuſet. Si enim Iudæus eſſet, ad quem notitia Euangelij nõ peruenit, indubiè fatendum, talem non peccaſſe in hoc, ꝙ præter vnam, aliam admittat vxorem in matrimonio.* Dixi, poſt legem Chriſti, in qua vxorum pluralitas damnata, & apertè lex data de vnitate vxoris in matrimonio.

Matt. 19. Geneſ. 2.

Error Anabaptiſtarum.

In quo errauerũt Anabaptiſtæ noſtris temporibus: qui dicunt licere duas habere vxores ſimul in matrimonio qui negãt legem de vxoris vnitate.

Error Caietani.

In quo etiam Do. Caiet. alias catholicus à vero deuiauit: quippe qui Marci 10. dicit, legem de vnitate vxoris in canonicis libris non eſſe ſcriptam: & Matth. 19. clarius dicit. Tenendum tamen eſt incunctanter cõtrarium: cuius lex patet in Chriſti ſanctionibus, & inſtitutis. Contra quem F. Alphon. à Caſtro, de hær. lib. 11. ver. Nuptiæ. hære. 4. De quo ſupra mentio facta eſt in art. 14. in fine. & infra art. ſequen. 17. & 18.

Caſtro cõtra Caiet.

## ARTICVLVS XVII.

*Vtrùm Gentilibus licuit plures habere vxores.*

SED his intellectis de populo fideli, ante aduẽtum Chriſti, & poſt, reſtat diſcutiamus de populo infideli Gentilium, vtrùm illis ſimiliter fuerit licitum plures habere vxores. Potuit quidem ita eſſe, vt populo fideli id licuiſſet ad prolem multiplicãdam ob paucitatẽ fidelium: & quòd id negatum fuerit Gentilibus infidelibus. Pro cuius declaratione ſit prima concluſio.

1. concluſ. Vide Tiraquel. li. 7 cõnu. n. 15 Sueto. ca. 52. Tripar. li. 8. c. 11. Paulus diaconus lib. 11. Budæus de aſſe. lib. 4. & Aria. lib. 6. S. Thom. d. 33. q. 1. ad primũ. & 1. 2. q. 94.

Infideles, tempore legis naturæ, ante omnem legem ſcriptam licitè habebant plures vxores in matrimonio, ſicut & fideles. Probatur. Si infidelibus non liceret habere plures vxores in illo ſtatu, ex hoc eſſet: quia vxorum pluralitas eſt contra ius naturę, quod obſeruare tenentur infideles: ſed nõ propter hoc illis erat illicitum: nam dato pluralitas vxorum, ſit contra ius naturæ, non tamen eſt contra prima præcepta iuris naturæ, ſed eſt de ſecundis præceptis, vt ſupra dictũ eſt, eo quòd per pluralitatem vxorum non tollitur finis matrimonij principalis, qui eſt prolis: imò adiuuatur, licet ſecundus impediatur: ſed ſic eſt, ꝙ illa quæ ſunt iſto modo de iure naturæ, nõ habent vim obligandi, niſi fuerint aliqua lege præcepta, & declarata, vel conſuetudine recepta: vt diximus ex Cicerone, & ex ſententia S. Tho. & aliorum Doctorum. Cùm ergo in ſtatu legis naturæ, nulla lege eſſet interdicta vxorũ pluralitas: quia nulla lex tũc erat, ſequitur nullum fuiſſe peccatum. Et ſic ait D. P. Auguſt. vt ſupra citauimus, ꝙ qui plures capiebant vxores tunc, non peccabant, quia non faciebant contra præceptum aliquod.

D. Aug.

Quòd fuerit tũc in vſu, patet: quia Laban Gentilis dedit Iacob filias duas vnam poſt aliam: & tamen ſi non eſſet conſuetudo apud Gentiles tunc plures habere vxores, nullo modo dare vni viro ſimul. Et clarius patet. Nam idem Laban petiuit à Iacob, quòd viuentibus filiabus nõ ſuperduceret alias vxores, quas ſimul haberet: & iurauit Iacob ſe adimpleturum. Attamen ſi non eſſet conſuetudo, nunquam Laban exegiſſet iuramentum à Iacob.

Geneſ. 29 Geneſ. 31.

Obiectio.

Tamen poſſet quis inſtare, quia potuit eſſe, ꝙ hoc faceret Labã: quia conſuetudo erat apud fideles illius temporis plures ducere. Reſpondetur ita

eſſe,

eſſe,ſed ſi apud Gentiles non eſſet conſuetudo, non daret vtranque filiam: ergo poſtquam dedit grato animo, & illis ſponſionibus videtur conſuetum.

Vi. Tiraq. lib.7. connu. nu.15. Et quicquid ſit de ratione, veritas tamen eſt ſic fuiſſe in vſu, vt conſtat ex omnibus hiſtorijs antiquorum.

Ratio 2. Secundò. Si eſſet Gentilibus tempore legis naturæ, illicitum plures habere vxores, ideo eſſet, quia irrationabile videtur plures habere, ſed non ob hoc: nam erat rationabilis cauſa accipiēdi plures vxores: quia naturale deſiderium eſt in homine ad conſeruationem ſpeciei per propagationem. Cùm ergo contingeret, quòd vna eſſet ſterilis, rationabile erat aliam recipere: imo dato non eſſet ſterilis, vt magis ſpecies conſeruaretur, & melius.

2.concluſ. Secunda concluſio. Infideles Gentiles tempore legis ſcriptæ ante aduentum Chriſti plures admittēdo vxores in matrimonio non peccabant, etiam abſque omni diſpenſatione exteriori, vel interiori. Ratio. Probatur. Si tunc Gentiles peccarent plures accipiendo vxores, debebat eis aliquo modo conſtare, vel per legem naturalē inſitam in cordibus, Ad Ro. 1. vel per ſcriptam, vel per conſuetudinem approbatam habentem vim legis, at nullo modo iſtorum infidelibus conſtauit illicitum: ergo non peccabant plures accipiendo. Primo. Non erat eis notum per legem naturę: quia cum pluralitas ſit de ſecundis præceptis iuris naturæ, non ſunt per ſe nota: & debent fieri nota aliunde, ſed non fuerunt nota. S. Tho. d. 33.q.1. ad primum. Neque interius per rationē, quia (vt ſupra diximus) aliqua ratio erat interius mouens ad hoc, ꝗ liceret plures habere vxores: quia ad plura videtur eſſe vtile plures habere vxores, & non videtur ſapientibus, adhuc malam eſſe pluralitatē vxorum: ergo non potuit per hoc Gentilibus cōſtare malum eſſe. Neque per legem ſcriptā, quia nulla lex fuit ſcripta, quę ad eos dirigeretur: S.Th. 1.2. q.89.ar.5. Abulen. Exo. 30. q.15. nam lex vetus ſolum ad Iudæos directa, & eos ſolū obligabat, & nō populum Gentilem, exceptis illis quæ erant de iure naturæ. Imò dato lex illa vetus ad infideles gētiles dirigeretur (quod non eſt concedendum) non per ipſam poterat conſtare illicitū eſſe plures accipere vxores. quinimò per eam cognoſcere poterant eis licere, vt ſupra declarauimus: ſequitur quod nō potuit eis manifeſtum fieri eſſe illicitum per legem veterem. Item: Neque potuit cognoſci per conſuetudinem approbatam, habentem vim legis: quia non erat conſuetudo, neque apud Gentiles, ſed potius erat contraria de habendo plures vxores. Neque erat conſuetudo apud fideles Hebræos, qui tunc erant: quia etiam apud eos erat pluralitas vxorū, ergo cum nullo modo eis conſtare poterat eſſe peccatum plures habere vxores, plures recipiendo non peccabant. Implicat enim dicere aliquem in aliquo peccare, & quòd nullo modo poſſit ei conſtare peccatum.

Et quòd licuerit eis etiam abſq; aliqua diſpenſatione, probatur, quia non legitur, quòd facta ſit cum eis diſpenſatio expreſſa, vel interior: & tamen licitè habebant plures vxores.

Item, quia diſpenſatio, vel reuelatio eſt ad faciēdum actum legitimum, quando ius commune, ſiue naturale, ſiue diuinum, aut poſitiuum eſt in contrarium: ſed nullo iure vetita fuit pluralitas vxorum, nec cōſuetudine receptū: ergo non fuit opus diſpenſatione.

Secundò. Diſpenſatio ſolet fieri particulariter ad aliquos, & non ad omnes (hoc enim ſonat nomen diſpenſationis) ſed tunc temporis licuit Hebræis omnibus, & Gentibus, plures habere vxores, vt probatum eſt: ergo ſequitur, quòd nulla de hoc fuit facta diſpenſatio. Ratio 2.

Vltimo probatur cōcluſio ex ſupra dictis. Quicquid cōceſſum, vel permiſſum eſt Iudæis per legem: id factū creditur, quia erat in vſu apud Gentes, ſicut de repudio loquebamur. Licitū quippe fuit Iudæis repudiare per legem, quia licitum fuit infidelibus per conſuetudinem. Sequitur ergo, quòd cùm pluralitas vxorū, videatur quædam conceſſio facta pro tempore illo, quandoquidem poſtea reuocata eſt, & Ratio 3. Abulen. Matt.19. q.34. & 1.Reg. 8. q.26.

apud



apud Hebræos determinauimus licitam fuiſſe per legem, quòd etiam fuit licita apud infideles ſecundum ſuam conſuetudinem. Sic do. Abulen.

3.concluſ. Tertia concluſio. Capiendo diſpenſationem impropriè: pro eo quod eſt quoddam iudicium rationis, id licere iudicantis pro tempore, non licuit habere plures vxores ſine tali diſpenſatione. Ratio. Patet, ſicut diximus de Hebręis, quia rationabile iudicabant plures accipere ad procreationem prolis, & tanquam diſpenſatio quædam erat: quia per illam rationabilem cauſam honeſtum reddebatur, quod nō eſſet ea ſecluſa. Sic poſſunt intelligi Doctores, dicentes nunquam licuiſſe plures habere vxores abſque diſpenſatione. Et ad c. Gaudemus. oportet reſpondere Supra in hac parte art. 15. ſicut diximus ſupra, vel quòd non eſt illa determinatio, ſed quædam ſententia, cōtra quam licet opinari, vel intelligitur, ꝙ non licuit abſque diſpenſatione, capiendo diſpenſationem modo dicto. Et hoc eſt modeſtè loqui (* maximè in iſtis tēporibus, in quibus peſſimi hæretici tantum conantur authoritatem Summi Pontificis, & legitimi ſucceſſoris Chriſti conculcare, & eneruare.) Abulen. 1.Reg.8. q.202. licet do. Abulen. apertè dicat Innocentium in illo dicto erraſſe: quia fuit error in cognitione veritatis, in qua præferendus Auguſt. vel Hieron. Nec dictū eius ibi fuit determinatio, ſed aſſertio, cui non eſt neceſſario ſtandum: quia non vt Pontifex, ſed vt homo protulit illam.

4.concluſ. Quarta cōcluſio. Infideles Gentiles qui nunc ſunt poſt legem Euangelicā, de qua nullam habuerūt notitiam, habendo plures vxores nō peccant, ſicut neq; ante legem Euangelicam. Patet, 1. Ratio. Si pagani peccarent modo contrahendo cum pluribus, eſſet ſolum, quia faciunt contra legem Euangelicam, in qua prohibita eſt vxorum pluralitas, quam legē omnes per vniuerſum mundum recipere tenentur: ſed non propter hoc peccant, nam ad hoc, quòd aliqua lex obliget ſub culpa, non ſufficit quòd lata fuerit ab habente authoritatem, & per potentiam obligare, ſed eſt neceſſarium, quòd ſit promulgata. S. Th. 1.2. q. 90. art. vlt. Patet diſtin.4. in decretis. Leges inſtituuntur cùm promulgantur, vt egregiè (more ſolito) doctor S. probat. * Et Panor. dicat eſſe requiſitū, quod veniat in notitiam. Panorm. * Sequitur ergo, quòd dato ſit lex Chriſti lata, tranſgredientes nullo modo peccant, quibus nunquàm fuit promulgata, licet lex habeat vim legis.

Præterea. Data lege Chriſti per quā abolita eſt lex vetus, & mortificata omnia legis veteris cæremonialia, Iudæum obſeruantem legem ſuam ante Euangelij promulgationem ſufficientem, & eius notitiam excuſamus: & nō ob aliud, niſi quia nondum ei fuerat lex Euāgelica promulgata, per quam lex vetus fuit abrogata, & omnia cæremonialia deſtructa: ergo a ſimili, infidelis ſeruans ſuam antiquam conſuetudinem plures ducendo vxores, excuſabitur a peccato, ſi non habuerit notitiam legis Chriſti id prohibentis. Ratio 2. S.Th. 1.2. q. 103. ar. 3.& 4. The. in 4. d. 3. Adria. q. 1. in 4. Soto de iuſtit. & iu. lib.1. q.1. art.4.

5.concluſ. Quinta concluſio. Probabile eſt valde, Gentiles qui nunc ſunt, ad quos notitia legis Chriſti peruenit, quòd ſi vtantur pluribus vxoribus in matrimonio, non deſiderio libidinis explendæ, ſed procreandæ prolis, dato mortaliter peccent non ſuſcipiēdo legem Chriſti, non tamen peccant ex hoc, quod plures accipiant in matrimonio. Hæc concluſio eſt omninò ſimilis illi, quàm ſupra poſuimus loquentes de repudio. Sup. i hac 2.p ar.12. conc. 9. Et probatur illis eiſdem rationibus. Certum eſt, quòd tenentur non habere plures vxores, poſtquam legem Chriſti audierunt illud reprobantem: ſed tamen non tenētur ſub ſpeciali præcepto, neque propter illud damnabuntur: ſed damnabuntur quia non recipiunt legem Chriſti, quam tenentur accipere. Expreſsè hanc concluſionem tenet do. Abulen. Abulen. Matt.18. q. 90. & 19.q.35. ſuper Matth. * Non intelligas ex hoc eos non peccare (ſi plures habeāt) eo ꝙ non ſit præceptum in Euangelio expreſſum, ſed ꝙ ſolum ſit lex humana prohibēs pluralitatem, ſicut aliqui dicunt ex dictis S. Th. malè intellectis, S.Thom. quippe qui in 4. diſt. 33. ar.1. q.2. ait, ꝙ

lex de vnitate vxoris nō eſt ſcripta,ſed cordi impreſſa. Idem etiam affirmare poſſunt ex dictis Caietani: qui Marci 10.& Matth. 10.aſſerit,non eſſe prohibitum in ſacro Euangelio expreſsè, quod ſupra reprobauimus, artic. 15. in fine, & 16. etiam in fine, & inferius artic. 18. conclu. 2. erit obiter dicendum.Itaque intellige fuiſſe Euangelicum præceptum, & inſtitutū, vt ſæpe diximus,& nō humanum: aliàs gentes ſine ignorantia excuſarētur. Dicimus tamen quòd dato ſit præceptum (ſicut in veritate eſt) ſolum tenentur id adimplere quando receperint legem Chriſti, & fuerint reducti ad gregem eius. Et hoc dicimus hic,& diximus ſupra articu.12. concl.9. probabile eſſe: quod ſubijcimus iudicio regulæ ſanctę Romanæ Eccleſiæ, & peritorum, nunc,& in perpetuum. *

Error Caietani.

Intelligentia dictorum.

6.concluſ. Albertus Magnus, d.33. ar.3.

Sexta concluſio. Licet verum ſit in ſtatu legis naturæ, & legis ſcriptæ, licuit ſe tam fidelibus quàm infidelibus plures habere vxores ſine diſpēſatione propriè dicta,tamen in nullo tēpore licuit mulieri plures habere maritos.Probatur. Quod eſt contra prima præcepta iuris naturæ nunquā licuit, neque licere poteſt: ſed habere vnam vxorem plures viros,eſt directè cōtra prima præcepta iuris naturæ: ergo nūquam licuit. Primū patet,vt ſuperius dicebamus,quia talia repugnantia primis principijs ſunt de ſe mala, & nota ab omnibus vt talia,ob id apud omnes ſunt reputata mala: quia ius naturale quod eſt de primis principijs,& omne illud quod immediatè,& directè repugnat eis,eſt idem apud omnes gentes. Reputant enim omnes malum alij lædere,alteri nocere. Omnes etiam nationes intelligunt malum, occidere: quia contrariatur directè vitæ hominum,& conſeruationi, quod eſt de iure naturæ primæuo: ſed habere vnam fœminam plures maritos, cōtrariatur primis præceptis naturæ: nam(vt ſupra diximus)non ſolum dedit cuilibet rei inclinationem ad ſuum finem, ſed cum hoc dedit virtutem,per quā poſſit peruenire in talē finem. Quare omne illud quod tollit finē principalem intentum per naturam directè prohibitum eſt per prima principia iuris naturæ. At ſi vna fœmina plures habeat maritos,tollitur directè finis principalis, quem intendit natura in matrimonio: ergo omnino eſt prohibitum per naturam.& ſic contra prima præcepta iuris naturæ,quod ſic declaratur. Ingeniauit natura coitum,& Diuina voluntas ſic declarauit, & dictauit ratio humana,vt per eum fiat generatio, & conſeruatio ſpeciei ſecundum ſucceſſionem indiuiduorum: ſed ſi mulier vna plures habeat viros,impeditur generatio. Experientia quippè conſtat, mulierem quæ à pluribus viris ſucceſſiuè ſtatim ab alio poſt alium cognoſcitur, non concipere: ſicut patet in meretricibus,quæ publicè expoſitæ à pluribus cognoſcuntur: quòd ſi contingat,quòd diuerſis tēporibus,& per interuallum temporis vna fœmina à pluribus cognoſcatur, conciperet fœmina illa de vno, ſed poſtea ipſa prægnante, non poſſet de alio concipere, & reſpectu illius viri tolleretur directè finis principalis matrimonij: nam communiter facta conceptione claudi tur orificium matricis, ita vt poſt ſemen non poſſit peruenire ad locum aptum generationi, ob quod non poteſt denuò concipere: licet aliquando contingat, ꝙ poſtquam ſemel concepit denuò cōcipiat, vel quia orificium matricis non manſit clauſum,vel quia aperitur ingēti ardore libidinis, vt ait Solinus, de mirabilibus mundi, dicēs, ꝙ mulier vna peperit Herculem,& Hiſclen fratrem ſuum,quos diuerſis temporibus peperit: ſed tamen quia hæc raro contingunt, ob id ſecluſa ſunt à lege. Sequitur ergo, ꝙ cum prolis tollatur,ſi vna fœmina plures habeat maritos, ſiue a multis cognoſcatur ſine interuallo, ſiue cū interuallo temporis, quòd habere plures viros vnam fęminam eſt illicitum omnino, & repugnans directè iuri naturali primæuo, quod eſt idem apud omnes. Et intantum hoc eſt verum, quòd nuſquàm apud barbaros id fuerit repertum; licet enim

Ratio. Gerſon.2. p. in compen. theo. Lactan. firmi. lib.3. Diuin. inſtit.c.21. S.Th. 1.2. q.94.

Vigue. ca. 16. §.7. ver. 12.

Mulier quæ a pluribus cognoſcitur non concipit.

Solinus.

S.Th. 1.2. q.94.



enim aliqua ſit gens, quæ non vtitur matrimonio,vt Garamātæ, & aliæ gentes barbaræ, vt refert Solinus,de quo Tiraquellus de legibus connub. lib.7. nu.38.nulla tamen gens vnquam fuit, quæ matrimonio vtens,permiſerit eidem mulieri plures habere viros,licet conceſſerit vnum virum plures habere mulieres, quia vnus vir ſufficeret poteſt pluribus fœcundandis ſucceſſiuè: & ſic non tollitur gēneratio prolis, quæ tamen tollitur, ſi vna fœmina plures habeat maritos. Eſt bonum argumentum, ꝙ hoc nullo modo liceat, quandoquidem in nouo orbe non inuentum eſt vnam fęminam plures habuiſſe viros,cùm vnus vir plures haberet fœminas: imò reperi apud eos tempore infidelitatis maximè deteſtaſſe hoc,intantum,vt ſi fœminam quam habebant vt vxorem,vel concubinam,inueniſſent alteri iunctam: etiam ſi eſſet alicui conſanguineo,vel viri,vel fœminæ, ob hoc ſolum odio concepto repudiaſſe quàm facile.Itaque nullo modo vir cōpatiebatur ſecum alium virum ad eandem fœminam: cum tamen fœminæ plures inter ſe optimè vnum ſuſtinerent virum,quod probat primum iure naturæ illicitum, & notum, vt apud omnes ſeruaretur.

Tiraquel.

Non eſt repertum fęminam vnā plures habuiſſe viros.

2.Ratio.

Præterea. Eandem mulierem plures habere maritos repugnat etiā paci. Vir enim & vxor,non ſolum coniungūtur propter communicationem naturalem ad prolem,vt Ariſt. dicit,ſed etiam iunguntur ad communicationē ęconomicam, ideſt ad conſeruationem indiuidui,per hoc,quòd quędam ſunt neceſſaria proli, quæ ſunt adaptata fęminæ, quæ vir non poteſt operari, & econuersò, ſimiliter. Ob id coniunctio eſt naturalis a natura inuenta. Et ad hoc neceſſarium eſt pax, quæ conſiſtit in bona habitudine rectoris ad ſubditos. Rector autem œconomicæ, vir eſt: ſubditi vero, vxor & filij. Si tamen plures viri eſſent vnius fœminæ, eſſent plures rectores in vna familia, & æquales,quod neque ratio,neq; natura patitur. Omnis enim poteſtas cōſortem recuſat.Sic ait Poeta: *Nulla fides regni ſocijs, omniſ alta poteſtas impatiens conſortis erit*. Et ſic pax impeditur. Similiter,quia vbi multi viri, & diuerſa capita,diuerſa iudicia,& cōtraria præciperēt. Vnde neceſſaria eſſet lis,& deſtructio familiæ, & per conſequens deſtructio politiæ, quæ conſtat ex pluribus familijs.

Ariſto. Polit. cap.3. & 8. Ethi.c.12.

Sup. p. p. art. 1.

Ariſto. 12. Metaphyſic.

Lucanus.

Item,quia ſubditi neſcirent cui obediendū eſſet,ſi contraria præciperent, cùm eſſent æquales in poteſtate. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Cùm ergo ita ſit, quòd per virorū multitudinem vni fœminæ conceſſæ, omnino œconomicus ſtatus tollatur, & operum cōmunicatio naturalis fœminæ, & viro: fatendum eſt illicitum eſſe fęminam vnam plures viros habere. Non tamen repugnat vnum virum plures fęminas: quia dato ita ſit diſcordia inter fœminas, quia tamē vnus eſt rector, poteſt adhuc œconomica cōſeruari familia, per imperium illius, qui dominatur toti familiæ. Repugnat igitur regimini naturæ (quod eſt optimum) in quo vnicus eſt rector, vt refert Ariſtot. 12. Metaphyſic. vnam plures habere viros.

Matt.7.

Ariſto. 12. Metaphy.

Ratio 3.

Item.Natura inclinans ad matrimonium ſecundum rectam rationem dictat coniunctionē maris, & fœminæ fieri non ad libidinem, non ad delectationem,ſed ad generationē, imò illi actui natura dedit delectationem,vt allecti, & attracti homines coniungerētur ad generationem, quæ neceſſaria erat ad cōſeruationem ſpeciei: cum ergo vnus vir,iunctus eſt vni fęminæ, quæ poteſt concipere ab illo vnico viro, ſi fœmina alium recipiat,directè repugnabit naturæ: ergo illicitum eſt fęminæ plures habere viros: quia ſi accipit alium propter prolem, fruſtra accipit: quia alterum habet qui ſufficit, & contra naturam ſi id faciat ad libidinem explendam in coitu. Etiam repugnat fini naturæ,quæ coitū non quærit propter delectationem, ſed ad generationem, ꝙ ſi poſſet eſſe generatio ſine cōmixtione, non permitteret illam. Sequitur ergo nullo modo licere alicui fęminæ plures habere viros. Si tamen

vnus vir plures habeat fęminas, nihil horum ſequitur, cùm proles amplius ſequatur ex multis fœminis, quam ex vna.

4. Ratio.

Quarto. Nam conceſſo, ꝙ vna fœmina plures haberet maritos, ſequeretur turbatio, & euerſio, nõ ſolum œconomicæ, ſed politicæ communitatis. Non quidem (vt ſupra diximus in ſecunda ratione) ſolum quia plures eſſent qui imperarent, ſed alia ratione, ſcilicet propter actionem debiti. Nam vbi plures eſſent viri, & ſola vna mulier, peterent debitum plures ſimul, & cùm non poſſet omnibus fieri ſatis, neceſſariò eſſet contentio inter viros, & reipublicę pax tolleretur, ſicut ſolent duo tauri adinuicem ſuper eandem fęmellam contendere. Amor enim libidinoſus fortius ineſt in hominibus, quia cognoſcunt quod amant, & intantum creſcit, vt abſorbeat rationem, vt fatetur Ariſt. & experientia teſtatur, vt amantes velut fatuos interdum iudicemus, eo ꝙ amore inflammati per ignem, vel aquam non timent ingredi, dummodo compotes fiant deſiderij: Vnde ait Boetius, de conſol. Tanta eſt amoris viuacitas, & vlnerati potentia, ꝙ non iniuſtè eum antiqua gentilitas vngulas, & ardentes faces habere dixerit. Ex inordinato ergo amore virorũ, ſuper vnam fœminam neceſſario ſequeretur bellum, & odia, & alia mala: ſed hoc naturæ intentioni repugnat, quæ vult hominum pacificam conuerſationem in politia: ergo eſt illicitum plures habere viros vnam mulierem. Neque ſequitur tale inconueniens, ſi vnus vir plures habeat fœminas: quia licet plures ſimul debitum exigant à viro, cùm vir ſit caput mulieris, & rector (teſte Paulo) vnus vir poterit imperare mulieribus, & eorum inordinatum affectum moderati, & pacem componere inter fœminas litigãtes, quod non poſſent viri inter ſe, quia vnus non præeſſet alteri: ſed poſſet vnus vir, vbi plures eſſent fœminæ, componere cum eis, & conuenire quãto tempore vni deberet ſatisfacere, & quãto alteri: & ipſæ fęminæ inter ſe quanto, & quali tempore vna habebit, & quanto, & qualia alia eundem virum: vt Iacob feciſſe creditur cum quatuor mulieribus quas habuit, vnde quando venerat tẽpus accedẽdi ad vnam, non accedebat ad aliam, ꝙ ſi illa cum qua debebat manere, vellet ius ſuum vendere alteri, poterat. Patet in Gene. vbi cùm eſſet tempus, quo Iacob manere debebat apud Rachelem reddendo debitum, & Rachel rogaſſet Lyam vt daret ei de mandragoris filij eius Rubẽ, quas de agro tulerat: dixit ei Lya, Parum tibi videtur, quòd pręripueris mihi virum meum, niſi & mandragoras filij mei tuleris? Dixitq́; ei Rachel. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui, Cumq́; vtraque huic pacto cõſenſiſſet, egreſſa eſt Lya in occurſum Iacob reuertentis de agro ad veſperã. Ad me (inquit) intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Quare patet, ꝙ ſi multitudo virorum concederetur vni fœminæ, eſſet abominatio ipſius fœminæ. Et tandem multà incommoda ſequerẽtur, ob quod tanquam illicitum tenendum, & directè contra naturam. Et apud nullam gentem inuenimus conſuetum, neque legem datam de illo. Hęc latius dicta ſunt, quàm neceſſitas expoſtulat, tamen omnibus debitores ſumus.

Couar. in 2. p. epito. c. 7. §. 3.

Ariſtot. 7. ethic. c. 5. S. Th. 2. 2. q. 15. ar. 3.

Boetius lib. 3.

S. Th. 1. 2. q. 26. art. 4.

1. Cor. 11.

Gene. 30.

Gen. 30.

Obiectio.

Contra iſtam concluſionem eſt argumentũ, quia vt concluditur ex Socratis, & Platonis politia (vt refert Ariſt.) licuit alicui mulieri plures habere viros: ergo non illicitũ eſt, vt concluſio dicit, quãdoquidem non eſt idẽ apud omnes. Reſp. non eſſe contra concluſionem, quod ſtatutum eſt in illa politia: nam nos dicimus, quòd in matrimonio non eſt licitum vni mulieri plures habere viros, ſed abſque matrimonio eſt meretricium, & conſtat eſſet etiam illicitum, de quo non loquimur. Et dato in politia Socratis, & Platonis plures eſſent viri vnius fœminę, nõ erat, quia eſſet matrimonium: nam ibi erat vxorum communitas, qua exiſtente, nullum eſt matrimonium, ſicut neque inter pecora. Oportet enim ad rationẽ matrimonij, quòd ſit certi viri ad

Plato. Ariſtot. 2. polit. ca. 1. & 2.

Solutio.





ri ad certam fœminam, & ob id mutua cohabitatio ad prolem procreandam: ſed vbi communitas eſt vxorum, nõ eſt cohabitatio diuturna, imò ſolæ fœminę creabant filios, quia nullus vir cognoſcebat filium ſuum, quia erãt vxores communes. Intentio enim Socratis, & Platonis erat, per talem politiã facere vt quilibet omnes minores, putaret filios proprios: & omnes maiores putaret patres, vt ad communem amorem allicerentur, vt dicitur 2. Politicorum.

Politia Socra. & Plato. Zeno. Chryſippi & Dioge. Ariſtot. 2. Polit. c. 1. & 2.

Item. In matrimonio debet eſſe operum communicatio, ſed ſibi non erat, quia quælibet mulier in tali politia pertinebat ad omnes viros illius politiæ. Debebant ergo opera communicare cum omnibus, vel cum nullo, ſed non poterant cum omnibus: ergo cum nullo. Item, quia per talem politiam, tollebatur proprietas poſſeſſionum, ſed ſicut vxores communes, ita & poſſeſſa omnia communia efficiebantur, ob quod non erat matrimonium, ſed concubinatus.

Alex. ab Alex. lib. 4. Genialium die. cap. 1. Tiraq. li. 7 connu. nu. 38. & 39.

Item. Neque erit cohabitatio, quia quælibet mulier deberet cohabitare omnibus viris totius vrbis, quod repugnat. Et patet ibidem nõ fuiſſe matrimonium, & per cõſequens non eſt contra cõcluſionem. Nam nos diximus in matrimonio omnino illicitam eſſe pluralitatem virorum ſimul cum vna fœmella. Deteſtãda ergo eſt Platonis, Zenonis, Diogenis, & Chryſippi reſpu. vbi vxorum communitas, quamuis ex catholicis Beſſario Cardin. 4. lib. operis aduerſus calumniatores Platonis auſus ſit defendere, non tamen in defenſione recedit à fide, ſed in bonã interpretatur, & adducit prrtem.

## ARTICVLVS XVIII.

*An cum pluribus ſit matrimonium.*

DATO ita eſſet, ꝙ vnus vir plures haberet fœminas tã apud fideles, quã apud infideles Gentiles, vtrùm fuit verum matrimonium cum omnibus illis, vel vtrùm vna ſola exiſtẽte vxore, ſi aliam admittebant, excuſabantur à peccato cum ea commiſcendo ſe, licet non eſſet verè vxor ſicut prima. Et quidem loqui poſſumus, vel ante omnem legem ſcriptam, vel poſt legem veterem ante nouam, vel poſt legem Euangelicam datã circa infideles, qui modo ſunt: quia ſi verum matrimonium modo eſt inter infideles cũ omnibus: ſequitur, quod ſi conuertatur infidelis deberet habere quàm voluerit ex eis vnam, vel ſaltim quòd poſt mortem primæ, ſecundam habebit neceſſario ſine nouo conſenſu, velit, nolit: etiam ſi eam tempore infidelitatis acceperit, viuente prima. Ad dubium ſit prima concluſio.

1. concluſ.

Prima concluſio. Tam fideles, quam infideles tempore legis naturę, & tempore legis ſcriptæ, plures ducentes vxores mutuo conſenſu cum omnibus verum erat matrimoniũ: & omnes erant veræ, & legitimæ vxores ſicut prima. Probatur primò authoritate ſcripturæ, vocantis eas vxores, quæ ſi non eſſent veræ vxores, non nominarẽtur, ſed cõcubinæ: Nam Abraham poſt Sarrã habuit Agar, & vocatur vxor, quando dicitur, Cumq́ue illi acquieſceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam, & dedit illam viro ſuo vxorem. Et de Cethura dicitur, Abraham aliam duxit vxorem nomine Cethura. De alijs etiam expreſſum eſt etiam tempore legis naturę, & tempore legis ſcriptæ: ergo veræ vxores erant, quandoquidem ſcriptura (quæ errare non poteſt) ſic refert.

Ratio 1.

Geneſ. 16.

Geneſ. 26.

Ratio 2.

Secundo. Omnes illi patres veteris teſtamenti, & omnes Gentiles ante Chriſti aduentum excuſantur a peccato habẽdo plures vxores, etiam ſecluſa diſpenſatione, vt ſupra determinatum eſt: ſed non poterat fieri aliquo modo ſi non fuiſſent oẽs veræ vxores: quia accedere ad non ſuam nunquam licuit, neque in lege naturæ, neq; ſcripturę: ſemper enim fornicarius concubitus fuit damnatus de lege naturę, vt probatur ex B. Paulo dicente ad Gal. Manifeſta ſunt autẽ opera carnis, inter

Ad Galat. 5.

ter quæ dicit fornicationem ſimplicē.

Error Martini.

* In quo aberrauit Martinus de Magiſtris in ſuo de temperantia. q. 2. de luxuria. qui dicit, non eſſe hæreticum dicere, vagum concubitum non eſſe mortale.

Error Græcorum. Guido. Durand. error.

Græci etiā (vt illis impingit Guido Carmelita) errauerunt in hoc, dicentes non eſſe mortale. Durand. inſuper in 4. d. 35. q. 2. dicit non eſſe de ſe malum, in quo defecit. De quo infra 3. p. art. 10. & 18. obiter: tractaturi latius in noſtris reſolutionibus Theologicis.

Reſolutio Theologi. Soto de iuſtit. & iur. lib. 1. q. 4. art. 4.

* Ad Paulum ergo, ſi manifeſta igitur nunquam fuerunt ignorata, vt excuſarent, ſaltim pro illo tempore legis naturæ, vbi ratio non tātum deprauata erat, ſicut poſtea ſucceſſu temporis. Et ſi concederemus ignorari potuiſſe à Gentilibus eſſe peccatum; non deberemus concedere à ſanctis Patribus fuiſſe neſcitū, imò dato fuiſſet ignoratum, non ob hoc licitum eſſet accedere ad aliam, præter ſuam vxorem vnam propriam: ſed excuſamus omnes a peccato, & præter hoc dicimus licitè habuiſſe plures vxores, ergo verè erant vxores.

Ratio. 3.

Tertiò. Si tales non eſſent veræ vxores, ergo erant concubinæ coniunctæ extra fœdus matrimonij: ſed in nullo tempore, & nullo ſtatu licuit accedere ad concubinam, non ſolum abſque diſpenſatione, & abſque lege, ſed etiam ſi Deus diſpenſaſſet, non poſſet bene fieri, quòd quis accedendo ad non ſuā non peccet: nam cùm iſta ſint intrinſecè mala, nullo modo poſſent bene fieri. Verùm eſt, quòd poſſet Deus alicui præcipere accedere ad non ſuā, & tunc nullum eſſe peccatum, ſicut dictū fuit

Oſeæ p.

Oſeæ. Accede ad fornicariam, ſed tunc illa eſſet illius: quia ſuperior omnium Dominus poterat obligare etiam inuitos, & nullum eſſet peccatum, ſicut in illis qui voluntariè iunguntur: ſed ꝙ manente non ſua, liceat abſque peccato accedere ad eā, nullo modo poteſt fieri, quia implicat, neque Deus id per diſpenſationem facere poſſet: nam decalogi præcepta propriè loquendo in-

S. Th. 1. 2. q. 100. ar. 8

diſpenſabilia ſunt. Cùm ergo habētes illas plures, excuſarentur: ſequitur, ꝙ erant vxores. Et probatur, quòd nunquam licuerit ad alienā accedere, imò de lege naturæ fuerit illicitum habere cōcubinam: nam illud dicitur eſſe contra naturam, quod eſt contra finem quem natura intendit: ſed ad concubinam accedere eſt huiuſmodi; quia coitus ordinatus eſt (vt nos ſupra diximus) ad generationem, & ob hoc dedit delectationem illi actui. Et non intendit natura delectationem tāquam finem in coitu, ſed intendit generationem, ad quam tanquam medium ordinat delectationem: ſed qui coitū propter delectationem quærit, principaliter, facit contra finem naturæ: cum ergo qui accedit ad concubinam ſic ſe habeat, ꝙ coitum propter delectationem exerceat: ſequitur talem agere contra naturam, & peccare, etiam ſecluſa omni lege ſcripta.

Accedere ad concubinā ſemper fuit illicitum.

Eſt etiam illicitum, quia contra bonum prolis. Nam dato proles ſit in cōcubinatu, non tamen poterit ſufficienter educari, & inſtrui: cum ſit neceſſarium multum tempus, & non ſufficiat ad id ſola fœmina, vel ſolus vir. Neceſſarium ergo eſt maneant vterque aſtricti aliquo vinculo ad operum communicationem propter bonum prolis, ſed qui habent concubinam non ſunt aſtricti aliquo vinculo ad mutuo manendum: ergo eſt contra naturale ius ad concubinam accedere. Cum ergo illi viri tam in lege naturæ quàm in lege ſcripta fuerint à peccato excuſati habendo plures, neceſſe eſt dicere illas verè fuiſſe vxores, præcipuè quia ſine diſpenſatione habuerunt.

Inſtantia.

Nec valet hic dicere fuiſſe excuſatos Gentiles habendo plures, licet non eſſent veræ vxores, eo quòd nullum putabant peccatum concubinatum, ſicutne fornicationem ſimplicem: quia nulli fiebat propter hoc iniuria, ſiquidem in aliquibus Gentilium, offuſcata fuit ratio propter contrariam conſuetudinem, apud quos omni tempore fornicatio fuit in conſuetudine, & nulla eorum lex eam prohibuerat. Ea vero ad quæ quis aſſuetus eſt, bona ſibi videntur, quia ſunt ei quaſi naturalia pro-

Ariſto. de me. & remi. c. 2. & 7. eth. c. 10

pter



pter conſuetudinem, quæ eſt altera natura. Et propter eorū ſuperbiam ob-

Ad Rom. p. Soto de iuſtit. & iu. lib. 1. q. 4. art. 4.

ſcuratum eſt inſipiēs cor eorum: quia cum cognouiſſent Deum, nō vt Deum glorificauerunt: ob hoc tamen non ſunt excuſabiles. Et dato concederetur in Gentilibus ignorantiā poſſe cōtingere, nullo modo poſſet dici de ſanctis Patribus veteris teſtamenti iuſtis, & bonis: cum ergo tam iſti quàm illi omnes excuſentur plures habēdo vxores, ſequitur omnes, coniungebantur mutuo conſenſu, & affectu fuiſſe veras vxores.

Ratio. 4. Sup. p. p. art. 2.

Vltima ratio. Matrimonium conſtat eſſe, vbi eſt conſenſus mutuus expreſſus inter legitimas perſonas: ſed quando qui vnam habebat vxorē, aliam ducebat cum conſenſu mutuo, ergo erat matrimonium. Probatur, quòd eſſet inter perſonas legitimas: nā perſonas eſſe illegitimas debet conſtare, vel per legem naturæ, vel per legem ſcriptam humanam, vel Diuinam, vel per cōſuetudinem habentem vim legis: alioqui omnes ſunt perſonæ legitimæ maſculus, & fœmina: ſed qui aliam habebat vxorem, non erat illegitima perſona ad contrahendum cum ſecunda: ergo verè contrahebat, quia ſi eſſet illegitima perſona, conſtaret vel lege naturæ: ſed lege naturæ non conſtabat vnum virum vxorem habentem, non poſſe aliam ducere, cū natura ad id inclinaſſet, vt ſupra diximus. Neque erat illegitima per legem ſcriptam. Non per Diuinam, tot illò tempore ante Chriſti aduentum: quia nunquàm expreſſum fuit virum habētem vxorem, non poſſe aliam ducere: imò potius cōtrarium, nec fuit lege humana, quia nullibi reperitur præceptum, neque conſuetudine, quia potius erat in cōtrarium, vt habēs vnam vxorem, aliam duceret in matrimonium, vt conſtat. Sequitur ergo, quòd tales quandoquidē erant legitimæ perſonæ maſculus, & fœmina poterant cōtrahere, & mutuo conſenſu contrahētes, verum erat matrimonium. Hæc concluſio eſt contra

Cōtra Guiliel. Pariſ.

Guilielmum Pariſien. qui in ſuo de fide, & legibus, & in ſuo ſacramentali, dicit, ꝙ nec licitū eſt nunc, neq; vnquam licuit vni viro ſimul habere duas vxores, aut plures: & omnes qui leguntur ſimul habuiſſe, non niſi vnam veram habuerunt vxorem. Itaque cæteræ omnes fuerunt concubinæ. Poſt tamen temperat ſententiam, & dat intelligere, quòd illis ſanctis Patribus licuit ob diſpenſationem, & Gentilibus videtur negare.

2. Concl. Poſt legē Euangelicā ſolum cū vna eſt matrimonium.

Secunda concluſio. Poſt legem euangelicam datā à Chriſto, infideles Gentiles, ſiue Iudæi, dato etiam nihil adiuerint de lege Chriſti (reprobāte pluralitatem vxorum) ſi poſt primam aliam ſibi matrimonialiter copulēt, nullum eſt matrimonium, ſed ſolum cum prima. Probatur. Conſenſus mutuus nō ſufficit ad matrimonium, ſi non ſit inter legitimas perſonas: ſed qui vnam duxit vxorem poſt Chriſti aduentum, ducens aliam, eſt illegitimus ad cōtrahendum matrimonium cum alia: ergo etiam ſi adſit cōſenſus, nullum eſt matrimonium cum ſecunda. Manifeſtum eſt enim requiri perſonas eſſe legitimas ad talem cōtractum. Et quòd fuerit ille talis qui habet vnam vxorem veram illegitimus ad ſecūdam capiendam, patet ex lege Chriſti, vbi dicitur ſolum vnum vni adhærere debere vxori, & non multis. Quibus verbis inſtituit in matrimonio, ſolum vnam copulandam vxorem, & ꝙ cum alia non eſt ſimul contrahendum. Cùm ergo Dominus Ieſus vniuerſalis legiſlator, & redemptor, legē dederit de matrimonio: ſequitur, ꝙ quicquid actum ſit cōtra iſtam legem, inualidum erit: nam ſi eſt inualidū, quod ſit inter duas perſonas illegitimas ad matrimonium ab Eccleſia, & etiā ſi interueniat mutuus conſenſus, & omnia alia requiſita ad matrimonium non tenet: quia perſonæ ſunt illegitimæ, quāto amplius verum eſt, quòd perſonæ à Deo illegitimæ, etiam ſi cum mutuo conſenſu contrahant, nō verè contrahunt? at ſic eſt, ꝙ qui primam habet veram vxorem, inhabilis eſt ad accipiendum ſecundam ex lege Chriſti: ergo ſi agat contra talem legem cum prima aliam ſecūdam

Driedo. de libert. chriſtiana. lib. 1. c. 18. Matt. 19.

Matt. 19.

Ee 4 du-

ducendo: nõ eſt verum matrimonium, * ſi quidem eſt Diuinum,& non humanum præceptum, vt ſæpe diximus in ſuperioribus contra Caiet. aliàs doctiſſimum,& catholicum: quippe qui aſſeruit eſſe humanum inſtitutum ſolum de vxoris vnitate. Sic Caſtro intelligit Caiet. in ver. Nuptiæ, hæreſi 4. De quo nos ſupra art. 14.16. & 17. obiter, aliàs latius, & ex profeſſo dicturi.*

Error Caiet.

Caſtro.

Dixi in concluſione, & ſi ignorent legem Chriſti talem eſſe, ſed ſuo modo, ſicut olim id faciant: nam dato ita ſit, ꝙ ignorantia legis Chriſti de vnitate vxoris, excuſare poſſit infideles plures accipiẽdo in matrimonio, & quòd non peccent, non tamen ignorantia legis poteſt facere, vt contractus factus contra legem teneat, vt manifeſtum eſt. Si duo conſanguinei, vel affines in ſecundo, vel tertio gradu contrahant, ipſis ignorantibus talem conſanguinitatem, vel ignorantibus legem eſſe, ꝙ nullus intra quartum gradum ducat conſanguineam, etiam ſi mutuo conſenſu, & omnibus alijs requiſitis contrahant, etiam in facie Eccleſiæ, quàm primo conſtiterit de impedimento, ſeparantur. Et dato excuſentur a peccato, non tamen ignorantia potuit facere vt contractus teneret inter illegitimas perſonas, etiam ſi putaſſent ſe legitimas. Si ergo ſic eſt de lege humana canonica, quanto magis tenendum verum de lege Diuina Euangelica?

Ratio. 2.

Probatur etiam expreſſa determinatione Innocen. III. Extra, de diuortijs. cap. Gaudemus. vbi dictum eſt, ꝙ infideles qui plures duxerũt vxores, ſi conuertantur, debeant ſolum retinere primam, etiam ſi eam repudiauerint ante: ſed tamen ſi eſſet quælibet illarum vera vxor,& cum qualibet verum fuiſſet matrimonium, non magis compellendus ad habendum primam, quam ſecundam: ſed ad ſolam vnam quam voluiſſet, vel ad nullam, vel ad omnes, ſed non compellitur niſi ad primam redire: ſignum ergo eſt certum, firmum,& inuiolabile, ſolum fuiſſe matrimonium cum prima poſt aduẽtum Chriſti. Nam ibidem Pontifex ſuam determinationem fundat in dicto Matth. ergo tenendum, quòd poſt legem Euangelicam datam, vbicũque ſint infideles, etiam qui nihil de lege Chriſti audiuerunt, ſi matrimonio vtantur,& plures accipiant vxores, ſolum verum eſſe matrimonium cũ prima, dummodo illam acceperint affectu maritali, ſecundum conſuetudinem ſuam, & non cum aliqua aliarum: & ſi conuertatur ad fidem illam primam, debet neceſſario retinere, etiam ſi repudiauerit eam.

Matth. 19.

Sed dato iſta ſecunda concluſio vera ſit,& manifeſtè probata ex Eccleſiæ determinatione, manet ſerupulus circa primam cõcluſionem in qua dictum eſt, ante legem Euangelicam Patres antiquos plures habuiſſe vxores,& quòd omnes erant veræ vxores. Contra. Scriptura vocat eas concubinas, ſed vxores concubinæ non dicuntur: ergo non eſt verum omnes fuiſſe vxores. Et patet in Gen. vbi Cethura,& Agar vocantur concubinæ Abrahæ, quas nos in prima concluſione diximus, vxores veras. Item. Dicitur de Dauid, quod habuerit plures concubinas, quas nos diximus vxores: ergo videtur non veras fuiſſe vxores, ſed ſolum primam: alioqui quomodo cõcubinæ nominarentur, præcipuè quod nunquam prima vocata eſt concubina, ſed vxor? Pro ſolutione huius obiectionis libet in præſentiarum declarare, quę ſcripta ſunt in legibus,& canonibus de concubina: nam dicitur 34. di. cap. Is qui. Et c. Chriſtiano. quod licet habere vnam tantum mulierem vxorem, vel concubinam: ſed nos determinauimus paulo ante, quod nullo modo licet concubinam habere, eo quod ſit directè contra legem naturæ: quomodo ergo hic habetur quod liceat? Hac de cauſa operæpretium erit ſcire, ne lector horum decretorũ offendatur, quid per concubinam ibi ſit intelligendum. Ob quod quærimus.

Obiectio.

Geneſ. 25.

2. Reg. 5.
1. Paralip. 3.

Notandũ.

AR-



## ARTICVLVS XIX.

*Vtrùm liceat habere concubinam.*

CONCVBINA dupliciter accipitur. Vno modo pro illa quæ accipitur ſine affectu maritali, ſed ſolum ad explendam libidinem: & proprie dicitur concubina, à concubitu: & tales nunquam vocantur coniuges, ſed ſolum concubinæ. Secũdo modo capitur pro ea, quæ accipitur in matrimonio cum conſenſu expreſſo vtriuſque: ſed tamen circa eam non ſeruantur omnes ſolennitates legales conſuetæ. Exemplum eſt in legibus humanis. In auth. Vt liceat matrim. & auiæ. §. Quia verò, vbi conſtitutum eſt, quod ad hoc, quod matrimonium oſtendatur legitimum,& proles ſit legitima, eſt neceſſarium concurrant hæc omnia, conſtituatur dos, & fiant inſtrumenta dotalia, aut fierent probationes coram iudicibus, vel ſacramenta præſtarentur: quibus concurrentibus, iudicabatur fœmina tanquam vxor,& ſic vocabatur: ſed iſtis deficientibus, licet affectu maritali, & expreſſo conſenſu caperetur, vocabatur concubina: quia non ſeruatæ erant omnes cæremoniæ. Exempli gratia. Apud Mexicanos ſolitum erat, vt vna acciperetur cum illis conſuetis apud eos ſolennitatibus:& poſt alia affectu maritali, ſed tamen ſine illis ſolennitatibus. Neque ſumebatur ad imperandum in domo, ſed ad ſeruiẽdum alteri, quæ fuit aſſumpta cum ſolennitatibus. Et illa non vocabatur eodem nomine ſicut & prima: ſed prima nomen retinebat vxoris, & ſecunda licet affectu maritali ſumeretur: aliud ſortiebatur nomen. Sic concubina in iure vocabatur illa, quæ licet fuerit aſſumpta affectu maritali, tamẽ non cum omnibus ſolennitatibus expreſſis. Patet ex canonibus Apoſtolorum ca. Si quis. 33. diſt. Si quis poſt acceptum ſacrum baptiſma ſecundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non poteſt fieri Epiſcopus, nec ſacerdos: & hoc propter bigamiam: vt patet eadem diſt cap. Ecce, quòd in ſacris. Et tamen bigamia non contrahitur in coitu fornicario, vt patet: quia non repellitur ab ordine, qui plures habet concubinas, vel acceſſit ad plures mulieres extra matrimonium: ſequitur ergo, ꝙ ibi concubina neceſſario ſumitur pro vxore: ſed quia non eſt ſumpta talibus ſolennitatibus concubina dicitur, expreſſius hæc patent. 34. d. §. Concubina autem. Concubina autem hic ea intelligitur, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis vnita eſt, & coniugali affectione aſciſcitur: hanc coniugem facit affectus, concubinam verò lex nominat,& ita ſecundum veritatem ea quæ vocatur concubina, vxor eſt. Vnde ibidem Glo. concubinam, ideſt vxorem non ſolenniter ductam, ſi tamen mutuus conſenſus interuenit. Et cauſa quare (cũ vxor ſit vera) concubina nominetur, & alia quæ ſumpta eſt cum ſolennitatibus dicatur vxor, non concubina, eſt quia erant differẽtię inter ipſas. Quarum prima eſt. Nam vxores nunquam vocabantur concubinæ, quod eſt nomen dignitatis: concubinæ autem vocantur interdum vxores, interdũ concubinæ, eo quòd tales aliquid habent vxorum, ſcilicet affectum coniugalem, & ob hoc vocatur, quę ſine ſolennitatibus, vxor. Aliud eſt, in quo minor eſt vxore,& ob hoc vocatur concubina, ſicut patet de Agar, & Cethura, quas ſcriptura vocat vxores Abrahæ,& vocat concubinas eius in Geneſi. Exemplum eſt circa Mexicanos, quia illa quam accipiebant cum omnibus ſolennitatibus (vt fertur) erat ad hoc quod filij ſuccederent in bonis paternis, quæ dicebatur (*çiua pilli,*) quod non erat de filijs aliarum, dato eas acciperent in vxores.

Duplíciter concubina accipitur.

Secundo modo.

Apud Mexicanos vna accipiebatur cum ſolennitate, & alia abſque ea.

Gloſſ.

Differentia inter vxorem & cõcubinã, cum tamẽ vtraque eſſet vxor.

Gene. 16. & 26.

Apud Mexicanos cõſuetudo.

Secunda differentia eſt in honore, nam ſecundum iura illæ ſolum in vxores accipiebantur, quæ erant genere, & ſtatu æquales: inæquales verò non accipiebãtur, maximè mulieres corruptæ, & obſcuro loco natæ, & quæ ſui corporis quæſtum fecerunt,& ancillę,

Deſcrimẽ 2.

vel

vel libertæ. Sed mulieres ingenuę pręcipue ſi ſunt nobiles, & honeſtæ vitæ, & virgines in concubinas haberi non poſſunt, niſi teſtatione quadam, vt patet. ff. de concub. l. in concubinatum. vt videtur ſeruatum fuiſſe apud antiquos in veteri teſtamento, vt poſt dicemus. Et apud Mexicanos fuit in vſu, vt ęqualem in dignitate, & nobilem acciperent cum omnibus ſolemnitatibus vt vxorem: ad hoc quod filij eius ſuccederent, & ſeruam, vel libertam, vel obſcuro natam loco acciperent vt vxorem, ſed non cum illis ſolemnitatibus: & ſic non vocabatur eodem nomine, imo dato cum ſolemnitatibus acciperetur, ſi tamen obſcuro loco nata, habebatur vt concubina.

Supra ar. 3. & 4.

Mexicani nobilem, & ingenuā ſumebant ſoléniter.

Diſcrimē 3. Tertium diſcrimen inter vxorem, & concubinam erat quantum ad ius earum: nam filij vxorem reputabātur legitimi, & ſuccedebant patribus in bonis: filij autem concubinarum non reputabantur legitimi, ſed ſolum naturales, vel ſpurij. Et ob iſtas differētias concubinæ, & vxoris: differentia etiam erat in nominibus: ſed tamen vtraque vxor erat, & conueniebant, quia in vtraque erat conſenſus mutuus neceſſarius ad matrimonium. De coniuge patet, extra, de ſponſ. cap. Si inter, De concubina. d. 34. §. Concubi, & ibi Glo.

In quo cōueniebant vxor & cōcubina.

Conuenien. 2. Secunda conuenientia, quia vtraq; tractatur affectu coniugali. Patet in allegato. §. Concubina.

Conuenien. 3. Tertia, quia cum vtraq; eſt licitus concubitus. 34. d. cap. Is qui, quia talis concubina habet locum vxoris, & nulla alia fœmina poteſt habere locum vxoris quantum ad copulam licitam. Patet ibidem.

Conuenien. 4. Quarta: quia in vtraque ſeruatur idem numerus. Si vnica eſt coniux, & vnica eſt concubina: & ſi plures ſunt vxores, & plures poſſunt eſſe concubinę. At quia in veteri lege poterat quis habere plures vxores, ſimiliter & poterat quis habere plures concubinas. Ad dubij ſolutionem reſpōdentes, ſit prima concluſio.

Prima cōcluſio. Prima concluſio. Capiendo concubinam propriè, primo modo, pro muliere coniuncta non affectu maritali: nullo tempore licuit habere concubinam, nec talis cōcubina vxor vocatur. Probatur ex ſupra dictis, quia habere concubinam, eſt de directo contra ius naturale cōtra bonum prolis, vt probauimus: ergo nullo modo licuit. Nec modo licet: quia intrinſecè malū, nec pōt aliquo pacto bene fieri, nec talis eſt quæ vocatur vxor, quia vxor importat mulierem iunctam affectu maritali: ergo vbi talis affectus non fuit, non poteſt vxor dicitur. Et iſto modo capiendo, Abraham, nec Iacob, nec Dauid, neque alij Sancti, de quibus ſcriptura mētionem facit, habuerunt concubinas.

Viguer. in ſuis Theo. inſti. c. 16. §. 7. ver. 11. S. Tho. in add. q. 65. art. p. Albertus Mag. d. 33. ar. 5.

Secunda concluſio. Capiēdo concubinam largè ſecundo modo, pro muliere ducta affectu maritali, ſed non cum illis ſolemnitatibus cum quibus aliæ ducuntur vxores, habere licuit omni tempore. Olim. Hic concubinam vocamus, quando inferior genere, vel diuitijs viro eſt. Patet. In lege naturæ habuit Abraham concubina Agar. De quo habetur in Gene. quòd acceperit Sarram in vxorem, quia ei æqualis in ſtatu, & Agar in concubinam, quia ancilla erat, & inferioris conditionis, & tamen licuit Abrahæ illam habere, vt conſtat. Et non eſt dubium alijs contigiſſe. Probatur, quòd licuerit, Tales ſunt verè vxores, vt conſtat: quia ſolū deficit quædam ſolēnitas, ob quam vocantur concubinæ, ſed in omni tempore licuit vxorem habere: ergo & concubinam iſto modo. Et probatur apertius 34. d. cap. Is qui. Is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à cōmunione non repellatur, tantum vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinę ſit contentus: ſi ergo concubinam habens à cōmunione non repellitur: ergo eam licitè habet: & non capiendo cōcubinam primo modo, quia eſſet peccatum mortale: ergo capiendo concubinam iſto ſecundo pro muliere cōiuncta affectu maritali, ſed vel quia inferioris conditionis, vel quia ſine illis ſolemnitatibus traducta, vel quia ſic traducta, vt filij ipſius non ſuccedant

concluſ. 2. Idem Viguer. vbi ſupra.

Geneſ. 16. & 25.

Ibidem.



cedant in bonis patris. Ex iſtis patet clara reſpōſio ad obiectionem contra concluſionem, quomodo ante legem Chriſti illi qui plures accipiebant vxores cum omnibus cōtrahebant. Quod autem fuerint dictæ tales concubinæ, vt patet de Abrahā, & Dauid, & alijs, nō obſtat quominus fuerint veræ vxores, & ſic interdum vocabantur, ſed dicuntur concubinæ, non quia ad ſolum concubitum ſumptæ, ſed quia vel inferiores erāt genere, ſicut Agar reſpectu Abrahæ, quæ inferioris conditionis, quia ancilla, & idem de Cethura. Vel quia filij non debebant ſuccedere in bonis patris, dicebantur concubinæ tanquam vxores minus principales, ſicut factum credimus in Abrahā. Nam Sarræ filius Iſaac, quia vxor erat, ſucceſſit patri, & nō Iſmael, qui erat filius Agar. Et ob id Agar cōcubina dicta eſt Abrahæ, cum tamen vera eſſet vxor. Sicque dixit Sarra ad Abraham. Eijce ancillam hanc, & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Et dicitur in Gen. Dedit autem Abraham omnia quę poſſidebat Iſaac: filijs autem cōcubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc viueret, & ita filij Agar, & Cethurę in nullo ſucceſſerunt patri, quia aliquid legatum eſt eis, & non alia cauſa, niſi quia filij concubinarum.

Solutio obiectionis.

Gen. 21.

Gen. 16. & 25.

Gen. 21. Paulus ad Galat. 5.

Gen. 25.

Ecce habemus in aperto ex facto ipſius Abrahæ, quomodo illæ quæ vocabantur concubinæ vxores erant, & vocatæ ſunt tales concubinæ tanquā inferiores genere, vel diuitijs, vel quia filij non deberent ſuccedere in hæreditate patris. Simili modo oportet notare quomodo in alijs locis vocentur eædem vxores quæ & concubinæ: vt certò cognoſcamus nihilominus fuiſſe vxores. Et ex iſto oportet ſimiliter iudicare circa alios Patres ante Chriſti aduentum. Expediret etiam iudicare tunc de Gentilibus, ſi aliquas ignobiles ducerent, non cum talibus ſolennitatibus, ſed tamen affectu maritali: quia filij ipſarum non debebant ſuccedere, vocabantur alio nomine quam vxor principales, ſicut fertur in vſu fuiſſe apud Mexicanos, vt dictum eſt, talis eſſet illo tempore iudicanda pro vera vxore, ſicut & principalis vxor. Hæc videntur ſumpta ex lege naturali, Diuina, & canonica. In lege tamen noua, & ſi concubinā licitè poſſit quis habere quæ ſit verè vxor, non tamen ſimul cum ea alia vxor, vt olim. Quia ſolum vna vnius poteſt eſſe modo, vt ſupra dictum eſt, & infra eſt dicēdum. Et quidem in Concilio Toletano primo aperte dicitur, Is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet à communione non repellatur, tamen vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ, coniunctione ſit contētus. Ecce quam apertum eſt teſtimonium, & adducitur 34. d. cap. his qui. & cap. Chriſtiano. ibidem.

Petrus de Tarantaſia in 4. d. 33.

## ARTICVLVS XX.

*Quid eſt concubina ſecundum legem humanam ciuilem.*

SED adhuc oportet ſcire aliquid de concubina ſecūdum legem humanam, & ciuilem, vtrum talis ſit vxor, ſicut diximus de concubinis quas habuerunt Sancti olim.

Pro ſolutione notandum, quòd iura humana poſuerunt plures concubinas poſſe haberi ſimul, licet non eſſet idem ius ſuccedendi filijs, ſicut ſi concubina vna ſola eſſet. Patet in authentica. Quibus modis natur. efficiuntur ſui. §. Si quis autem. Et in §. ſi verò effuſa. De quo ſit concluſio. Nota.

Capiendo cōcubinam ſicut leges humanæ ciuiles diſponunt, nunquam licet habere, neque talis eſt vera vxor. Concluſ. Patet, quia concedit plures habere: ergo non capit concubinam pro vxore: 1. Ratio. alioqui liceret poſt legem Chriſti plures habere vxores, quod eſt falſum.

Secūdo, quia filios natos ex talibus vocant iura illegitimos: ſed qui naſcuntur ex licito concubitu legitimi ſunt, vt qui ex vxore naſcuntur: ergo talē ha- Ratio 2.

habere concubinam non licet, neq; talis eſt vera vxor. Et probatur, ꝙ talis non ſit vera vxor: nam ſecundum iura humana diſtinguuntur concubina, & vxor ex parte perſonæ. quia quædam ſunt fœminæ, quas in concubinas accipi non licet, ſed in vxores; & econtrariò, ſunt quædam mulieres, quas in cõcubinas accipi licet, ſed non in vxores. De primo patet. Mulier nobilis, & virgo, aut ingenua, & ea quę eſt honeſtæ vitæ, non poteſt accipi in concubinam, ſed in matrimonium: econtrariò accipitur in concubinam, & non in vxorẽ, ancilla, vel liberta, & mulier obſcuro loco nata, reſpectu viri nobilis, & quæ fornicata fuit, & quęſtum ſui corporis fecit: & generaliter illa cum qua ſtuprum nõ poteſt committi: ſimiliter & damnata de adulterio, in concubinam accipi poteſt, & non in vxorẽ. ff. de concub. l. Quæ in concub. Et præſes prouinciæ poteſt accipere concubinam de prouincia quam adminiſtrat, eo titu. l. Concubinam. ſed non poteſt accipere vxorem de illa prouincia, quãdiu adminiſtrat. ff. de ritu nuptiarum. l. ſi quis. & ita generaliter ſecundum iſta iura illis, quibus interdicitur vt ſint vxores, conceditur vt ſint concubinæ, & econtrariò hoc apparet: quia ſi quis velit mulierem ingenuam, & honeſtæ vitæ habere in concubinam, non licet, quia talis eſt, quæ in vxorẽ haberi debeat, vnde ſi acceperit eam, incidet in crimen ſtupri, vel putabitur in vxorẽ habere, ſi autem voluerit eam ſine crimine habere in cõcubinam, oportet vt corã teſtibus dicat, quòd eam accipit in concubinam, & non in vxorem, & ſic excuſabitur. ff. de concub. l. In concubinatu.

Corollar.

Ex iſtis ergo apparet, quomodo ſecundum iſta iura concubinam habere, licet, quomodo non eſt idẽ concubina, & vxor: nam concubina non accipitur affectu maritali. Nec eſt mirandum leges humanas ciuiles concubinam concedere, quia & meretricium concedunt: quia per leges humanas, non omne malum prohibetur, ſed lex humana permittit, vel cõcedit aliqua mala: quæ ſi non permitterẽtur, eſſent in maius malum reipublicæ, ſicut nec præcipit omnes actus virtutum, ſed ſolum qui ordinantur ad ſuum finem, ſcilicet conſeruationem politici boni.

S.Th. 1.2. q.96. ar.3.

Solutio.

Conſequens eſt, vt reſpõdeamus ad obiectum ſuperius ex canone, vbi dicebatur, ꝙ licet chriſtiano vnam habere cõcubinam, quomodo intelligi debet? Conſideratis ſuperius dictis, ſolutio eſt in promptu. Ibi enim canon loquitur de concubina, quę vxor dicitur ad ſenſum ſupra dictum: prout dicit mulierem cõiunctam affectu maritali: vel quia obſcuro loco nata eſt, vel quid ſimile, & non dotata, & non capit canon concubinam pro illa, quæ verè eſt concubina, quę non coniuncta eſt affectu maritali: alioqui eſſet error intolerabilis contra Chriſti dictum, qui vetuit omnem fornicationem, imo & deſiderium.

Matth. 5.

Quare in tali concubina, quam canon concedit Chriſtianum habere poſſe, requiritur ꝙ pro vera vxore accipiatur per conſenſum de præſenti, qui vocatur à lege affectus coniugalis. Secundo requiritur, ꝙ ſicut vxor non poteſt eſſe niſi vna, ita & concubina: 34. d. c. Is qui. & c. Chriſtiano. Quibus interuenientibus conditionibus, non eſt dubium, quin in veritate ſit vxor. Ratio autem quare conceſſit canon, ꝙ qui nõ poteſt habere vxorem, habeat concubinam, hæc eſt: quia cuilibet homini non valenti continere, licet contrahere: & tamen non eſt facile cuilibet habere vxorem: concubinam verò, ideſt eam, quæ ſecundum legem vocatur concubina, facilè ob id debuit canon hoc exprimere.

1. Cor. 7. Melius eſt nubere, quam vri.

Nam vxores ſumuntur de ęquali ſtatu, & quòd ſint honeſtæ vitæ, matronę, vel virgines, & dotatæ, ſed talem vxorem habere non eſt facile cuilibet: quia erit aliquis, qui ob paupertatem, vel ignobilitatem, vel quid ſimile, ſit ita deſpectus, vt nulla in virum velit eum recipere: tamen facile eſt tali viro inuenire ſibi fœminã, quæ ſecundum legem poteſt eſſe concubina, ſcilicet mulierem eo inferiorẽ obſcuro loco natam, vel corruptam, ancillam, vel libertã, meretricem, vel adulterã: tales quidem poſſunt ſecun-





dum leges accipi in concubinas. ff. de concub. l. 1. & l. In concubinatu, de quibus quilibet quantumcumque miſer poterit aliquam inuenire quã ſibi poterit affectu coniugali cum expreſſione cõſenſus copulare: ob quod canon dixit, quòd cuilibet chriſtiano liceret habere vnam in vxorem, vel in concubinam: quia nolenti continere, melius eſt nubere, quam vri.

1. Cor. 7.

Et ſi non poſſit ſibi ſociam aſciſcere vt vxorem, talem qualem lex dicit vxorem eſſe, aſſumat illam, quæ concubina dicitur. Vſus eſt quippe canon nomine concubinæ, vel à lege, quæ ignobiles, & corruptas in concubinas ſumendas declarat: ſicut ſi quis ex noſtris Hiſpanis ſibi in vxorẽ aliquam ex indigenis noui orbis aſſumat in matrimonium, quia ob paupertatem non poteſt aliam nobiliorem. Vel (vt credibilius eſt) ex lege veteri, quæ vxores ignobiles, & alias infimæ ſortis, concubinas vocabat, vt ſupra dictum eſt: etiamſi vtręque vxores veræ & legitimæ eſſent. Tamen valde probabile eſt ſumptum nomen ex legibus humanis: quia licet chriſtiani haberent legem Chriſti, tamen circa foralia gubernabantur legibus principum ſecularium, quibus tenebantur obedire. Sic in c. Is qui, diſt. 34. Quod in Concil. I. Toletano. Et c. Chriſtiano. ead. diſtin. quod dictum ex Iſidoro ſumptum eſt: quod contigit circa tempora Iuſtiniani Imperatoris, qui licèt fuerit Chriſtianus, tamen renouauit leges de vxoribus, & concubinis, vt patet in locis allegatis.

Legibus ſecularib. tenebãtur chriſtiani obedire.

Et non mirum, quòd canones qui ante fuerũt, ſequerentur talia vocabula poſita in legibus, Quòd autem modus ſecundus etiam ſit probabilis, patet. Nã Apoſtoli in ſuis canonibus, vt patet 33. diſt. c. Si quis. Si quis poſt baptiſmum ſecundis nuptijs fuerit copulatus, vel concubinam habuerit, ſumunt cõcubinam pro vxore. Et iſto modo Eccleſia potuit ſumere vocabulũ. Sed apoſtolos credibile eſt vocabulũ ſumpſiſſe ex lege veteri, & non aliunde. Vtrunque tamen dici poteſt, & parum refert hac, vel illa cauſa ſit, dummodo conſtet de veritate, in quo ſenſu ſumendum ſit, quando canon dicit, licitum eſſe habere concubinam.

1. Pet. 2. Rom. 13.

Per alia tamẽ iura moderniora iſta correcta ſunt, ne daretur offendiculum non intelligenti vim vocabuli: ob quod reprehendunt habere concubinam, & vxorem vocant, ſiue ſit nobilis, ſiue ignobilis, virgo, ſiue corrupta, dotata, ſiue non, dummodo fuerit affectu maritali copulata. Ratio verò diuerſitatis hæc poteſt eſſe: quia antiquitus ſecundum legem humanã erat vetitum quaſdã perſonas recipere in vxores, & damnatã de adulterio, quæ tamen poterat recipi in concubinam, & multæ aliæ. ff. de concub. vt diximus, ſed nunc nulla perſona eſt illegitima ad matrimonium ex illis. Quòd ſi capiatur aliqua illarum extra matrimonium erit, vel inceſtus, vel ſtuprũ, vel adulterium, de quo olim nihil erat: quia poterat eſſe concubinatus cũ talibus, nec puniebatur quis per talẽ concubinatum. ff. eo. ſed modo aliud eſt, vt patet: quia poteſt eſſe matrimonium cum ancilla, cum liberta, aut leproſa, aut cum qua fecit quæſtum ſui corporis, vt patet de coniugio ſeruorum, per totum. Item cum publica meretrice, & non ſolum licet eam in vxorem accipere, ſed prodeſt ad remiſſionem peccatorum ei qui accipit eam. Extra de ſponſ. c. Inter opera.

Ad remiſſionẽ peccatorum prodeſt, ſi quis meretricem ducat.

Ratio 2.

Secũdò, quia apud antiquos ad hoc ꝙ matrimoniũ eſſet (vel ſaltim iudicaretur) requirebantur quædam certæ ſolennitates, vt dotis conſtitutio, inſtrumentum dotale, vel probationes, aut ſacra præberi. In authen. vt liceat matri, & auię. §. quia verò. Modo autem nulla eſt requiſita ſolennitas ad verum matrimonium, ſed ſolus conſenſus coniugalis mutuus, ſicut in principio primæ partis nos diximus, vt patet extra de ſponſ. c. cum apud. Et 27. quæſt. 3. cap. Sufficiat. Et requiſitum eſt etiam iuxta Cõcilij Tridentini decretum, & proprius parochus, & teſtes, vt latè in Appendice.

Sup. 1. p. ar. 2. & 3.

Corollar.

Ex iſtis ſequitur, ꝙ apud antiquos multæ potuerũt coniungi affectu maritali, & mutuo conſenſu ſufficienti

ad matrimonium, quæ non haberētur vt coniuges, eo quòd deficerent tales ſolennitates, ſed vocarentur concubinæ; ſed modo eſt aliud, quādoquidem conſtat de legitimo cōſenſu inter perſonas quæ contrahere poſſunt, verum iudicatur matrimonium, etiamſi nulla affuerit ſolennitas: verum eſt tamen, quòd ad hoc, quòd filij habeantur legitimi, requiſitæ ſunt certæ ſolennitates vltra conſenſum, vt quòd bāna proponantur in eccleſia. De ſpon. c cum inhibitio. At quia in hoc, quòd filij ſint legitimi, vel non, non eſt periculum animę, potuerunt canones iſta inſtituere, ſed quòd matrimonium ſit, vel non ſit verum, vergit in animæ periculum: ob id nihil modo poſitum eſt ab eccleſia eſſe requiſitum ad matrimonium, præter illud, quod de iure naturali, & diuino expreſſum eſt, ſ. mutuum conſenſum ipſorum contrahentium exiſtentibus legitimis perſonis, quæ per ius humanum determinantur, ſicut modo in Concilio Tridentino, nonnullæ perſonæ ſunt declaratæ inhabiles ad contrahendum, vt clandeſtine contrahentes, & alij de quibus dictum eſt infra in Appendice.

Abulē. p. re. 8. q. 222.

Et tandem pro complemento quæſtionis de pluralitate vxorum, & pro ſolutione perfecta ad obiectionē, quo modo in ſacra ſcriptura vxores illę vocentur concubinæ, & quomodo potuerunt eſſe veræ vxores, cùm tamen non erant æquales in dignitate, neque in imperio domus, eſt notandum doctrina domini Abulen. qui ait, quòd iñ matrimonio aliquid eſt, quod ſolum eſt de iure naturæ, vel de diuina inſtitutione. Aliud eſt, quod prouenit ex humana inſtitutione. Primum eſt, quòd matrimonium per conſenſum coniugalem mutuum cōtrahatur, quod Deus voluit, & ratio dictat. Circa quod iura humana nihil poſſunt, inſtituendo alium modum contrahendi matrimonium præter iſtum, ſubtrahendo, vel addendo, ita quòd ſine illo non ſit matrimonium. Eſt & aliud de diuina inſtitutione circa matrimonium, quòd in coniunctione matrimoniali fœmina

Ariſtot. 4. œco. ca. 1.

ſubdita ſit viro: ſic Deus ſtatuit in Geneſ. Sub viri poteſtate eris, &c. Apoſtolus etiam iubet mulieres ſubditas eſſe viris, & non loqui in Eccleſia, ſed viros audire in domo: & hoc: quia vir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus eccleſiæ: quod eſt de iure naturæ, quia vir eſt firmioris, & abundantioris iudicij, quā fœmina: ita vt fœmina dicatur non habere opinionem propter iudicij infirmitatem, vt oſtendit Ariſt. Et cum ſapientis ſit regere, & ordinare inſipientis erit regi, & ordinari: ob quod Ariſtot. dicit, quoſdam natura liberos, alios natura ſeruos, inquantum pollēt ingenio, vt ſeipſos, & alios regere poſſint, qui domini dicuntur: & alij non poſſunt ſe dirigere, ſed aliorum regula, & regimine egent, vnde ſerui dicuntur natura: cuius conditio eſt imperari, & regi, ſicut poſſemus exemplum ſumere in aliquibus noui orbis, qui conditionis ſeruilis videntur eſſe, Quibus tanquā ſeruis dominabantur, qui pręſtantiores erant ingenio inter eos. Talis enim modus erat (vt audio) principandi, nō per legitimam ſucceſſionem patris, ſed per virtutem naturalē, vel per prudentiam. Si enim filius prudentiam patris non haberet, ſed eſſet inſipiens, non ſuccedebat patri in principatu: illi ergo deligebantur qui prudentiores: & (cæteris paribus) ſi de progenie eſſet, ille prior erat: at quia generaliter ita euenit, vt vir prudentior ſit fęmina, ſi fœmina vellet præeſſe rem contra naturam ageret: vnde Ariſt. dicit eſſe peruerſum principatū, ſi fęmina debeat præeſſe viro, propter hoc, quòd illa ſit ditior, vel nobilior quem principatum vocat Oligarchicū, qui eſt de malis. Circa iſta in matrimonio nihil poſſunt iura humana mutare, vt ſcilicet fœmina maior ſit viro, ſed poſito fęmina ſit ſubdita viro ſuo, in qua habitudine, & in quo ordine ſe debeat habere ad ſuum virum, & in quāta ſubiectione poteſt ſtatui a lege humana. Et hoc in matrimonio eſt de iure humano. Similiter quando licitum erat olim plures habere vxores ſimul, an omnes eſſent æquales, vel nō,

Gene. 3. 1.Cor.14. 1.Tim.2. 1.Cor.11. Ariſtot. p. Polit. c.3. & 8. Abulen. ſuper iud. 4.q.7. 7. ethic. c. 5. & 1.Politic.c.1.& 3. Mod' ſuccedendi inter indigenas noui orbis. Ariſtot. 7. ethic. c. 5. & in Politic. Abulen. ſuper Gē. folio 128. co. pri. Quòd poteſt lex humana circa matrimon.

Et



Et in qua habitudine exceſſus vnius ad aliam de iure poſitiuo erat, cū non eſſet neque a Deo, neque ſecundum naturam, aliqua lex quæ illud explicaret. Quare vel per cōſuetudinem, vel per ius ſcriptum potuit introduci ęqualitas, vel inæqualitas in pluribus vxoribus, quando licitum erat illas plures habere, & tanta, vel tanta inæqualitas.

## ARTICVLVS XXI.

*An plus ſtandum Pontificis ſententiæ, quam Doctorum.*

Vide quæ ſupra dicta ſunt 1. p. arti. 22. du. 3. & in hac p. art. 15. & infra art. 27.

LIBENTER velim iam finem imponere huic quęſtioni de vxorū pluralitate: videor quidē plus iuſto lectorem remoraſſe, licet non plus quàm negotium exigat: adhuc tamen manet ſcrupulus, quem tacitè præterire nō licet. Eueniet fortè, vt nos breuitati ſtudentes, diligentem lectorem confundamus: ſiquidem determinauimus vxorum pluralitatem licuiſſe olim ante Chriſti aduētum, & hoc abſque vlla diſpenſatione propriè dicta; & in contrarium adducentes determinationem eccleſiæ in c. Gaudemus, Extra de diuort. contendebamus vtrumque ſaluare, ex hoc quòd illa non fuerit determinatio Summi Pōtificis, ſed quędam ipſius declaratio cui licet cōtradicere interdū. Item & voluimus aliter ſaluare per hoc quod diſpenſatio intelligeretur ſolū inſtinctus quidam naturæ, per quem iudicabatur licitum plures habere vxores. Quòd ſi poſſet conuenire iſte intellectus verbis textus, ſufficere debuiſſet: tamen (vt ibi adduximus) do. Abulen. tam grauis Doctor dicit non poſſe ſaluari verba textus, quin in aperto ſint contra ſententiam B. Aug. & Ambroſij, & aliorum dicentium licuiſſe plures habere abſque diſpenſatione: cuius contrariū dicitur in textu: ob quod affirmat erratum eſſe ab Innocentio III. etiam ſi erat Summus Pontifex: & ſic niſi declarauerimus quomodò potuerit errare doctorem Abulen. virum doctiſſimum, & chriſtianiſſimum damnabit lector, & nos etiam aſſerentes contra textum. Ergo operæpretium erit exactè declarare, quare potius ſtādum ſit dictis B. Auguſt. quam Pontificis: & quomodo poſſit eſſe verum Summum Pontificem errare poſſe, cum ſit veritas catholica, Eccleſiam non poſſe deficere, nec errare in fide, Chriſto dicente ſuo Vicario, Non deficiet fides tua: &, Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.

Abulen. 1.Reg.8. q.2.12. aſſerit Innocen. III. erraſſe.

Matt. 16.

Eſt notandum circa hoc, præter illa quæ ſupra diximus, ſ. quòd in omnibus Pontificum, vel Cōciliorum determinationibus, aduertendum eſt, quid fuerit propoſitum in quęſtione: quia id debet intelligi determinatū, quod firmiter tenendum eſt.

Primo notandum. Vide quæ ſupra dicta sūt ar. 15. cōcil. 4.

Oportet & inſpicere quę ſit determinatio in canone poſita, & quæ ſint rationes quibus Pōtifex mouetur ad determinationem. Nam in rationibus, quibus mouetur ad determinationē, loquitur vt homo, & non vt Papa: determinans autem, aſſerit velut Papa. Reſpondeamus igitur ad dubium vnica concluſione.

Nota. 2.

Nō eſt neceſſe verum eſſe, quicquid aſſerit Summus Pontifex. Probatur, nam inueniuntur cōtradictoria determinata à duobus Pontificibus, & ſimul eſſe vera implicat: ergo neceſſe eſt dicere aliquem ipſorum falſum dixiſſe. Patet in c. literas, de reſtit. ſpol. & cap. Quanto, de diuortijs. ponuntur opiniones contrariæ, quæ ſimul non poſſunt in veritate ſtare. Cuius ratio hæc poteſt eſſe: quia licet Summus Pontifex habeat maiorem poteſtatē à Deo, quam quicunque hominum, non ideo neceſſe eſt habeat maiorem cognitionem veritatis: ob id alius, qui non eſt Summus Pontifex, ſed eſt homo illuſtratus à Deo in cognitione veritatis, poteſt veritatem aliquam intelligere ex ſacra ſcriptura, vel aliundè, melius quam Papa intellexerit. Nec mirum, quia eius plenaria poteſtas ſuper omnes à Chriſto, non eſt ad veritatem cogno-

Concl. Ariſtot. 4. metaphyſ. à tex. 9. vſque ad 27.

Suprema poteſtas Papæ conceſſa quomodo intelligatur.

gno-

gnoſcendam, ſed ad hoc, ꝙ poſtquam fuerit cognita per ſtudium ſacræ ſcripturę, & per Doctores quos Deus dedit Eccleſiæ ſuæ Summus Pōtifex ſua plenaria authoritate diffiniat talē veritatem tenēdam, quam omnes tenentur acceptare, & ſeruare, quod nullus hominum quantumcunq; doctiſſimus, & ſanctiſſimus poſſet facere, niſi eſſet ſummus Pontifex, in quo nullus error poteſt eſſe: quia poteſtatem habet à Chriſto immediatè diffiniendi quid tenendum ſit ab omnibus catholicis.

Epheſ. 4. 1. Cor. 12.

Sicq́ue B. Ambroſ. Hieron. vel P. Auguſtino diffinientibus veritatem aliquam intellectam ex ſacra ſcriptura ſtandum plus eſt, quam Papæ, dicenti cōtrarium elici ex ſacra ſcriptura: ſed tamen ſi iſti Doctores ſancti diffinirent illam veritatem, & ſtatuiſſent ſeruandam, & tanquam catholicam ab omnibus nō teneremur ad illud, quia eorum authoritas ad id non ſe extendit, neque id conceſſum eſt eis, quantumcunque polleant ſanctitate, & doctrina: verum ſi Summus Pontifex, quantumcunq; eſſet ignorantiſſimus, ſtatueret illam veritatem eſſe catholicam, & ſeruandam, nulli Chriſtianorum liceret aliud credere.

Abulen. vbi ſupra. q. 203.

Et dato omnes cauſæ fidei deferendæ ſint ad ſedē Petri: vt patet ex c. Maiores. Extra de baptiſmo, & eius effectu: quia in talibus determinandis non poteſt errare. 24. q. 1. c. Quotiens. tamen intelligendum eſt quantum ad coercendum, & ſtatuendum veritatem fidei ab omnibus tenēdam.

Abulen. vbi ſupra.

In inueſtigatione autem illius veritatis fidei, vtrum veræ fidei ſit, necne, alius non Summus Pontifex poteſt melius inueſtigare, atq; cognoſcere, & ex ſacra ſcriptura clarius elicere, quia iſta cognitio non eſt poteſtatis, ſed illuſtrationis cuiuſdam intellectus quam poteſt dare Deus alicui homini, cui non dedit poteſtatem Petri. Attamen talis homo non habens poteſtatem Petri, non poſſet illam veritatem cognitam ſtatuere tenendam: hoc enim ad ſolum Petrum, & eius ſucceſſorē ſpectat. Et iſto modo omnes cauſæ fidei ad ipſum ſpectabāt.

In quo ſen... omnes

Seruaturq́ue iſte modus in diffiniendis aliquibus veritatibus fidei, vt prius cauſa pertractetur in Concilio apud graues & doctos viros. Veritate vero inuenta proceditur ad diffiniendum, & ſtatuendum ex plenitudine poteſtatis.

cauſæ fidei ſpectāt ad ſummū pontificē.

Sic cōtingere poteſt ſummum Pontificē aliquid, aſſerendo falſum dicere, & decipi, quia homo eſt: & tunc velut homo, cognitionem habēs loquitur. At quia alij ſunt, qui licèt non ſint Pontifices, ſunt plus à Deo illuſtrati, poſſunt melius intelligere veritatem, & affirmare contrarium. Et maxime aduertere oportet in Pontificum determinationibus, quid eſt hoc quod ipſi ex poteſtate tradita loquuntur, & conſtituunt: quid inſuper loquuntur quatenus homines illuſtrati, ſicut cæteri: nam poſſet ſummus Pontifex determinare abſolutè, vt in exemplo poſito, iſtam veritatem. Non licet poſt aduentum Chriſti habere plures vxores: quia id Chriſtus reprobauit in Euangelio ſacro.

Matt. 19.

Et hæc eſt veritas Euangelica, & nulli vnquam licuit dubitare de illa cui omnes tenerentur ſtare determinationi. Attamen quia homo eſt vult ex ſacra ſcriptura, vel aliunde ſuo ingenio inueſtigare rationem, quare moueatur ad determinandam veritatem, vt patet in cap. allegato, Gaudemus. vbi plurimas adducit ex ſcriptura rationes quas Pontifex nō tenetur dare cum ſufficeret voluntas ſtatuentis, prçcipuè vbi veritas eſt in aperto: ſed tamē non eſt ſatisfactus: niſi rationem adhibeat. Et, quia ratio non erat neceſſaria ad determinationem, non erit determinatio, neq; procedit ab ipſo, nec adducit ipſe, quia Summus Pontifex eſt: nam ea ratione nullam deberet adducere: ponit tamē rationem, inquantū homo eſt pollens ſcientia, & cognitionem habens, ſicut cæteri habent: & in illis non plus, nec minus ſtandū, quia ſummus pontifex, quam ſi non eſſet, ſed tantundem ſtandum quantum eſt verum, & non deceptus in tali iudicio. Cum ergo contingat alios eſſe peritiores ſummo pontifice, & magis à Deo illuſtratos in cognitione

Omnia notanda.



gnitione ſcripturarū, eueniet, vt tales doct. Summo Pontifici contradicētes, ad rationē, quā ſummus Pontifex adducebat pro ſua determinatione, rationabiliùs loquantur. Sic neceſſe eſt Summum Pontificē falſum aſſeruiſſe, non inquantum Summus Pontifex, ſed inquantum homo, ſicut cæteri.

Exēplū. 1.

Exemplum in propoſito. Derminat iſtam veritatem, Non eſt licitum modo plures habere vxores, & quòd vna ſola vera ſit vxor: ad quod adducit pro ratione: quia nunquid in aliquo tempore licuit plures habere ſine diſpenſatione. Quod diffinit verum eſt, neque aliquis poteſt contradicere: ratio tamen ad id falſa eſt, & alius doctior poterit contrarium dicere: nam modò non licet plures habere vxores, non quia nullo tempore licuit, ſed quia Chriſtus expreſſe ſic diffiniuit in Euangelio.

Matt. 19.

Et dato olim licuiſſet, ſicut verè licuit, etiam ſecluſa diſpenſatione, quia nō erat tunc expreſſum Dei præceptum, modo autem quia expreſſum eſt à Chriſto, nullo modo licet plures habere. Ecce quomodo non inconuenit in tali ratione Pontificem deceptū: ob quod melius B. Ambro. 32. q. 4. cap. Dixit Sarra. Et B. Hieronymus ibidem. c. Obijciuntur. Et B. P. Au. vt adducitur à Magiſtro in 4. diſt. 33. qui dicit nullum fuiſſe peccatum olim plures habere: quia mos erat contrarius.

Magiſter d. 33. & ibi Theo.

Dicunt iſti ſancti contrarium ſententiæ Pontificis, ſed tamen non dicunt contrarium determinationi illius. Ipſi enim affirmant nullo modo licere plures habere: quia ſic Chriſtus dixit.

Matt. 19.

Contrariantur tamen rationi Pontificis, quā adduxit, ſicut homo peritiam habens. Et quia ſancti doctores dati Eccleſiæ peritiores fuerunt Innocentio 3. & magis à Deo illuſtrati, non inconuenit affirmare Pontificem inquantū homo deceptum in ratione, quā adducit ad veritatem illam diffiniendam, & iſtos doctores ſanctos contrariū dicentes, veritatem affirmaſſe, vtpotè quia doctiores, & plus à Deo illuminati fuerunt in cognitione ſacrę ſcripturæ. Et licèt in diffinitionibus negotiorū plus ſtandū ſit determinationi pontificis, nō tamen in aſſertione cuiuſcūq; veritatis: quia in talibus, & in expoſitione ſacræ ſcripturæ, & debita intelligentia eius, plus ſtandū doctoribus, quos Deꝰ dedit Eccleſiæ ſuæ, nā ſicut dedit Apoſtolos, & vnū principē ipſorū, dedit & doctores, vt ait Paulus. Hoc affirmat, & bene, Gratianus 20. d. c. Decretales. Idem innuitur in c. De libellis.

At epheſ. 4. Gratian.

Quippè qui rationē volens dare ſuarum determinationum decipitur, licet non in ipſa determinatione: vt patet in cap. Literas. de reſtitutione ſpoliatorum. qui volens dare rationem determinationis, dicit eſſe gradus prohibitos conſanguinitatis, in quibus Papa nō poſſet diſpenſare, & hoc nō quærebatur, ſed vtrùm quando obijcitur aliquis gradus cōſanguinitatis Diuina lege ꝓhibitus ei qui petit reſtitutionē coniugis, an debeat fieri reſtitutio, vel non: ad quod diffiniendū incidenter dicit, eſſe gradus conſanguinitatis, in quibus ipſe non poteſt, non quidem erat neceſſe adducere rationem, ſed diffinire: adduxit tamen velut homo habens cognitionem: quare merito ab alijs peritioribus contrarium affirmatur: quia nullus gradus eſt Diuina lege prohibitus nunc, in quo Papa diſpenſare non poſſit, vt nos diximus in 1. p. cum ageremus de conſanguinitate.

Vide Maio. in 4. d. 24. q. 13.

Nam illi gradus, qui in Leuitico poſiti ſunt, modò nullam vim habent, eo ꝙ lex ceſſauerit vetus, in datione legis Euangelicæ. Translato quippè ſacerdotio, neceſſe eſt & legis translatio fiat. Et ſic contingit Summū Pontificem decipi, non in determinatione, ſed in rationibus, quas vult adducere ad determinationem.

Sup. p. p. art. 43. Leuit. 18. ad Heb. 7. S. Tho. 1. 2 q. 103. ar. 3. & 4. Theo. in 4 d. 3. de ceſſatione lega.

Patet etiam Extra, de decimis. c. Parochianos. vbi diffinit Summus Pontifex decimas reddendas, dicens exigi poſſe, quia à Deo inſtitutæ, quod diffinit eſt tenendum, ſed in ratione falſum dicit, & contra omnium doctorū cateruam: quia decimæ non ſunt inſtitutæ à Chriſto, nec ſunt de iure Diuino, ſed ſi ſunt de alio iure quàm

*Decimæ non ſunt de iure diuino quoad quotã.*

humano,ſunt de naturali,ſed nõ quòd ſit decima. Et tãdem iſta quota modò non eſt,nec à Deo inſtituta in lege noua,nec de iure naturali, ſed ſolum de iure humano. In Euangelio enim non reperitur, ꝙ Chriſtus quotã decimarum inſtituerit. Neque elicitur ex illis verbis Chriſti Matth. 23. dicentis: Væ vobis qui decimatis. Quod latè alibi. At quia nõ eſt præſentis negotij id probare, ſufficiat falſum dixiſſe in ratione. Sic omnes Doctores affirmant. Et non mirum:quia rationem ad diffinitionem,& ſtatutum appoſuit de ſuo tanquàm homo. Et alius Alexãdro doctior, & magis illuſtrat⁹ à Deo potuit veritatem cognoſcere, quam ipſe non cognouit,etiam ſi erat Pontifex: quia ad ſummum Pontificem non pertinet illud, ſed ad hominẽ illuſtratũ à Deo. Poſſent alia exempla ijs ſimilia adduci, ſed iſta ſufficiant, ex quibus poterit in ſimilibus iudicari.

*Gregor. Dionyſ.*

Nam certum eſt B. Gregorium multa dixiſſe de natura angelica, in quibus repugnat B. Dionyſi, ſed plus credimus Dionyſio, quam Gregorio Pontifici:quia Gregorius loquutus eſt vt homo,& non diffiniuit vt Pontifex, ob id potuit falſum dicere.

*Do.Innoc. IIII. cum eſſet Papa ſcripſit.*

Sic Innocentius IIII. fuit Papa, & condidit aliquas decretales, & ipſe velut doctus vir, & non vt Papa commentaria fecit ſuper Decretales,attamen non eſt neceſſarium affirmare,verum in omnibus dixiſſe,quia Pontifex erat,imò cõtradicitur interdum, & falſum dixiſſe in aliquibus nõ eſt dubiũ: quia loquebatur vt homo doctus,& alius doctior, potuit veritatem cognoſcere,quàm ipſe nõ cognouit. Et quia Innocentius IIII. vt Papa,& ipſe vt homo eiuſdem eſt ſcientiæ,licet nõ eiuſdem poteſtatis, loquens vt homo, etiam ſi eſſet Papa,decipi potuit.

*Nota.*

Et ſequitur tanquam totius dubij epilogatio,ꝙ circa inquiſitionem veritatis,& expoſitionem ſacræ ſcripturæ, magis ſtandum eſt Ambroſio,Auguſtino, & Hieronymo, quam Innocentio III. vel alicui Pontifici, qui non fuerit tam peritus in ſacris literis: tamen in diffinitionibus negotiorum quãdo aliquid præcipitur, vel ſtatuitur velut tenendũ,plus ſtandum cuilibet Pontifici quantũcunque ignaro, quam Doctoribus Eccleſiæ,etiã omnibus ſimul. Et quia in c. Gaudemus. Innocentius III. volens diffinire, quòd non liceat plures habere vxores, adduxit quam plurimas rationes ad id: vt conſtat ibi ex diſcurſu textus, quas ipſe non tenebatur adducere, nõ vt Pontifex diſfiniendo, quia illud non erat in quæſtione,ſed vt homo peritus in ſcriptura,non eſt neceſſe affirmare verum dixiſſe,quando ait non licuiſſe olim plures habere vxores abſque diſpenſatione: quia in hoc certè deceptus eſt, & poteſt dici falſum dixiſſe,& cõtrarium Ambroſio, Auguſtino,& Hieronymo. Neq; per hoc aliquid ſubtrahitur poteſtati pontificali:quia illa non vt pontifex dixit,ſed velut homo peritus:nã licet Pontifex ſit, nõ tamen deſinit eſſe homo,ſicut & cęteri. Nec miretur quis. Non enim eſt nouum hæc dicere: quia ſi diligenter legat q̃ ſcripta ſunt ab illis,qui nos pręceſſerunt,hæc,& alia his ſimilia reperiet ſcripta. Etſi (placet) latiſſimè vide in Abulen. & Adriano Pontifice.

*Abulen. 1.Reg. 8. q. 203. Adrian. quol.1.ar. 3. ad 3.*

Nolumus tamen dicere ſummũ Pontificem poſſe errare in illis quæ fidei ſunt, imò conſtanter affirmamus contrarium, modò faciat quod in ſe eſt: quod latè diſputat, & probat Albertus Pighius Campenſis in ſua Hierarchia Eccleſiaſtica. lib.4. c. 8. & Turrecrem. lib.2. cap.109. & alij, quicquid dicat Ioan. Arbo. lib.4. Theoſophiæ. c. 32. cum alijs. De quo aliàs.

*Eraſmus in annota. 1.Cor.7. Pighius. Turrecre.*

Hoc vnũ tamen adnotare libet, non quia Pontificum Epiſtolæ ſint ab Eccleſiæ approbatæ, vel Auguſt. Ambroſij, aut alicuius alterius Doctoris opera,ea omnia,& ſingula dicta debent intelligi approbata. Dato enim in c. ſancta Romana. d. 15. ſint Hieronymi, & Auguſt.& aliorum multorum Doctorum opera approbata,ſunt tamen aliqua Doctorum dicta,quæ non ſunt vera,imò ſunt falſa, & approbando Doctorem, non probat omnia, ſed illa in quibus non eſt cõtra veritatem, quod latè

*De hoc in noſtra relectione de li. canonicis.*



*Abulen.*

latè diſputat Abulen. in ſuo defenſorio. 2. par. 2. cap. 81. & infrà. Eadem ratione ſi. cap. Gaudemus. eſt ab Eccleſia approbatum,non ſequitur,& quicquid ibi ponitur, ſit in eodem gradu receptum.

## ARTICVLVS XXII.

### *De gradibus conſanguinitatis, & affinitatis prohibitis.*

*Artic. 43. vſq; ad 50*

QVAERITVR de gradibus conſanguinitatis & affinitatis, an aliqui fuerint prohibiti Gentilibus, ita vt contrahentes in illis, nullum eſſet matrimonium.

Pro ſolutione debita oportet in memoriam reuocare, quæ diximus in prima parte,loquentes de conſanguinitate,& affinitate, vbi latè diſputauimus de gradibus tam conſanguinitatis,quã affinitatis:& qui ſint prohibiti iure naturæ, & qui Diuino Euangelico,& qui iure humano Eccleſiæ. Modò tñ operæpretiũ eſt diſputare prout ad infideles ſpectat. De quo ſit prima cõcluſio.

*1.concluſ. Soto de iuſtit. & iu. lib. 1. q. 1. ar. 4. ad. 1.*

Prima concluſio. Infideles,coniũcti in gradibus conſanguinitatis per lineã rectam deſcendentium, vſque ad aliquem certum gradum, non contrahunt matrimonium, & conuerſi ad fidem diſiungi debent. Probatur.

*Ratio.*

Infideles coniuncti in gradibus prohibitis iure naturæ non vere contrahunt: ſed talis gradus conſanguinitatis inter aſcendentes, & deſcendentes per lineam rectam eſt de iure naturæ prohibitus: ergo nõ verè contrahunt. Maior eſt manifeſta,quia legitima coniunctio maris & fœminæ, matrimoniũ vocatur,non cuiuſcunq; maris ad quãlibet fœminã,ſed illa debet eſſe, quàm non refugit natura. Sequitur ergo, ꝙ vbi coniunctio naturæ repugnans inueniatur, nõ eſt matrimonium, cùm matrimonium in ſui ratione, includat coniunctionem certi viri,ad certam fęminam. Probatur ꝙ coniunctio inter aſcendentes,& deſcendentes,vſque ad certum gradum ſit contra ius naturæ. Illud dicitur contra ius naturæ, quod eſt contra rectam rationem homini inſitam à natura, ſed coniunctio patris,& filiæ:vel filij,& matris: eſt cõtra rectã rationẽ, eo ꝙ naturaliter filij,honorẽ debent parentibus,& ſubiectionem:& æqualitas inter eos non poteſt eſſe,quæ inter virum,& fęminam: nam oportet iſtam æqualitatem eſſe, quia ſocij ſunt,ergo repugnat naturæ talis coniunctio. Et obedientia nulla eſſet, ſi filius matrem duceret,cùm mater filio deberet obedire, quod repugnat: ſequitur ergo huiuſmodi coniunctionem inter cõſanguineos per lineã rectam, eſſe contra ius naturæ, & ſic infideles coniuncti, in tali gradu poſt conuerſionem non ſunt ſubſtinendi.

*Tira. l. 7. cõnu. n. 30*

*Ariſto. 9. animaliũ c. 47. Ælianus de anima. li.5.c. 2. Plini. li. 8. c. 42.*

Hoc nos docent exempla animalium, quæ licet non vtantur ratione,habent tamen aliqualem inſtinctum naturæ, vt talem fugiant coniunctionem, ſicut Ariſto. dicit, equum deceptum fuiſſe commiſcendo ſe matri, & poſt cognito facto,præcipitauit,ſe acſi inſtinctu naturali, talem fugeret commixtionem. Idem fertur de Elephanto, qui ingenio deceptus,matri commixtus, poſtmodum ingeniatorem interfecit, vt in 1. par. dictum eſt. S. Thom. etiam affirmat coniunctionem parentum, & filiorum iure naturæ prohibitam eſſe. Cùm ergo naturalia, infideles ſeruare teneantur, conſequens eſt eos copulatos in talibus gradibus, nullo modo matrimonium contraxiſſe, ꝙ ſi conuertantur,debent diſiungi. Et probatur, quia nulla gens adeò fuit barbara, vt talem habuerit conſuetudinem copulandi ſibi in matrimonio conſanguineos per lineam deſcendentium. Non enim vnquàm in vſu fuit apud Gentiles, vt quis in matrimonio haberet ſibi ſociam matrem,vel ꝙ pater filiam,quanuis Quintus Curtius lib. 8. de regione proxima Scythiæ aſſerat, fas fuiſſe parentibus ſtupro coire cũ liberis. Et idẽ lege lata licuiſſe conſtat ex Strabone,& Catullo, Quintiliano, & Tertulliano. De quo Celius lectio. antiquarum lib. 10. c.18. & Tiraquellus.

*Sup. p. p. ar.1. et.43 S. Th.2.2. q.154.art. 9. ad. 3. Nunquam fuit in vſu apud gentiles copulare cõſanguineos p lineam rectam. Curtius. Strabo. Celius. Tiraquel.*

Harmenup.

lus.l.7. connubiali. num. 22. & in Epitome iuris Harmenupulus, lib. 1. tit. 1. Verùm abominabile fuit. Et argumentum eſt, in noui orbis incolis non repertam, parentum, & filiorum coniunctionem, cùm alijs non parcant. Videmus ſiquidem eos non abhorrere fratrum cõcubitus, & aliorum conſanguineorum. Attamen nunquàm hucusq; audiui filium, iunctum matri, non ſolum in matrimonio, ſed neque alio inceſtuoſo concubitu, nec patrem iunctum filię.

Tiraq.l.7. nu. 34.

Obiect. 1.

Sed contra iſtam concluſionem obiji poteſt, quia Semiramis regina Aſſiriorum legem tulit, vt poſſent mulieres filios proprios, in matrimonio ſibi copulare: ex quo videtur non eſſe cõtra legẽ naturæ talis copulatio, quandoquidem illa quę ſunt de lege naturæ, eadem ſunt apud omnes. Neque aliqua lex fertur eis contraria. Et videtur ꝙ Gentiles infideles vtentes tali lege, ſi copulentur, non eſſent ſeparandi poſt cõuerſionem. Ad obiectionem reſpondetur, talem legem iniquã eſſe, & nullo modo talem coniunctionem fieri poſſe, quòd ſi fiat, non valet: quia nulla lex poteſt facere id eſſe iuſtum. Nec eſſet lex dicenda, vt docet Ariſto. dicens, Legem contra ius naturæ eſſe carentem ratione, & non eſſe legem: quia de ratione legis eſt, vt ſit ſecundum rectam rationem lata: ſed nullo modo recta ratio dictat, vt mater, cui filius debet obedire, obediat filio: quem ſibi in maritum copulauit, ſed repugnat: ſequitur ergo, ꝙ talis lex nõ debeat dici, vnde neq; copulati iuxtà talem legem verè contrahunt.

S.Tho. vbi ſuprà.

Solutio.

Ariſt. 5. Etht.

S.Tho. 1. 2 q. 90. ar. 1.

Obiect. 2.

Secundo obiji poteſt, quia poteſt eſſe aliqua natio Gentilium, cuius ſit cõſuetudo copulari in tali gradu aſcẽdentium, & deſcendentium: ergo tales coniuncti in matrimonio nullo modo deberent diſiungi, ſi conuerterentur: nam illa quæ ſunt naturalia per conſuetudinem mutari ſolent, etiam ſine lege, qua mutata, amittunt vim ſuam, ſicut nos in precedentibus dicebamus de repudio, & vxorum pluralitate, quæ naturæ repugnare videntur: quæ inclinat ad indiſſolubilitatem, ſimul & vnius, ad vnam ſolum coniunctionem: tamen conſuetudo in contrariũ tãtum valuit, vt mutauerit ius, & fas, vt, ſcilicet, repudiãdo, & aliã, & aliam ducẽdo etiam ſimul, non eſſet peccatum. Ergo à ſimili, ſi aliqua eſſet conſuetudo, apud Gentes, vt mater filio iungeretur, ſaltim pater filiæ, videretur eſſe matrimonium verum.

Solutio.

Reſpon. nullo modo talem conſuetudinem, etiam ſi eſſet, poſſe facere licitam talem coniunctionem, & validã: nam maior eſt authoritas legis, quàm conſuetudinis, cùm conſuetudo ſuccedat legi, & pro lege habeatur, deficiente lege, cùm ſit legum interpres. De conſuetu. c. Cùm dilectus, & tamen lex non poteſt præualere contra ius naturæ, vt paulò ſuperius diximus: ergo neq; aliqua conſuetudo. Imò ſi aliqua ſit conſuetudo contra tale ius naturæ, non dicetur conſuetudo, ſed potiùs corruptela. Eodem tit. cap. Cùm tanto, & quanto diuturno tempore fuerit obſeruata, tanto deterior erit, quia tanto peccatum grauius. De conſangui. & affini. cap. Non debet. Vnde, dato conſuetudo talis eſſet apud infideles, nullo modo ſufficeret ad mutandum iſtud ius naturale, & copulati ſecundum talem conſuetudinem, ſeu corruptelam, deberent diſiungi, ſi conuerterentur, quia non tenuit matrimonium. Ad id autem quod dicebatur, quòd poteſt per conſuetudinem mutari ius naturæ, ſic, vt illud quod eſt illicitum, licitè fiat, vt de repudio vxorum, & pluralitate dicebamus: dicendum, dupliciter aliquid eſſe de iure naturæ, ſicut ſuprà diximus. Vno modo de primis principijs iuris naturæ, quę per ſe nota ſunt, & eadem apud omnes, in quibus nulla contingit variatio, vel diſpenſatio, niſi ſit per miraculum ab ipſo Deo. Circa talia nihil poteſt conſuetudo, neq; lex aliqua: quia cùm huiuſmodi per ſe nota ſint in bonitate, ſi præcepta ſunt, & in malitia, ſi prohibitiones, nullo modo variantur: Alia sũt ꝗ ſunt de ſecũdis p̄ceptis iuris na-

S.Tho. 1. 2 q. 94.

Solutio.

Dupliciter aliqd de iure naturæ.

Soto de iuſti. & iur. lib. 1. q. 1. ar. 4. ad. 1.





turæ, velut concluſiones, quæ deducũtur ex principijs, quæ quidẽ nõ ſunt per ſe notę, ſed per ipſa prima principia fiunt notæ, * ſicut ſunt concluſiones, quæ eliciuntur ex præceptis decalogi. † Et circa talia poteſt variatio cõtingere, vel per aliquam legem poſitiuam, vel per cõſuetudinem, de quibus eſt pluralitas vxorum, & repudium, vt diximus. Sicut ex corruptione in particulari poteſt haberi, vt licitum latrociniũ extra terminos ciuitatis, vt nos diximus alibi, ſicut olim apud Germanos, vt ſcripſit Cæſar de bello Gallico, libro 6. Et idem apud Lacedæmonios dicit Gelius libro 10. capite 1. Et apud Ægyptios Gellius. Et rapto viuere, putauerunt quidam licere: vt Quintilianus lib. 3. ca. 9. aſſerit, & fornicationem ſimplicem licere. Attamen, quòd filius ducat matrem in vxorem, vel pater filiam, repugnat primis præceptis iuris naturę: de quibus eſt honor, & reuerentia debita parentibus, ſimul & ſuperioritas: quæ quidem (vt patet intuenti) obſeruari nõ poſſunt, ſi tales coniunctiones fierent. Sequitur ergo, quòd non poteſt aliqua conſuetudo præualere cõtra iſtud ius naturæ primæuum, quæ facere poſſit licitum, quod illicitum eſt. Neque ſufficeret ad matrimonium cauſandum, quòd talis eſſet conſuetudo apud aliquos barbaros, & ſecũdum talem conſuetudinem contraheret mater cum filio, & pater cum filia, ſed ſeparandi eſſent, dicente Chriſto, Erunt duo in carne vna: & propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ; inſinuans his verbis aliam eſſe futuram in matrimonio vxorem à matre, & alium virum a patre.

S. Th. 1. 2. q. 100. articu. 11.

Supra art. 7. concl. 3. in hac 2. p.

S.Th. 1. 2, q. 64. ar. 6.

Soto de iuſt. ibi. & lib. 2. q. 1. art. 3.

Matt. 19.

Dixi in concluſione, vſq; ad aliquẽ certũ gradum: quia vt ſupra diximus, quando de conſanguinitate loquuti ſumus, quæ eſt de iure naturę, iſta conſanguinitas inter deſcendentes, & aſcendentes finem, & limitationem habet, licet alij contrarium opinentur. Scotus d. 40. Duran. & Palud. ibidem. S. Anto. 3. p. tit. 1. cap. 14. §. 2. Syluest. matrimoniũ. 8. q. 6. Sed placet contrariæ opin. quam habent ij grauẽs Authores, vt explicat egregiè dominus Gaiet. 2. 2. q. 154. ar. 9. S. Tho. in 4. diſt. 40. q. 1. art. 3. B. Bonau. ibi. Ricar. ibi. q. 2. Roſſenſis in matrimonio regis Angliæ. ſo. 3. Alex. Halen. 2. par. q. 169. Idem 3. p. q. 25. memb. 6. Aug. de Anchona in ſumma de Eccleſia q. 53. art. 5. Hugo de ſacramen. lib. 2. p. 11. cap. 4. qui aſſerunt finem, & limitem habere talem conſanguinitatem, intra quos limites videtur eſſe quædam amicitia naturalis, inter aſcendentes, & deſcendentes, extra quos non inuenitur. Notum eſt enim, quòd in infinitum non ſe extendit. Nam ſi Adam, vel Noe reſurgeret, nullus illorum qui nũc ſunt, haberet ad eos amicitiam ſingularem ob conſanguinitatem, licet ab ipſis ſimus omnes: & non ob aliud, niſi quia etiam conſanguinitas inter aſcendentes, & deſcendentes ſuis contenta eſt terminis, ſicut & in tranſuerſali linea, quia in infinitum non valet extendi, vt ſuprà dictum eſt. Ea propter ſecundam adijcimus concluſionem.

P. p. ar. 43.

Scotus. Palude. Duran.

Florent. Syluest. Caieta. S.Thom. B Bonau. Ricar. Roſſen. Alexan. Halen. Auguſt. de Ancho. Hugo.

Secunda concluſio. Infideles coniuncti in primo gradu conſanguinitatis in linea tranſuerſali, vt eſt inter duos verè fratres, ſi apud tales eſſet lex, vel conſuetudo ab omnibus recepta, nullo modo eſſent ſeparandi, ſi conuerterentur ad fidem. Probatur. Infideles coniuncti in gradu non prohibito iure naturæ, vel iure Diuino Euangelico verè coniuncti ſunt in matrimonio: ſed vbi fratrum inter ſe eſt conſueta coniunctio, nõ eſt contra ius naturæ, neque contra Euangelicum: ergo eſſet matrimonium. Maior nota eſt. Probo minorem, quòd non ſit contra ius naturæ primo modo: nam illud dicitur eſſe contra ius naturę primo modo, quod eſt per ſe notum in malitia, & nullo modo poteſt bene fieri, neque variari, niſi a ſolo Deo; ſed coniunctio fratrum inter ſe non eſt huiuſmodi, cùm bene poſſit fieri, imò bene factum eſt à principio procreationis generis humani: neque opus fuit alia diſpenſatione exteriori, niſi ſolum dictamine rationis id indicantis di-

2. concluſ.

Vide quæ dicta ſunt in 1. parte art. 43.

Tho. de argentina. d. 41. & 42. art. 4. concluſ. 2.

Loazes in mat. Re. An. dubita. 2. n. 17.

Rubion ſuper Leuit. 18. q. 1.

cere. Et maximè probatur hoc facto Dei, qui autor ipſius naturę eſt: nam ſi directè repugnaret ipſi naturæ faceret duos, vel tres viros, & totidem fœminas, quibus coniunctis generare poſſent, & non conueniret inter ſe fratres, ſed alij conſanguinei. Cùm ergo ſolum vnum creauerit virum, & vnam fœminam, & iſtorum filios permiſerit copulari, conſequens eſt non fuiſſe id per ſe malum, & de primis præceptis iuris naturæ; & per conſequens fuiſſe de ſecundis præceptis, vt aſſerit S. Th. nam non euidenter in natura aliquod inconueniens, vel aliqua irreuerentia, ſequitur per hoc, quòd fratres inter ſe iungantur, ſicut ſequitur ſi pater, & filia, vel filius, & mater: & ob id cũ ſit de ſecundis præceptis, poteſt variatio eſſe per legem, aut conſuetudinẽ, vt ſupra diximus. Et infideles coniuncti in talibus gradibus, vbi conſuetudo eſſet ſi conuerterentur, non auderem ſeparare in conſulto ſummo Pontifice, ſicut audio in quadam prouincia (vt referunt fide digni religioſi) conſuetum eſſe. Et ſimiliter in prouincia del Perù, aiunt, apud principes quos *Inga* vocant, licet non in omni loco, apud quos fratres vterini inter ſe matrimonio iunguntur. Neque id vitio datur, quam cõſuetudinem, vel vſum non inuenimus apud prouinciam Michoacanenſem, neque apud Mexicanã. Tamen ſi aliqua de nouo inueniretur, verum eſſet matrimonium, neq; eſſent diſiungendi, ſi conuerterentur. Et adhuc probatur author. B. Gregorij, qui quando voluit prohibere talem copulationem inter fratres. 35. q. 3. c. Quædam lex. non dixit eſſe contra naturã, quod diceret, vt eſſet dictum ſuum firmius, & manifeſtiorem iuſtitiam contineret prohibitio, ſed ſolum dixit: quia ex talibus copulationibus paucę proles proueniebant, ſic experimento didicimus ex tali coniugio prolem non poſſe ſuccreſcere. Ex quibus probabile videtur dicendũ, q̃ ſi apud aliquos eſſet conſuetudo, vt coniungerentur fratres inter ſe, non eſſet contra prima præcepta iuris naturæ, & nõ eſſent ſeparandi ſi conuerterentur, ſed tolerandi. Eſſet tamen conſulendus Papa, quia res grauis eſt: nã contra talia præcepta iuris naturæ præualere poteſt conſuetudo, vel lex. Sequitur ergo, q̃ vbi conſuetudo eſſet, legitimum eſſet matrimonium. Veriſimile ſatis eſt iſtã coniunctionem eſſe contra ius naturæ ſecũdarium: quia videmus noui orbis neophytos tempore infidelitatis non approbaſſe. Et credo non eſſe contra prima præcepta iuris naturæ, quæ sũt de ſe mala, & nunquam bene fieri poſſunt, nec ab aliquo mutari, niſi a ſolo Deo. Ratio eſt, quia ſi eſſet contra illa prima præcepta, eſſet idem apud omnes, ſed videmus in prouincia iam dicta fuiſſe conſuetum, ergo non eſt de illis. Item, quia ſi eſſet illicitum, nunquã Deus a principio permitteret tales coniunctiones fieri, ſed tamẽ a principio mundi factum eſt: ergo nõ includit in ſe talis coniunctio manifeſtã malitiam, vt non poſſit bene fieri, & mutari ab alio, quã à Deo: nam homines talem fecerunt coniunctionem, ob id tamen non damnamus illos: ergo ex hoc fuit, quod non erat intrinſecè malum, alioqui ſolus Deus poſſet mutare tale ius, vt ſupra diximus. Alia vide in 1. p. ar. 43. vbi de conſanguinitate diſputantes, diximus eſſe huiuſmodi coniunctionem de iure naturæ prohibitã ſecundo modo: hic autem dicimus non eſſe prohibitã de iure naturæ primæuo, ob quod poteſt tolerari ſi fuerit conſuetum, maximè poſt conſultationem ſedis Apoſtolicæ. *Et ſic qui dicunt de iure naturæ prohibitum eſſe fratres coniungi, vt Soto lib. 2. de iure & iuſt. q. 3. ar. 1. & 8. debent intelligi, q̃ in ſecundo gradu, & non in primo gradu iuris naturæ. Et quidem argumentum eſt, quòd idem author ibi ar. 8. cum Caiet. & alij tenet, Abraham, & Sarram verè fuiſſe fratres, & non fratrueles: ergo cum iam eſſet multiplicatum genus humanum, ſi tam indecens eſſet, fratres non deberent iungi.
*Contraria tamen ſententia, ſcilicet, eſſe iure naturæ prohibitum, ſuam habet probabilitatem.

Alex. ab Alex. Geni. Die. li. 1. c. 24.

S. Tho. in 4. d. 39. & 2. 2. q. 154 ar. 9. ad 3. Cõtra ſupplemen. d. 40. q. 1. ar. 2.

In Perù prouin. en el Cuzco fertur matrimo. eſſe inter fratres.

B. Greg. Lucianus in li. de ſacri. dicit apud Aſſyrios legem latam de connu. inter fratres S. Tho. vbi ſupra. Drie. de libert. Chriſtiana. lib. 1. c. 11.

Maio. in 4. d. 40. Magiſ. hiſtoriarũ. Petr⁹ Bleſenſis Epiſtola. 116. Vi. Sabellicũ. p. p. æneade. p. lib. 2. & 8. & 4. ęneade lib. 6. & 2. p. æneade 6.

Cõcordia dictorum in Soto, ne fiat argumentũ ad hominem.





In confirmationem concl. notandũ, q̃ quidam princeps in regno Franciæ deperijt in ſororem, & habuit eam in concubinam, & petijt diſpenſationẽ quã & obtinuit, & duxit publicè. Poſt peruenit ad aures regis, qui increpabat vt deſiſteret à tali matrimonio, & miſit Romam ad Summum Põtificem nuntios, quare conceſſiſſet, qui negauit quòd cõceſſerit: & apparuit diploma, & cum nollet deſiſtere, motum eſt bellum, vbi perijt.

3. conclus. 3. concluſio. Infideles coniuncti in gradibus cõſanguinitatis prohibitis iure humano poſitiuo, ſi ſecundum eorũ conſuetudinem fuerint iuncti ſi cõuertantur, nullo modo ſunt ſeparãdi. Iſta eſt clara, & expreſsè determinata in c. Gaudemus. Extra de diuor. & c. de infidelibus. De conſang. & affin. Ratio eſt illa quam aſſignat ibidẽ ſummus Pontifex: quia infideles non arctantur legibus eccleſiæ, & ſtatutis Pontificum: ſequitur ergo, q̃ coniuncti in talibus gradibus prohibitis ab eccleſiã nõ ſunt ſeparandi, cum baptiſmus non tollat coniugia, ſed culpam. Non enim eccleſiæ ſtatuta obligant niſi illos qui ſunt de gremio, & regimine eccleſię, ſed tales ſunt ſolum fideles, qui baptiſmum ſuſcipientes eccleſiam ingreſſi ſunt, extra quã non eſt ſalus: ergo non obligantur infideles qui non ſuſceperunt fidem. Dixi in concluſione, dummodo apud tales infideles, fuerit conſuetudo, vel lex, nam dato ita ſit, q̃ gradus prohibiti ab eccleſia non obligant infideles: quia non receperunt fidem, nec legibus eccleſiæ arctantur: tamen poſſent obligari ad obſeruantiam eorundem graduum non propter ſtatutum, vel legem eccleſiæ, ſed propter legem ipſorum, vel propter eorum conſuetudinem, & matrimonium contractũ contra talem legem, vel conſuetudinem, non teneret: quòd ſi conuerterentur ad fidem, diſiungendi eſſent. Verbi gratia. Si aliqua eſſet natio infidelium lege humana vtentium, quibus prohibitum eſſet, ne iungerentur in matrimonio conſanguinei, vſque ad quintũ gradum: haud dubiè ſi aliqui cõtra talem legem iungerentur, non eſſent veri coniugati: eodem modo, ſi non eſſet lex talis prohibitionis, ſed eſſet conſuetudo omnium approbata, per quam reprobantur connubia intra quintum gradum, qui contra talem cõſuetudinem iungerentur, non eſſent veri coniugati, & conuerſi diſiungendi eſſent: quia tales ſunt inhabiles perſonæ per talem legem, vel conſuetudinem.

De his, quæ foris ſunt, quid ad nos. Extra Eccleſiã non eſt ſalus.

4. conclus. Quarta concluſio. Infideles coniuncti in gradibus prohibitis iure Diuino veteri, ſi ad fidem conuertantur, nullo modo ſunt ſeparandi. Hæc concluſio ſola eſt, quæ difficultatem habet propter authoritatem virorum grauiſſimorum qui contrarium affirmant. Eſt contra Palud. Ricardum, Bonauentu. Floren. Syluеſtrum, Maio. & S. Thom. in 4. At quia ſolutio iſtius difficultatis pendet ex alia, quæritur, an graduum prohibitio facta Leuit. 18. nunc obliget: & ſi tunc ante aduentum Chriſti obligabat etiã infideles ſicut Iudęos. Item, vtrum tales gradus ibi poſiti ſint de iure naturæ omnes, vtrum ſint cęremonialia, & iudicialia illa, quæ ibi poſita ſunt. A ſecundo ergo exordiamur, & quęritur.

Cõtra Palud. d. 39. Ricard. Bonauen. Floren. Syluеſt. S. Tho. d. 39. art. 3. ad 3.

## ARTICVLVS XXIII.

### *An lex vetus obligabat Gentiles, ſicut & Hebræos.*

PRIMO, Vtrum lex vetus data populo Iudęorum obligabat tam Iudæos, quàm cęteros infideles Gentiles, quantum ad omnia quæ in lege poſita erant.

Pro ſolutione notãdum, legem eſſe quandam menſuram, ſeu regulam humanorum actuum, ſecundum quam quis præceptis inducitur, ad agẽdum, & in prohibitionibus retrahitur. Dicitur enim lex à ligando: quia obligat ad agendum. Ex hoc ſequitur aliud, q̃ de ratione legis eſt promulgatio, vel manifeſtatio ipſius. Nam ſi per legem dirigi debet homo in ſuis actibus, in ordine ad ſuum finem, neceſſe eſt legem ſi-

Conſider. S.Th. 1. 2. q. 90. ar. 1. S.Th. 1. 2. q. 90. ar. 4. & in 4. d. 3. artic. 5. quæſtiuncula 3.

bi manifeſtari: alioqui nullo modo poſ
ſet dirigi, vel regulari lege. Qui enim
non cognoſcit regulam, nequaquã po-
terit aliquid regulare regula. Vnde di
citur in decretis. d. 4 ꝙ leges inſtituũ-
tur cum promulgantur: acſi diceret,
ꝙ fruſtra lex inſtituitur, niſi promul-
getur: quia vſq; ad promulgationem
nullum obligat. Regula enim imponi-
tur (vt bene Doct. S.) per hoc, ꝙ ap-
plicatur his quæ regulantur, & menſu
rantur, quare ad hoc ꝙ lex virtutem
obligãdi obtineat (quod eſt proprium
legis) oportet applicetur hominibus,
qui ſecundũ eam regulari debent, quę
applicatio fit per hoc, ꝙ venit in noti-
tiam eorũ quibus promulgatur. Nul-
lus quidem ſanæ mentis eſt, qui dicat
aliquẽ obligari ad culpã a lege, quam
nullo modo audiuit, neq; ei eſt propo
ſita vt regula. His notatis, ſit 1. concl.

1. concluſ. Prima cõcluſio. Omnia moralia, ſeu
naturalia, quæ expreſſa erant in lege
veteri, obligabant ad ſui obſeruãtiam
non ſolum Iudæos, ſed etiam omnes
S.Th. 1.2. alias gentes. Probatur. Quæ naturalia
q.98. ar.5. ſunt (quia eadem apud omnes) æqua-
& q. 85. liter omnes obligant, vel nullum obli-
art. 4. gant, cum non ſit potior ratio de *vno*,
quam de alio: ſed huiuſmodi moralia
expreſſa in lege, vt eſt, Non occides.
Non furtum facies. Non facies tibi
Deos alienos, & ſimilia, Hebræos obli
gabant, ergo & Gentiles.

Ratio 2. Secundò. Quilibet homo, ſiue Iu-
dæus, ſiue Gentilis tenetur non fura-
ri, non mœchari, non falſum teſtimo-
nium dicere, & tenetur omnia alia mo
ralia naturalia pręcepta obſeruare: er
go omnes obligãt talia præcepta. Pro-
batur: quia quilibet tenetur illa obſer
uare, quæ ratio indicat obſeruãda: ſed
ratio recta in omnibus, illa iudicat ob-
ſeruanda, ergo omnes illa tenetur ob-
ſeruare. Quòd ratio recta illa iudicet
obſeruãda, patet, quia per ſe nota ſunt
in malitia, quæ prohibentur.

Ratio 3. Tertiò. Si talia præcepta moralia,
ſeu naturalia non teneretur obſerua-
re alius quam Iudæus, ſequeretur, ꝙ
infideles fornicando, vel furtum com-
mittendo non peccarent, ſed infideles
Gentiles fornicãdo, & furando peccãt,
ergo tenẽtur ſeruare talia præcepta.

Secunda concluſio. Gentiles, licet 2. concluſ.
obligentur ad obſeruãtiam præcepto- S.Th. 1.2.
rum moralium, quæ ſunt in lege vete q.94. ar.5.
ri, non tamen obligantur, quia ibi in le
ge expreſſa ſunt, ſed quia ſunt de lege
naturæ. Probatur: quia ad hoc, ꝙ lex 1. Ratio.
obliget aliquẽ, requiritur, quòd ei ſit
propoſita, vt per ipſam dirigatur in
ſuis operationibus: ſed lex vetus non
fuit propoſita Gentilibus, ſed ſolum
Iudæis, vt ſtatim dicẽmus: ergo ſi in ali
quo Gentiles obligat, non erat, quia
expreſſum eſt in lege veteri.

Secundò. Ante legem latam, omnes Ratio 2.
Gentiles tenebantur omnia moralia
præcepta, quæ expreſſa ſunt in lege
obſeruare: ſequitur ergò, ꝙ data lege
non obligantur ad illa, quia expreſſa
ſunt in lege, alioqui lege non ſtante,
non obligarẽtur, quod eſt falſum, cum
omni tempore, etiam in lege naturæ,
vbi nulla erat lex ſcripta, obligabãtur
omnes Gentiles ad obſeruãtiam illo-
rum naturalium præceptorum.

Tertia concluſio. Pręcepta cæremo 3. concluſ.
nialia, & iudicialia, quæ poſita ſunt in S.Tho. vbi
veteri lege, nullo modo obligabant in- ſup. & in
fideles Gentiles: nam ad hoc, quòd lex 3. d. 25. q.
obliget (vt in principio diximus) re- 2. ar. 2. q. 2
quiritur promulgatio, & quòd diriga- Abulen.
tur ad ipſum cui promulgatur: ſed lex Exo. 30.
vetus nõ fuit Gentilibus promulgata, q.15.
ſed ſolũ Iudæis, & dato fuerit promul S.Th. 1.2.
gata non fuit directa ad eos, ſed ſolum q.90. ar.4.
ad Hebræos, vt conſtat ex tota lege,
quę loquitur ſemper cum populo il-
lo Iſraelitico electo a Deo, quando di
citur: Audi Iſrael, & his ſimilia. Non
enim ſufficit, ꝙ quis ſciat aliquam le-
gem latam eſſe ab aliquo, niſi etiam
ſciuerit, quòd ad ipſum fuerit directa,
volens eum aſtringere, & legare, ſicut
ſi viginti hominibus exiſtentibus in ci
uitate, princeps ſegregaret decem ex
eis, quibus aliqua particularia manda
ta daret, alij decem (etiam ſi eis con-
ſtaſſet de lege) non tenerentur obſer-
uare: quia præter notitiam legis re-
quiritur quod legislator voluerit eos
obligare illa lege. At vero Deus legem
con-



dens veterem per cæremonialia,
& iudicialia, nullum alium populum
niſi Hebræorum voluit religare: ergo
ille tenebatur, & non Gentilis.

Ratio 2. Secundò. Si Gentiles tenerẽtur ad
Eraſ. li. 18. obſeruantiam cęremonialium, & iudi-
epiſt. cialium, quæ poſita ſunt in lege: ſeque
retur, quòd ſine talium obſeruantia
non poſſent ſaluari: ſed hoc eſt falſum,
Cice. in multi enim Gentilium ſalui facti ſunt
Tuſcul. tempore legis veteris ſine obſeruatio
ne aliquorum cæremonialium, ſeu iu-
Dionyſ. dicialium in lege poſitorum: vt ex Dio
ny. 9. cap. cœleſt. hierarch. patet, dicen-
te, multos Gentilium redactos eſſe in
Deum per Angelos. Et patet de Pla-
tone, & Ariſtot. & alijs, de quibus pro
babile putat Abulen. in Paradoxa. 5.
Olchot. cap. 132. & Olchot 3. ſentent. q. 1. ad
Abulen. quintum. Et ſi obligarentur ad obſer
uantiam, nullus ſaluaretur, niſi obſer-
uaret legem, ſicut nullus Hebræorum
ſaluaretur, qui legem, quantum ad cæ
remonialia, & iudicialia non obſer-
uaret.

S.Th. 1.2. Tertiò. Argumentor ratione S.Th.
q.98. ar.5. quia populo Iudæorũ peculiariter da
ta eſt lex, vt quandam prærogatiuam
ſanctitatis obtineret propter reueren
tiam Chriſti, qui ex illo populo naſci-
turus erat; ſed quæcunq; ſtatuuntur
ad ſpecialem ſanctificationem nõ obli-
gant, niſi ſolum illos, ſicut ad quædam
obligantur clerici qui mancipantur di
uino ſeruitio, ad quæ laici non ſunt a-
ſtricti, ſimiliter & religioſi. ergo ad ali
qua tenebatur populus Dei electus Iſ
raeliticus, ad quæ non Gentilium, &
non ad naturalia, ſeu moralia præce-
pta: quia ad hæc etiam Gentilis popu-
lus obligabatur: ergo ad cæremonia-
S.Th. 1.2. lia, & iudicialia. Sic S.Th. & Abulenſ.
q. 100. Aduertenda eſt valde iſta cõcluſio,
Abulen. ex qua videtur dependere ſolutio
1. Reg. 8. principalis quæſtionis. Si enim illa
q. 149. & quæ in Leuitico poſita ſunt, cæremo-
175. & 176 nialia ſunt, vel iudicialia, & non mora-
lia, non aſtringebant Gentiles, ſed ſo-
lum populum illum Dei, electum ſpe-
cialiter ad hoc.

## ARTICVLVS XXIIII.

*An modo lex illa Leuit. 18. obliget.*

SEQVITVR tractemus
de dubio alio, quod at
tinet ad legalium pe-
riodum, & finẽ, & quæ-
ritur, vtrum modò lex
illa vetus obliget. Re-
ſpondetur per concluſiones.

Prima cõcluſio. Lex vetus per mor 1. concluſ.
tem Chriſti, ſic ceſſauit, vt non ſolum S.Th. 1. 2
non obliget ad ſui obſeruantiã, ſed ob q. 103. ar
ſeruantes eam quantum ad cæremo- 3. & 4.
nialia, vel iudicialia, credentes, ꝙ vim Theologi
habeant, peccãt mortaliter. Probatur diſt. 33.
authoritate Pauli dicẽtis. Dicendo no Heb. 8.
uum teſtamentum, veterauit prius,
quod autem antiquatur, & ſeneſcit,
prope interitum eſt. Et ratio eſt. Om- Ratio 1.
nia cæremonialia, & iudicialia (vt egre 1.2. q. 104
giè probat B. Th.) figura erat Chriſti art. 2.
venturi, iuxta Paulum dicentem. Om 1. Cor. 10.
nia in figura contingebant illis. Venien
teq; figurato omnis figura ceſſat: cum
ergo in morte Chriſti, omnia iam figu
rata fuerint adimpleta, iuxta illud,
Cõſummatum eſt: ergo omnia quæ fi- Ioan. 20.
guratiua erant, ceſſauerunt, & nullam
vim habent, vt ait Paulus: Trãſlato ſa ad Heb. 7.
cerdotio, neceſſe eſt & legis translatio Scotus in
fiat. In quo Glo. cap. Gaudemus, de di 4. d. 2. q. 4.
uortijs, errauit.

Secundò. Tunc lex dicitur ceſſare, Ratio 2.
quando reuocatur à legiſlatore, & a-
dimpletum eſt tempus, vſque quo lex
extendebatur: ſed per mortem ſuam
Chriſtus redemptor noſter legem ve-
terem reuocauit, & nouam ſtatuit: er-
go ſequitur, quòd tunc ceſſauit, & in
paſſione, tempus adimpletum eſt.

Secunda pars probatur, ꝙ peccent 1. Ratio
obſeruantes cęremonialia, vel iudicia- 2. p.
lia, putantes modò licere obſeruare. Ad Gal. 5.
Paul. ad Gal. Si circũcidimini, Chriſtus
nihil vobis prodeſt: ſed nihil excludit
fructũ Chriſti, niſi peccatum mortale:
ergo obſeruantes peccant mortaliter.

Secundò. Qui modò ſimul cum ba- Ratio 2.
ptiſmo abſtineret à cibis prohibitis in
lege, peccaret mortaliter, vt notũ eſt,
& non

& non ob aliud, niſi quia legem veterem obſeruat ſimul cum Euãgelio: ergo nullo modo licet obſeruare. Dixi tamen, ſi talis obſeruet, quia credit legem veterem currere cum Euangelio ſacro: quia ſi aliqua in lege poſita iudicialia obſeruet, non quia in lege veteri fuerint præcepta, ſed quia modò per leges humanas cõſtituta, non peccaret: quia talia nõ obſeruat, quia fuerũt lege veteri prohibita, ſed quia modo ſunt de lege humana: ſimiliter ſi quis caſu aliquo abſtineret à quibuſdam cibis prohibitis in lege veteri, nõ eo quòd fuerint ibi prohibiti, ſed quia non vult modò comedere, nullum peccatum committeret.

*2. concl.*

Secunda concluſio. Moralia, ſeu naturalia, quę fuerunt expreſſa in lege veteri, & iudicialia quædam, quæ modò lege humana conſtituta ſunt, & alia cæremonialia, ſi quæ ſunt in Eccleſia, quæ olim fuerunt in lege veteri, & ſi modò obligent, non tamen quia in lege veteri fuerunt conſtituta, ſed quia alia lege fuerunt ſtabilita.

*Ratio.*

patet. Si verum eſt, legem veterem ceſſaſſe quantum ad obligationẽ, ſequitur nullum præceptum in lege expreſſum modò obligare, quia ibi fuerit expreſſum: ſed conſtat multa iudicialia, quæ fuerunt in lege veteri modò obſeruari, & habere vim obligandi: ergo hoc non habent a lege veteri, ſed à noua lege humana.

*Soto de iuſtit. & iur. lib. 2. q. 5. art. 4.*

Manifeſtum eſt enim de moralibus pręceptis decalogi, quæ modò obligant, ſed non quia expreſſa fuerunt in lege, ſed quia naturali lege ſunt cõſtituta: & idem de cæremonialibus, ſi aliquod eſt in Eccleſia Dei, nullã vim, ſeu obligationem habet, quia fuit in lege veteri inſtitutum, ſed quia per legem Eccleſiæ de nouo fuerit conſtitutum.

*3. concluſ.*

Tertia concluſio: Non ſolũ illa quæ in lege veteri erant poſita, modò non obligant, quia ibi fuerunt expreſſa, ſed neque ipſa modò lex dici poteſt. Patet ex Paulo, quia tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt legis tranſlatio fiat, ſi ergo lex tranſlata eſt, iam non eſt lex.

*Hebr. 7.*

*Virues in matrimonio regie Angliæ.*

Et apertè probatur. Lex dicitur à ligando, quia obligat, & ligat ad ſui obſeruantiam: ſed (vt diximus) nullo modo iam lex vetus obligat: ergo non dicitur lex.

*S.Th. 1.2. q.90.ar.1.*

Secundò. Ideo dicitur lex, quia eſt tanquam regula quædam propoſita, per quam homo ſuas debeat operationes dirigere: ſed lex vetus nobis nõ eſt ad hoc propoſita, cum ſecundum illam non debeamus viuere, ſed ſecundum legem Euãgelicam: ergo propriè loquendo modò, neq; lex dici debet: ſi ergo dici lex non debet, contra operantes non redarguendi. Quare infideles contrahentes, contra mandatum legis veteris, verè contrahunt: quia non tenentur illa lege, neq; vim obligandi habent illa ibi expreſſa, niſi ex alia lege trahant obligationem, & vim.

## ARTICVLVS XXV.

*An gradus prohibiti in Leuitico ſint de iure naturæ.*

CONSEQVENS eſt tractare, an gradus prohibiti in Leuitico ſint de iure naturæ, vel ſint quid cæremoniale, aut iudiciale. nam (vt ſuprà diximus) ſi morale, vel naturale, omnes obligat, tam Hebræos, quàm Gentiles: & cõtra prohibitionem contrahentes, non contrahunt. Si autem illa prohibitio graduum cęremoniale, aut iudiciale eſt, non obligabat infidelem. Vnde nullo modo infideles coniuncti in talibus gradibus eſſent ſeparandi.

PRO debita quæſtionis intelligentia ponuntur verba textus.

*Litera Leuit. 18.*

*Loquutus eſt Dominus ad Moyſen dicẽs: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos. Ego dominus Deus veſter, iuxta conſuetudinem terræ Ægypti, in qua habitaſtis non facietis. Et iuxta morem regionis Chanaam, ad quam ego introducturus ſum vos, non agetis. Neque in legitimis eorum ambulabitis, facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, & ambulabitis in eis. Ego Dominus Deus veſter. Cuſtodite leges meas, atq; iudicia,*



*quæ faciẽs homo viuet in eis. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat: vt reuelet turpitudinem eius. Ego Dominus. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies. Turpitudo patris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ ex patre, ſiue ex matre, quæ domi, vel foris genita eſt, non reuelabis. Turpitudinem filiæ filij tui, vel neptis ex filia nõ reuelabis, quia turpitudo tua eſt. Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis. Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies: quia caro eſt patris tui. Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis: eo quòd caro ſit matris tuæ. Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: quia vxor filij tui eſt, nec diſcooperies ignominiam eius. Et vxorem fratris ſui nullus accipiat. Turpitudinẽ vxoris fratris tui nõ reuelabis: quia turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinẽ vxoris tuæ, & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius ſunt: & talis coitus inceſtus eſt. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc ea viuente. Ad mulierem quæ patitur menſtrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Cum vxore proximi tui non coibis, nec ſeminis commixtione maculaberis.*

Hæc in litera illius capituli, quam oportet diligenter intueri, & ſingula ſeorſum conſiderare, & aduertere.

*1. notab. Burgen. Duobus modis cognoſcitur aliquid de iure naturæ.*

Et primo oportet notare ex doctiſſimo in lege Paulo Burgẽſi in ſuo ſcrutinio ſcripturarum. Dupliciter (ait) cognoſci poteſt, vtrùm aliquod præceptum legis Moſaicæ ſit morale, an nõ. Primò. Quicquid pręceptorum rectè deducitur ex primis principijs iuris naturalis, id morale præceptum eſt, & ad ius naturale pertinens. Verùm non ſufficit (ait ipſe) vt multis, & ambagioſis conſequutionibus ita deducatur: nam ſic omnia præcepta, ſiue iudicialia, ſiue cęremonialia eſſent moralia: quia Moyſes in his præcipiendis ratione quadam naturali vſus eſt, nec quicquam alienũ à dictamine rationis inſtituit: tamen non omnia talia ſunt pręcepta moralia, ſi morale accipiatur, vt diſtinguitur contra cęremoniale, & iudiciale.

Secundo modo poteſt cognoſci aliquid eſſe de iure naturæ, ſeu morale. Nempe ſi ante legislationem indifferens erat, an ſic, vel aliter fieri debuiſſet, non lege naturę: nam quod potuit indifferenter bene, vel male fieri, non eſt morale, neq; de lege naturæ, vt haberet duas ſorores matrimonialiter coniunctas, prout Iacob legitur habuiſſe, quod poſt prohibitum fuit lege Moſaica. Hæc ex Burgen.

*Gen. 25. Matt. 19.*

*Notab. 2.*

Notandum inſuper, quòd circa graduum prohibitionem aliquid eſt de iure naturæ, & aliquid eſt de iure poſitiuo. De iure naturæ enim eſt, quòd inter aliquas perſonas prohibeatur coitus, propter honeſtatem quãdam: ſed determinatio harum, vel illarum perſonarũ eſt de iure poſitiuo. Patet primum, quia in coitu ſit quædam irreuerentia, cum diſcooperitur turpitudo fœminæ, cum qua eſt coitus, vt dicitur in Leuit. ſed quibuſdam perſonis debetur tanta reuerentia, vt nihil turpe illarum liceat videre: ergo natura inclinat à coitu tali, abſtinendum. At vbi eſt illicitus coitus ex hac parte, & matrimonium eſt illicitum: ergo nõ licet ex iure naturæ talibus commiſceri.

*Leuit. 18.*

*Ratio 2.*

Secunda pars patet, quia determinatio tot perſonarum, vel talium, non eſt de iure naturæ: quia non eſt de dictamine rationis, ſed eſt a iure poſitiuo: nã vt Ariſt. ait, quædam ſunt de iure naturæ, vt ſacrificare Deo: ſacrificare autem Ioui, vel Braſidæ, vel offerri caprum, aut duas oues, eſt iure poſitiuo, & hoc vocatur legale. His ſuppoſitis, ſit prima concluſio.

*Ariſtot. 5. ethic. c. 7.*

*1. concluſ. Leuit. 18. Burgen. Celaya. d. 40. in fine.*

Prima concluſio. Nõ omnes gradus Leuitici ſunt iure naturali prohibiti. Probatur ex ſupra dictis ex Burgenſi. Illud dicitur eſſe morale ꝓpriè, quod deducitur immediatè ex primis principijs iuris naturæ: ſed nõ elicitur immedia-

Caſtro de poteſtate legis pœnalis. li. 1. c. 12.

mediatè ex primis principijs iuris naturæ malam eſſe coniunctionem matrimonij in omnibus gradibus poſitis ibi in Leuitico: ergo nō ſunt omnes tales iure naturæ prohibiti. Patet. Ducere vxorem fratris mortui ſine liberis, nō deducitur expreſsè ex primis principijs, malū eſſe: quia ſi ſic, maximè quia iniuria fit fratri, ſed ei non fit: quia ipſo mortuo, ſolutum eſt matrimonium. Ducere etiam nurum, poſt mortem proprij filij, & ſic de multis alijs.

1. Cor. 7. Soto de iuſtit. & iu. lib. 2. q. 3. art. 1.

Ratio 2. Item. Illud non eſt de iure naturæ (vt ait Burgenſi.) quod indifferenter poterat bene, vel malè fieri ante legiſlationem: ſed plures gradus ibi ſunt, in quibus ante legem datā poterat bene vel malè fieri matrimoniū: vt cum duabus ſororibus contrahere, ſicut fecit Iacob Rachel, & Lyam ducendo: non ergo omnes ibidem poſiti ſunt de iure naturæ prohibiti.

Gen. 29.

Ratio 3. Præterea. De iure naturæ eſt prohibitio inter aliquos, ſed inter tot, vel tales, eſt de iure poſitiuo, vt diximus in ſecundo notabili: ſequitur ergo, quòd non omnis gradus ibi prohibitus ſit de iure naturæ.

Ratio 4. Ad idem principaliter. Illud dicitur eſſe prohibitū iure naturæ, quod impedit conſequutionem finis, quem intendit natura, ſed finis matrimonij conſtare poteſt, etiā ſi non omnes perſonæ ibi poſitæ prohibeātur matrimonialiter coniungi: ergo nō in omnibus eſt iuris naturæ prohibitio: nam prohibetur in lege, ne quis ducat vxorem fratris, ne quis ducat amitam, vel materteram: ſed poteſt finis matrimonij ſaluari cum coniunctione iſtarum perſonarum: ergo non eſt de iure naturæ prohibitum. Et non ſolum finis principalis, qui eſt prolis procreatio, & educatio, & ſufficiens inſtructio poſſet ſtare: etiam ſi coniungatur quis materteræ, vel illi, quàm habuit frater in vxorem: ſed etiam finis ſecundarius, & minus principalis matrimonij, qui eſt operum communicatio ad theſaurizandum filijs ſuis.

S. Tho. 4. diſt. 33. Viguer. in ſuis inſtit. theo. ca. 6. §. 7. ver. 12

1. Cor. 12.

Cōfirma. Cōfirmatur. Si tales neceſſitudines ibi poſitæ eſſent de iure naturæ prohibitæ (vt aliqui Doctores videntur affirmare) aliquis Philoſophorum mentionem ipſarum faceret: ſed nullibi reperitur ſcriptum: ergo videtur non eſſe omnes tales de iure naturæ.

Ratio 5. Præterea. Connubia fiunt apud gentes, inter omnes perſonas ferè ibi prohibitas, & ſine aliqua repræhenſione: ſequitur illa non eſſe de iure naturæ prohibita, ſaltim de primis principijs iuris naturæ, quia talia ſunt idē apud omnes. At vt conſtat ex hiſtorijs Gentilium, & nobis experientia eſt manifeſtum inter noui orbis neophytos, ſic ferè inter omnes gradus ibi poſitos, matrimonium fuiſſe in vſu abſque repræhenſione, vt ſtatim dicemus: ſequitur ergo non eſſe de iure naturæ primæuo, imò neque ſecundario: quia illa quæ ſunt iure naturæ prohibita, ſunt, quæ eliciūtur ex primis principijs, ſed non elicitur, malum eſſe coniungi matrimonio cum omnibus perſonis ibi poſitis in Leuitico: ergo nullò modo dicēdum eſt, omnes tales gradus prohibitos iure naturæ.

Ratio 6. Sextò. Aliquæ perſonæ æqualiter coniunctæ, ſicut illæ, quæ ibi expreſſæ ſunt, eadē lege contrahere permittuntur, ſed tamen ſtando in iure naturæ eadem eſt ratio vtrobique: ergo non omnes prohibiti ſunt de iure naturali, ſed legali: nam prohibetur in lege, ne mulier eadem duobus fratribus matrimonio copuletur: ſed non prohibetur, quòd vnus vir non ducat duas ſorores: & tamen eadem eſt affinitas ex parte vtriuſque: ſequitur ergo cum eadem deberet eſſe ratio ſtando in iure naturæ, & vnum permittitur, & aliud prohibetur, quod talis prohibitio non eſt ſtando in iure naturæ.

Ratio 7. Septimò. Ante legem ſcriptam licitum erat coniungi in aliquibus gradibus ibi in lege poſitis, vt cōſtat ex ſcriptura ſacra, cum vxore. ſ. fratris defuncti, vt patet de filijs Iudæ: ſed quod contra legem naturæ erat, nunquam fuit licitū, imò tunc qui bene agebant, ſecundum legem naturæ regebantur, cùm nulla alia eſſet lex qua dirigerentur, Sequitur ergo (poſtquam in le-

Gen. 38.

ge



ge illa non fuerunt prohibitæ tales perſonæ) non fuiſſe de lege naturæ: alioqui ante legem ſcriptam, vbi ſolū dirigebantur per legem naturæ, illa deberent obſeruari: ſed non fuerunt obſeruata, ſed contrarium, ergo non erat de lege naturæ.

Ratio 8. Octauo. In ipſo textu Leui. dicitur. Audi Iſrael præcepta mea, & iudicia mea ſeruabitis. Ibi proponuntur iudicia ſimul & præcepta: ſed iudicia nullo modo pertinēt ad ius naturale: ſequitur ergo non omnia ibi poſita eſſe de iure naturæ: alioqui ſolum diceret præcepta, & non iudicia.

Ratio 9. Vltimo. Ibi in textu ponitur ſub prohibitione accedere ad menſtruatā, ſicut & ducere nouercam, vel ſororē: ſed prohibitio, de non accedendo ad menſtruatam, non eſt morale, ſed iudiciale, aut cęremoniale, vt notum eſt: ergo non omnia ibi poſita ſunt de iure naturæ prohibita. Adducta ſunt tot argumen. vt rem apertè perſuadeamus, cōtra graues authores aliàs.

2. concluſ. Leui. 18. 2. concluſio. Ex omnibus gradibus poſitis conſanguinitatis in linea tranſuerſali, probabile videtur nullū prohibitum iure naturæ, propriè capiendo ius naturæ. Probatur.

1. Ratio. Coniunctio ne quidem facta in omnibus gradibus ibi poſitis extra lineam deſcendentiū, nulla ſequitur naturalis irreuerentia: nec euacuatur finis matrimonij: ergo conſequens eſt, nullum gradum iure naturæ prohibitum. Probatur maior. Nam per hoc, ꝙ quis ducat amitam, vel materteram, nulla eſt irriuerētia naturalis, quę naturaliter debetur patri, & matri, & non ſorori patris, vel matris: habere ergo amitam, vel materteram in matrimonio, non repugnat iuri naturæ, nec tollitur finis matrimonij per talem coniunctionem: nam proles poteſt eſſe, & ſufficienter educari, & poteſt eſſe operum communicatio, ergo ſequitur non eſſe contra ius naturæ, ſaltim contra prima principia, tales coniunctiones.

Ratio 2. Præterea. Si aliqua coniunctio in linea tranſuerſali eſſet de iure naturę prohibita, maximè fratrum inter ſe: ſed hæc non eſt, vt ſuprà diximus, capiēdo ius naturę ſtrictè pro illo, quod prohibitum eſt ex primis principijs iuris naturæ: ergo nulla coniunctio illarum perſonarum ibi poſitarum eſt contra ius naturæ, ideſt, contra prima principia iuris naturę: quia ſtante coniunctione fratrum inter ſe, ſaluari poteſt finis principalis matrimonij, & ſimiliter minus principalis. Hanc cōcluſionē aſſeruiſſe videtur. S. Doctor, qui dicit. Accedere ad conſanguineas, vel affines, non eſt ſecundum ſe difforme, aliàs nullo tempore licuiſſet. Et reſpondet ibidem, ꝙ in cōmixtione perſonarum coniunctarum aliquid eſt, quod eſt ſecundū ſe indecens, & repugnans naturali rationi, ſicut ꝙ commixtio fiat inter parentes, & filios, quorum eſt per ſe, & immediata cognatio: nam filij naturaliter honorem debent præſtare parētibus. Aliæ verò perſonæ, quæ non coniunguntur in cognatione, videlicet ſecundum ſe ipſas (vt eſt in linea tranſuerſali) ſed per ordinem ad parentes, non habent ita ex ſe ipſis indecentiam, ſed variatur circa hoc decētia, vel indecentia, ſecundum legē Diuinam, vel humanam, & ſecundum conſuetudinem. Hæc S. Tho. Ex quibus verbis conſtat concluſio. Nulla quippè directè indecentia includitur, ſi fratres inter ſe coniunguntur in matrimonio, & à fortiori ſi alij conſanguinei: quia ſi includeret, non poſſet variari decentia, vel indecentia aliqua lege, vel conſuetudine, ſicut illa quæ intrinſecè bona ſunt, nulla conſuetudine, nulla lege variantur in bonitate, vel malitia, ſed ſemper eodem modo manent. Iſtam etiam ſententiam grauis doctor Ricardus affirmat dicens, iure naturæ prohibitam coniunctionē inter parentes, & filios, & lege Diuina alias perſonas, vt in Leuiti. ne daretur incentiuum luxuriæ, ſi liceret copulari illos, qui ſimul debebant cohabitare. Ex iſto doctore patet factam diſtinctionem inter ius naturę, & Diuinum. Et dicit. Illa quæ ſunt Leuiti. 18. excepta coninnctione parentum, & filiorū, nō eſſe de iure naturæ. Hanc itidem

S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 9. ad. 3.

Ricard. in 4. diſt. 40. art. 1.

Alexand. Halē. 3. p. q. 35. mē. 6. Item. 2. p. q. 169. m em. 2. Loazes in tracta. de matrimo. dubio. 2. Hugo. lib. 2. p. 1. c. 4. Leuiti. 18.

dē affirmat irrefragabilis doctor Alexan. Halenſis eiſdem ferè verbis, quibus Ricardus, diſtinguens illa quæ iure naturæ prohibita ſunt, ab illis quæ iure Diuino veteri, in quo ponit omnes perſonas, exceptis parentibus, & filijs. Et ante omnes hos grauiſſimus Hugo de S. Victore eandem tenuit ſententiā, a quo credibile eſt ſumpſiſſe. Et probatur concluſio vltimo ex verbis textus. Nam volens dominus Deus populum ſuū peculiariter electum ad cultum Dei, quadam pollere ſanctitate inter cęteras gentes, dedit iſta præcepta peculiaria, & poſuit has prohibitiones in matrimonio. Quia ait ſic. *Iuxta conſuetudinem terræ Aegypti in qua habitaſtis, nō facietis, neq; iuxta morem regionis Chanaā, ad quàm introducturus ſum vos*. Sequitur ergo ex ipſo textu tales coniunctiones fuiſſe in vſu apud omnes Gentes, quæ tūc erant: ergo non erat iure naturę prohibitæ, alioqui non contra ius naturæ omnes nationes facerent. Et Alexan. Halen. dicit. Lex naturæ dictabat, vt non iungerentur frater, & ſoror, non quia debitum, ſed quia honeſtum, & decens, maximè in natura multiplicata: quia lex hoc in ſtatu naturæ non multiplicatę concederet. Lex tamen excepit patrem & filiam, matrem, & filium, tanquàm debitum. Hæc ille.

Alexan. vbi ſupra.

3. conclu. Leuiti. 18.

3 concluſio. Prohibitiones circa matrimonium poſitæ in Leuiti. circa affinitatis gradus, non ſunt de iure naturæ ſtrictè capiendo, nec omnes ſimul, neq; aliqua illarum. Probatur. Affinitatis gradus nō eſt de ſe prohibitus in matrimonio, niſi ratione conſanguinitatis, vt conſtat: ſed conſanguinitatis gradus (vt probauimus ex S. Tho. qui nō habent coniunctionem, niſi per accidens in ordine ad vnum principiū, vt ſunt in linea tranſuerſali) non ſunt prohibiti iure naturæ: ergo à fortiori neq; gradus affinitatis erunt prohibiti: quia non eſt affinitas, niſi propter conſanguinitatem: ergo vbi conſanguinitas, non eſt prohibita, neq; affinitas erit à fortiori. At cùm non ſit potior ratio de vno gradu, quàm de omnibus, cùm omnes illi Leuiti. non ſint de iure naturæ, neq; aliquis eorū. Notanter dixi, ſtrictè capiēdo, q̄a fortè accipere nouercā, prohibitū eſt iure naturæ capiēdo ius naturę pro illis quę prohibita ſunt ſecūdario, id eſt, de ſecūdis pręceptis iuris naturæ. Videtur quidem quædam decentia, ſeu naturalis conuenientia, q̄ nullus nouercam ſibi aſſumat in vxorem, tamen non eſt manifeſtum. De quo nos ſuprà in 1. p. diximus, quando de affinitate loquuti ſumus. Satis ſit ſciamus nullum gradū affinitatis prohibitū fuiſſe aliquo tempore, vel aliqua lege, nec iure naturæ, ſtrictè capiēdo pro illis quæ de per ſe ſunt mala, neq; poſſunt bene fieri.

Ratio. Abulen.

Nouercā accipere ī vxorem iure naturæ ſecūdario fortè prohibitū eſt.

ſuprà. 1. p. art. 43.

4. Conclu.

4. concluſio. Omnia illa præcepta circa matrimonium Leuiti. 18. excepta prohibitione parentum, & filiorū, ſunt inter iudicialia computanda, & non inter moralia. Probatur: nam omnia, quæ in lege veteri poſita ſunt, neceſſario computanda ſunt vel inter moralia: vel iudicialia, vel cæremonialia: ſed tales prohibitiones circa matrimonium poſitæ (excepta parentum, & filiorum) non ponuntur inter moralia: quia inter moralia ſolum illa ponūtur quę naturalia ſunt (idem enim eſt morale, quod naturale: vt egregiè, S. Tho.) ſed iſtæ prohibitiones (vt diximus) non ſunt de iure naturæ: ergo non ponuntur inter moralia. Neq; ponuntur inter cæremonialia, quia ſolum inter illa computantur, quæ ad cultum Dei directè ſunt ordinata: ſed tales prohibitiones non ad cultum Dei ordinatæ ſunt directè, vt conſtat ex S. Thom. ergo neceſſe eſt computentur tales prohibitiones inter iudicialia. Hanc concluſionem videtur S. Thom. ponere, licet non ita expreſsè: nam poſt quàm per multas quæſtiones in prima 2. tractauit de moralibus, & cæremonialibus, tandem quæſt. 105. art. 4. veniens ad iudicialia ad 7. numerat prohibitionem Leuiti. 18. graduum conſanguinitatis, & affinitat. inter iudicialia. In quo videtur erraſſe Viguerius Granatenſis in ſuis Theologicis inſtitutionibus. cap.

Ratio. S.Tho 1.2 q.100.ar.1 S.Th. 1.2. q.19.ar.2. S.Th. 1.2. q.105. ar. 4. ad 7. Cōtra Viguerium.



cap. 16. §. 7. ver. 9. quando dicit, in illam legem moralem nō poſſe cadere diſpenſationem, quia erant illi gradus naturales.

1. Obiect.

Sed contra dicta eſt argumentum. Illa præcepta Leuiti. 18. ſeu tales prohibitiones in matrimonio contrahendo non ſunt cęremonialia, neq; iudicialia: ergo naturalia. Probatur. Non cæremonialia, quia non directè ordinata ad cultum Dei. Neque ſunt iudicia, nam illa iudicialia poſita ſunt, quæ componebant iuſtitiam, & pacem inter homines, iſtę verò prohibitiones nullam iuſtitiam, nullam pacem componebant: ergo non ſunt iudicialia, quare ſequitur moralia, ſeu naturalia eſſe.

Obiect. 2.

Secundo. Omnia quæ poſita ſunt ibi, erant prohibita inter Gentes ante legislationem: ſed Gentes non tenebantur alia lege quàm naturali: ergo ſequitur tales prohibitiones eſſe de iure naturæ. Prabatur maior: nam in eodem cap. ſubiungitur ratio prohibitionis talium graduum, quando dicitur. *Ne polluamini omnibus his, quibus cōtaminatæ ſunt vniuerſæ Gentes, quas ego eijciam ante conſpectum veſtrum, & quibus polluta eſt terra*. Si ergo ita eſt, q̄ Gentes pollutæ erant, quia huiuſmodi coniunctiones non obſeruabant, ſequitur q̄ tenebantur obſeruare: ſed nulla alia lege tenebantur obſeruare, niſi naturali, ergo lege naturæ prohibiti erant tales gradus.

S.Tho. 1.2 q. 100.

Obiect. 3.

Tertio. Eiſdem verbis ibidem prohibentur omnes gradus, ſemper enim dicitur. Non reuelabis turpitudinem, ſed conſtat gradum illum parentum, & filiorum de lege naturæ eſſe: ergo ſimiliter, & alij gradus, qui eodem modo, & eiſdem verbis prohibiti ſunt. Nō enim videtur potior ratio de vno, quàm de alio. Quòd ſi aliqua fuiſſet, verbis differentibus id in ſcriptura declaratum fuiſſet.

Alexan. Halen. 3. p q. 27. articu. 3. & 36. c. 6.

Ad primū.

Stantes in ſententia noſtra, & per ordinem reſpondentes, ad primum dico, ita eſſe, q̄ iudicialia illa ſunt, quæ pacem inter homines, & iuſtitiam componebant, Et quando dicitur, id non fuiſſe in prohibitione illorum graduū Leuitici, negamus: nam pax, & iuſtitia aderat ex hoc, q̄ tales qui coniungebantur conſanguinitate, vel affinitate, non coniungebantur matrimonialiter, ſed alij extranei, & pax conſtituebatur per huiuſmodi prohibitiones: nam non exiſtentibus illis, copularentur conſanguinei, & affines, & nō extranei, & ſi nō coniungerentur extranei, non eſſet pax, qualis eſt inter illos, qui matrimonio coniunguntur. Conſanguinei enim, & affines habent pacem inter ſe ratione talis vinculi, neq; eſt aliud vinculum ita neceſſariū ad pacem fouendam: ſed tamen non eſt ſic inter extraneos: ob id ſapientiſſimè à Deo ordinatum eſt, vt tales, qui coniuncti erant vinculo cognationis, non coniungerentur in matrimonio, ſed alij qui extranei erant, vt pax dilataretur. Item & iuſtitia. Nam ſic eſt, q̄ vbi pax, & iuſtitia. Iuſtitia enim & pax oſculatæ ſunt. Satis enim iuſtum fuit tale factum, vt amicitia ſuas fimbrias dilataret. Sequitur ergo inter iudicialia computandam eſſe, talē graduum prohibitionem.

Pſal. 84.

Ad 2.

Ad 2. quando dicebatur. Omnia illa prohibita eſſe Gentibus, quia pollutę dicuntur huiuſmodi coniunctionibus, quod eſſe non poſſet, niſi iure naturali prohibitum eſſet, reſponderi poteſt dupliciter. Primo, illas Gentes pollutas dici, non quia vterentur talibus perſonis in matrimonio, quæ in Leuitico ſunt prohibitæ: ſed quia vtebantur illis extra matrimonium, per inceſtuoſos concubitus. Et hoc veriſimile: nam ex noui orbis neophytis, poſſumus coniectari & de alijs infidelibus: ſed polluti erant, quia illis perſonis ſine delectu miſcebantur extra matrimonium inceſtuoſè: & ob id abominabiles, & polluti vocabantur. Sic & illi Gentiles à Deo vocati abominabiles, & polluti, quia perſonis illis commiſcebantur ſine matrimonio, nec ſe continebant. Hoc videtur eò fuiſſe, q̄ cùm habitarent tales perſonæ, vt in plurimum, ſimul: & poterant matrimonialiter copulari, cum non eſſet iure

1. ſolutio.

re naturæ prohibitum, exardebant in eorum amorem, & laxabant fræna luxuriæ, neq; continebant ſe, ob quod miſcebantur abſq; matrimonio, ſicq; polluti vocabantur Gentiles. Hæc fuit cauſa, quare dominus Deus ſuo populo electo Hebræorum, voluit legem dare, in qua prohiberet coniunctionem talium perſonarum, in matrimonio. Nam quia contingebat ſimul in eadem domo habitare, cognito per legem, non poſſe copulari in matrimonio, abſtinerent & ab inceſtuoſo concubitu, à quo non abſtinebant Gẽtes: quia poterant matrimonio copulari. Hæc ratio aſſignatur à doctoribus talis prohibitionis tunc factæ. Experientia etiam conſtat apud noui orbis neophytos, quibus iam per Eccleſiam interdicti ſunt gradus certi affinitatis, & conſanguinitatis, quòd ſtante tali prohibitione, abſtinent ab inceſtuoſo concubitu, qui tamen antiquitus, vbi nulla prohibitio, non abſtinebant facile.

2. ſolutio.

Secundo poteſt dici ad argumentũ (licet non tam ſufficienter ſicut primo dictum eſt) quòd tales Gentes abominabiles, & pollutæ dicebantur illis coniunctionibus prohibitis Leuitici. 18. ob quod Deus voluit illas prohibere Iudæis, non quia tales prohibitiones eſſent de iure naturæ primæuo: ſed quia fortè erat illud contra leges ſuas, vel conſuetudinem ſuã. Tunc quidem peccatum eſſet contra facere. Tamen quia non credo conſuetudinem fuiſſe apud Gentiles abſtinendi in talibus gradibus, neq; legem inſtitutam, primam ſolutionem puto veram, & ſufficiẽtem: quia perfectè euacuat difficultatem argumẽti.

Ad 3.

Ad 3. argumentum reſpon. quòd dato eiſdem verbis omnia ſint prohibita, non ſequitur omnia eſſe de iure naturæ prohibita. Ibi enim prohibitum eſt ad menſtruatam accedere: attamen nullus eſt qui dicat hoc intrinſecè malum eſſe. Eodem etiam modo præcipitur abſtinentia in aliquibus diebus à certis cibis, & præcipitur ieiunium, tamen non ſunt eodẽ modo iſta præcepta. Primum quippè merè poſitiuum eſt: ſecundum autem aliquando eſt de iure naturæ, vt ſi ſit neceſſarium, vel ad valetudinem, vel ad continentiam ſeruandam.

S.Tho. 2. 2 q. 147. art. 3.

Sed hic adnotare libet, quod D. Alphonſus Viruesius Episcopus Canarienſis in ſuo illo ſingulari tractatu matrimonij regis Angliæ, dicit de iſtis gradibus Leuit. 18. diſſerens, in probatione tertiæ hypoteſis, quod ibi nõ eſt prohibitum coniugium inter illas perſonas, ſed cõcubitus illicitus: quia turpitudinem non reuelabis, non intelligit prohibitum coniugium, ſed concubitum; quia talis concubitus extra matrimonium erat in vſu apud Chananeos. Quod probat multis argumentis, quia eodem tenore prohibetur acceſſus ad menſtruatam, & non intelligitur, quòd non ſit iungenda in matrimonio. Tenendo ergo hanc expoſitionem, quæ rationabilis probatur, manet huiuſmodi gradus non ſolum non habere modo vim obligandi, ſed neque fuiſſe olim de iure Diuino quantum ad contractum matrimonij.

Viruesius Episcop.

Notanda opi. ſingularis.

Ex omnibus iſtis ſequitur in propoſito concluſio vniuerſalis tenenda tanquàm vera, quòd infideles coniuncti in gradibus illis prohibitis Leuiti. 18. ſiue fuerit ante legẽ Chriſti, ſiue poſt, ſiue ſint gradus affinitatis, ſiue conſanguinitatis, dempto illo gradu parentum, & filiorum inter ſe, dummodò non contrahant contra leges ſuas, vel conſuetudinem ſuam habentem vim legis, & ſi conuertantur, nullo modo eſſe ſeparandos. Probatur. Si ſeparandi eſſent, ex eo eſſet, quòd tales tenerentur lege illa Diuina veteri: ſed tunc nõ tenebantur, niſi ſolum Iudæi, vt diximus ſuprà, neq; modò aliquam obligationem habet lex illa, magis quàm ſi nunquàm lata fuiſſet: ergo nullo modo infideles tali lege obligantur, ſicq; contrahentes matrimonium in gradibus illis non ſunt ſeparandi.

Conclu. Corolla. Infideles coniuncti ĩ gradib'. Leuit. 18. vere contrahunt.

1. Ratio.

Secundo. Quod eſt verum matrimonium, & legitimum, nõ diſſoluitur per baptiſmum: ſed matrimonium inter infideles contractum in gradibus prohibitis in Leniti. eſt legitimum: quia inter legitimas perſonas, per legitimum conſenſum celebratum: ergo non tollitur per baptiſmum, qui non tollit coniugia, ſed peccata.

Ratio 2.



Ratio 3.

Præterea. Gentiles, ſolum tenebantur ſeruare moralia, ſeu naturalia: ſed prohibitio iſtorum graduum extra parentum, & filiorum, non eſt morale, vt diximus: ergo non tenentur infideles ad obſeruantiam illorũ, & ſic coniuncti in talibus gradibus nõ ſunt ſeparandi. Hanc ſentẽtiam tenet Caie. vbi ſuprà. Eandem ante ipſum tenuit dominus Abulen. merito inter antiquos reponendus. Eandem item ante iſtos Thomas de Argentina in 4. etiam ſi doctor S. in 4. ex communi opinione ſequutus videatur contrarium dixiſſe, tamẽ in 2. 2. idem tenet, cui ſententiæ ſtandum eſt. Alij autem doctores contrarium dicentes decepti ſunt in duobus. Primo: quia putabant illos gradus ibi expreſſos eſſe iure naturali prohibitos, qđ falſum eſt. Secundo, quia legem veterem credebant obligaſſe infideles. Et ſic malè intelligit Glo. illa in c. literas. de reſtitu. ſpoli. dicens, gradus Leuitici eſſe iure naturæ prohibitos.

Caie. 2. 2. q. 154. ar. 9. ad 3. Abulen. 1. Reg. 8. q. 149. Tho. de argen. d. 40. S.Tho. 2. 2 q. 154. arti. 9.

Error gloſſæ.

Argumentum cõtra tenẽtes cõtrariã opinionem.

Contra iſtorum doctorum inaduertentiam libet argumentari. Dato concederemus eis (quod tamẽ negamus) tales gradus prohibitos in Leuitico omnes Gentes obligaſſe, vnde ipſi poterunt probare quod affirmant, matrimonium contra talem prohibitionem factum nullum eſſe, & diſſoluendum: nã multa ſunt iure Diuino prohibita, & humano, quæ tamen facta tenent. Patet. Poſt ſponſalia cum vna, contrahere cum ſecunda: prohibitum eſt lege Diuina, & naturali, tamen factum tenet. Extra, de ſponſalibus c. Veniens. Item (ſicut verum puto) iure Diuino, & naturali prohibita eſt pluralitas beneficiorum, tamen plura habẽs, verus eſt dominus fructuum. Prodigalitas prohibita eſt iure Diuino, & tamẽ donatio prodiga tenet, & per ipſam verum ius acquiritur. Iure etiam poſitiuo Eccleſiæ, prohibetur inceſtuoſo, cum affinibus vt cõtrahat poſt mortem vxoris, tamen ſi contrahit, verum eſt matrimonium. Item. Prohibetur nequis clandeſtinè contrahat, Extra, de clandeſti. deſpon. per totũ. tamẽ factum tenet. Sequitur ergo ex iſtis exemplis, ꝙ dato (licet non conceſſo) prohibitum fuiſſet ipſis infidelibus contrahere in illis gradibus Leuitic. non tamen ſequeretur, ꝙ tale matrimonium contractum non teneret, ſicut doctores præfati affirmant. * Modo tamen poſt Concilium Tridentinum, ſeſſione 24. c. non valet clandeſtine contractum ſine teſtibus, vt ſuprà dictum eſt, & in ſine in appendice.

Multa ꝑhibita quę facta tenent.

Dionyſi. Carth. p. 10. fo. 416.

Suprà p. p. ar. 10.

*

Confirmatur. Sub eiuſdem verbis quibus perſonæ coniunctæ conſanguinitate, & affinitate in lege prohibentur contrahere: prohibentur & aliæ perſonæ. Prohibetur enim ne ſacerdos ſcortum ſumat in vxorem, aut vile proſtibulum: ſed tamen credo ꝙ ſi contra tale mandatũ ſacerdos ſibi copulaſſet ſcortum, licet peccaſſet, teneret. De Salomone etiam legitur, ꝙ habuit vxores. Moabitidas, & Amonitidas & Etheas de Gẽtibus, de quibus dixerat Deus, non ingrediemini ad eas, tamen eas puto veras fuiſſe vxores, vt ſcriptura narrat, quicquid dicant alij: ergo etiam ſi eſſet prohihibitio facta, quæ infideles omnes obligaſſet, non ſequitur non fuiſſe validum matrimonium contra talem prohibitionẽ contractum.

Cõfirma.

Leui. 21.

3. Reg. 11.

Nec argumentum, quo innituntur contrarium dicentes, aliquid probat, arguentes ex c. Gaudemus, Extra, de diuortijs. Et c. De infidelibus. de conſan. & affin. in quibus. c. Summus Pontifex videtur determinaſſe infideles, non arctari conſtitutionibus. Eccleſiæ, quia foris ſunt: ſed tamen arctari conſtitutionibus poſitis lege Diuina, quæ obligat omnes, at quia lex vetus lex Diuina eſt, obligantur & infideles.

Argumentum contrarium.

Dicendum, verum eſſe quod ibidem determinatum eſt, quia infideles obligantur ſeruare ius Diuinum, non quidem ius Diuinum vetus, cum illud nõ ſit ius, neq; christiani teneantur obſer-

Solutio.

Virueſ. de matrimo. regis Angliæ.

ſeruare: ſed intelligit Summus Pontifex de iure Diuino Euāgelico, quod omnes obligat, quod tenentur oēs cuiuſcunq; conditionis ſint obſeruare: & contrahentes contra tale ius Diuinū, eſſent ſeparandi, ſi conuerterentur. Cum ergo tali iure Diuino nullæ perſonæ prohibitæ ſint, niſi parentes, & filij, Chriſto dicente. Propter hanc relinquet homo patrē, & matrē, & adhærebit vxori ſuæ: ſignificans aliam debere eſſe vxorem, & aliā matrem, aliū maritum, & alium patrem: ſequitur ꝙ ſi infideles contraherent in primo gradu aſcendentium, & deſcendentium, eſſent ſeparandi, ſi conuerteretur: quia facerent contra legem Diuinam Euangelicam, quam tenentur obſeruare omnes, ſicut ſi repudiant tempore infidelitatis, tenentur repudiatam reconciliare, ſi cōuertantur: quia faciunt contra legem Dei. Matth. 19. vt patet Extra, de diuortijs. c. Gaudemus. Item. Si plures vxores acceperint, tenentur oēs dimittere, excepta prima, cum qua contraxerunt, & hoc eſt ius Diuinum, quod obligat omnes, tam fideles, quàm infideles, de quo loquitur Summus Pontifex. Quòd ſi ſic loquerētur doctores, non explicantes de Leuitico, non eſſent eijciendi: attamen quia exemplum ponunt de Leuitico, non animaduerterunt illud Leuiticum non eſſe ius, nec obligationem habere aliquam modo.

Matth. 19

Matt. 19.

## ARTICVLVS XXVI.

*An gradus: qui modo ſunt ab Eccleſia prohibiti, habeant vim ex iure Diuino.*

SEQVITVR inquirendum, an gradus qui modò ab Eccleſia prohibiti ſunt, qui olim fuerūt in lege veteri, habeant vim obligandi, ratione legis Diuinæ, vel ratione legis humanæ.

Solutio.

Ad quod breuiter dicendum, nullam obligationem contrahi poſſe ob id ꝙ olim fuerint expreſſi in lege: quia oīa ceſſauerunt, & nullius ſunt obligationis poſt mortem Chriſti. Illa enim iam non eſt lex, neq; ius, ſed ſi quæ ab Eccleſia prohibita ſunt, vis obligandi eſt ſolum ex hoc, quòd Eccleſia inſtituit de nouo: ſicut in cæteris iudicialibus verum eſt, vt pœna talionis, & qui occidit, occidatur, & ijs ſimilia, non obligant: quia olim in lege, ſed quia ab Eccleſia inſtituta de nouo. Et haud dubiè affirmare contrarium, eſſet hæreſis Cherinti, & Ebionis dicentium, aliqua quæ fuerunt in lege veteri præcepta, modò habere vim obligandi, quia ibi fuerint præcepta. Eſſet enim dicere legem veterem ſimul concurrere cum noua, & vtranque obligare, quod hæreticum eſt. Nec aliquis catholicorum, ex theologicis opinantium infideles coniunctos in gradibus prohibitis. Leui. 18. ſeparandos, aſſeuerant verum eſſe: quia illa quæ fuerunt in lege veteri prohibita, modò obligent, quia ibi prohibita, nam hæreſim affirmarent: ſed dicūt ob id infideles obligari illis gradibus, quia illi erant omnes de iure naturæ, quæ in lege noua non fuerunt reuocata, ſed approbata, vt patet de præceptis decalogi: & ſic ſimiliter putant fore dicendum, de gradibus in Leuitico prohibitis. Non enim iſti doctores decipiuntur, quia putent legem veterem modo currere, & obligare, ſed quia putant illos gradus prohibitos lege naturæ, & in Euangelio omnia naturalia approbata, & nō reuocata fuiſſe, ob id obligare, tamen in hoc decepti ſunt: nam eo quòd illi gradus (vt diximus) non erant iure naturæ prohibiti, ceſſauerunt per ceſſationem legis: & in lege Euangelica non fuerunt inſtituti, ideò non obligant infideles, ſed tamen poſt, omnes illi gradus ibidem prohibiti in Leuitico per Eccleſiam ſunt prohibiti: vt patet. c. Non debet. de conſang. & affini. & in multis alijs locis, & talis prohibitio obligat fideles, qui ſunt intra Eccleſiā, nō qa fuerūt in lege veteri, ſed quia modò Eccleſia ſtatuit, quę poteſt ſtatuere, & tale ſtatutū nō obligat infideles, qui

Hæreſis Cherinti. & Ebionis

Paulus. 1. Cor. 5.



qui foris ſunt: ob quod contrahentes in talibus gradibus verè contrahunt, neq; ſunt ſeparandi, ſi conuertantur. Et tandē tales gradus ibi poſitos non eſſe de iure naturæ primæuo latè probatum eſt. Et argumentum eſt, quia in nouo orbe, nullum gradum affinitatis obſeruabant: quia filius concubinā patris ducebat, ſeu vxorem, mortuo patre, quia ſi viuente, occidebantur, quæ eius erat nouerca: & pater ſimiliter vxorem, vel concubinam filij, quę eius erat nurus. Item, frater vxorē fratris poſt mortem, imò ſi eſſet ſolum repudiata, ſimiliter quis ducebat matrem, & filiam ſucceſſiuè. Tandem nullus gradus affinitatis inter eos vetitus habebatur in matrimonio. In gradibus conſanguinitatis, ſupra omnem modum prohibitum erat patrem ducere filiam, vel filium ducere matrem: nunquàm reperi factum, non ſolum non reperi cōiunctos matrimonialiter primo gradu, ſed neq; copula illicita deprehendi: quod maximè probat, iſtū gradum eſſe prohibitum per prima principia iuris naturæ, vt dictum eſt.

Gra. conſanguini. obſeruati à Michoacanēſibus.

Item (vt Michoacanenſes ferunt) obſeruabant, ne vir duceret ſororem patris, vel matris: bene tamen fœmina, poterat copulari fratri matris, vel patris: quia indecens videbatur vt amita, vel matertera ſubdita eſſet pronepoti, filio fratris, vel ſororis ſuæ: quod tamen non repugnabat, ſi fœmina iungeretur patruo ſuo. Obſeruabant etiam, ne fratres inter ſe iungerentur etiam ſi ſolum eſſent ex patre, vel matre. Verùm aliquos reperi coniūctos, quibus diuortium eſt præceptū: quia nō erat vſus apud eos, ſed reprobatū.

Grad⁹ obſeruati à Mexicanis

In prouincia Mexicana abſtinebant in gradu conſanguinitatis, parentes à filijs, & fratres, à ſororibus. In affinitate tamen, obſeruabant, vt nulla fœmina, nuberet patri viri ſui, nec filio, viri ex alia muliere, nec viro matris, aut illi, cum quo mater coiuit, nec marito filiæ ſuæ, nec illi, cum quo filia peccauit. Et cum iſtis copulari (vt ferūt) graue reputabatur. Qui verò id faciebant, luebant pœnas. Et pariformiter filius nullo modo nouercā ducebat, licet alios gradus non obſeruabant.

Conſuetudo apud Mexicanos cōtrahendi.

Ex iſtis habere poſſumus, non oēs perſonas in Leuitico poſitas prohibitas de iure naturæ primęuo, quandoquidem non eſt idem apud omnes in tali obſeruātia, ſed variatio magna, ſecundum diuerſitatem nationum, & prouinciarum. Et ſolum gradus ille parentum & filiorum videtur iure naturæ primæuo prohibitus, qui gradus apud omnes videtur obſeruatus eodem modo, cum in alijs, reperiatur alia, & alia cōſuetudo. Et matrimoniū celebratum cum debito cōſenſu apud infideles, inter perſonas, inter quas conſuetum eſt communiter apud eos contrahere, nullo modo ſi conuertantur, eſt annullandum: quia illa cōſuetudo, facit legitimas perſonas, qua ceſſante, nō eſſent legitimæ, vt in prouincia Michoacanenſi matrimonium tenebāt inter priuignum, & nouercam: quia erat conſuetum. Apud Mexicanos autem non tenebat, quia nō erat conſuetudo. Ipſa enim cōſuetudo poteſt hoc facere, vt bene notat Panor. Extra, de cogna. ſpi. c. Super eo. quando dicit, ꝙ ſi eſſet conſuetudo, ꝙ in quinto gradu non coniungerentur, nō teneret matrimonium, ſi qui coniungerentur in tali gradu contra conſuetudinem. A ſimili ergo, neceſſe eſt cōcedere, ꝙ in illis, quæ uon ſunt de iure naturæ primæuo, conſuetudo faciet perſonas legitimas in vna prouincia, quæ ſunt illegitimæ in alia: quia ibidem non eſt talis conſuetudo, de quibus ſuprà diximus.

Non poterat quis nouercam ducere. Panor.

## ARTICVLVS XXVII.

*An Papa diſpenſet in omni gradu affinitatis, & conſanguinitatis.*

CONSEQVENTER quęritur, vtrùm Papa poſſit diſpenſare in omni gradu, tam affinitatis, quàm cōſanguinitatis, & in omni linea deſcendentium, aſcendentiū, & tranſuerſaliū.

1. Conſideratio. Pro deceſione quæſtionis notandũ, diſpenſare nil aliud eſſe, quàm relaxare: vel obligationem tollere legis, ipſa manente in ſua firmitate: vt ſi lata ſit lex de ieiunio, Summus Pontifex vult me non aſtrictum ieiunio: fit mecum diſpenſatio, quia iuris relaxatio.

Notan. 2. Secundo. Diſpenſatio debet fieri circa aliquos, & non circa omnes: alioqui circa omnes, non erit diſpenſatio, ſed legis abrogatio.

Notabi. 3. Tertio. Cùm diſpenſatio propriè ſit legis relaxatio, quod ipſa manente in vigore, non obliget illum cum quo fit diſpenſatio, ad eum propriè pertinebit diſpenſatio legis, ad quẽ pertinet condere legem, & qui non condidit legem, nullo modo dicitur propriè diſpenſare in lege: imò non poteſt inferior diſpenſare in lege ſuperioris: quia inferior, legem non condidit. Cum ergo qui legem condidit habens authoritatem, legem poſſit tollere: poterit & diſpenſare, ſic quod manente lege in virtute ſua, cum aliquo, taliter fiat diſpenſatio, vt faciendo contra legem, nullum ſit peccatum.

S.Tho. 1.2 q.95.

Nota. 4. Conſiderandum eſt etiam, quas leges Summus Pontifex inſtituerit in graduum, conſanguinitatis, & affinitatis prohibitione: nam omnes gradus quos prohibuit, qui ante non fuerunt prohibiti aliqua lege, poterit & modo præcipere, & tollere, & in talibus diſpenſare. His ſuppoſitis, ad quæſtionem reſpondetur.

1. Conclu. 1. concluſio. Summus Pontifex, in omni gradu tam affinitatis, quàm conſanguinitatis, in linea tranſuerſali diſpenſare poteſt de plenitudine ſuæ poteſtatis, licet id non expediat facere abſque magna, & vrgenti cauſa. Probatur. Ille poteſt diſpenſare in lege, qui condidit legem, ſed Summus Pontifex, vel Concilium generale legem condidit de omnibus gradibus conſanguinitatis, & affinitatis in linea tranſuerſali, ergo in omnibus diſpenſare poteſt, nam ſi poteſt tollere omnium graduum prohibitionem, à fortiori & poterit diſpenſare, quia qui quod maius eſt poteſt, poterit neceſſario & quod minus eſt. Quod Eccleſia inſtituerit legem graduum affini. & cõſang. in linea tranuerſali, patet: nam in Eccleſia eſt prohibitio graduum facta in multis locis, & in proprio titulo. Et olim vſq; ad 7. Deinde tempore ſuccedenti vſq; ad 4. facta eſt reſtrictio. In c. Non debet. De conſangui. & affin. Talis verò prohibitio non eſt de iure naturæ, nec eſt de iure diuino, nunc obligante: ergo neceſſario eſt de iure poſitiuo Eccleſiæ. Non enim poteſt aliud euenire, quandoquidẽ obligat omnes de Eccleſia. Et quod non ſit de iure naturæ, iam nos ſupra ſatis diffuſe probauimus: quia ſi aliquis fuiſſet, maximè fratrũ interſe: & diximus eũ non eſſe iſto modo de lege naturæ: quia non idem apud omnes, neque includit in ſe manifeſtam malitiã, quominus poſſit licitè fieri, vt olim in lege naturæ fiebat. Si ergo iſte primus gradus non eſt de lege naturæ prohibitus, à fortiori neq; aliquis alius qui minorem repugnantiam, & malitiam includit, quicquid dicat Supplementum. d. 40. q. 1. art. 2.

Hæc cõtra nonnullos tã theolo. quã iuriſperi. quãuis cõtrariam dicat opi. cõmu. Armill. in verb. diſp. §. 10. Augu. de Ancho. in ſũma Eccl. q.53. ar.5. & 6. Rubio. in 4. d. 41. in 2. q. part. princip. Loaz in tract. matri. Regis dubio. 2.

Supplem.

2. Ratio. Item. Neque aliquis graduum, in lineam trãſuerſali eſt de iure Diuino. Probatur. Non de iure Diuino Euangelico, quod obligat omnes: nam (vt nos in 1. parte diximus, quando loquebamur de conſanguinitate) nullus gradus à Chriſto fuit in Euangelio ſacro prohibitus, qui non fuiſſet de iure naturali: ob quod ſolùm ibi reperitur gradus primus aſcendentium, & deſcendentium prohibitus, dicẽte Chriſto. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrẽ, & adherebit vxori ſuę: intelligens (vt declarant oẽs ſancti) aliam futuram in matrimonio vxorẽ, & aliã matrẽ, aliũ maritũ, & alium patrẽ: & nullũ alium gradũ á matrimonio excluſit, ſequitur ergo, quod gradus conſanguinitatis & affinitatis modò prohibiti, non ſunt de iure Diuino Euangelico: ergo non ſunt de iure Diuino. Patet. Ius Diuinum illud modò dicitur, quod vere eſt ius obligans: ſed hoc ſolùm eſt Euangelicũ, ergo nõ eſt de iure Diuino. Et in hoc errauit

Supra ar. 43. Sco. in 4. d. 40.

Matth. 19



Error. Lutheri. rauit Lutherus, qui dixit, gradus illos eſſe iuris Diuini, & non poſſe Papam diſpenſare. Nec obſtat dicere tales gradus eſſe de iure Diuino veteri, quia (vt ſuprà diximus) illud non obligat, neque lex, nec ius Diuinum propriè dici poteſt: ad ſenſum quem modo loquimur de iure Diuino obligante, ſed perinde obligant modo illa: quia ſcripta ſunt, ac ſi non eſſent ſcripta. Et ſi aliqua ibi ſcripta obligant, non quia ibi fuerunt expreſſa, ſed quia alia lege fuerunt præcepta. Quare nullo modo obligant, quia ibi poſitam: cum ceſſauerint omnia, vt latè diximus. In aperto ergo eſt omnes tales prohibitiones graduum quæ in Eccleſia ſunt, quandoquidem non ſunt de iure naturali primæuo, nec de iure diuino Euangelico, ꝙ ſunt de iure poſitiuo Eccleſiæ: ſed ille, qui legem poſuit, diſpenſare poteſt in lege cum & abrogare poſſet. Cùm ergo Summus Pontifex, vel concilium Eccleſiam repreſentans, condidit legem de prohibitione graduum in linea tranſuerſali, tam de conſanguinitate, quàm de affinitate: poterit de plenitudine ſuæ poteſtatis diſpẽſare in oĩbus, vel ſi hoc negamus Sũmo Pontifici, oportet concedere, vel qđ talis prohibitio eſt de iure naturæ propriè: vel de iure diuino, qđ nõ poteſt Pontifex mutare: vel poſito lex iſta de prohibitione graduũ ſit poſitiua, ꝙ non poteſt Summus Pontifex tollere: quia lata fuit à Concilio, vel ab alio Summo Pontifice: at vtrunque iſtorum eſt falſum. Primum. quia iſta prohibitio non eſt niſi ſolum de iure poſitiuo. Secundò, quia Summus Pontifex, qui nunc eſt poteſt caſſare & tollere omnia, quæ ab eius prædeceſſore cõſtituta ſunt, quia non potuit Summus Pontifex, qui pręceſſit, ligare, aut coarctare poteſtatẽ Pontificis, q erat ſucceſſurus alioqui poſt quam ſemel aliquid in Eccleſia conſtitutum eſſet, nunquã poſſet mutare in melius, quod cõſtat falſum: multa enĩ videmus ſtatuta conciliorum, & Pontificum circa regimen Eccleſiæ variata, & mutata, & abrogata, tamen non dubitamus licitè poſſe fieri & ſanctè factum. Ineptum quippe eſſet dicere ꝙ Deus reliquerit ſuum Vicarium in terris, & non vnus ſemper eſſet, ſed ſucceſſiue vnus poſt alium: & ꝙ vno conſtituente aliquid, ſi forte ſucceſſu temporis perniciosum videretur, inuiolabiliter eſſet obſeruandum: & ꝙ nullo modo poſſet mutari ab alio Pontifice, nam ex hoc ſequeretur Pontificem qui ſuccedebat, non habere eandem poteſtatem, quam primus habuit. Si enim non poteſt quod alius, non haberet eandem poteſtatem. Et certè ſi non poſſet variare quod alius inſtituit, nõ poſſet quod alius potuit: ſed hoc omninò ſapientiæ Chriſti regentis Eccleſiam ſuam, qua attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: repugnare videtur. Concedendũ ergo eſt, ne veniamus in tales anguſtias, prohibitiones graduũ in linea tranſuerſali, qui modo ſunt in Eccleſia, eſſe de iure poſitiuo: & Summum Pontificem, quiſquis ille ſit, de plenitudine ſuæ poteſtatis poſſe diſpẽſare in omni gradu cõſanguinitatis, vel affinitatis, in linea tranſuerſali, & mutare quæ ab alijs pręceſſoribus ſunt inſtituta, vel à Concilio, ſicut aperte determinatur in cap. Non debet. de conſang. & affini. vbi ponitur in exẽplo, quod vnus idẽ Deus fecit, vt illa, quæ conſtituit in veteri teſtamento, mutauerit in nouo. Par.n. in parem, non habet imperium. l. Ille à quo. §. Tempeſtiue. ad Trebellia. c. Innotuit. de electio Hæc concluſio eſt contra graues authores, Contra Palu. d. 40. & 41. An 3. p. tit. 1. c. 14. §. 2. Ricar. Bona. Mayro Maio. Syluest. verbo matrimonium §. 10. & in verbo Papa. §. 6. Idem Vvalden. de ſacramen. c. 134.

Paulus ad Hebre. 7. S.Tho. 1.2 q.103. art. 3. & 4.

Sapien. 8.

Abulen. 1. Regum 8. q.157. & 158.

Obiectio. Contra concluſionem obijci poteſt, quod nos ſuperius diximus, quod ſaltem primus gradus in linea tranſuerſali, vt eſt fratrum inter ſe, licet non ſit de iure naturæ primæuo, ſic quod includat manifeſtam, & intrinſecã malitiam, tamen diximus eſſe de ſecundis præceptis iuris naturæ, quod ſi ita eſt, cum ad ipſum ſpectet in lege diſpen-

Couarru. 2.p.epi. c. 6.§.10. Tiraque. l.7. commu. nu. 23.

Loazes in tract. matri. dub. 2.

ſpenſare, ad quem ſpectat, & legem cō-dere, cum legem naturæ tam in primo gradu, quam in ſecundo ſolus Deus inſtituerit, nullo modo Summus Pontifex poterit diſpēſare, quod duo fratres inter ſe licite coniungātur in matrimonio: quia inferior non poteſt aliquid in lege ſuperioris. in Clemen. Romani. de electione. Et ſic non eſt vera concluſio, Summum Pontificem de plenitudine ſuæ poteſtatis poſſe diſpenſare in omnibus gradibus lineæ tranſuerſalis.

Supplem. diſt. 40. q. pr. art. 3.

P. Nota. In hac p. a. 6. 7. & 8. S. Th. 1. 2. q. 94. ar. 4.

Pro ſolutione obiectionis oportet memorari illorum, quæ ſupra diximus, de illis quæ prohibentur, vel pręcipiũtur per prima principia iuris naturæ, & de illis quæ per ſecunda: videlicet, quod prima pręcepta quę ſūt per ſe nota, non patiuntur variationē aliquam, aut diſpenſationem, niſi à ſolo Deo, quia ſunt talia, quæ ſemper eodem modo fiunt: ſicut nec variatio curſus rerum naturaliũ qui ſemper eodem modo fiunt, vt ſolis, vel aſtrorum, poteſt fieri, niſi per miraculum à ſolo Deo. Alia vero, quæ ſunt de ſecundis præceptis iuris naturæ, quæ ſunt concluſiones deductę, variari poſſunt ab alio, quam à Deo: ſicut & in naturalibus illorum, quæ frequenter contingunt eodem modo, variatio fit à cauſa alia naturali impediente: ſicut ſolitum eſt frequenter naſci hominē cum quinq; digitis in manu, tamen poteſt variari per aliam cauſam naturalem. Et ſic aliquando naſcitur homo cum ſex digitis, vel cum quatuor abſque miraculo, ſolum ex multitudine materiæ vel paruitate, quæ impedimentum præſtitit debitæ formationi.

Nota 2.

Diximus etiam, quòd illa quæ ſunt de ſecundis præceptis iuris naturæ non habent aliquam vim obligandi de ſe, quia non ſunt de per ſe nota, ſed obligant, quando ſunt declarata per aliquam legem humanam, vel Diuinam, vel per conſuetudinem approbatam, quæ habent vim legis. His ſuppoſitis dicendum.

Solutio obiectionis.

Dato ita ſit, coniunctionē fratrum in primo gradu lineæ tranſuerſalis prohibitam iure naturæ ſecundario, tamen tale ius naturæ poteſt ab alio quam a Deo mutari abſq; miraculo. Ratio eſt: quia tale ius naturale non obligat, niſi per legem Diuinam, vel humanam fuerit conſtitutum, vel per conſuetudinem: at qui legem dedit de illo, & per eam aſtrinxit ad tale ius, poterit & deobligare, tollendo legem, vel diſpenſando in lege: alioqui per ſuam legem, non daret vim obligandi: ſed aliunde eſſet. Ratio eſt: quia legiſlator, qui oſtendit, & manifeſtauit hoc eſſe ius naturæ, & conueniens vno tempore: poteſt in alio tempore, & alijs circunſtantijs conſideratis dicere non eſſe conueniens iuri naturæ illud obſeruari circa iſtam, vel illam perſonam: & illud eſſet diſpenſatio in tali iure. Ad propoſitum applicando, quòd coniunctio fratrum ſit mala, non eſt nota de per ſe ergo ſolùm obligat, quia aliqua lege declaratur, vel conſuetudine: ſed non declaratur eſſe malam talem coniunctionem per legem Diuinam obligantem modò, quia in Euangelio nihil tale Chriſtus redemptor noſter expreſſit, tamen declaratur malum lege poſitiua humana prohibentē coniunctionem, ergo vim obligandi habet, ſolùm ex lege poſitiua, dato quod ſit de ſecundis præceptis iuris naturæ. Si ergo Pontifex, vel Eccleſia per legem ſuam religauit ad illud, ad quod ante non erat obligatio, ſecluſa tali lege: poterit diſpenſare, & deobligare aliquem ex plenitudine ſuæ poteſtatis, vel ſi non poteſt deobligare, ego non video quomodo potuit de nouo obligare ad illud, ad quod non fuerat obligatio in illis quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis. Et ſic patet ſolutio ad obiectionem; poteſt enim Summus Pontifex in tali iure naturæ diſpenſare, quia ferè omnes gradus alij ſunt iſto modo de iure naturę, quia mediatè vel immediate eliciuntur ex primis principijs, per vnam, vel per multas concluſiones: ſed poteſt in alijs gradibus, non obſtante ſint de iure naturæ iſto ſecundo modo, ergo poteſt in primo. Nec propter hoc Summus Pon-



Pontifex diſpenſare dicitur in iure naturæ, vel tollere ius naturæ, diſpenſaret propriè, ſi tolleret non eſſe de iure naturæ talem coniunctionem prohibitam, nec de primis principijs, neq; ad ſecundis, quod ſolus Deus poteſt, qui author eſt naturæ, diſpenſat tamē in iure poſitiuo, & tollit ius poſitiuũ, quod ipſe tulit: & obligationem, quā ipſe poſuit per ſuam legem, quando prohibuit talem gradum. Sic in omni gradu tranſuerſali poteſt, quia omnē talem poſuit. Hoc affirmat dominus

Abulen.

Abulē. 1. Regum 8. q. 151.

1. Cor. 6. Abulen. Matth. 22 q. 117.

Sequitur alia pars concluſionis, q̄d licet poſſit, non expediant ſine cauſa vrgente. Multa enim licent, quæ nō expediunt: vt ait Paulus. Et quidem non expedit: quia per diſpenſationē tollitur quoddam bonum, ſcilicet reuerentia quædam cognationis, quæ non ſeruatur inter perſonas iunctas in matrimonio, ſed non expedit hanc tollere: ergo nec expedit diſpenſare in omnibus gradibus.

Quæ rationes ſint requiſitæ ad diſpenſandum.

Secundo. Non expedit impedimentum ponere dilatandæ charitatis, ſed diſpenſando in iſtis gradibus, impedimentum ponitur: ergo non expedit diſpenſare. Patet, quia ratio prohibitionis talium graduum aſſignatur, vt charitas extendatur ad extraneos: per matrimonium enim ſolent maiori dilectione diligi, quam ſi non eſſent aliquo vinculo coniuncti. Coniuncti vero conſanguinitate, vel affinitate habent rationem dilectionis adinuicem, quam extranei non habent: & naturaliter plus diligunt ſe: quare prohibitum eſt matrimonium inter ipſos, inter quos eſt vinculũ amoris, vt fiat cum alijs extraneis, & habeant per talem coniunctionem nouam cauſam dilectionis: quod ſi fiet diſpenſatio paſſim, nō extenderetur, nec dilataretur charitas ad extraneos. conſequens ergo eſt non eſſe expediens diſpenſare in talibus, gradibus. Dixi, ſine vrgente neceſſitate: quàm intelligo vrgentem, quando ex tali diſpenſatione maius bonum ſequitur, quam ſit malum irreuerentiæ, vel dilatationis ad extraneos: multi enim contingunt caſus, in quibus per diſpenſationem maius ſit bonum quod ſequitur, quam malum quod incurritur: & hoc penſitare, & librare non cuiuſlibet eſt, ſed Summi Pontificis, cui poteſtas diſpenſandi cōmiſſa eſt. Non eſt noſtrum iudicare de iniuſtitia, vel iuſtitia cauſæ. Sufficiat certo ſcire poſſe de plenitudine ſuæ poteſtatis diſpenſare in omnibus gradibus lineæ tranſuerſalis, & quod talis cum quo facta eſt diſpenſatio, ſecurus erit in conſcientia, licet aliquando Summus Pontifex in extimatione cauſæ poſſet peccare, vtendo poteſtate ſibi conceſſa ad libitum ſine diſcretione, & iudicio rationis, ſed aſinæ debent paſcere iuxta boues arantes. Subditi bene faciunt, ſi contenti ſint ſcire habere poteſtatem Summũ Pontificem: boues, doctiores, literati, arent, diſputent, qualis, & quæ erit cauſa rationabilis diſpenſandi, quod benè Doctor. S. 1. 2. q. 97. artic. 4. & Bernar. Epiſ. 271. Sed tamen ille cū quo diſpenſatum eſt, licet peccet, diſpenſationem tamen eſt adeptus, & tenet: vt ſi Papa in tertio gradu, vel ſecundo diſpenſauit, & non erat cauſa rationabilis, tenet matrimoniũ, quidquid dicat Fortunius. in l. Gallus. ff. de lib. & poſthumis.

Couar. 2. p. epit. c. 6 §. 9. Iob. 1 Gregori*. S. Thoma. Bernard. Fortuni*.

Dixi in concluſione, in linea tranſuerſali: quia in linea recta deſcendentium, vel aſcendentium, non poteſt Papa diſpenſare. Non enim poſſet de plenitudine ſuæ poteſtatis facere licitum quod quis duceret filiā, vel matrem. Et ratio eſt: quia hoc eſt de iure Diuino prohibitum in Euangelio, vt diximus. Et eſt de iure naturæ primæuo, in quod nullam poteſtatem habet Summus Pontifex. Neque poteſt variare: quia non eſt data poteſtas. In quo malè loquutus eſt Abbas in capit. Non eſt. de voto. qui dixit, in iure Diuino poſſe diſpenſare. Et Felinus in capit. Quæ in Eccleſiarum. de conſtitutio. Et Decius in conſil. 112. & Ferdinandus Loazes in matrimonio. Regis dub. 2. & Ludouicus Gonæa. conſ. 51. Manet ergo in

S. Tho. d. 40. q. 1. articul. 3. Armilla 1 ver. diſpē. §. 7. & 9. Florē. 3. p. ti. 1. c. 14. S. Th. 1. 2. q. 97. ar. 4. ad 3. quol. 4. ar. 13. & quolib. 9. ar. 15 Turcre. li. 2. ſũmæ. c. 107. I. maio. in 4. d. 24. q. 12.

veritate quod licet Summus Pōtifex non debeat abſque cauſa, poteſt tamen diſpenſare in omni gradu lineæ tranſuerſalis, ſiue conſanguinitatis, ſiue affinitatis. Et quidem non debet ſine vrgente neceſſitate, præcipuè in illis gradibus, in quibus abſtinent infideles: quia maior ſanctitudo decet Eccleſiam Dei. Sic etiam in gradibus magis abſtinendum eſt Chriſtianis. Tamen non negandum eſt, quin Papa poſſit diſpenſare in illis, licet male ageret ſi ſine cauſa. Et ratio eſt: quia omnia illa prohibita ſunt de iure poſitiuo, in quod poteſt: ſiquidem non poſſet Summus Pontifex diſpenſare in illis, quæ Chriſtus inſtituit obſeruanda. Neq; aliquid poſſet mutare, neq; poſſet Papa, nec conciliū generale aliquid variare illorū quę Apoſtoli ordinauerunt ex Chriſti mandato. Similiter neque in his quæ Chriſtus apertè non dixit, neq; Apoſtoli. Quæ doctores ſubtiliter inquirentes oſtendunt fuiſſe de intētione Chriſti, etiamſi non fuerint expreſsè dicta à Chriſto, aut ab Apoſtolis. Ratio eſt, quia fieret contra mandatum Chriſti. Nam dato aliquid tale (non expreſſum) fuerit dictum à Chriſto, vel ab Apoſtolis de intentione Chriſti, tamē quia doctores, quos Deus dedit eccleſiæ ſuę, ſic intelligunt, tanquā de intentione Chriſti fuiſſe, eſt tenendum tanquam expreſſum. Neque Pontifex poteſtatem habet variandi potius quam tollendi, quod expreſſe mandatum eſt à Chriſto, quia eandem vim habet vtrunque ſicut illa quæ eccleſia habet ex traditione apoſtolorum oretenus, licet non ſint expreſſa in ſacro eloquio. Verùm quia eccleſia tradit, & doctores affirmant, eandem firmitatem retinent, ſicut ſi expreſſa eſſent. Nam non eſt dubium, ꝙ multa Chriſtus, & multa Apoſtoli fecerunt, quæ non habentur ſcripto, ſed oretenus habuit eccleſia, & viua voce. Multa enim alia fecit Ieſus (vt ait Ioan.) quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Et Paulus. Accipite traditiones meas, ſiue quę per epiſtolā, ſiue quæ per ſermonem accepiſtis. Similiter nō poſſet Pontifex diſpenſare in illis quæ eſſent declarata à doctoribus, tanquā de intentione Chriſti. Quod determinauit Vrbanus Papa. 25. q. 1. cap. Sunt qui dam dicentes Romano Pontifici ſemper licuiſſe nouas leges concedere, quod & nos non ſolum non negamus, ſed etiam valde affirmamus. Sciendū verò ſummoperè eſt: quia inde nouas leges condere poteſt, vnde Euangeliſtæ aliquid nequaquam dixerunt, vbi non aperte Dominus, neq; Apoſtoli, & eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt, ſed vbi expreſſum eſt in Euangelio, vel ab Apoſtolis, vel eccleſia oretenus habet ab eis, ibi non nouā legem Romanus Pontifex dare, ſed potiùs quod prædicatum eſt, vſque ad animam & ſanguinē confirmare debet. Si enim quod Apoſtoli docuerunt, & prophetæ, deſtruere (quod abſit) niteretur, non ſententiam dare, ſed magis errare conuinceretur. Hæc ibi. Ecce habemus, quomodo Summus Pontifex in illis, quæ Chriſtus non diffiniuit, neque Apoſtoli, neque ſancti patres tanquam dictum à Chriſto affirmant, poteſt diſpenſare. Secùs tamen in illis quæ Apoſtoli diffinierunt. Intelligendū tamen eſt Summum Pontificem non poſſe aliquid diffinire contra Apoſtolorum ſententiam, in illis quæ ipſi dixerunt, quæ continent doctrinam moralem, ſecus in alijs, quæ cæremonialem: nam moralia dicta ab Apoſtolis, quia ad ius naturæ ſpectant, non poſſet Summus Pontifex mutare: ſed tamen cæremonialia poſita ab Apoſtolis ad inſtruēdas eccleſias, quas acceperant regēdas, poſſunt per Summū Pontificem mutari, & poſſet in illis diſpenſare: ſicut Paulus dixit, non eſſe ordinādum bigamum, neq; homicidā: tamen certum eſt Summum Pontificem diſpenſare poſſe: & quòd aliquando diſpenſauit. Horum eſt ratio: quia licet minor non poſſit in lege ſuperioris diſpenſare, vel aliquid mutare, tamen poteſt in lege ſui æqualis diſpēſare, & mutare eam: ſicut diximus, ꝗ

vnus

Dried. de libe. Chri. Almayn ꝺ poteſt. eccle. c. 13. Angel. in ver. Papa Syluest. in ver. Papa quæſt. 16. Clitho. in anti. luth. c. 3. & 4. Roffen. cōtra Luth. veri. 9. Ad Ephe. 4. Damaſ. li. 4. c. 13. Diony. c. p. Eccleſ. Hierar.

Ioan. vlti. 2. Theſa. 2 Cypr. ſer.

ꝺ ablu. pe. Hila. lib. 6. de trini.

Vrbanus. Orig. homi. 5. ſuper nume.

Cæremonialia poſita ab Apoſtolis poſſet Pōtifex ſummus mutare.



vnus Pontifex poteſt mutare, quæ alius ordinauit, quia par in parem imperium non habet. Cum ergo Summus Pontifex (quiſquis ille ſit) æqualis ſit Petro in poteſtate, neceſſe eſt concedamus à fortiori æqualē eſſe cuilibet Apoſtolorum. Si enim ſuccedit in eandem poteſtatem Petri (qui princeps erat, & vertex omnium Apoſtolorum) non poteſt dubitari, quin & habeat, ſi non maiorem, ſaltim æqualem poteſtatem cum cæteris Apoſtolis. Poterit ergo Pontifex mutare quæ Apoſtoli inſtituerunt tunc conuenientia ſuis Eccleſijs. Dato enim Apoſtoli gradus prohiberent in matrimonio, quia illa non eſſent moralia, ſed iudicialia, ſaltim quo ad tot gradus, poſſet Summus Pontifex diſpēſare in talibus gradibus, & variare. A fortiori poterit ſi non ſunt traditi gradus à Chriſto, nec ab Apoſtolis, ſed ab alio Summo Pontifice, vel concilio. Poterit ergo ſtatutum Concilij generalis de prohibendis gradibus in matrimonio: ſicut & Innocen. 3. caſſauit conſtitutionem totius Eccleſiæ de non contrahendo intra 7. gradum, reducendo vſq; ad 4. Extra. de conſan. & affi. c. Non debet. Et capit. ſuprà allegatum. Sunt quidam. 25. q. 1. non eſt, contra hoc. Ibi enim dicitur, non poſſe Pontificem mutare, quæ Chriſtus, & quę Apoſtoli dixerunt de intentione Chriſti, vel de mandato eius, ſiue eſſent moralia, ſiue cæremonialia. Item: nec poſſet mutare illa moralia quæ Apoſtoli tradiderunt, quia talia ſunt naturalia: ſed tamen alia cæremonialia vel iudicialia quæ Apoſtoli tradiderunt ex ſuo, non ex Chriſti mandato, poſſet Summus Pontifex mutare, cum ſit æqualis poteſtatis cū Apoſtolis. Habet tamen Pontifex Chriſti Vicarius poteſtatem interpretandi, & declarandi ius Diuinum, vbi ſuboritur difficultas.

Ex omnibus his habes, quomodo illi, qui cauſam regis Angliæ defendebant noſtris tēporibus, dicentes Summum Pontificem non potuiſſe diſpenſare in primo gradu affinitatis, vt quis duceret relictam fratris, grauiter defecerunt. Si enim poteſt in primo gradu conſanguinitatis, vt duo fratres interſe, data diſpenſatione, coniungantur, à fortiori in gradu affinitatis. Qui enim poteſt quod maius, & poterit minus: ſed conſanguinitatis vinculum, maius eſt affinitate: quia nō eſt affinitas, niſi propter conſanguinitatem, cum non ſit de iure Diuino, neque naturali prohibitum quicquid dicant Ludouicus Gonæa. conſil. 51. & Hieronymus Gratus, conſi. 1. 2. volu, & Pariſius conſi. 154. volu. 4. Iſti omnes errant dicentes matri. cū relicta fratris eſſe prohibitum iu. Diui. & naturali. Non licet de potentia ipſius Pontificis dubitare, ſed abſque dubio tenendum poſſe diſpenſare. Inſtar enim ſacrilegij eſt de hoc dubitare, vt ait B. Antoninus. Nam Chriſtus non bonus eſſet paterfamilias (vt ait Ricardus) niſi reliquiſſet ſuceſſorem ſuum in Eccleſia, qui poſſet prouidere in omnibus occurrentibus, & diſpēſare in iſtis. Sic etiam Caiet. in loco citato. 2. 2. q. 154. art. 9. & Armilla in verbo Diſpenſare. §. 9.

Et hoc confirmatur expreſſa conceſſione Leonis 10. qui dedit fratribus ordinis ſancti Aug. quod cum his, qui in primo affinitatis gradu ſciēter, aut ignoranter contraxerunt, modo notorium id non fuerit, neque in iudicium productū, diſpenſare valeant vt de nouo contrahant, & in eodem item contracto matrimonio remaneant, prole quin etiam legitima. Hæc adducuntur à Roſſen. in libello matrimonij regis Angliæ in principio. Et quod potuit fieri diſpenſatio in caſu illo regis Angliæ, à Clemente 7. difinitum eſt contra Pariſienſes, quam vide in Caſtro. de lege pœnali lib. 1. c. 12. hæc eſt magna conceſſio, & quo ad forum conſcientiæ in caſibus grauiſſimis multum neceſſaria, & poſt concilium Tridentinum, quia cum omnia religioſorum priuilegia ſint confirmata à ſanctiſs. Papa Pio Quinto per proprium motum in illis quæ non contradicūt diffinitionibus cōcilij, & hæc

diſpen-

1. Cor. 3.

S. Thoma. quolib. 4. artic. 13. Iacobatiꝰ de concil. lib. 5. c. 15. Almayn in tracta. de poteſtate eccleſi. c. 13. & 14. Felin. c. 1. de conſti. Abb. c. ſignifica. de electio. Tor. cre. lib. 3. c. 52 & 53. Catha. cōtra Caiet. lib. 6. c. 12.

Hiero. curicl. in tracta. matr. regis Angliæ, dubio 1.

Error canoniſtarū. S. Anton. Ricardus.

Caietan. Armilla.

Conceſſio Leo. 10.

Roffen.

Caſtro.

diſpenſatio quo ad animæ forum non eſt ablata per concilium, poterunt religioſi ea vti maximè in nouo orbe, vbi ſpecialiter data ſunt, & conceſſa quædam quæ in antiquo orbe non ſunt permiſſa, neque ſunt ita neceſſaria, de quo alibi in declaratione priuilegiorum. Sed contra vltimam concluſionem videtur expreſſa determinatio Pontificis. Extra. de reſt. ſpol. c. li-

Obiectio. teras. vbi dicit Pontifex aliquos eſſe iuris Diuini gradus, in quibus non poſſit Pontifex diſpenſare. Et glo. ibi declarat eſſe gradus illos Leui. 18. ſi em̃ ita textus intelligẽdus ſicut glo. vult, ruit quicquid nos diximus in q. Quòd ſi non eſt intelligenda glo. de illis: in Leui. videamus quid textus intelligat prohibitum iure diuino, in quo non poſſit Papa diſpenſare.

Solutio. cõtra glo. Reſpon. Primò glo. non admittendo. Ille quidem gloſſator, neque textum intellexit, neq; quid ſit verè ius diuinum calluit. Quorſum (obſecro) ius diuinum legem veterem declarat, in eamque Papam non poſſe diſpenſare, cum talis iam non ſit lex, neque alicuius momenti, aut roboris modo. Lex enim a ligando dicitur, & ius diuinum: quia ius & fas dicit: ſed iam lex vetus non obligat, ergo lex dici non debet. Item neque ius dicit: quia nõ illa operanda quæ ibi ſcripta ſunt, cum mortua ſint, & cum honore ſepulta. Ad textum igitur reſpendebimus

Abulen. ſicut dominus Abulen. iuris peritus, Theologusque reſpondet. q. 153. ſuper 8. cap. primi Regum: qui ait, ꝙ quando Summus Pontifex dicit, Papam non poſſe diſpenſare in iure diuino, ſi per ius diuinum intelligantur illa, quæ fuerunt poſita in Leuitico, non poteſt, id eſt, non expedit ꝙ diſpẽſet. Et probat: quia infertur ibi, non poteſt, neque conſueuit in illis diſpenſare. Quorſum addidit Pontifex, non conſueuit, ſi non poteſt ſimpliciter diſpenſare? Certum eſt non eſſe conſuetum diſpenſare: quia conſuetudo non eſſet, vbi potentia denegata eſt.

Abulen. vbi ſuprà. Et ſic intelligit ibi textum, ſic debere intelligi, ſicut nos ſupra diximus. Dato Summus Pontifex de plenitudine ſuæ poteſtatis potuerit diſpenſare in omnibus illis gradibus, & poſſit, non tamen expedit diſpenſare ſicut diximus. Et ſic intelligitur, non poteſt, id eſt, non honeſtè poteſt: quia non expedit: nam eo quòd ſtante honeſtate, non poteſt fieri diſpenſatio in illis gradibus, quam honeſtatem Summus Põtifex obſeruare habet, dicitur ibi abſolutè, non poteſt diſpenſare: quia non conſueuit id facere: ſicut quando duo ſunt iuncti in matrimonio, & eſt impedimentum inter eos, quo non poſſunt ſtare, compelluntur ſimul ſtare. Et dicitur ꝙ etiamſi ſententia excommunicationis compellantur, potius debent eam ſubire, quam carnaliter commiſceri: tamen ſi Papa tunc diſpenſaſſet illud præcipiendo, non eſſet opus ſententiam excommunicationis ſubire: quia ex hoc quòd Summus Pontifex compelleret ſimul ſtare, & præciperet debitum reddere illis, qui impedimento occulto non poſſunt ſtare, in quo Papa poteſt diſpenſare, vt eſt in gradu prohibito affinitatis, vel conſanguinitatis, vel quando eſt impedimentum criminis, videtur diſpenſaſſe. Verùm non iudicatur diſpenſaſſe: quia dicitur debere potius ſubire ſententiam excommunicationis, quàm conſentire in redditione debiti: ergo cauſa eſt, quia licet poſſet diſpenſare, non conſueuit tamen. Et in illis quæ non conſueuit, quia non expedit, neq; eſt honeſtum diſpenſare, Matt. 19. dicitur quòd non poteſt diſpenſare, quia difficulter id facit: ſicut à ſimili in Euangelio dicitur: non poteſt diues intrare in regnum Cęlorum, id eſt, Solutio 2. difficulter poteſt: ſic non poteſt Papa diſpenſare, quia difficulter poteſt, eo ꝙ nõ expediat. Attamen ego do aliã ſolutionem dicẽdo, quod verbum, poteſt, intelligitur ſecundum rigorem: vt ita ſit, quod non poſſit diſpenſare Papa in gradibus prohibitis iure Diuino, nam tales ſolum ſunt illi, qui & prohibiti ſunt iure naturali, vt ſuprà diximus, & in illis qui iure naturæ prohibiti ſunt, non poteſt Summus Pon-

Pon-



Pontifex diſpenſare: ſicut iure diuino, eſt prohibitus gradus aſcendentiũ, & deſcendentium, in quo non poſſet de plenitudine ſuæ poteſtatis Summus Pontifex diſpenſare: quòd ſi diſpenſaret, factum non teneret. Sed iſta ſolutio licet ſit bona non eſt ad propoſitum: quia ibi in textu queſtio petita erat de gradibus non aſcendentium, aut deſcendentium, ſed de 3. vel 4. gradibus conſanguinitatis, quos conſtat eſſe prohibitos ſolum iure po-

Solutio. 3 ſitiuo, hac de cauſa dici poteſt 3. ad textum: Summũ Pontificem adduxiſſe opiniones diuerſas circa diſpenſationem graduum, interquas vna, quod in gradibus Diuina lege prohibitis nõ poſſit Papa diſpenſare. Verùm non ſunt gradus illi, de quibus quærebatur, Diuina lege prohibiti, ſed ſolum

Supra in hac parte. art. 15. & 21. & p.p. ar. 22. dubio 3. iure humano. Quicquid autem ſit de ratione illius textus quia (ſicut ſupra diximus) ratio diffinitionis Pontificis, quam aſſignat, non eſt neceſſario tenenda: quia loquitur tanquam homo, & non determinat tanquam Pontifex, ideo nihil facit contra illa quæ diximus. Tenemus enim eius diffinitiuam ſententiam ibi datam, tamen rationem, propter quam data eſt, nõ eſt neceſſarium tenere, Et nihil contra ſuperius dicta ex illo haberi poteſt amplius, quam ſi vnus alius id dixiſſet.

Epilogat. Manet ergo concluſio firmiter tenenda, nullum gradum Leui. modo obligare infideles Gentiles, nec tunc obligaſſe. Item nullum modo obligare Chriſtianos, niſi quia ab Eccleſia ſunt prohibiti. Et tandem in omnibus, ſiue primus, ſiue ſecundus, poteſt Papa de plenitudine ſuæ poteſtatis diſpenſare licet non expediat ſine neceſſitate. In

Cõtra Viguerium. Palude. d. 41. q. 2. cõclu. 2. quo valdè deceptus eſt Viguer. qui in ſuis Theologicis inſtit. capit. 16. §. 7. ver. 9. dicit, non poſſe diſpenſari in caſibus expreſſis Leui. 18. Et dicit non poſſe, vt quis poſſet cum vxore fratris mortui ſine liberis cuius contrarium per Clemen. 7. diffinitum eſt in matrimonio Regis Anglię, vt dictum eſt.

## ARTICVLVS XXVIII.

*An matrimonium ratum inter infideles ſit indiſſolubile.*

SEQVITVR vltima quæſtio huius ſecundæ partis. In quibus caſibus matrimonium infidelium (dato ſit legitimum) diſſoluatur. Nam ex hoc quod aliquando diſſolui poteſt apud infideles: poſſet aliquis dubitare, vtrum inter infideles ſit matrimonium, cum non ſit omninò indiſſolubile, vt apud fideles: ob quod oportet latiùs diſputare. Et primò quæritur. Vtrùm matrimonium infidelium contractum, & conſummatum inter legitimas perſonas ſit diſſolubi-

lé poſt legem datam à Chriſto de indiſſolubilitate matrimonij. Matth. 19 Si enim indiſſolubilitatẽ habet in ſe verum matrimonium, ſequitur quòd ſi inter infideles verum eſt matrimonium (vt diximus) nullo modo ampliùs diſſolui poſſe, quam apud fideles, Et ſi diſſolubile eſt apud infideles alio modo quã Suprà in hac p. art. 1. & 2. apud fideles, prouatur non eſſe matrimonium verum inter infideles, cuius contrarium oſtendimus. Quare operæpretium erit breuiter repetere, vnde matrimonium habeat indiſſolubilitatem, vt ea cognita, & à quo, intelligere poſſimus quis diſſoluere poſſit, & quomodo. Pro ſolutione ſit prima concluſio.

1. concluſio. Indiſſolubilitas in matrimonio ſiue apud fideles, ſiue apud 1. conclu. infideles, non eſt de iure naturæ, ſic ꝙ omnes non obſeruantes eam peccent, ſecluſa lege aliqua, ſed eſt de iure Diuino Euangelico, Chriſto præcipiẽte, & declarante indiſſolubilitatem. Probatur. Ratio. Nam (vt ſæpe diximus) ante aduentum Chriſti in lege naturæ, & in lege ſcripta, & tandem à creatione mundi, ſemper fuit matrimonium, tamen non fuit indiſſolubilitas, vt conſtat, ergo non eſt de iure naturæ, non enim eſt credibile, talem indiſſolubilitatem eſſe de iure naturæ, & quòd in- Vi. Vigu. in inſtitu. Theo. cap. 16. §. 7.

ſtatu

ſtatu illo non ſeruaretur. Probatur aſſumptum: quia repudium (vt diximus) fuit ſtatim à principio, & per repudium diſſoluebatur matrimonium, & repudiando non peccabant, vt ſuprà probauimus: ſequitur ergo indiſſolubilitatē non eſſe ex iure naturæ: alioqui vel non diſſolueretur verè per repudium, vel ſi diſſolueretur, nullum fuiſſet matrimonium inter Gentes: quorum vtrunque falſum eſt. Patet quod intulimus. Nam ſi indiſſolubilitas de eſſentia eius eſt, vbi non fuerit eſſentia, neq; illud, cuius eſſentia eſt, ſicut vbi non erit anima rationalis, neque homo.

Suprà ar. 10. & 11.

Matth. 5. & 19. Secunda pars cōcluſionis probatur. Nam Chriſtus legiſlator vniuerſalis manifeſtauit matrimonium indiſſolubile, oſtendens nulla cauſa licere vxorem dimittere: & modò non diſſoluitur per repudium, vt patet ex Eccleſiæ determinatione, in c. Gaudemus, Extra, de diuortijs. ex ſententia Chriſti id diffinientis: ſequitur ergo indiſſolubilitatem matrimonij ſolum eſſe ex præcepto Chriſti dicentis, Quos Deus coniungit, homo non ſeparet.

Conclu. 2. Secunda concluſio. Si in aliquo caſu matrimonium legitimum diſſoluitur, ſiue ſit apud fideles, ſiue apud infideles, ſolum eſt ex interpretatione verborum Chriſti, in quibus ipſe, qui indiſſolubilitatem matrimonij præcepit, diſſolui poſſe declarauit. Ratio. Probatur. Matrimonium legitimum, per verba de præſenti ante conſummationem inter fideles contractum vere diſſoluitur per ingreſſum religionis, vt determinatur in c. Verum. Extra de cōuerſione coniuga. & inter infideles per conuerſionem vnius ad fidem: alio nolente cohabitare, vel non, ſine contumelia creatoris, vel ſine hoc quòd fidelem pertrahat ad mortale, vt patet. Extra, de diuortijs. c. Quanto. tamen nullus poteſt in lege Chriſti diſpenſare, vel aliquid mutare, neque tota Eccleſia ſimul, vt diximus, niſi ſolus Chriſtus. ergo quandoquidem matrimonium verū diſſoluitur, erit per Dei conceſſionem, qui fecit matrimonium indiſſolubile.

S.Tho. 2.2 q. 88. & in 4. d. 38.

Conclu. 3. Tertia concluſio. Quòd matrimonium ratum non conſummatum inter fideles contractum per ingreſſum religionis diſſoluatur ſolum, & ꝙ conſummatum nullo modo diſſoluatur, habetur ex dictis Chriſti. Probatur. Chriſtus Matth. 19. indiſſolubilitatē matrimonij oſtendens, dixit. Erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quos ergo Deus coniungit, homo non ſeparet. Significauit ergo illam indiſſolubilitatem eſſe propter vnitatem carnis: & hæc vnitas carnis non eſt niſi per carnalem copulam, ergo voluit determinare Chriſtus, matrimonium conſummatum eſſe indiſſolubile: ſequitur ergo ex verbis Chriſti talem indiſſolubilitatem non eſſe in matrimonio non cōſummato, ergo diſſolui poteſt, & non ob aliud niſi quia ex verbis Chriſti id colligit, & intelligit Eccleſia, ad quam pertinet declarare mentem Chriſti in ſcriptura. Sic Alexander 3. in capit. Verum dicit cùm non fuiſſent vna caro ſimul effecti poteſt vnus ad Deum tranſire, & alter in ſeculo remanere. Et idem in c. Ex publico. eodem tit. dicens. Sane quod Dominus in Euangelio dicit, non licere viro, niſi ob cauſam fornicationis vxorem ſuam dimittere, intelligendum eſt ſecundum interpretationem ſacri eloquij, de his, quorum matrimonium eſt carnali copula conſummatum. Et ſi non eſſet ex interpretatione ſacri eloquij, indiſſolubile manifeſtans conſummatum matrimonium: & ſolubile in aliquo caſu non cōſummatum, nunquam Eccleſia decreuiſſet diſſolui per ingreſſum religionis: quia nullo modo poſſet aliquid contra Chriſti præceptum diffinire: ſed ex verbis ipſius Chriſti intellexit diſſolui poſſe matrimonium non conſummatum. Et quia intellexit per verba Chriſti conſummatum non poſſe diſſolui per ingreſſum religionis, declarauit vt patet, quia licet intrauerit alter coniugum monaſterium, & profeſſus fuerit, non ſoluitur matrimonium. Extra, de conuerſione coniu-

Matth. 19

Alexa. 3.

Matth. 5. & 16.

De hoc doctor Medina in ſuo de reſtitu. q. 3. c. 8. ad 3. argumentum.



27. q. 2. c. ſunt qui, & c. agathoſa, & c. ſi quis, & c. ſi vir, & c. ſi tu abſtines, & c. quia, & c. ſcripſit.

gatorum, cap. Verum, Et cap. Vxoratus, vbi dicitur, quod non licet vni ſine licentia alterius intrare monaſterium: quod ſi ingrediatur etiam cum licentia: non ſoluitur matrimonium. Concluſio eſt expreſſa in cap. Ex parte tua. de conuer. coniuga. Dicitur ibi. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ex quo matrimonium de præſenti inter legitimas perſonas contrahitur, illis viuentibus, in nullo poſſit caſu diſſolui, vt viuente reliquo, alter ad ſecunda vota tranſmigret, etiamſi vnus fideliū, inter quos eſt ratum cōiugium, fieret hæreticus, & nollet permanere cum altero ſine contumelia creatoris: niſi fortè ſecus fieret ex reuelatione diuina, quæ ſuperat omnem legem: ſicut à quibuſdam ſanctis legitur eſſe factum. Hæc in textu. Ex hoc habetur, nullo modo matrimonium diſſolui, niſi in caſu quo Chriſtus inſinuauit diſſoluendū, ex verbis, vel reuelatione facta. Etſi Michael de Medina in ſuo de cælibatu, lib. 5. c. 87. probare cōtendit diſſolui matrimonium ratum non conſummatum per ingreſſum religionis ſolum iure humano. Vide ibi. At quia factum eſt à quibuſdam, qui ſolum habuerunt ſponſas de præſenti, & nondum cognouerant eas carnaliter, tranſeundo ad religionem, qui allegantur in capit. Verum. Et capit. Ex parte tua. vbi Summi Pontifices in loco Dei poſiti, cognoſcentes voluntatem Dei, declarauerunt ex intentione Chriſti fuiſſe matrimonium ratum nō conſummatum ſolui, ſolum per ingreſſum religionis inter fideles, conſummatum autem non. In quo Socinus conſilio 28. volumi. 1. & Decius in c. Quæ in Eccleſiarū. de conſtitut. & Hierony. Grat. conſ. 1. vol. 2. & Lofredus, conſ. 50. errauerunt, dicentes etiam conſummatum per Papam poſſe diſſolui, vt alias tetigimus in hac 2. p. art. 8. in fine. * Eſt hic reijciendus Eraſmi error in c. 7. epiſtolæ ad Romanos, qui putat matrimoniū ratum non conſummatū non diſſolui per ingreſſum religionis. Et Franciſcus Torrenſis in lib. de 6. Synodo idem videtur ſentire cùm ait matrimoniū ratū non conſummatum, nō dirimi per ingreſſum religionis: ſed tales ſic copulatos, qui cum poſſent non ſe miſcuerūt vxoribus, & deinde ad auſteritatem vitæ Apoſtolicæ ſe traſtulerunt iudicat Eccleſia, & Romanus Pontifex tales in matrimonio non conſenſiſſe, & etiā ad eundem errorem videtur accedere ſolennis doctor Henricus quolib. 5. q. 39. quando ait, ꝙ matrimonium ratum per ingreſſum religionis non ſolui: ſed vinculum ſemper manere, ꝙ ſi quis obijciat, ꝙ manens in ſæculo poteſt alium ducere, & eſt verum matrimonium: & ſi primum non eſt ſolutum illa haberet duos viuentes viros legitimos: concedit quia non inconuenit duos habere, vnum carnalem, & alium ſpiritualem, hæc Henricus de Gaudauo: ſed tamen malè ob id tenendum eſt, & ſenciendū & loquendū, vt loquitur communis opinio, & modo in Concilio Tridentino diffinitum eſt ſeſſione 24. canone 6.

Error aliquorū ex iuris peri.

Ex iſta cōcluſione videtur omnium Theologorum (excepto Caiet. & Sylueſtro, in verbo Diuortium. 4. & Catharino, lib. 6. contra Caieta. c. 3.) veram cōcluſionem eſſe, Summum Pontificem non poſſe diſpenſare in matrimonio rato, etiā ſi non fuerit conſummatum: quia ſolum diſſolui poteſt per ingreſſum religionis, & non per diſpenſationē Pontificis. Et quidem ſi poſſet Papa diſpenſare, quare & Epiſcopus non poſſet in ſua diœceſi, cùm non ſit ei interdictum? Nam omnia quæ poteſt Papa in vniuerſo, poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi, niſi ſit ei interdictum. Et hoc ſtando in iure naturali, & Diuino. Sic Magiſter Victo. & Soto de iuſt. & iu. lib. 10. q. 1. art. 13. Et ante illos Nicolaus de Cuſa Cardinalis lib. 2. de Concordantia catholica c. 3. Et Abulen. Matth. 16. q. 87. Ad qđ eſt textus Anacleti Papæ d. 21. c. In nouo. De quo nos ſuper Paulū ad Romanos.

Soto de iuſti. & iu. li. 7. q. 2. art. 5. & in 4. d. 32. q. vnica. ar. 3. in fine.

Epiſcopus in ſua diœceſi ſtando in iure naturæ, & diuino poteſt quæ Papa ī vniuerſo orbe.

4. Concluſio. Infidelium matrimonium legitimum, verum & conſummatum diſſolui poſſe in tribus caſibus poſitis

Abulen.

li. 2. de ſacra. p. 11. c. p. 13.

poſitis: 1. Cor. 7. habet Eccleſia ex intentione Chriſti loquentis per Apoſtolum. Probo. Eccleſia determinauit ſolui poſſe matrimonium conſummatum infidelium, in illis tribus caſibus, vt patet in c. Quanto. Extra, de diuortijs, & pro cauſa, & ratione adducit Paulum: ſequitur ergo, ꝙ ſi diſſoluitur matrimonium, non eſt per Eccleſiæ præceptum, ſed per diſpenſationẽ.

Ratio 2.

Matth. 19

Secundo. Ille ſolus poteſt matrimonium verum, legitimum & conſummatum diſſoluere, qui legem dedit de eius indiſſolubilitate: ſed ſolus Deus dedit eam, vt diximus in prima concluſione: ergo ſolus ipſe poteſt diſſoluere, & Eccleſia declarat diſſolui in illis caſibus, & verè diſſoluitur: ſequitur illud eſſe ex Chriſti verbis, per ſe, vel per Apoſtolum declarantem, ſeu diſpenſantem in tali indiſſolubilitate. Alioqui niſi ex Chriſti, vel Apoſtolorum verbis haberet Eccleſia, non poſſet diſſoluere matrimonium, quod ſemel fuit contractum inter legitimas perſonas. In quo deceptus eſt Ioan. And. aliàs pater canoniſtarum dictus, ob doctrinam in c. Quod votum. de voto, & voti redemp. in 6. qui aſſerit, poſſe Papam inſtituere, ꝙ per ſecundum matrimonium conſummatum irritetur primum ratum non conſummatum, quem ſequitur Panor. in cap. Ex publico. de conuerſio. coniu. Aberrauit enim, quia ſi per ingreſſum religionis diſſoluitur, eſt: quia habuit à Chriſto, & non habet quod per aliud conſummatum.

Deceptio Ioã. And. & Panor.

1. Cor. 7.

Et pro debita intelligentia Pauli, in medio proponamus eius verba, quę talia ſunt. *Si quis frater vxorem habet infidelem, & hac conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Etſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. Quòd ſi fidelis diſcedit, diſcedat. Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi.* Hæc ibi beatus Paulus. Ex quibus verbis colligit Eccleſia, vt patet in cap. Quanto. Et pater Auguſtinus, & omnes alij doctores intelligunt, ꝙ matrimonium legitimum, & conſummatum, inter infideles diſſoluitur in tribus caſibus. Quorum primus eſt.

D. Aug.

1. Caſus.

Quando alter infidelium conuertitur, & infidelis, non vult ſimpliciter cohabitare fideli, fidelis poteſt aliam ducere, & diſſoluitur matrimonium: quia beatus Paulus dicit. *Si non vult cohabitare, & diſcedit, diſcedat. Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, vel ſoror.* Si ergo non eſt ſeruituti ſubiectus fidelis, ſi infidelis diſcedit, & nolit cohabitare, matrimonium diſſoluitur: & fidelis poteſt aliam ducere. Alioqui ſi non poſſet aliam ducere fidelis, eſſet ſeruituti ſubiectus. Magna profectò ſeruitus eſſet, ſi neceſſario deberet ſequi alienam voluntatem, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam: quia fidelis teneretur (infideli recedente) continentiã ſeruare. Cùm ergo beatus Paulus dicat, *Fratrem fidelem, vel ſororem ſeruituti non ſubiectam,* ſequitur per diſceſſum infidelis nolentis cohabitare fideli matrimonium diſſolui, & licitè fidelem, aliam ducere, relicta infideli.

Caſus 2.

Secundus caſus eſt, quando infidelis, vult cohabitare, fideli, licet non velit conuerti, ſed tamen non vult ſine contumelia creatoris: tunc etiam diſſoluitur, nam ſicut per hoc quòd infidelis ſimpliciter non volebat cohabitare fideli matrimonium diſſoluebatur, in iſto ſecundo caſu, per contumeliam creatoris diſſoluitur, etiam ſi infidelis velit cohabitare. Hoc probatur ex dictis Apoſtoli, quia ait. *Non eſt fidelis ſeruituti ſubiectus:* quia non tenetur continentiam ſeruare, ſi diſcedat infidelis, & non velit cohabitare, ſed quando infidelis vult cohabitare, & non ſine contumelia creatoris, perindè eſt, ſicut ſi infidelis recederet, & nollet cohabitare: ergo cùm matrimonium diſſoluatur in primo caſu, etiam diſſoluetur in ſecundo: nam fidelis, tenetur vitare contumeliã creatoris & potiùs mortem ſuſtinere. Sequitur quod tenetur prohibere infideli,



deli, creatoris contumeliam. Quòd ſi noluerit deſiſtere, tenetur ab infideli diſcedere, ne videatur approbare contumeliam creatoris: ſed ſi diſcedendo, non poſſet aliam ducere, ſeruituti ſubditus eſſet, ſicut ſi nolente ſimpliciter cohabitare, non poſſet aliam ducere. Perinde eſt enim non velle ſimpliciter cohabitare, & velle, ſed non ſine cõtumelia creatoris. Et cùm in caſu primo diſſoluatur ex verbis, B. Pauli, qui dicit, fratrem, vel ſororem fidelem, nõ eſſe ſubiectam ſeruituti: etiam diſſoluetur in ſecundo, quia ſi non ſolueretur, eſſet ſubditus ſeruituti fidelis: qa teneretur continentiam ſeruare, cùm nullo modo debeat cohabitare cum contumeliam inferente creatori.

Caſus 3.

Eccleſ. 3.

Caſus tertius eſt, quando infidelis cohabitare vult fideli: ſed pertrahit eum ad peccatum mortale, cum fidelis, non debeat manere, ſi timet ſibi de periculo: quia tenetur ſub mortali vitare periculum peccati mortalis, debet cogere infidelem, vt deſiſtat à ſcandalo, & tali pertractione, quòd ſi non vult deſiſtere, debet fidelis diſcedere, per quem diſceſſum, diſſoluitur matrimonium: quia ex B. Paulo, non eſt fidelis ſeruituti ſubiectus, ſed ſi infideli nolenti deſiſtere, a pertractione ad mortale, fidelis qui tenetur diſcedere, non poſſet aliam ducere, eſſet ſeruituti ſubiectus, quia ad continentiam ſeruandam obligaretur. Sequitur ergo, quia nõ eſt ſeruituti ſubiectus, quòd poterit aliam ducere, quia ita eſt, ſicut ſi infidelis, poteſt conuerſionem fidelis, nollet ſimpliciter cohabitare. Et iſti duo vltimi caſus licet non ſint expreſſi in B. Apoſtolo, per quos matrimonium diſſoluatur: ſed tamen quia primus expreſſus eſt, & clarè poſitus, & alij duo euidenter ſequuntur ex primo, ſicut declarat B. P. Augu. Ambro. & Gregorius, conſequens eſt omnes tales caſus eſſe ex ſententia Apoſtoli. Et ſic determinatum eſt in cap. Quanto. de diuortijs. Non tamen ſilentio pertranſeundum eſt, quod Ioan. Arboreus. 6. lib. Theoſophiæ c. 10. docet tanquàm probabile, nullo modo poſſe matrimonium diſſolui legitimũ excepta fornicationis cauſa: qa relinquit arbitrio legentis, an diſſoluatur in ſupra dictis caſibus. Sed quicquid ipſe dicat, dubitandum non eſt, quin diſſoluatur in caſibus citatis, quia hæc eſt doctrina ſanctorum, & omnium ſcholaſticorum.

Auguſti. Ambroſ. Gregor. Cõtra Io. Arbor.

1. Obiect.

Antequàm procedamus ad declarationem in ſpeciali, eſt opponendum argumentum, quia videtur non diſſolui poſſe etiam in illis tribus caſibus: nã ſi diſſolueretur, maximè quia beatus Apoſtolus loqueretur ex intentione Chriſti diſpenſantis in lege data de indiſſolubilitate, in talibus caſibus, alioqui apoſtolus Paulus, nec Petrus, imò nec omnes Apoſtoli ſimul poſſent diſpenſare, vel mutare legem latam à Chriſto de indiſſolubilitate matrimonij: ſed videtur quòd B. Paulus illa verba non dixerit ex intentione Chriſti: ergo ex illis non poteſt Eccleſia argumentum ſumere ad determinandũ matrimonium conſummatum diſſolui in illis caſibus.

Obiect. 2. Vide Michaelẽ de Medina in ſuo de Cælibatu li. 5 c. 106.

1. Cor. 7.

Item, quia non eſt niſi vnus caſus ſolum expreſſus in beato Paulo, quorſum extendit Eccleſia ad tres caſus? Et probo quòd beatus Paulus illa nõ dixerit ex intentione Chriſti. Nam ante illa verba in eodem cap. dixit. *Pręcipio non ego, ſed dominus vxorem à viro non recedere. Quòd ſi receſſerit, maneat innupta.* Ecce declarauit indiſſolubilitatem matrimonij ex intentione Chriſti. Et ſubdit. *Alijs dico ego, non dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hęc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et ſi qua mulier, &c.* Conſtat ex contextu literę quando beatus Paulus loquebatur iſta, non loqui nomine Chriſti, neq; de intentione Chriſti, quia ait. *Dico ego, non dominus,* cùm tamen antè dixerat. *Dicit dominus, non ego.* Sequitur ergo nullo modo diſſolui poſſe matrimonium in illo caſu Apoſtoli. Nam quando nos concedimus diſſolui poſſe, eſt per hoc, ꝙ credimus per aliqua verba dicta de intentione Chriſti, diſpenſatum eſſe in indiſſolubilitate ma-

Doctores d. 38. Medina à reſti. q. 3. caſa. 8. ad 3.

matrimonij,ſicut dicebamus fieri,quã do matrimonium non eſt conſummatum inter fideles, diſſolui per profeſſionem religionis. At iſta verba B. Pauli ( vt patet ex litera) dicta videntur non ex intentione Chriſti, ſed ipſius: ergo nullo modo per talia verba diſſolui poteſt, vel oportet dicere B. Paulum poſſe diſpenſare in lege Chriſti, quod eſt falſum.

Solutio. Ad hoc dicendum,verũ eſſe B. Paulum ita in cap. 1. Corinthiorum 7. allega. *Si frater fidelis vxorem habet infidelem. &c.* dixiſſe illa verba ex intentione Chriſti, per quæ Eccleſia intellexit matrimonium legitimum conſummatum inter infideles, diſſolui poſſe, & determinauit ex eiſdem verbis Pauli in cap. Quanto. Extra, de diuortijs. Et quando argumentabamur, talia verba non fuiſſe prolata à B. Paulo ex intentione Chriſti, eo ꝙ cùm primo dixiſſet. *Mulieri nuptæ præcipio non ego, ſed dominus a viro nõ recedere*. deinde de infidelibus dicit è contrario. *Dico ego, non dominus. Si frater fidelis. &c.* dicimus verum eſſe, talia verba ibidem propoſita. Sed dato ipſe B. Paulus dicat, *Non dominus, ſed ego.* non ſequitur verba, ex quibus diſſoluitur matrimoniũ, non eſſe prolata ex intentione Chriſti.

Abulen. 1. Reg. 9. q. 29.

Declaratio mentis Apoſtoli. Pro quo oportet diligenter notare, ꝙ B. Paulus nuptis voluit declarare, quomodo non licebat ſeparari à viris ſuis. Et ob hoc dixit, *Præcipio non ego, ſed dominus*. Et poſtea volens dicere, quomodo quando vnus conuertitur ad fidem,& alius non, debet fidelis cohabitare infideli volenti cohabitare,& quòd non debet diſcedere, etiã ſi non conuertatur, dicit, *Dico ego non dominus*: quia ſi non hæc dixiſſet, crederemus eſſe Dei præceptum, fideli, de cohabitando infideli, qui non vult conuerti: ſicut eſt præceptum fideli, de cohabitando fideli, vt ipſe dixit: ſed tamen non tenetur fidelis cohabitare infideli, qui non vult conuerti, licet poſſit cohabitare quia per fornicationem illam ſpiritualem, quia non vult conuerti, matrimonium diſſoluitur,

Nota.

quantum ad mutuam cohabitationẽ. Et fidelis, non tenetur cohabitare infideli, etiam ſi ipſa velit cohabitare ſine contumelia creatoris,& ſine hoc, ꝙ pertrahat fidelem, ad peccatum mortale. Sed eſt conſilium beati Pauli, vt cohabitet fidelis, infideli, vt infidelis ſanctificetur, ideſt vt ex cohabitatione conuertatur infidelis. Et volens conſilium explicare de ſimul cohabitando fidelem,& infidelem, dixit, *Dico ego, nõ dominus*. Et prius volens explicare præceptum fidelibus coniugatis, de ſimul cohabitando dixit, *Præcipio non ego, ſed dominus*. ſolùm ſuam intentionem voluit explicare, quantum ad cohabitandum conſilium præbens. Sic P. Auguſtinus exponit in epiſtola contra Polentium: & habetur. 28. q. 1. c. Iam nunc. In alijs tamen eſſe conſilio, vel intentione Chriſti determinãs. Si noluerit infidelis cohabitare fideli, quomodo fidelis, cùm non ſit ſeruituti ſubiectus, poterit aliam ducere? Hæc reputo ſic intelligenda neceſſariò: alioqui quomodo poſſet nobis conſtare illa eſſe de intẽtione Chriſti, quandoquidẽ expreſsè ibidem B. Paulus dicit, *Dico ego, non dominus.* Cùm ergo Eccleſia intelligat B. Paulum illa dixiſſe de intentione Chriſti, ſic eſt tenendum: quia alias ſi beatus Paulus à ſe dixiſſet, erraret Eccleſia per illa verba diſſoluendo matrimonium legitimum, contra Chriſti mandatum: ſed hoc non eſt affirmandum: ergo tenendum eſt illa verba beati Pauli dicta eſſe ex Chriſti intentione, volentis in fauorem fidei, matrimonium poſſe diſſolui: quia Chriſtus eſt Deus coniugiorum chriſtianorum, 28. q. 2. cap. Si infidelis, ſed coniugia, quæ ſunt in fide, non ſunt maiora fide: ſequitur ergo, quòd ſapientiſſimè Deus vult potius coniugia legitima ſolui, quàm ꝙ pereat fides: ſed ſi in caſibus ſuprà poſitis ex Paulo, non diſſolueretur matrimonium, periret fides non ſoluto matrimonio: ergo ex intentione Chriſti eſt, vt ſoluatur matrimonium, eo ꝙ non pereat fides: nam ſi nolente infidele cohabitare fideli, non poſſet fidelis aliam

Glo. inter linea. Ioã. Arboream ſuo li. 6. theoſo. c. 10. Abulen. 1. Reg. 8. q. 32.

D. Aug.

Matth. 19.



Matth. 19

lis aliam ducere, teneretur continere: ſed hoc eſt difficile, vt dominus manifeſtauit: ſequitur ꝙ deterrerentur homines infideles, à cõuerſione, timentes eos obligari ad continentiam, nolentibus vxoribus conuerti, vel ipſæ vxores terrerentur,& nollent conuerti, timentes continentiam nolentibus viris conuerti, vel ſequeretur maius malum contra fidem, quòd ipſi cõuerſi retrocederent, ſi nolentibus vxoribus conuerti, ipſi non poſſent aliàs ducere, ſed perpetuò continere deberẽt. Facilè enim retrocederent à fide, nolentes continentiam ſeruare. Hæc autem inconuenientia, & ſcandala fidei vitare decuit ſummam ſapientiam, ergo ex intentione eius Paulus illud explicauit, & Eccleſia catholica tenet. Et ampliùs potuit conſtare eſſe de intentione Chriſti: quia ipſe per conuerſionem ad fidem venerat ſeparare filium à patre, & viros ab vxoribus, & vxores à viris, vt patet Matth. 10. *Nolite arbitrari quòd veni mittere pacem in terram, non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni ſeparare hominem aduerſus patrem, &c.* Et Lucæ 14. dixit. *Si quis venit ad me, & non odit patrem, et matrem, filios, vxorem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus*. Volebat ergo iſtis verbis dominus Ieſus redemptor noſter inſinuare, eſſe de volũtate eius, quòd propter fidem eſſet bonum, filium diſiungi à patre,& matre,& fratre,& ſorore. Itẽ & virum ab vxore: & vxorem à viro, ſed hoc non videtur in quo alio caſu meliùs, in fidei fauorẽ, quàm quando vir conuertitur,& vxor non vult conuerti, neq; fideli, cohabitare: ſequitur ergo, quòd de intentione Chriſti ſit ſeparatio, quod ſi ſit ſeparatio, non volebat aſtringere ad cõtinentiam, quia difficillimum erat: ergo volebat in tali caſu licere fideli, aliam ducere. Hanc intentionem B. Paulus nobis explicuit in verbis ſuprà dictis. Et ſic ſoluitur matrimonium in illis tribus caſibus. Neq; hoc putet quis peculiare in infidelibus, putans ꝙ in ipſis non eſt ſacramentũ fidei firmans matrimoniũ,

Matth. 10

Lucæ. 14.

ſed ſolum prouenit ex Diuina diſpenſatione facta, & declarata per os B. Pauli. Et quia ſolum illi tales caſus expreſſi ſunt, in illis ſolũ, & circa perſonas, quas ibi B. Paulus declarat, diſſoluitur, & in nullo alio caſu diſſolui poteſt. Quantum ad indiſſolubilitatem enim, nulla eſt differentia de ſe in matrimonio fidelium, vel infidelium, quia cùm vtrumq; verum & legitimũ matrimonium ſit de ſe, ex Chriſti mandato vtrunque indiſſolubile conſtat. Neq; diſſolui poteſt niſi per diſpenſationem Dei. Et quia contingit ob fidei fauorem in tribus caſibus poſitis ſolui matrimonium infidelium, ex intentione Chriſti ex verbis prolatis à B. Paulo, verum eſt in talibus caſibus ſolui poſſe, etiam ſi ſit conſummatum, & nõ in alijs. At quia circa matrimoniũ fidelium non conſummatum, etiam habetur ex intentione Chriſti diſſolui poſſe per profeſſionem religionis ſolum,& non ob aliam cauſam, verè diſſoluitur in tali caſu. Et ſi Chriſtus reuelaſſet, vel Apoſtoli, ex intentione eius propoſuiſſent in alijs caſibus inter infideles poſſe matrimoniũ diſſolui, etiam diſſolueretur, ſiue eſſet ratũ & non conſummatum, ſiue eſſet conſummatum. Hæc eſt infallibilis veritas. Neq; putandum ob id matrimonium infidelium pluribus modis diſſolui, quàm fidelium: quia illud infideliũ, & iſtud fidelium, quia illud illegitimum, & iſtud legitimum: quia illud ſolubile, & iſtud indiſſolubile, ſed vtrunq; verum, vtrunq; firmum, vtrũque indiſſolubile: quia etiam infidelis, ſi modò repudiet, nõ diſſoluitur, quãuis id faciat ſecundum cõſuetudinem ſuam, vel leges ſuas, ergo etiam indiſſolubile eſt hoc,& illud. Ratio autem quare matrimonium infidelium iam conſummatum, diſſoluatur in tribus illis caſibus ſuprà poſitis ex intentione Apoſtoli, & matrimonium fideliũ cõſummatum, in vllo caſu diſſoluatur, & ratum, & nõ conſummatum ſolum per profeſſionem religionis approbatæ: hæc eſt, quia hoc, & illud indiſſolubile declaratum à Chriſto voluit

Theolo. in 4. d. 38.

Palud. d. 27. q. 2. Maior. ibi. q. 2.

Almay. de poteſt. Eccleſi. c. 15.

Chriſtus, ſicut Paulus declarat infidelium matrimonium, diſſolui tribus illis caſibus, & fidelium ratum non conſummatum, ſolum vno caſu: & ſi amplius vellet, ſic eſſet. Et ſi in pluribus caſibus concederet apud fideles, ſiue eſſet matrimonium conſummatum, ſiue non, diſſolueretur in omnibus illis, ſicut determinauit Eccleſia in iſtis diſſolui. Hæc tenẽda ſine hæſitatione, ne putemus Eccleſiam eſſe, quæ determinat ſua authoritate matrimonium diſſolui in caſibus poſitis. Ex quo verum credo Papam non poſſe diſpenſare in matrimonio rato nõ cõſummato, quicquid dicat Caiet. & Catha. lib. 6. c. 3. contra eum. In quo errauit Socinus & alij, vt diximus ſuprà, qui dixerunt papam poſſe diſpenſare etiam in conſummato. * In eodem errore fuit Alciatus in ſuo paragon lib. 6. c. 20. & Socinus 1. volum. conſiliorum, conſil. 28. & Decius de conſtitutionibus. c. Quæ Eccleſiarum. Sigiſmundus conſilio 50. & alij quos citat Michael de Medina lib. 5. de cælibatu. c. 91. Hæc ſunt dicta, & ſemel, atq; iterum repetita, vt intelligant omnes etiam parum docti, ſicut non ſemel ex propoſito inculcamus eadem, & idẽtidem proponimus, Qua propter doctis non ſit moleſtum, ſed cùm ſint ſapientes, libenter pro inſipientibus ſuſtineant.

Natal. Beda contra Fabrũ ſuper Ioan. Syluest. in ver. Dimor. q. 4.

Sed iam oportet deueniamus ad cõſiderationem iſtorum caſuum in particulari. Vt vim intelligamus, operæpretium profectò eſt iſta exactè ſcire. Dato enim inter neophytos non contingant iſti caſus, propter eorum facilem conuerſionem, & innatam manſuetudinem, ſic vt nullus coniugatorum ab alio inuentus ſit receſſiſſe propter conuerſionem ad fidem: tamen poterunt aliæ gentes inueniri, & fortè iam inuentæ ſunt, quæ altioris ingenij, & proteruiores ſint, pro quibus neceſſe erit iſta non ignorare. Quod obſecro conſideret lector, ne nos exiſtimet fruſtra voluiſſe membrana implere, & vltra quàm rex expoſtulet, quæſtiones multiplicare, ſed ex propoſito factum id intelligat.

In fauorẽ Indorum.

## ARTICVLVS XXIX.

*In quibus caſibus diſſoluitur matrimonium infidelium.*

1. Caſus.

PRIMVS caſus in quo diſſoluitur matrimonium legitimè contrictum inter infideles ex dictis Pauli eſt, quando non vult infidelis cohabitare fideli conuerſo. Quod contingere poteſt tripliciter. Primo. Si vterq; infidelium ſimul cohabitent, & vnus cõuertatur, & ſtatim infidelis relicto fideli, coniungatur alteri: diſſoluitur matrimonium, quia B. Paulus dicit. *Si infidelis diſcedit, diſcedat, non eſt frater ſeruituti ſubiectus*: ſed non melius explicari poteſt infidelem nolle cohabitare fideli quàm per hoc, ꝙ infidelis alteri coniungitur, relicto fideli: ergo in tali caſu diſſoluitur matrimoniũ, alioqui ſi infideli tranſeunte ad alia vota, teneretur fidelis continere: ſeruituti ſubiectus eſſet, cùm neceſſe eſſet eum ſequi voluntatem infidelis, vt ſi infidelis voluerit cohabitare, cohabitet fidelis: & ſi infidelis aliam duxerit, debeat fidelis continere, & ſubijci voluntati infidelis, quod & repugnat dictis beati Pauli, & eius intentioni. In iſto ſenſu intelligitur, *Non eſt ſeruituti ſubiectus*: quia poteſt fidelis aliam ducere. Vel poteſt intelligi, *Non eſt ſeruituti ſubiectus*: quia non eſt neceſſe, quòd fidelis, à fide retrocedat, quando non vult infidelis, ei cohabitare: quia aliam poterit ducere.

Si infidelis trãſeat ad 2. vota.

Caſus 2. Quãdo infidelis non vult cohabitare fideli.

Secundo modo poteſt contingere, quando infidelis, non tranſit ad alia vota, ſed manere vult in viduitate, tamen non vult cohabitare cum conuerſo ad fidem: & tunc diſſoluitur matrimonium: nam tunc verè dicitur talis infidelis diſcedere: quia non velle cohabitare fideli, diſcedere eſt, non eſt ſubiectus ſeruituti, frater fidelis, ob quod poteſt aliam ducere, alioqui ſi teneretur manere in continentia: ſicut infidelis vult, fidelis, ſubiectus eſſet,



eſſet, quia teneretur ſequi voluntatẽ infidelis volentis continere.

Caſus 3.

Tertio modo contingere poteſt iſta diſceſſio, vel nolle cohabitare, quando alter conuertitur, ſed quia fuit repudiata vxor & alio viro iuncta eſt: & vir aliam duxit, ſi vir conuertatur, & velit (iuxtà c. Gaudemus. de diuor.) ſuam reconciliare vxorem legitimam: & ipſa non vult conuerti, neq; dimittere virum quem habet poſt repudiũ, tunc dicitur diſcedere illa fœmina à viro fideli: & diſſoluitur matrimonium legitimum per talem diſceſſum, ex dictis Apoſtoli: & poteſt fidelis licitè aliam ducere fœminam, quia aliàs eſſet fidelis, ſubditus ſeruituti: nam ſi non liceret, poſtquàm ſua vera vxor (quæ cum alio eſt) non vult ei cohabitare, aliam ducere: ſeruituti ſubditus eſſet, ſequens neceſſariò voluntatem infidelis. Quod beatus Paulus negat. Et ſic in omnibus iſtis caſibus matrimonium diſſoluitur: quia in omnibus dicitur, infidelis diſcedere à fideli, in quo caſu Apoſtolus explicuit diſſolui poſſe.

Quando vxor repudiata cum alio eſt.

Eſt neceſſariũ quod fidelis requirat infidelem.

Sed oportet notare circa primum modum Apoſtoli, non ſufficere quòd infidelis, non cohabitet fideli ad hoc, quòd licitè fidelis aliam ducat: ſed requiritur, quòd requiſiuerit infidelem, vt cohabitet: & ſi poſt requiſitionem, noluerit infidelis cohabitare; quia ex beato Paulo, non eſt ſeruituti ſubiectus, poteſt fidelis, aliam ducere. Quæ requiſitio eſt neceſſaria ꝓpter duo. Primo, vt conſtet fideli, ꝙ ei licet ad aliud matrimonium tranſire: nam non eſt licitum, niſi quãdo nõ vult cohabitare ſed non poteſt conſtare fideli, ꝙ infidelis, non vult cohabitare, niſi requiſierit eum: ergo debet requirere vt cohabitet, ſiue infidelis ſtatim diſcedat, & alteri nubat: ſiue maneat in viduitate, ſiue ſit cum alio: quia fuit repudiata, debet fidelis requirere, vt cohabitet ei, aliàs peccat aliam ducendo: imò debet adhibere teſtes in tali requiſitione, vt ſi poſt infidelis, pœnitentia ducta conuertatur, & velit habere primum coniugem, poſſit fidelis prius cõuerſus, probare quo modo per eam ſtetit: quia noluit cohabitare ei. Sic tenet Glo. ſuper. cap. Quãto. de diuortijs. ſuper parte. Qui relinquitur. De primo caſu ſufficiat hæc dixiſſe. Itaq; non ſtatim matrimonium ſoluitur per hoc, ꝙ alter conuertitur ad fidem, ſicut affirmauerãt quidam ex Canoniſtis: ſed ſi ſoluitur, ſolũ eſt propter beati Pauli dictũ, quippè qui ſolum dicit. *Si hæc non conſentit cohabitare, & diſcedit, diſcedat: quia non eſt fidelis ſeruituti ſubiectus*. Sequitur ergo, ꝙ quotieſcunq; non ſtat per infidelem, quin fidelis habeat ſuũ coniugem, ꝙ nullo modo matrimonium diſſoluitur. Neq; poteſt licitè fidelis, tranſire ad alia vota. Volo dicere, ꝙ ſi infidelis velit cohabitare, etiam ſi nolit conuerti, nunquàm poterit fidelis aliam ducere: ob quod neceſſaria eſt requiſitio, vtrùm velit cohabitare, ad hoc ꝙ fidelis ſecurè poſſit ad alia vota tranſire. De 2. Glo. vbi ſuprà.

Requiſitio neceſſaria ob duo.

Gloſſa.

Cõtra opinionem aliquorum Canoniſtarum.

De nigrorum matrimoniũ.

Ex hoc ſoluitur dubium, quod ſolet diſcruciare doctos de matrimonio nigrorum ſeruorum, qui ſunt ex Guinea adducti, & reliquerunt proprias vxores in patria ſua: & ipſi conuertuntur ad fidem. Non ſufficit ad hoc ꝙ licitè contrahant cum alia, ꝙ conuertantur, & coniuges maneant in infidelitate in paterno ſolo, ſed eſt requiſitum, quòd ipſi ſerui, qui conuertuntur requiſiuerint ad cohabitationem. Neq; excuſantur quia ſunt in tanta diſtantia, vbi eſt impoſſibilis requiſitio, Ratio eſt, quia B. Paulus dicit. Si infidelis noluerit cohabitare, ergo vſque dum conſtet, non licet tranſire ad ſecunda vota. Hæc dicta ſint iuxta cõmunem opinionem, ſcilicet, ꝙ quando infidelis velit cohabitare ſine contumelia, &c. non ſit licitum fideli tranſire ad ſecundas nuptias. Sed habendo conſiderationem, quòd ſit interdicta communicatio fidelis, cùm infideli, quæ non fuit tempore quo Apoſtolus loquebatur, probabiliter poſſe teneri, quòd ſi fidelis conuertatur, & infidelis nolit conuerti, poſſit fidelis ſtatim tranſire ad ſecundas nuptias. Et

Cõſideranda hæc.

In fauorẽ nigrorũ.

ſic requiſitio ſit neceſſaria ad hoc, ſi
vult conuerti, & non quo ad hoc, ſi
vult cohabitare. Et iſte ſenſus habe-
ri poteſt ex Apoſtolo, qui dicit. *Si con
ſentit cohabitare* : & non dicit quòd
tenetur. Item ex eo quòd dicit. *Quòd
ſi recedit, non eſt ſubiectus fidelis ſerui-
tuti*. Sed ſi nolit conuerti, & commu-
nicatio videtur interdicta, iam eſſe
ſubiectus ſeruituti, ſi non poſſet du-
Victoria. cere aliam. Hæc eſt opinio doctiſſimi
magiſtri Victoria, & ſatis rationabilis:
ſaltim Papa eſſet conſulendus, quan-
do non vult alia conuerti: etiam ſi ve
28. q. 1. c. lit conhabitare, quia in concilio To-
iudæi qui. leta. 3. cano. 14. & Toleta. 4. cap. 60.
& c. Sæpe & 61. interdicta eſt communicatio cũ
malorum. infideli ei qui conuertitur. Verum
In fauorẽ eſt tamẽ, quòd ibi ſolum de Iudæis eſt
nigrorũ. ſermo. * Probabiliter dici poteſt,
imò in fidei fauorem ſic videtur aſſe-
rendum, quòd Æthyopes qui ſunt ſer
ui chriſtianorum: qui tam à remotis
venerunt, poſſunt, iam ad fidem con-
uerſi, ducere vxores alias, etiam ſi in
patria ſua reliquerit, ſine hoc quòd
teneantur prius requirere: quia hoc
Ratio. 1. eſt moraliter impoſſibile. Et ſi dare-
Secunda. tur eis facultas, ad vomitum reuerte-
Tertia. rentur, & à fide retrocederent. Item:
quia dubiũ eſt an legitimas habuerint
Quarta. vxores: Item: quia requiſitus infide-
lis, non poſſet ſequi fidelem, nec co-
habitare, quapropter poſſunt ad ſecun
da traſi[illegible] vota. Hæc ſint probabiliter
dicta. *

Caſus 2. Secundus caſus in quo ſoluitur eſt,
quando infidelis, qui non vult conuer
ti, vult cohabitare fideli grato ani-
mo, ſed tamen non ſine contumelia
creatoris: quia tenetur fidelis, non
ſuſtinere contumeliam creatoris, ꝙ
ſi alter non potuerit euitare, diſcedat
ab infideli: nam non obligatur ad con-
tinentiam, alioqui ſeruituti ſubiectus
eſſet, ob quod poteſt aliam du-
cere: quia diſſoluitur matri-
monium in tali caſu,
etiam ſi infidelis,
velit cohabi
tare.

## ARTICVLVS XXX.

*Quid intelligatur, per contumeliam creatoris.*

SED eſt dubiũ, quæ ſit Quid per cõtumeliã creatoris intelligatur.
iſta cõtumelia creato-
ris, an ſit quia infide-
lis blaſphemat Chri-
ſtum, & deteſtatur, &
aliquid tribuit ignomi
nioſè, quod ei nõ conuenit, vel negat,
Solutio. quæ ad eum pertinent. Reſpon. ꝙ per
contumeliam creatoris nos intelligi-
mus, aliquod malum dicere de Chri-
ſto, qui ſummum bonũ eſt, vel aliquod
bonum ſubtrahere ab eo, qui continet
omne bonum, quod eſt blaſphemia.
S.Tho. 2. 2 q. 13. Alio etiam modo contumelia creato-
ris intelligitur, quando quis non ſu-
ſtinet, ꝙ alius det Deo laudes debitas.
Ille enim qui nõ ſuſtinet, blaſphemus
eſt: quia ſicut de Deo aliquod malum
dicere blaſphemia eſt, non ſuſtinere
laudes Deo dari, & referri, qui ſummè
laudandus, & glorificandus eſt, blaſphe
Abulen. mia eſt. Primum, & ſecundum con-
tumelia creatoris dicitur, propter
1. Reg. 8 quàm matrimonium ſoluitur. Et de
q. 13. prima expreſsè ſit mentio in c. Quan-
to. de diuortijs. & in cap. Gaudemus.
eodem tit. De ſecundo modo blaſphe
Ambro. miæ loquitur B. Ambro. & Grego. 28.
Greg. q. 2. Si infidelis diſcedit, &c. Contu-
melia quippè creatoris, ſoluit ius ma-
trimonij circa eum, qui relinquit, &c.
Neq; eſt ei fides ſeruãda coniugij, qui
propter ea diſcedit, ne audiret Chri-
ſtum Deum eſſe chriſtianorum con-
iugiorum. Hæc ibi. Et ſicut nolle au-
dire iſtam laudem Chriſti, eſt contu-
melia in Chriſtum: ita & nolle audire
quamcunq; aliam. Quare tenendum
eſt, ꝙ Eccleſia Spiritu ſancto illumina-
ta, & doctores, quos Deus illi dedit,
Ad Epheſ. 4. intelligunt ex B. Paulo matrimoniũ
diſſolui, quando alter infidelium con-
uertitur, & alius non vult conuerti, &
vult cohabitare fideli, tamen non ſi-
ne contumelia creatoris, vt blaſphe-
mando Chriſtum, & tribuendo ei ali-
qua quæ non conueniunt, vel denegan
do



do quæ ei conueniunt. Vel dato infi-
delis iſta non faciat, ſi tamen non ſu-
ſtinet fidelem coniugiem laudes debi-
tas Deo referre, qui ſummè laudan-
dus eſt, dicitũ blaſphemare creatorem,
tunc matrimonium ſoluitur. Et po-
teſt fidelis, ad aliud tranſire: etiã ſi in-
fidelis ei velit cohabitare. Tunc enim
licet infidelis nõ diſcedat, dicitur diſce
dere, quia cogit fidelem diſcedere.

Dubium. Circa ſecundum modum contume-
liæ dictum, dubito, vtrum per blaſphe
miam creatoris intelligere poſſumus,
quando infidelis cohabitans fidelis, ſer
uat cultum, & ritum ſuorum Deorũ,
& illo modo ſe habeat, quo ſe habent
cæteri infideles, & nihil dicit de fide
Chriſti iniurioſum, nihil de Chriſto.
Et augetur dubium, & pono ꝙ infide-
les tales ſint, qui ſuis ritibus, & cære-
monijs adorantes dæmonia, blaſphe-
mant Deum, & legem chriſtianorum,
& conuertitur vnus, alter non vult cõ
uerti: ſed tamẽ vult cohabitare fideli,
& relinquit fidelem ſeruare cultum,
& modum chriſtianorum, adorando
Deum, & ipſe ſeruat modum, & ritũ
quem habent cæteri infideles adoran-
do dæmonem, vtrùm talis blaſphemia
ſi cauſa ſufficiens ad hoc, quòd fidelis
poſſit tranſire ad alia vota, nolente
infidele deſiſtere. Et videtur quòd in
Argum. 1. caſu diſſoluatur: quia ſi infidelis, iux-
ta ritum ſuum, & morem aliorum in-
fidelium agat, adorat dæmonem, &
conſequenter blaſphemiam commit-
tit: quia tribuit alteri quod eſt pro-
S.Tho. 2. 2 prium Dei, & negat Deo quod ſibi de-
q. 13. betur, in quo ratio blaſphemiæ ſtat.
Argum. 2. Item. Talis neceſſario negat om-
nes articulos fidei, quia infidelis eſt.
Non vult conuerti: Et hæc eſt blaſphe
mia. Item. Sola pertinacia nolle
conuerti, blaſphemia eſt: ſequitur
ergo, quòd poterit fidelis, aliam du-
cere. His non obſtentibus, reſponde-
tur per aliquas concluſiones, quarum
prima eſt.

1. Conclu. Prima cõcluſio. Contumelia creato-
ris, in qua durante infidele, poteſt fi-
delis aliud contrahere matrimonium,
non intelligitur eſſe per hoc ſolum, ꝙ
infidelis ſeruat ritum, & morem co-
1. Ratio. lendi ſuos Deos. Patet: Si per talem
contumeliam creatoris, ſolũ quia in-
fidelis colit Deos ſuos, & non vult de-
ſiſtere ab illo, ſolueretur matrimoniũ
legitimè contractum: ſequeretur, ꝙ
ſolum per hoc ꝙ vnus conuerteretur,
& alius nollet conuerti, ſolueretur:
quod eſt falſum, quia aliquem infide-
lem nolle conuerti, nihil aliud eſt, niſi
velle ſeruare legem, & ritum ſuũ, & co
lere ſuos Deos: ſi ergo iſta obſeruatio
contumelia dicitur creatoris, & blaſ-
phemia, ꝑ quã quia infidelis ab ea nõ
vult deſiſtere, matrimonium diſſolui-
tur, ſequitur, ꝙ eò ſolum, ꝙ non vult
conuerti, diſſoluitur. Neceſſe quidẽ
eſt illum, qui non vult conuerti, in hãc
contumeliam, & blaſphemiam perſeue
rare, quamdiu non conuertitur: ſed
non diſſoluitur matrimonium per hoc
ſolum, quòd vno conuerſo, alius non
conuertitur, ſi velit cohabitare: ergo
ſequitur, quòd contumelia, vel blaſ-
phemia creatoris, non intelligitur ri-
tus fidelis colendi Deos ſuos.

Ratio 2. Præterea. Matrimonium legitimũ
ſolui inter infideles, nõ habemus aliun
de, quàm ex dictis B. Pauli ex inten-
tione Chriſti: ſed dicit; ꝙ frater fide-
lis, habens vxorem infidelem ſi ipſa
velit cohabitare ei poteſt retinere: ſe-
quitur ergo non diſſolui matrimo-
nium per hoc ſolum, quòd alius non
conuertitur: alioqui non poſſet reti-
nere eã, ſed teneretur abijcere. At ſol-
ueretur, ſi contumeliam creatoris in-
telligeremus eſſe ſectam, vel ritum co
lendi ſuos Deos: ergo talis ritus co-
lendi, nõ eſt blaſphemia creatoris, aut
contumelia, per quam ſoluitur matri-
monium. Fruſtra quippè eſſet diſtin-
ctio poſita in c. Quanto. Extra, de di-
uortijs. & quæ cõmuniter à doctori-
bus aſſignatur, dicentibus in tribus ca-
ſibus ſolui poſſe matrimonium. Pri-
mus. Si infidelis non vult cohabitare.
Secundus. Quando vult, ſed non ſine
contumelia creatoris. Iſte ſecũdus ca-
ſus non bene eſſet poſitus: quia ſi vult
cohabitare ſine contumelia creatoris,
non ſoluit: ſed ſi cõtumelia creatoris

eſſet obſeruare ritum ſuum, & cæremonias ſuas, nullo modo poſſet cohabitare ſine contumelia creatoris: quia quando non conuertitur, debet legem ſuam, & ritũ obſeruare, etiã ſi coniux ſit fidelis. Cùm ergo ponat Summus Pontifex, & doctores, diſtinctionẽ inter velle cohabitare ſimpliciter, & velle cohabitare, ſed non ſine contumelia creatoris, aliud intelligit per contumeliam creatoris: quàm ſit ritus ipſius infidelis, quia aliàs etiam ſi vellet infidelis cohabitare, ſi non conuerteretur, ſolueretur matrimonium, qđ eſt contra textum, & omnes doctores: quia ſemper eſſet, in contumelia creatoris, nolens conuerti, ſed contumelia creatoris nõ dicitur reſpectu eius qui eſt in peccato, ſed eius qui cohabitat, ſcilicet ſi illa cohabitatio redundat in irriuerentiam Dei, quod fit, quando qui in peccato eſt, dicit blaſphemiam

Abulen. Matt. 19. q. 70.

aliquam contra Deum, per quam intendit vel alterum inclinare, vel tædio afficire. Hanc concl. tenet do. Abulen.

2. Conclu. Cõtumelia creatoris eſt qđlibet peccatum infidelis, per quod periclitatur fidelis.

2. concluſio. Per contumeliã creatoris, à qua, ſi infidelis non deſiſtat, matrimonium diſſoluitur, intelligitur quodcunq; peccatum infidelis, factum coram fideli, per quod verè periclitatur fidelis. Volo dicere, ꝙ ſi infidelis peccat, ſiue illud ſit in ritu ſuo, & cæremonijs, colendo ſuos Deos, ſiue ſit aliud quodcunq; de nouo Adinuentũ in contumeliam Dei, & fidei chriſtianæ, ſi ex hoc ipſo fidelis periclitatur, dicitur contumelia creatoris, à qua, ſi noluerit infidelis ceſſare, poteſt fidelis, ad alia vota tranſire.

Ratio.

Probatur. Matrimoninm inter infideles verum & legitimum diximus ex intentione Chriſti, diſſolui poſſe in fauorem fidei: quia fidelis nõ eſt ſeruituti ſubiectus, vt ait Paulus, & ſic nolente infideli, cohabitare fideli, vel non ſine contumelia, diſſoluitur: quia non tenetur fidelis continere, in caſu quo infidelis per opera ſua mala, quæ operatur in præſentia fidelis, fidelis periclitatur. Vel diſſoluitur matrimonium, vel nõ: ſi uon diſſoluitur, vel tenetur manere cum tali periculo, vel poteſt ſeparari: ſed non aliam ducere. Aliquod iſtorum euenire neceſſe eſt, at quodcunq; dederimus, ſequitur ſi nõ diſſoluitur per talem contumeliam, fidelem ſeruituti eſſe ſubiectum. Primo: quia ſi non diſſoluitur, tenetur habitare ei cum tali periculo. Si poteſt ſeparari, & debet, quia in tali periculo tenetur, & non ſoluitur matrimonium per talem contumeliam: ergo tenetur continentiam ſeruare: ſed hæc eſt maxima ſeruitus, vt quia infidelis, non vult deſiſtere à peccato, fidelis maneat ligatus, & ad continentiam obligetur: ergo ſequitur illam eſſe contumeliam, à qua niſi deſiſtat infidelis, diſſoluitur matrimonium. Et ſic quando infidelis, vult cohabitare fideli, debet ſine contumelia creatoris, id eſt manendo in infidelitate, nihil agere, quod offendat fidelem vt periclitetur fides eius: & tunc non ſoluitur matrimonium.

Quid contumelia creatoris.

Si tameu infidelis operetur, etiam ſine perſuaſione aliqua, ſed ſolum coram fideli aliquid malum, per quod periclitatur fidelis, ſiue ſit ſecundum ritum ſuum, ſiue non: eſt contumelia creatoris grauiſſima, & blaſphemia eius. Quod ſi monitus noluerit deſiſtere, fidelis, non eſt ſeruituti ſubiectus, poteritq; aliam ducere. Verùm quia cõmuniter ita eſt, vt fideli conuerſo non ponatur offendiculum retroceſſionis, per illa quæ fiunt ſecundum ritum antiquum infidelitatis, quem ipſe conuerſus deſeruit (ſed ſi periclitatur, debet eſſe propter alias contumelias, vel alia peccata) credibile eſt contumeliam creatoris aliud eſſe, quàm ſuæ legis iniquæ obſeruantiam, nec ſola ipſa blaſphemia dicitur, propter quàm matrimonium diſſoluitur.

Nota hæc.

Si tamen contingeret, quòd fidelis cohabitans, infideli, periclitatur de fide, ſolum quia videt infidelem obſeruantem ritus antiquos, monitus infidelis, licet non teneatur conuerti ad Chriſtum, tenetur coram viro fideli deſiſtere à tali contumelia, & blaſphemia creatoris: at ſi nolit deſiſtere, poteſt vir fidelis (quia non eſt ſeruituti ſubiectus) ad alia vota tranſire. Et licet verum





ſit quod diximus, contumeliam creatoris non ſolum eſſe, quando infidelis aliquod peccatum operatur, ſed etiã quando non ſuſtinet laudes Dei, quas reddit fidelis, quia vtrunque blaſphemia, & cõtumelia eſt, tamen in c. Quantò. propriè contumelia capitur in primo ſenſu, qñ infidelis aliquod peccatũ operatur blaſphemãdo Deũ. Tamẽ in caſu, quo infidelis non ſineret, ſed prohiberet fidelem laudare Deum: poſſet licitè fidelis, ad ſecunda vota tranſire, ſecús tamen eſſet, vbi infidelis, nõ prohiberet Dei laudes, ſed vel reprehenderet, vel triſtaretur quando audit, vel diſplicet, verum non prohibet, tunc crediderim, matrimonium diſſolui non poſſe, ſicut nec diſſolueretur per hoc, quòd infidelis, volens cohabitare fideli, ſeruat ritus ſuę infidelitatis, dummodò ex illo nõ ſcandalizaretur fidelis, aut perturbetur, ſed triſtatur, & diſplicet ei, quòd infidelis tales ritus obſeruet: tunc enim licet fidelis, non teneatur cohabitare infideli nolenti conuerti, non poteſt ad alia vota tranſire: quia in caſu non ſoluitur matrimonium.

## ARTICVLVS XXXI.

*Quid de caſu, quando pertrahit ad mortale infidelis, fidelem.*

SEQVITVR de tertio caſu, quando infidelis, non vult cohabitare fideli, niſi pertrahendo eum ad peccatum mortale. Et quęritur, quomodo intelligatur iſta pertractio ad mortale, vtrùm intelligi debeat de quolibet peccato mortali: vtrũ pertrahere, intelligatur fidelem, quia infidelis nolens conuerti, viuit in ſuo ritu, & ſecta: & ſic viuendo, neceſſe eſt continuo eſſe in mortali peccato, & operari ſæpiſſimè mortale.

Argum. 1.

Videtur quòd ſit de tali pertractione intelligendum: nam non poteſt fidelis, cohabitare infideli, quin ſi infidelis, mortaliter peccet obſeruando infidelitatem, fidelis turbetur, ſcandalizetur, & pertrahatur ad malum: quia quæ videmus fieri, naturaliter mouẽt nos ad ſimilia facienda, pręcipuè, ſi delectabilia ſunt, licet ſint inhoneſta. Ergo videtur quomodocunque, etiam ſine aliqua perſuaſione, vel impulſione, peccatum faciat infidelis, quòd fidelis, dicetur pertrahi ad mortale, & tunc matrimonium debet ſolui: Tribus concluſionibus reſpondetur. Et ſit prima.

1. conclu.

Prima concluſio. Iſta pertractio ad mortale, propter quàm matrimonium legitimum ſoluitur, non eſt per hoc, ꝙ infidelis mortaliter peccat, & cõtinuè eſt in mortali peccato.

1. Ratio.

Probatur. Si ita eſſet, cùm per hoc ꝙ non conuertitur infidelis, ſemp ſit in peccato mortali, ſequitur matrimonium, diſſolui poſſe ſolum per hoc, ꝙ infidelis non vult conuerti, etiam ſi vellet cohabitare, ſed hoc ſuperiùs diximus eſſe falſum: ergo ſequitur ꝙ non intelligitur pertractio ad mortale, per qnàm ſoluitur matrimonium, per hoc ſolum, ꝙ infidelis, manet in peccato mortali.

Ratio 2.

Secundo. Si pertractio ad mortale intelligeretur ſolum, quia infidelis peccat mortaliter coram fideli: ſequeretur, quòd ſi infidelis furaretur, vel adulteraretur manendo cum fideli, ſolueretur matrimonium, quod eſt falſum: nam matrimonium non poteſt ſolui, niſi inquantum conſtat eſſe de intentione Chriſti, propter verba Apoſtoli: ſed ex verbis eius non colligitur, ꝙ propter mortale peccatum quod operatur infidelis, ſoluatur, ſi infidelis vult cohabitare, neq; doctores ſic intelligunt, ergo nullo modo propter hoc ſoluitur.

2. conclu.

2. concluſio. Pertractio ad mortale, propter quàm ſoluitur matrimonium contractum inter infideles, non intelligitur per hoc, ꝙ infidelis ſuggerat fideli aliquod peccatum, vel ſuadeat, aut moneat ad infidelitatem, vel ad aliquod aliud peccatum.

1. Ratio.

Probatur. Non poteſt in aliquo alio caſu ſolui matrimonium legitimũ, niſi in quo ex verbis Apoſtoli de intentione Chriſti intelligimus debere ſolui. quia nõ

poteſt quiſq ue ſoluere,neq; Eccleſia,
niſi id à Chriſto fuerit diſpenſatum,
ſed ex verbis beati Pauli Eccleſia in
c. Quanto. de diuortijs: & doctores
D. Aug. ſancti,vt P. Auguſtinus,& alij intelli-
gunt ſolui,quando infidelis, pertrahit
fidelem ad peccatum: quia tunc non
eſt ſeruituti ſubiectus: at vbi eſt ſolũ
ſuggeſtio ad peccatum, & ſuaſio, vel
monitio, non eſt pertractio: ergo per
ſolam ſuggeſtionem infidelis non ſolui
tur. Et planè apparet non eſſe pertra
ctionem: quia pertractio, ex vi nomi-
nis quandam motionem inuolunta-
riam, & violentiam importare ſonat,
quæ non eſt, vbi ſolum eſt ſuggeſtio,
vel perſuaſio.

Ratio. 2. Secundo. Ratio quare ſtante per-
tractione ad peccatum, matrimonium
ſoluitur, eſt: quia non eſt fidelis ſerui-
tuti ſubiectus, vt neceſſariò debeat ſu
ſtinere violentiam ad peccandum: ob
quod poteſt diſcedere,& alteri cõiun-
gi, ſed vbi eſt ſolum ſuggeſtio, vel ſua-
ſio,non patitur ſeruitutem fidelis: er-
go ſequitur ꝙ non ſoluitur matrimo-
nium per talem ſuggeſtionem. Et ꝙ
non patiatur tunc ſeruitutem, patet:
quia illa ſuggeſtio non cogit fidelem,
cùm nulla ſit violentia,nec ſeruitus vi
detur eſſe, vbi libertas plena, & nulla
coactio: ſiquidem Paulus ſeruitutem
ibi intelligit, quandam coactionem, &
violentiam ad faciendam voluntatem
infidelis, quæ ſi adſit, matrimoniũ diſ-
ſoluitur: ſed tamen quando ſola eſt
ſuggeſtio, nulla eſt ſeruitus: ob quod
non ſoluitur, ſi infidelis, velit cohabi-
tare, etiam ſi ſuggerat, vel moneat fi-
delem ad peccatum. Hinc ſequitur
tertia concluſio.

3. concl. 3. concluſio. Quandocunq́, ex par
te infidelis, eſt motio violenta, com-
pellens fidelem ad mortale peccatum,
quodcunq́; ſit illud, eſt pertractio ad
mortale, propter quàm ſoluitur ma-
trimonium, ſiue ſit pertractio ad infi-
delitatem, ſiue ad quodcunq; malum
mortale. Probatur. Matrimonium
ſoluitur quãdo eſt pertractio ad mor-
tale: quia Apoſtolus illis verbis in-
ſinuauit diſſoluendum, cùm non ſit fi-
delis, ſeruituti ſubiectus: ſed quando-
cunq; infidelis compellit, vel cogit (eo
modo quo ad peccandum homo dici-
tur cogi, quia non eſt propria coactio)
fidelem, quodcunq́; ſit peccatum mor
tale, ſeruituti ſubiectus eſſet, ſi non
poſſet relinquere infidelem: & aliam
ducere, ergo tunc ſoluitur matrimo-
nium: nam ſi non ſolueretur, coge-
retur ad manendum cum animæ ſuæ
periculo ſimul cohabitans infideli,vel
ſi ſepararetur ab infideli quantum ad
cohabitationem, teneretur continen-
tiam ſeruare, & vtroq́; modo ſeruitu-
ti ſubiectus eſſet: ſed dicit beatus Pau
lus non ſubiectũ ſeruituti: ergo quan
docunq́; vehementer compellit infi-
delis, fidelem ad peccatum mortale,
ſoluetur matrimonium, vt ſi diceret,
Cohabitabo tecum,ſed debes ex rapi-
na vitam quærere, vel debes adulte-
rari. &c. Et tandem quomodocunq́;
fidelis periclitetur in anima per coha-
bitationem infidelis ex pertractione,
ſi infidelis monitus, nõ velit deſiſtere:
diſſoluitur matrimonium, ſi non poſ-
ſit fidelis peccata illa vitare concede.
Sic determinatura, B. P. Auguſt. lib. D. Aug.
de fide, & operibus. & habetur. 28. q.
1. c. Vxor legitima ſocietate coniun-
cta, ſine culpa relinquitur, ſi cùm viro
chriſtiano permanere noluerit. Non
attenditur eo modo eam rectiſſimè di
mitti, ſi viro ſuo dicat, Non ero vxor
tua, niſi mihi de latrocinio diuitias cõ
greges, aut niſi ſolita latrocinia qui-
bus domum noſtram ſuſtentabas, etiã
chriſtianus exerceas, aut ſi quid aliud
flagitioſum, aut facinoroſum in viro
nouerat. &c. Iſte caſus poſitus à B. P.
Augu. contingit, quando non vult co-
habitare, niſi peccet.

Secundo modo contingit infidelem,
pertrahere fidelem ad peccatũ, quan-
do impellit, & tanquàm cogit ad pec-
candum fidelem, neq; vult deſiſtere.
Hoc habetur. 28. q. 1. c. Idolatria etiã
diſſoluitur matrimonium. Et tandem
circa iſtum vltimum caſum tenendum
tanquàm certum, quomodocunq́; infi-
delis, ad peccatum mortale moneat fi-
delem, ſi ita eſt verè, ꝙ fidelis pericli-
tatur



tatur, poteſt diſcedere fidelis, imò te-
netur, & diſſoluitur matrimonium ſi-
ue ſuggeſtio fiat monitione, vel violen
tia: quia quomodocunq; periclitetur
fidelis, pertrahi dicitur ad mortale
peccatum. Et ſic non poteſt iudicari
iſta pertractio æqualiter reſpectu om
nium: nam quod reſpectu vnius non
erit pertractio, ſed leuis valdè ſugge-
ſtio: reſpectu alterius infirmioris po-
Nota. teſt dici pertractio. Vnde ſi mulier ſit
infidelis, & vir fidelis, ad hoc ꝙ vir di
catur pertrahi ad mortale ab vxore
infideli, ampliùs requiritur, quàm ſit
requiſitum, ſi vir ſit infidelis, & vxor
fidelis: & pertrahatur ad mortale. Ra
Fęmina debilis in reſiſtendo. tio eſt: quia fœmina cum ſit debilis in
reſiſtendo, ex minori motiuo ſe peri-
clitari cognoſcet, & pertrahi: ex quo
motiuo vir non pertrahi diceretur,
ſed ſolum leuiter moueri ad peccan-
dum. Item. Neq; eadem poteſt eſſe
ratio omnium virorum: quia quidã
fortiores alijs, & paratiores ad reſi-
ſtendum. Ob quod non poteſt limi-
tari quantitas ſuggeſtionis, vel pertra
ctionis ex qualitate cauſæ, vel ex mo-
do. Tandem, quomodocunq́; fidelis
in periculo verſetur peccandi morta-
liter: quia probabiliter cognoſcit ſcan
dalum poſitum, non tenetur perſeue-
rare, vſq; dum corruat, ſed quãdo ſen-
tit ſe pertrahi, poteſt infidelem relin-
Ad Epheſ. 5. quere, & aliam ducere. Tamen ſi vir
ſit fidelis, & vxor infidelis: quia vir (cũ
ſit caput mulieris) poterit ei impe-
rare, & cogere vt deſiſtat ab ſcandalo:
expedit talem virum cohibere vxorẽ
modo quo poteſt. Quòd ſi non po-
tuerit conſequi, dimitti poteſt, & ſol-
uitur matrimonium.

## ARTICVLVS XXXII.

*An ſi infidelis vult cohabitare, teneatur fidelis cohabitare.*

QVAERITVR circa prædi-
cta, vtrùm quando infidelis,
vult cohabitare fideli, tenea-
tur fidelis etiam cohabita-
re, vel, vtrùm ſi non velit, poſſit dere-
linquere infidelem nolentem conuer-
ti. Nam (vt diximus ſuprà) beatus
Paulus videtur conſilium præbuiſſe fi
deli, ad cohabitandum, inquiens. *Dico
ego, non dominus*. Et ſic nos intellexi-
mus conſilium fuiſſe de cohabitando,
propter ſpem conuerſionis infidelis.

Pro ſolutione oportet diſtinguere
inter tempora. Aliud quippè licuit,
& fuit neceſſarium tempore Apoſto-
rum: aliud tempore ſequenti vſq; ad
nos. Et ſic reſpondetur quatuor con-
cluſionibus.

Prima concluſio. In principio na- 1. conclu.
ſcentis Eccleſiæ, quando (Apoſtolis
prædicantibus) Gentiles conuerte-
bantur, pręceptũ fuit fideli, non diſce-
dere ab infideli volenti cohabitare ei
ſine contumelia creatoris, & ſine hoc,
ꝙ eum pertraheret ad mortale. Pro- Ratio. 1.
batur. Vnicuiq́; dominus mandauit de
proximo ſuo. Et quilibet tenetur nõ
ſcandalizare puſillos. Expedit quidẽ Matth. 18
tali, vt mola aſinaria ſuſpendatur in
collo, & in profundũ maris mergatur:
ſed fidelis, in exordio naſcentis Eccle-
ſiæ dimittens vxorem infidelem vo-
lentem cohabitare ſcandalizare pu-
ſillos: ergo tenebatur non dimittere.
Maior eſt manifeſta ex beato Paulo. 1. Cor. 3.
*Sine offenſione, id eſt, ſcandalo eſtote Iudæis, & Gentilibus, ſicut ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quòd multi ſalui fiant.*
Probatur minor. Ex hoc, ꝙ fidelis, re-
linqueret infidelem, ſequeretur odiũ
fidei, ſcilicet, ꝙ nollet conuerti ad fi-
dem, vel fidem Gentiles abhorrerent,
quia viderent coniugia diſſolui. Item,
offendiculũ pararetur fidelibus: quia
cùm tunc tẽporis fideles erant ſubiecti
dominis infidelibus, ſi conuerteretur
vxor, & non vir, & illa recederet ob
hoc à viro, accuſaret eam vir ad pœnas
legales, & puniretur. Et ſic omnes fœ
minę coniugatæ, quæ conuerterentur
punirentur legibus Gentilium: ſed
hoc erat magnum offendiculum fidei
chriſtianæ, & tollebatur, ſi fidelis non
diſcederet ab infideli volenti cohabi-
tare: ergo erat præceptum in illo
tempore, ſtante tali ſcandalo, non
rece-

recedere,quamuis alijs appareat fuiſſe conſilium.

*Ratio. 2.* Secundò. Quilibet ex præcepto *Prouerb. 24.* charitatis tenetur hominem a morte liberare ſi poteſt. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos liberare ne ceſſes: ſi ergo à morte corporali, a fortiori a ſpirituali: ſed ſi fidelis maneret,& non diſcederet ab infideli, liberabat infidelem a morte ſpirituali: & diſcedendo perire ſinebat: ergo tenebatur non diſcedere. Patet: quia in illis temporibus cùm multitudo Gentium intrabat, facile conuertebatur infidelis per fidelem. Hãc cauſam tangit Apoſtolus,dicens in c. ſuprà allegato,ꝙ non diſcedat, ſi voluerit cohabitare, quando infert. *Vnde ſcis mulier ſi virum ſaluum facies? Aut vnde ſcis vir ſi mulierem ſaluam facies?* Hanc etiam cauſam cohabitandi aſſignat ex *D. Augu.* Paulo B. P. Auguſt. 28. q. 1. cap. Iam nunc. Sequitur ergo ex iſtis,illis temporibus fuiſſe præceptum fideli cohabitare infideli volenti cohabitare ſine contumelia creatoris: & ſine hoc ꝙ ipſum infidelem pertraheret ad mortale. *Nota.* Et ſic non ſolum fideli non licebat diſcedere, & aliam ducere: ſed neque etiam quo ad mutuam cohabitationẽ licebat dimittere infidelem, propter malum quod ſequebatur ex diſceſſu: *Actuũ 20.* exemplo Pauli, qui poterat iuſtè, & *1. Cor. 9.* ſanctè temporalia metere,quandoquidem ſpiritualia ſeminabat, tamen ne daret offendiculum Euangelio ſacro nolebat vti poteſtate tradita.

*2. conclu.* 2. concluſio. In iſtis temporibus, & antè per mille annos, non eſt præceptum fideli conuerſo, cohabitare infideli volenti cohabitare etiam ſine con*S.Th. in 4. d.34. q. 1. art. 3.*tumelia creatoris: & ſine hoc quòd infidelem pertrahat ad mortale: ſed poteſt dicere quantum ad cohabitationem vſquedũ conuertatur. Proba*Sylueſt. in verb. matri. 8. impe. 10. Ioa. Arbo. lib. 6. theo ſo. ca. 10.*tur ex dictis Pauli,vbi dicit. *Dico ego, non dominus. Si quis frater habet vxorem infidelem, & hæc vult cohabitare, non dimittat eam.* Sequitur ergo non eſſe præceptum cohabitare: alioqui diceret ſicut in verbis præcedentibus. *Dicit dominus,non ego, vxorem à viro non recedere*. Vel ſaltim ſicut ſolet in alijs, ponens præceptum,abſolutè loqueretur. Vel diceret. *Dico ego, & non adderet. Non dominus.* Nam ex hoc quòd addit, Non dominus, apertè voluit oſtendere loquutum de ſuo, tanquàm conſilium præbens, & non præceptum dans.

Præterea. Si fidelis teneretur cohabitare infideli nolenti conuerti, ſequeretur quòd ſeruituti ſubiectus eſſet: *Ratio 2.* at beatus Paulus dat cauſam diſceſſus,ne ſit ſeruituti ſubiectus: ergo poterit diſcedere ſtante tali ſeruitute, ſed eſſet magna ſeruitus, ſi fidelis, volens continenter viuere, quia non vult infidelis conuerti, teneretur voluntati infidelis deſeruire: ergo ex dictis beati Pauli videtur licitum diſcedere quantum ad cohabitationem.

*Confirma.* Confirmatur. Ratio quare in Eccleſia primitiua erat præceptum non diſcedendi, quando infidelis volebat ſine creatoris contumelia cohabitare, erat propter ſcandalum fidei, & turbationem ſtatus chriſtianorum, ſed iam nullum ſequitur: quia iufideles degentes inter chriſtianos intelligunt bonam eſſe fidẽ chriſtianorum. Item: quia cùm principes ſint Chriſtiani,nõ ſequitur inconueniens quod timebatur: videtur ergo quòd fidelis,non tenetur cohabitare infideli: quia ſi per fornicationem carnalem matrimoniũ diſſoluitur quantum ad cohabitationem: quanto magis per fornicationẽ ſpiritualem,per idololatriam, & infidelitatem diſſoluetur, ſic vt fidelis non teneatur cohabitare illi qui non vult conuerti? Et quia communiter hanc ſententiam tenent doctores, non eſt opus alia probatione. Et eſt determi*Cõmunis opinio: Obiect.*natio in cap. Quæſiuit. Extra, de diuortijs.

Sed contra duas concluſiones eſt vnum grauiſſimum argumentum. Si verum eſt, præceptum fuiſſe in primitiua Eccleſia manendi cum infideli, ſicut dixit prima concluſio: quomodo beatus Paulus ( ex quibus verbis omnia quæ in preſenti tractamus ſumpta ſunt ) contrarium dixit in illis temporibus



ribus,vbi dixit, *Dico ego,non dominus*: Si ergo ipſe, & non dominus tunc dixit,nunquam fuit præceptum cohabitandi fideli,cum infideli: alioqui ſicut dixerat,*Præcipio non ego,ſed dominus*, vxorem, à viro non recedere, ſic etiam conſequenter erat dicturus ex parte domini: ſed ſtatim poſt illa verba dicit *Dico ego,nõ dominus*. ſi frater fidelis, vxorem habet infidelem. &c. ergo verè ex ſuis verbis contrarium apparet ad cõcluſionẽ primam. Quòd ſi prima concluſio vera eſt, & non contra beatum Paulum: ſecunda quomodo poterit ſtare in veritate cum illa, cùm eadẽ ratio videatur nunc,& tunc, ſaltim lucrandi infideles?

*Solutio.* Dicendum,veram eſſe vtranq; concluſionem. Ad Paulum verò dicimus, verum dixiſſe tunc, tanquàm cõſilium ſit, non præceptum fideli, cohabitare infideli. Et ſic modò ( vt dicit ſecunda concluſio ) ſeruatur, vt conſilium, & non vt præceptum: quia non obligatur cohabitare. Verum ſi beatus Paulus abſolutè diceret. *Præcipio non ego, ſed dominus*, nullo modo liceret fideli diſcedere ab infideli nolenti conuerti. Sed non expediebat præceptũ eſſe de hoc, ſed potiùs cõueniebat pro temporibus ſequentibus fidelem diſcedere, etiam volente infidele cohabitare. Et hoc propter bonum fidei,propter periculum euerſionis fidelis:nam poſt obſtinati ſunt infideles, tã Iudęi, quàm Gentiles. Si autem non liceret fideli,ſaltim quantum ad cohabitationem deſcedere: cùm non eſſet ſpes de conuerſione infidelis,propter obſtinationem,ſed potiùs de euerſione fidelis per retroceſſionem, fuiſſet ab Apoſtolo declaratum,non eſſe præceptum cohabitare, ſed conſilium, quo vtendum eſſet pro loco,& tempore,penſatis omnibus optimè. Quare quando probare quis contendit primam concluſionem contra beatum Paulum eſſe, dicimus non probauimus in primitiua Eccleſia eſſe præceptum fideli, de cohabitando infideli: quia beatus Paulus dicebat, ſed aliundè habebat vim præcepti, ſcilicet, propter ſcandalum puſillorum,quoſ ſub præcepto tenebantur fideles vitare. Et ſic illud quod ex verbis beati Pauli cõſilium credimus: *Matth. 18.* factum eſt præceptum, occurrente ta*S.Th. 2. 2.*li circunſtantia temporis. Neque hoc *q. 43.* eſt nouum, nam ad aliqua, ad quæ tenemur de conſilio in aliquo loco, vel tempore, tenemur de præcepto agere propter vitandum ſcandalum. Verbi gratia. Nos religioſi ordinis Eremitarum S. Auguſtini ex conſilio patrum omnibus 4. ferijs abſtinere tenemur ab eſu carnium, ſed poſſumus eas comedere ſine peccato. Aliquando tamen poteſt ſe offerre circunſtantia loci, & temporis, ꝙ propter vitandum ſcandalum puſillorum teneamur ſub præcepto non comedere. Sicut ait. B. *Paulus.* Pau. Si eſca ſcandalizat fratrem meũ, *1. Cor. 8.* non manducabo carnes in æternum. Et ſic poſſent exempla quàm plurima dari in alijs. Eodem modo in propoſito dici poteſt, beatum Paulum conſilium propoſuiſſe fidelibus,de non diſcedendo ab infidelibus volentibus cohabitare ſine cõtumelia. &c. Ob quod dixit, *Dico ego, non dominus*, quia cõſilium eſt: cum hoc tamen eſt verum, in principio naſcentis Eccleſiæ fuiſſe præceptum non diſcedere,non ex verbis beati Pauli, ſed ex naturali neceſſitate,& ratione euitandi ſcandalum puſillorum. Et etiam ſi illo tempore circunſtantia occurrente, eſſet obligatorium ſeruare illud,ſcilicet, non diſcedere, abſolutè tamen conſiderando, manebat vt conſilium, ſicut modò eſt, vt diximus.

Nec placet reſpondere (ſicut quidã *Nõ placet ſolutio cuiuſdam docto.* doctor aliàs grauiſſimus reſpondet ) beatum Paulum tunc dixiſſe ſub conſilio,licet fuiſſet præceptum,quia ſucceſſu temporis debebat ceſſare præceptum.Non opus certè eſt tali ſolutione: quia videtur non conuenire textui,ſed præſtat dicere B.Paul. conſuluiſſe. Tamen quibuſdam conſideratis, & occurrentibus, habebat tunc vim præcepti, propter vitandum ſcandalũ. Et maximè hoc apparet verum,quia ſi tunc in principio naſcentis Eccleſiæ,& prædicationis Apoſtolorũ aliquis conuerſus

uerſus ad fidem per hoc ꝙ nollet co-
habitare infideli, nullum ſequeretur
ſcandalum, nulla fidei deteſtatio, nul-
lum malum, &c. talis abſq; peccato di
ſcederet, quia illi ſolum maneret con-
ſilium beati Pauli ſub conſilio, & non
haberet vim præcepti, quia ceſſauerat
ſcandalum. Videtur quidem hæc via
facilior ad ſoluendum difficultatem al
latam ex Paulo contra concluſiones.

3. Conclu. 3. concluſio. Licet verum ſit, fide-
lem modò non obligari ad cohabitan-
dum infideli, nolenti conuerti: & ſi
velit cohabitare ſine contumelia crea-
toris, tamen meliùs eſt cohabitare,
Ratio. quàm diſcedere. Patet ex iam dictis.
Nam ſi conſilium eſt beati Pauli (vt di
ximus) de maiori, & meliori bono eſt:
ſequitur ergo ſimpliciter meliùs eſſe
non diſcedere. Patet: quia non di-
ſcedendo, eſt ſpes de conuerſione infi-
delis, vt Paulus ibi adducit. Quid ſcis
mulier ſi vir conuertetur? Sed diſce-
dendo omnino tollitur talis ſpes: cùm
ergo tam magnum bonum ſit conuer-
ſio infidelis ad veram fidem, ſequitur
meliùs eſſe cohabitare infideli, quàm
diſcedere.

4. conclu. 4. concluſio. Si infideles, qui modò
ſunt inuenti, vel alij, qui poſtmodum
inuenientur, tales eſſent, qui ſcandali-
zarentur per hoc, quòd fidelis conuer
ſus diſcederet ab infideli, eſſet ſub præ
cepto habitare cum infideli, ſi infidelis
Ratio vellet ſine contumelia creatoris. Pro-
batur ſicut ſuprà primã probauimus.
Tota quidem ratio quare in primiti-
ua Eccleſia erat præceptum non di-
ſcedere (cùm aliàs eſſet de conſilio)
erat propter ſcandalum, quod ſeque-
batur ex diſceſſu, putantes non eſſe bo
nam legem Chriſti: quia per eam diſ-
ſoluebatur matrimonium. Tunc enim
quod erat de conſilio, obligabat de
præcepto propter puſillos: ſequitur
ergo quòd vbi eadem eſſet ratio (quæ
tunc fuit in principio legis nouæ) &
eadem obligatio erit, cùm non ſit po-
tior ratio de vno tempore, quàm de
alio: at poſſunt dari infideles, quibus
quàm primum denunciatur Euange-
lium, incipiant conuerti, & tunc ſi con
tingat virum conuerti, & non fœminã,
ſi diſcedit fidelis, ſtatim alij infideles
turbabuntur: & fidem Chriſti non ac-
ceptabunt, putans per eam coniugium
diſſolui, quod magnum eſt offendicu-
lum fidei. Sequitur quòd vbi tale ſcan
dalum probabiliter oriretur, etiam ſi
nullum aliud malum eueniret, pro
illo tempore, & loco, teneretur ſub
præcepto fidelis, cohabitare infideli vo
lenti cohabitare ſine contumelia crea
toris, & ſine hoc quod fidelem trahat
ad mortale. Et illud quod erat de cõ-
ſilio, ſcilicet, cohabitare infideli, fieret
de præcepto, vt ſuprà diximus. Et præ
cipuè verum teneret iſta concluſio,
vbi tales infideles eſſent faciles ad con
uerſionem: & ideò maxima ſpes eſſet
de conuerſione infidelium per cohabi-
tationem, ſicut videmus noui orbis in-
digenas, qui nullam habere videntur
contradictionem, aut renitentiam ad
illa quæ fidei ſunt. Et quidam magi- Opinio no
ſter non pœnitendus tenet, quòd apud tanda.
Indos conuerſus, tenetur cohabitare
infideli. Et quidem olim communica-
tio interdicta erat, & cohabitatio fide-
li, cùm infideli, vt patet in cõcilio To-
leta. vt ſuprà diximus. Sed hoc erat
de Iudæis: quia erant valdè obſtinati,
& non erat ſpes de conuerſione. Modò
autem apud indigenas noui orbis (vt
conſtat) cùm tam bona ſit ſpes de con-
uerſione, ex præcepto videtur eſſe co-
habitare, vt dictum eſt, ſub ſpe conuer
ſionis.

## ARTICVLVS XXXIII.

*An in tribus caſibus Apoſtoli ſtatim ſoluatur matrimonium.*

CONSEQVENTER quæ
rendum eſt, vtrum in
tribus caſibus ſuprà po
ſitis ſtatim matrimo-
nium ſoluatur, vel ſo-
lum quando fidelis, vel
infidelis, trãſierit ad alia vota. De quo
variæ ſunt opiniones. Quidam affir-
mant in tribus caſibus poſitis, ſtatim
matrimonium diſſolui, vt tenet Ioan.
Gloſſator



Gloſſa. Gloſſator Decretorũ ſicut refert Glo.
in c. Gaudemus. ſuper parte. Com-
pelletur. Quam probat, quia c. Quan
to. de diuortijs. & 28. q. 2. c. Si infi-
delis. dicitur. Contumelia creatoris,
ſoluit ius matrimonij circa eum qui
relinquitur. Ergo ſi contumelia crea-
toris ſtatim ſoluit, etiam & in alijs ca
Panor. ſibus erit. Sic Panor. in c. Gaudemus
in Glo. in verbo, Compelletur.

Secunda opinio huic contraria, eſt
Opinio. 2. Glo. in cap. Gaudemus. ſuprà allega-
Gloſſa. to dicẽtis, nullo modo ſolui in aliquo
iſtorum trium caſuum ipſo facto, vſq;
dum fidelis, tranſierit ad matrimoniũ
aliud, & probat: quia in c. Gaudemus.
alleg. dicitur, quòd ſi conuerſum ad fi
dem, & illa conuerſa ſequatur, ante-
quàm propter cauſas prædictas legi-
timam, ille ducat vxorem, eam recipe-
re compellitur: ſed non compellere-
tur recipere, ſi fuiſſet ſolutum matri-
monium ipſo iure antequàm fidelis
Armilla in aliam duceret: ergo ſequitur quòd
ver. matri. non ſoluitur ipſo facto. Reſpondetur
c. 38. per concluſiones.

1. conclu. Prima concluſio. Propter iſtos tres
S. Tho. d. caſus poſitos, & quemlibet eorum per
39. q. 1. ar ſe, ſtatim, non ſoluitur matrimonium,
tic. 2. vſq; dum fidelis, tranſeat ad ſecundũ
Palu. ibi. matrimonium. Probatur ex cap. Gau
art. 2. demus. ſicut adducebatur pro ſecun-
S. Anto. da opinione: nam ibi determinatum
3. p. tit. 1. eſt, quòd poſt quàm infidelis, diſceſſit
cap. 6. à fideli, & poſt, antequàm fidelis aliã
Sylue. ma ducat, ſi infidelis, pœnitentia ductus
tri. 8. im- conuertitur: ꝙ fidelis, qui priùs fuit
pedi. 10. conuerſus, tenetur accipere infide-
Ioan. Ar- lem, quia iam conuertitur, ſed non
bore. li 6. compelleretur accipere, ſi non fuiſſet
theoſo. ca. verum matrimonium, ergo ſequitur
10. nunquam fuiſſe ſolutum.

Fortè dicet aliquis, verum eſſe com
pelli fidelem, ad accipiendum infidelẽ,
quæ diſceſſerat, in fauorem fidei, ad
hoc ꝙ de nouo contrahat. At quod di
cimus, quòd nihil valet, quia non eſt
fauor fidei tantus, vt aliquem cogat
ſtare cum adultera, vel ducere quam
non vult: cùm matrimonium debeat
eſſe voluntarium, * niſi in pœnam il-
lius qui decepit: vt in p. p. artic. 34.
concluſione, 8. de impedimento crimi-
nis loquuti ſumus, * ſequitur ergo
cùm compellat ad accipiendum infide
lem, qui vult conuerti, non fuiſſe ſolu
tum matrimonium. Si enim ob fauo-
rem fidei non compellitur quis adul-
teram retinere, etiam ſi ſit emendata,
multò minùs cogetur ad accipiendum
illam quæ non eſt vera vxor.

Sed dicent contrarium opinantes, Inſtan. 1.
reſtitui illi fideli, infidelem ratione iu
ris poſtliminij 34. q. 3. Cùm per bel-
licam. ſicut hæretico reuerſo reſti-
tuuntur bona. C. de hæreticis. In au-
then. Idem eſt de Neſtorianis. Reſpõ. Solutio.
quòd non valet, quia tunc reſtitutio
illa habet locum, quando exiſtimaba-
tur quòd aliquis perdidiſſet ius ali-
cuius rei, quod verè non perdiderat,
& iure poſtliminij fit ei reſtitutio, etiã
ſi res ad alium tranſierit: ſicut in c.
Per bellicam. per bella ducti fuerant
viri in captiuitatem, qui putabantur
mortui: vnde vxores ſuæ acceperant
alios in viros, poſt illis reuerſis, cogun
tur vxores ad illos reuerti, quia nun-
quàm fuit ſolutum matrimonium: ſed
ſi in caſibus iſtis ſolutum eſſet matri-
monium, antequàm fidelis trãſiret ad
aliud: nunquàm reſtitutio ei fieri poſ-
ſet, quia perditũ eſt ius, cùm ergo cõ-
pellitur ad accipiendum, eſt dicendũ
matrimonium non fuiſſe ſolutum, Sic
Ricardus (aliàs magnæ author.) non vi Ricar. in 4.
detur conſequenter dixiſſe in 4. qui di d. 39. q. 2.
cit, ſtatim ſolui matrimonium ante ſe-
cundum contractum. Et ſtatim in ea-
dem q. affirmat, debere reſtitui, ſi con
uertatur qui diſceſſit, & fidelis, non
tranſiuit ad aliud matrimonium. Cer
tè contradicit ſibi ipſi: nam ſi ſolutũ
eſt, quomodo compellitur eam acci-
pere? Si autem compellitur accipere, Contradi
quomodo ſolutum eſt? His dictis, po- ctio in Ri-
namus ſecundam concluſionem. cardo.

2. conclu. 2. concluſio. Licet in nullo trium
Ioan. Ar- caſuum ſtatim matrimoniũ ſoluatur,
bore. 6. li. antequàm fidelis, tranſeat ad aliud
Theoſo. matrimonium, tamen in quocunq; il-
c. 10. lorũ fidelis, habet ius ſoluendi matri-
monium ſtatim. Probatur per c. Quan
to, Extra, de diuortijs. Et 28. q. 2. c. Si
infide-

infidelis. Vbi dicitur. Contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur: ſed non eſt potior ratio de vno caſu, quàm de alijs duobus: ergo ſi in vno ſtatim ſoluitur ius matrimonij, ſimiliter in alio, at ſolui ius matrimonij non eſt, quòd ſtatim ſoluatur matrimonium, vt diximus in prima concluſione: ergo eſt quia immediatè in quocunq; caſu datur fideli, ius ad ſoluendum matrimonium.

2. Ratio. Præterea. Ex dictis Apoſtoli idem probatur. Si infidelis, diſcedit, diſcedat, non eſt frater ſubiectus ſeruituti. vbi intelligit Eccleſia in c. Quanto. ſuprà allega. & omnes doctores, matrimonium diſſolui in tribus caſibus: Primo, quando infidelis non vult cohabitare fideli. Secundo, quando vult, ſed non ſine contumelia creatoris. Tertio, quando non ſine hoc, ꝙ pertrahat fidelem ad peccatum mortale: quia ſi in iſtis caſibus non liceret fideli, tranſire ad aliud matrimonium, eſſet ſeruituti ſubiectus: ſequitur ergo ex beato Paulo, & Eccleſiæ determinatione, quòd & ſi non ſtatim ſoluatur matrimonium poſt aliquem iſtorum caſuũ, tamen ſtatim habet ius fidelis ad diſſoluendum.

3. Ratio. Item. Statim poſt aliquem trium caſuum licitè poteſt fidelis tranſire ad aliud matrimonium, vt conſtat ex textu, & ex dictis, quòd ante aliquem caſuum nullo modo licitè poterat: ergo ex hoc eſt, ꝙ poſt tales caſus accipit ius, ad tranſeundum ad aliud matrimonium.

3. conclu. 3. concluſio. Ad hoc ꝙ poſt aliquẽ iſtorum caſuum fidelis licitè poſſit ad aliud matrimoniũ trãſire, nullo modo requiritur ſentẽtia Eccleſiæ. Hanc pono propter Hoſtien. & alios, qui volunt dicere, eſſe neceſſariam ſententiã iudicis Eccleſiaſtici, ponentis terminũ infideli, intra quem velit cohabitare, vel deſiſtere à contumelia creatoris, vel à pertractione fidelis, ad mortale. Et dicit Hoſtien. Tunc lapſo illo termino præfixo ab Eccleſia, poteſt fidelis aliud matrimonium contrahere. Probatur concluſio contra eos. Solutio

Ad hoc ꝙ poſſit ad ſecũda vota tranſire non requiritur ſententia Eccleſiæ.

Ratio contra Hoſt. & alios.

matrimonij legitimi in iſtis caſibus, vel ius ad tranſeundum ad ſecundum matrimonium non fit niſi ex verbis B. Pauli dictis ex intentione Chriſti, vt diximus: ex quibus Eccleſia illud determinat, & intelligit: ergo eodem modo diſſoluitur in illis caſibus, quos B. Paulus teſtatur ex intentione Chriſti, & Eccleſia intelligit Paulum dixiſſe: ſed ipſe dicit. *Si diſcedit infidelis, diſcedat: non eſt frater ſeruituti ſubiectus.* Ex quibus Eccleſia dicit diffiniendo in c. Quanto. de diuortijs, ſolui matrimonium, quando infidelis non vult cohabitare, vel dato velit, ſed non ſine contumelia creatoris, vel ſine hoc, quòd fidelem pertrahat ad mortale: ſequitur ergo ipſo facto fidelem, habere ius tranſeundi ad aliud matrimonium ſine alia ſententia Eccleſiæ, quia Eccleſia nullum ius diſſoluendi poſſet dare circa matrimonium legitimum, niſi illud eſſet datum à Chriſto: at illud Eccleſia intelligit datum per os beati Pauli in illis tribus caſibus poſitis: ſententia ergo iudicis Eccleſiaſtici non eſt requiſita. Videntur enim qui illud affirmant dicere, ius ſoluendi matrimonium verum, & legitimum, concedi ab Eccleſia, quod non apparet. Itaq; tenendum eſt, non eſſe ſententiam iudicis neceſſariam, quia ſi neceſſaria eſſet ad habendum ius ad ſoluendum matrimonium, ſic quòd ſine ipſa non haberetur, nunquàm etiam poſt ſententiam liceret fideli, tranſire ad aliud matrimonium: quia ſi aliunde fidelis nõ haberet ius ad diſſoluendum, non poſſet tota Eccleſia ſimul dare tale ius, cùm eſſet aliquid facere contra mandatum Chriſti, quamuis aliquibus placet contrarium. Nõ eſt ſententia iudicis neceſſaria ad diuortium.

4. concluſio. Licet ita ſit quòd matrimonium diſſoluatur, cùm primum fidelis, poſt aliquem iſtorum trium caſuum tranſit ad aliud matrimonium, non tamen diſſoluitur, ſi infidelis diſcedens, ad aliud matrimonium tranſeat, manente fideli in viduitate. Volo dicere, non eſſe idem de fideli, & infideli. Nam ſi contingat, quòd infidelis, nolens cohabitare, ſtatim tranſeat ad 4. conclu. notanda. Non eſt ęqua ratio fidelis, & infidelis.



ad aliud matrimonium, & fidelis maneat adhuc ſolus, non eſt ſolutum matrimonium: ſed ſi conuertatur infidelis, relicto matrimonio ſecundo, redibit ad primum, ſi fidelis adhuc manet in priori matrimonio. Probatur. Ratio 1. Matrimonium legitimum & verum ſolũ diſſoluitur authorit. Chriſti, & Apoſtoli loquentis ex perſona eius: ergo ſolum in caſu quo beatus Paulus intendit velle diſſolui, & Eccleſia intelligit, diſſolui poteſt: ſed (vt conſtat ex beato Paulo) cauſa quare diſſoluitur iſtud matrimoniũ in iſtis caſibus, eſt in fauorem fidelis: ergo talis fauor nullo modo debet ſe extendere ad infidelem: at extenderetur, ſi ſtatim ꝙ infidelis, trãſit ad aliud matrimonium, primum matrimonium diſſolueretur: ergo non debet extendi ad aliud. Probatur: quia in fauorem fidei introductum eſt: nam ibi dicit beatus Paulus. *Si infidelis diſcedit, diſcedat, non eſt frater ſubiectus ſeruituti.* Ergo in fauorẽ fratris fidelis diſſoluitur: vnde non debet iuuare infidelem. Et certum eſt fauor infidelis eſſet, ſi ſtatim non volens cohabitare, alium ducendo, matrimonium ſolueretur. Eſſet itaq; contra Paulum. Quod probo: quia tunc ſeruituti ſubiectus eſſet frater. Patet. Priuaretur, ipſo nolente, vero coniuge, quod eſt magna ſeruitus: nam ſi ſolutum eſſet matrimonium per hoc, ꝙ infidelis, aliũ duxit, nullo modo poſſet ei reſtitui verus ſuus coniux, etiã ſi ipſa vellet manere in viduitate, ſpectans eius conuerſionem: quia ſi primum ſolutum eſt, ſecundum valuit. Neq; poteſt poſt diſſolui, dato ad fidem conuertatur, imò neq; poteſt ad primum reuerti, etiam mortuo ſecundo, niſi cum nouo conſenſu.

Ratio. 2. Præterea. Si per hoc ꝙ infidelis tranſit ad aliud matrimonium, manente fideli in continentia, ſolueretur matrimonium, ſequeretur, ꝙ poſt infidelis, conuerſus non neceſſariò deberet redire ad fidelem, ſed ſtare cum ſecundo: at compellitur ſecundum relinquere, & adhærere primo: ergo non fuit ſolutum matrimonium. Hoc patet in cap. Gaudemus. Extra, de diuortijs. vbi etiam compellitur fidelis recipere infidelem coniugem poſtquã conuertitur. * Soluitur ergo matrimonium quando fidelis ad alia tranſijt vota.

## ARTICVLVS XXXIIII.

*Vtrùm infideli liceat poſt conuerſionem alterius tranſire ad ſecunda vota.*

VTRVM poſtquàm fidelis tranſierit ad aliud mantrimonium, liceat & infideli eodem modo ad ſecunda vota remeare, vel, vtrùm teneatur continere quamdiu viuit vir ad fidem conuerſus. Reſpondetur.

Prima concluſio. Infidelis, matrimonium contrahens poſt diſceſſum à fideli, antequàm fidelis contrahat, peccat. 1. Conclu. Probatur ex proximè dictis, quia Ratio. ſi non diſſoluitur matrimonium, quandiu fidelis, manet in viduitate, ipſa cũ altero exiſtente, relicto proprio, erit in adulterio, vt patet ex beato Paulo 1. Corinth. 7. Sequitur ergo, quòd & peccat, & manet in peccato, quamdiu fidelis, non tranſit ad aliud matrimonium.

2. concluſio. Infidelis contrahens 2. conclu. ſecundum matrimonium, poſtquàm fidelis contraxit, non peccat. Probatur 1. Ratio. ex beato Paulo, & Eccleſiæ determinatione. Cùm primum fidelis tranſit ad ſecundum matrimonium, ſoluitur primum, ſi ergo ſoluitur, ſequitur infidelem iam non eſſe ligatum matrimonio: quia non poteſt matrimoniũ claudicare ex vna parte ſolum: ergo ſi ſolutum eſt matrimonium, ſequitur quòd infidelis, eſt legitima perſona ad contrahendum, vnde ſi de facto contrahat, matrimonium tenet: vel ſi non tenet, matrimoniũ ex vna parte claudicat, vel non eſt ſolutum ex parte fidelis, cuius contrarium determinatũ eſt ab Eccleſia.

Si peccaret contrahendo, maximè Ratio 2. quia ei eſt prohibitum contrahere, ſed non

non eſt ei prohibitum: quia nec lege naturæ, neq; lege Diuina, neque lege humana in pœnam infidelitatis: cùm infidelibus talem pœnam non poſuerit Eccleſia, ſequitur ergo, quãdo nulla lege prohibetur cõtrahere: & quia liber eſt a matrimonio primo per hoc quòd fidelis iam ſecundum matrimonium contraxit, quod nullum peccatum committit. Sic Glo. in Decretis, 28. q. 2. c. Si infidelis, vbi dicitur, q̃d contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, & nihilominus circa relinquentem. Vnde & relinquens contrahet ſine peccato, ſi conuerſus contrahat. Sufficit enim intelligamus fauorem datum fidei, vt fideli non cõtrahente, infidelis, non poſſit contrahere, quod non habet infidelis. Item, & habet fidelis, q̃d poteſt cogere infidelem nolentem cohabitare, vel volentem, ſed non ſine contumelia creatoris. Poteſt etiam cogere, ſi velit, ad redditionem debiti: & poteſt ſibi reconciliare, ſiue pœniteat de contumelia, ſiue maneat in ea, & infidelis, ad nullum iſtorum poteſt cogere fidelem.

Gloſſa.

Nota.
Epilogatio huius. 2. p.

Ex dictis in hac ſecunda parte poteſt colligi, matrimonium legitimum eſſe, & verum inter infideles, etiamſi eſſet varius ritus celebrandi. Et dato etiam haberent in vſu repudium, & admitterẽt plures vxores ſimul, & cõiungerentur in gradibus apud fideles prohibitos, etiamſi diſſoluatur in iſtis tribus caſibus hic poſitis ex Apoſtolo, per conuerſionem vnius ad fidem nihil obſtat quominus maneat tanquam certum, firmum, & catholicum eſſe verum matrimonium inter infideles, vbi adeſt legitimus & mutuus conſenſus, ſecluſa violentia, & alijs quæ irritare ſolent contractum, ſtando in iure naturæ. Sicq; pro complemento ſolum reſtat ſecundæ parti vnam quæſtionẽ, & vltimam addere, vtrum (dato ſit inter infideles matrimonium, vt diffinitum eſt) ſit ſacramẽtum, vel ſi non eſt, quando incipit eſſe ſacramentum: vtrum quando cõuertuntur, & vtrum tunc recipiant gratiam.

## ARTICVLVS XXXV.

*Vtrum matrimonium inter infideles ſit ſacramentum.*

QVAESTIO ergo eſt, vtrum matrimoniũ infidelium ſit ſacramentum. Et videtur quòd non: quia cum baptiſmus ſit ianua omnium ſacramentorum, & infideles baptiſ. nõ receperint: neq; poterit ſacramentũ eſſe apud eos.

Argumentum.

In contrarium tamen eſt expreſſus textus. Extra, de diuortijs. c. Gaudemus, vbi dicitur, ſacramentum matrimonij eſſe apud infideles.

In contrarium.

Pro ſolutione quæſtionis notandũ, quòd ſacramentum dupliciter accipitur circa matrimonium. Vno modo in quantum matrimonium eſt quoddam bonum, quod importat indiſſolubilitatem. Secundò, in quantum matrimonium eſt ſacræ rei ſignum, ideſt, ſanctificat aliquid, quod non erat ſanctum.

Conſideratio.

1. concluſio. Capiendo ſacramentum primo modo, pro bono ipſius matrimonij, quod eſt indiſſolubilitas, inter infideles matrimonium non eſt ſacramentum. Probatur. Vbi non eſt matrimonium indiſſolubile, non poteſt habere rationem ſacramenti: ſed inter infideles, non eſt omnino indiſſolubile: nam (vt patet ex dictis) ſolui poteſt per conuerſionem vnius ad fidem, altero nolente cohabitare. &c. Sequitur ergo non eſſe iſtam indiſſolubilitatem in matrimonio infideliũ. Et ob hoc dicitur matrimonium infidelium legitimum, & non ratum, quia non eſt ſimpliciter indiſſolubile. Matrimonium autem fideliũ dicitur ratum & legitimum: quia diſſolui nõ poteſt. De quo ſupra in hac parte, art. 1. in fine diximus.

Conclu. 1.

Matri. infideliũ dicitur legitimum & nõ ratũ: fideliũ tamen ratum, & legitimũ.

Capiendo ſacramentũ ſecundo modo, prout eſt ſacræ rei ſignum, inter infideles eſt matrimonij ſacramentũ. Hoc patet ex cap. Gaudemus. Extra, de diuortijs. vbi ſacramentum voca-

2. conclu. 1. Ratio.

tur



tur. Ergo debet intelligi primo, vel ſecundo modo, non primo modo vt diximus: ergo ſecundo.

2. Ratio.

Secundò. Omne ſacramentum dicitur ſacrum, & ſignificans: ſed matrimonio infidelium hæc competunt: quia ſacrum eſt, & ſignificat: ergo eſt ſacramentum. Quòd ſit ſacrum patet, quia à Deo inſtitutũ eſt poſt creatum hominem, vbi Deus inſtituit dicendo. Propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, &c. Et erunt duo in carne vna, quod etiam eſt inter infideles. Neque per hoc ſolùm ſacrum dicitur, quia à Deo inſtitutum, cum etiam omnes creaturæ ſacræ dicerentur, ſed eſt ſacrum alio modo ſpeciali: quia à Deo habet quandam ſanctificationem. Nam cum poſt peccatum non poterat fieri concubitus ſine peccato, eo q̃ ex ardore concupiſcentiæ fieret, prouidit Deus contra hoc, inſtituens matrimonium in remedium contra morbum: vt conuenientes carnaliter, exercerent actum illum abſq; peccato. Et hac ratione ſacramẽtum eſt: quia in lege naturæ poſt peccatũ inſtitutum in remedium quando dictum eſt. Creſcite, & multiplicamini, &c. Sequitur ergo, cum inter infideles matrimonium etiam ſit in remedium, ad ſanctum reddendum illum actum, q̃ ſacrum eſt, & ſic ſacramentum. Eſt etiam ſacræ rei ſignum: quia ſignum eſt ſanctificationis illius actus coniugalis, qui non poteſt, ſecluſo matrimonio exerceri abſq; peccato. Et dato non competat matrimonio infidelium eſſe ſacramentum, in quãtum eſt in noua lege inſtitutum, & miniſtratur per miniſtros eccleſiæ, competit tamen eſſe ſacramentum in quantum a Deo inſtitutum fuit in officiũ naturæ generaliter pro omnibus: & in remedium: & poſt in remediũ etiã pro omnibus inſtitutum fuit ad quandam ſanctitatem oſtendendam illius actus. Et quidem do. Adrianus abſolutè dicit matrimonium infidelium eſſe ſacramentũ. Et clariſſimus doct. Medina in ſuis reſolutionibus dicit, probabilius eſſe quòd dicatur ſacramentum: quod probat ſufficienter: quia Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum illis verbis, quos Deus coniungit, homo non ſeparet, ſed hoc non ad fideles ſolum, ſed ad infideles ſpectat.

Gen. 2. Matt. 19. Gen. 9. Gen. 2. Gen. 9. Adrian. Medina. Matth. 19

Ad illud quod in principio obiectũ eſt, eo q̃ baptiſmus ſit ianua omnium ſacramentorum, reſpondetur verum eſſe, capiendo ſacramentum ſtrictè pro illis, quę in lege noua a chriſto inſtituta ſunt. Nam iſto modo capiendo inter infideles non eſſet ſacramentum matrimonium.

Ad argu.

Sed poſſet eſſe argumentum. Omne ſacramentum gratiam confert: ſed matrimonium infidelibus, nullam gratiam confert: ergo nullo modo eſt ſacramentum.

Obiect.

In hoc argumento tangitur difficultas, vtrum matrimonium generaliter conferat gratiam, dato ſit ſacramentum. Et quia quidam doctores graues, ſunt qui affirmant non conferre gratiam, licet ſacramentum eſſe concedant: vt determinatum eſt ab eccleſia, poſſet reſponderi ad argumentum facile ex opinione iſtorũ, dicendo poſſe bene ſtare iſta duo, q̃ ſit ſacramẽtum, & q̃ gratiam non conferat. Verum mihi non placet in hac parte iſtorum ſententia: imò modo eſſet error ſed incõſtanter affirmandum ſacramentum matrimonij gratiam conferre gratum facientem, ſicut cæteri doctores affirmant, quod determinatum eſt aperte in concil. Floren. & Triden. ſeſſio. 6. vbi dicitur, q̃ ſacramenta. 7. Eccleſiæ, inter quæ matrimonium computatur, non ſolum cauſant gratiam, ſed continent eam. In quo grauiter errauit Aper ille, & ſingularis ferus Lutherus, ſicut in alijs multis, negans matrimonium ſacramentum eſſe. In quo errore fuerunt lapſi prius Armeni. Quem ſequutus eſt noſtris temporibus Caluinus, dicens nullũ cognouiſſe matrimoniũ ſacramentum eſſe, vſque ad tempora Gregorij: in quo peſſime errauit, cum ante Gregorium. Ambroſius, Auguſtinus, & alij claſſici viri aſſeruere matrimonium eſſe ſacra-

Magi. in 4. d. 2. c. 2. Dur. in 4. d. 26. q. 3. Hoſtien. in ſum. de ſacra. nõ iterandis.

Eraſm. in ſcho. ſup. epi. Hier. ad Hieronimã Gloſſ. c. cũ in eccleſiæ. de ſimonia, & 32. q. 2. c. honorantur. Prædicti omnes tenent in matrimonio non dari gratiã.

mentum. De quo in noſtris reſolu-
tionibus Theologicis in 4. Ad obie-
ctionem autem allatam dico, ꝙ matri
monium infidelium eo modo quo eſt
ſacramentum,& gratiam confert. Vo-
lo dicere, ꝙ ſacramentũ ſtrictè capi-
tur pro ſacraméto nouæ legis inſtitu-
to à Chriſto: & ſic capiendo, matri-
monium inter infideles non eſt ſacra-
mentũ. Capitur etiam pro ſacræ rei ſi
gno: & ſic eſt inter infideles ſacramen-
tũ. Sic gratia capitur dupliciter. Vno
modo propriè, & ſtrictè, pro gratia
gratum faciente: & iſto modo ſacra-
mentum matrimonij infidelium gra-
tiam non confert, quia quamdiu ſunt
tales in infidelitate, non habent gra-
tiam gratum facientem, per quam da-
Abulen. tur ius ad regnum cœlorum. Secun-
1. Regum. do modo dicitur gratia largè, non ſo-
q. 8. 44. lum quę hominem reddit gratum, ſed
quæ facit non eſſe hominem ingratũ,
id eſt, diſplicentem Deo. Et quidem
gratia eſt, quòd ego non ſim diſplicés
alicui, dato maior ſit, per quam etiam
Hugo de ſum placens, & gratus. Et hoc modo
ſacra. li. 2. capiendo, ſacramentum matrimonij
p. 11. c. 8. inter infideles gratiam confert: nam
B. Bona. in facit quòd per iſtum actum commix-
in 4. d. 26. tionis maris, & fœminæ qui ſic coniun
art. 2. q. 3. guntur, non diſpliceant Deo, & non
offendant Deum: & non ſint ingrati
in illo actu, qui omninò diſplicerent,
& offenderent Deum, ſi non eſſet ſa-
crameutum matrimonij. Non eſt du-
bium hanc eſſe gratiam, licet non ſit
gratum faciens, tamen non eſt diſpli-
cens, vel eſt non ingratum reddens.
Si tamen quis neget hanc dici gratiã,
non contendo, quia quæſtio eſt de no-
mine. Sed tamen dicitur ſacramentũ,
vt ſacræ rei ſignum eſt, vt dicit Adria-
Adria. nus prima q. de matrimonio.

Et quidē Michael de Medina in ſuo
de cœlibatu, lib. 5. c. 66. de matrimo-
nio rato, & non conſummato loquens
inter fideles, affirmat & probat matri
monium ratum non conſummatum,
non eſſe verum ſacramentum, neq; ve
rum matrimonium, quia ſolubile eſt,
& per ingreſſum religionis, & per ſum
mi Pontificis diſpenſationem. Cum
ergo inter infideles matrimoniũ plu-
ribus modis diſſolui, poſſit etiam con-
ſummatum, vt probatum eſt: conſe-
quenter hic author inter infideles
matrimonium eſſe ſacramentum ne-
garet, fortè ſolum de nomine quæſtio
eſt, vt diximus.

## ARTICVLVS XXXVI.

*An ſtatim vt conuertuntur infideles, matrimonium ſit ſacramentum ſtrictè.*

SED ex iſtis oritur quę
ſtio non contemnen-
da. Si ita eſt, quod ma
trimonium inter infi-
deles (dato ſit ſacra-
mentum) non confert
gratiam gratum facientem, quia ſo-
lùm hoc competit ſacramento fideliũ,
peto, vtrum ſi infideles cõuertantur,
matrimonium ſit propriè ſacramen-
tum, capiendo ſtrictè, & conferatur ſi-
militer gratia gratum faciens: Reſpon
detur breuiter.

Prima conclufio. Matrimonium in- 1. conclu.
fidelium licet tempore infidelitatis Hugo vbi
non ſit ſtrictè ſacramentum, neq; gra- ſuprà.
tiam gratum facientem conferat, ta-
men cum baptizantur, & de nouo con
ſentiunt, fit ſacramentum ſtrictè ca-
piendo, & confertur gratia gratum fa
ciens, ſi ſint alias diſpoſiti. Probatur. Ratio.
Vbicunq; eſt conſenſus expreſſus in-
ter legitimas perſonas fideles: eſt ſa-
cramentum verum ſtricte, & vnum de Ekius de
7. ſacramentis: ſed inter tales infide- ſacramen.
les, qui poſt baptiſmum de nouo con- matri. hõ.
ſentiunt, eſt talis conſenſus, ergo eſt 73.
verum ſacramentum, at vbi eſt verum
ſacramentum nouæ legis, & non eſt
obſtaculum, datur gratia gratum fa-
ciens: conſequens ergo eſt, quod illis
poſt baptiſmum vere confertur. Dixi,
ſi ſint diſpoſiti: quia poſſet eſſe obſta-
culum quominus reciperent, ſicut &
apud alios fideles contingere poteſt,
qui dum ponunt obicem, non ſequi-
tus effectus.

Ex iſta concluſione ſequitur, bene, 1. corolla.
pru-



prudenter, & ſanctè fieri à miniſtris in
nouo orbe, quando nouiter conuerſos
incitant & ſollicitant vt veniant ad
contrahendum in facie Eccleſiæ, & re-
cipere benedictiones, vt conſentientes
de nouo, fiat ſacramentum, & recipiãt
Corolla. 2 gratiam gratum facientem. Sanctè
etiam fit quòd prius confiteantur,
quam ad tales benedictiones admit-
tantur, vt non ſit obſtaculum, quomi-
nus iuſtificentur illi, qui forte in ba-
ptiſmo poſuerunt obſtaculum gratiæ.

Conclu. 2 Secunda concluſio. Non ſolùm eſt
verum quod poſitum eſt in præfata
concluſione, quando de nouo poſt ba-
ptiſmum conſentiunt, ſed etiam fit
ſacramentum, & gratiam recipiunt ta
les, gratum facientem, ſi perſiſtant in
conſenſu tempore infidelitatis habi-
to, etiam ſi nullus alius ſit de nouo.
Ratio. Probatur. Inter tales eſt verum ſa-
cramentum matrimonij poſt baptiſ-
mum, ſtrictè capiendo, & propriè, ſa-
cramẽtum, & indiſſolubile, poſtquàm
baptizati ſunt, & ante in infidelitate
non erat, ergo aliquando poſt baptiſ-
mum incepit eſſe ſacramentum pro-
priè: at cùm non ſit potior ratio de
vno tempore, quam de alio, dicendum
quod tunc, primo quando ſunt bapti
zati ſine nouo conſenſu matrimonij,
quia quandocunq; eſt ſacramentum
nouæ legis, ille qui recipit, ſimul reci-
pit gratiam, ſi non ſit impedimentum,
ſed in infidelibus cùm primò baptizan
tur, ſi ante fuerunt ligitimi coniuges,
incipit ſine nouo conſenſu inter eos
eſſe verum ſacramentum matrimonij,
ſtrictè capiendo, & propriè: ergo &
tunc habebunt gratiam, ſi non ſit im-
pedimentum.

Ex iſta concluſione ſequitur, dato Corolla.
bene fiat: quòd neophyti veniant ad
recipiendum benedictiones: & de no-
uo contrahant: tamen non eſt hoc ne
ceſſarium ſimpliciter, ſed ſolùm con-
ſilium. Sic Palude. in 4. d. 26. q. 4. Palud.
qui in ſolutione ad 5. ſub breuiſſimis Idem Ioã.
admodum verbis dicit in ſententia Ekius de
vtranque concluſionem. Infideles ha- ſacramen.
bebunt gratiam per matrimonium, ſi matri. ho-
poſt baptiſmum de nouo cõſentiant: mi. 73.
vel in preſtino conſenſu perſtant. Tũc
etiam imprimitur ornatus ille, & gra
tia: niſi ponant obicem. Hæc ille.
Quod credo eſſe verum, & tenẽdum,
quanquam dicat quidam aliàs grauis
doctor, quòd matrimonium infideliũ
non eſt ſacramentum neque ante: ne-
que poſt, neq; quando conuertuntur,
neque confert gratiam, licet quando
baptizantur, conferatur eis vigor ad
præſeruationem peccatorum. Hæc
enim non apparent vera nam quãdo-
quidem infideles baptizantur, & ſunt
legitimi coniuges: oportet concedere
matrimonium in eis eſſe ex Eccleſiæ
ſacramentis. Et ſic eſt finis ſecundæ
partis, in qua de matrimonio infide-
lium egimus. Et reſtat pro comple-
mento totius materiæ in tertia parte
quam breuiter diſſerere de diuortio,
quomodo debeat fieri: ſiue quando
ſit ad tempus, ſiue perpetuo, vel quan
do fit ſeparatio matrimonij quantum
ad vinculum propter impedimentum
quod præceſſit, & qualis modus de-
beat ſeruari maximè in foro conſcien
tiæ.

*Finis ſecundæ Partis.*

# TERTIA PARS SPECVLI CONIVGIORVM,

*R. P. F. Alphonſi à Vera Cruce, Theologi, & Cathedratici primarij in vniuerſitate Mexicana, in partibus Indiarum maris Oceani, Inſtituti Heremitarum S. Auguſt. & eiuſdem ordinis prouincialis in eiuſdem partibus.*

*ABSOLVTO tractatu de matrimonio in ſe, & de omnibus impedimentis eius, & de eo quantum ad infideles attinet, reſtat poſtremò loco tractare de diuortio: quomodo ſoluitur aliquando quantũ ad torum, vel quantum ad cohabitationem. Et tandem diſſeremus, quomodo procedendum ſit ad diuortium celebrandum.*

Diuortiũ aliter ſecundũ leges ciuiles quã eccleſiaſticas.

*Loquuturi igitur de diuortio, oportet conſiderare, quòd aliter diuortium capitur ſecundum leges humanas ciuiles, & aliter ſecundum Eccleſiaſticas: nam ſecundùm leges ciuiles dicit ſeparationem matrimonij quantum ad vinculum, vt patet. ff. de diuortijs. Diuortium. Vnde diuortium dicitur à diuerſitate mentium: quia non ſunt vnius mentis, vt commanere conſentiant. Secundum verò Eccleſiæ ſtatuta, diuortium accipitur pro ſeparatione coniugum quantum ad torum, manente integro vinculo matrimonij. Vtroque autem modo capientes diuortium, diſſeremus quando ſit ſeparatio coniugum quantum ad torum, vel cohabitationem. Et ſimiliter de diuortio inquantum ſit ſeparatio matrimonij, quando fuit contractum inter perſonas illegitimas, vel fuit nullum ob aliquod impedimentum: quis modus debeat ſeruari in diuortio talis matrimonij quod non erat verum, licet appareret verum fuiſſe. Et de primo loquentes quæritur.*

## ARTICVLVS I.

*De cauſis diuortijs.*

QVAERITVR imprimis: quod modis legitimum matrimonium inter fideles: quantum ad torum, vel cohabitationem diſſoluatur: quod eſt quærere: ex quibus cauſis celebretur diuortium, & matrimonium legitimum quo ad cohabitationem, vel torum cõtingat diſſolui. Ad quod immediatè reſpondetur ſex concluſionibus. Quarum prior

1. conclu.

1. concluſio. Ad diuortium celebrandum inter fideles qui legitimè contraxerunt quoad torum cauſa, fornicatio eſt. Probatur author. Chriſti dicentis. Omnis qui dimiſerit vxorem, excepta fornicationis cauſa, mœchatur. Idem etiam Matth. 19. Iudæis interrogantibus ex quibus cauſis liceret vxores dimittere, reſpondit, ſolum propter fornicationem licere. Ex iſtis patet concluſio. Chriſtus redemptor noſter inſtituit matrimonium, & vinculum indiſſolubile: ſimul & mutuam cohabitationem, declarauit coniugatorum, ergo ſi in aliquo caſu diſſoluitur, ſolum erit in caſu expreſſo à Chriſto, quia non poteſt aliquis Chriſto inferior, legem ab eo latam mutare, vel in ea diſpenſare, at ſolum ipſe Chriſtus fornicationem declarauit eſſe cauſam diuortij: ergo ſola ipſa

Ratio. Matth. 5.

Couar. 2. p. epito. c. 7. §. 5. nu. 8.





S. Tho. 1. 2 q. 95. art. 4. & 5.

D. Augu.

poteſt diuortium celebrari. Sic expreſsè. B. P. Auguſti. Multæ erant in lege cauſæ dimittendi vxores. Chriſtus ſolam fornicationem, excepit: cæteras moleſtias iubet pro fide, & caſtitate coniugij ſuſtinere. Ratio autem quare Chriſtus ſolam iſtam cauſam poſuit in lege Euangelica, cum in lege veteri ob duritiam Iudęorũ permitteret libellũ repudij dari ex quacunque cauſa (vt nos ſuprá in 2. parte probauimus) hæc fuit, quia nullus poſſet indiſſolubilitatem matrimonij ſuſtinere in lege noua, ſi propter fornicationẽ, non liceret ſeparari quantum ad cohabitationem. Quis ergo patienter ferret vxorem ſuam continue adulterantem, & quod ipſe non poſſet abijcere eam? Profectò vix eſſet aliquis. Ob quod decuit Dei ſapientiam, quandoquidem vinculum matrimonij indiſſolubile prædixerat modum daret obuiandi tanto malo, ſi contingeret vxorem fornicari. Hæc concluſio patet in cap. Ex parte. de ſponſ. & c. Significaſti. Et c. ex literis. Et cap. Gaudemus, de diuortijs. Et c. fin. de adulte. & l. conſenſus. C. de repudijs.

Super 2. p. ar. 5.

Prior cauſa celebrãdi diuortium in lege noua Chriſti.

Cauſa 2.

Secunda cauſa fuit huius permiſſionis: quia directè fornicatio repugnat bonis matrimonij, ſcilicet, fidei, quam tenentur ſeruare coniuges inter ſe, vt nullus accedat ad alienum torum: at dignum eſt vt frangenti fidem, & frangatur ei. De iureiuran. c. Peruenit. Quare ſapientiſſimè factum eſt, vt mulieri fornicanti, & frangenti fidem cũ adultero: ipſe vir non teneatur ei ſeruare fidem reddendo ei debitum: quia ipſa non ſeruauit fornicando: relicto proprio coniuge, accedẽs ad aliũ.

Cauſa 3.

Tertia cauſa, quia ad charitatem videtur pertinere, vt caſtus fornicantem deſerat: nam ſi vir retineret fornicantem mulierem, præberet ei patrocinium ad fornicandũ, vt ait Chryſoſtomus, & habetur extra, de iureiuran. c. Quemadmodum: ſed quilibet tenetur auferre offendiculum proximi: conuenienter ergo factum eſt à Deo, ad tollendum iſtud offendiculũ: quòd innocens poſſit propter fornicationem ſeparari ab vxore.

Chryſoſt.

Cauſa 4.

Quarta cauſa & potiſſima, propter bonum prolis: nam muliere fornicante, incerto patre naſceretur proles: & nõ poſſet abſq; detrimento eius eſſe: vnde ex natura rei cõceſſum eſt diuortium ob fornicationem.

Conclu. 2.

2. concluſio. Mollities, Vitium ſodomiticum agendo, vel patiendo: vel vxorem cognoſcendo extra naturale vas: eſt cauſa diuortij quantum ad cohabitationem. Probatur ex dictis Chriſti, vt patet in præcedenti concluſione. Fornicatio eſt cauſa ſufficiens ad vxorem dimittendam: at verò mollities, & vitium beſtialitatis ſub fornicatione includitur ſequitur talia peccata eſſe cauſa diuortij. Probatur quòd includatur. P. Auguſt. 32. q. 4. c. Meretrices. ait. Nam ſub mœchiæ, vel fornicationis nomine, omnis illicitus concubitus, & indebitus membrorum vſus continetur. Talia quidem in præiudiciũ vxoris fiunt, quia nunquam ex huiuſmodi contra naturam concubitu concipiet. Dixi, de vitio ſodomitico nephando, ſiue ſit patiendo, vel agendo, propter aliquos, qui licet concedant concluſionem veram de vitio nephando reſpectu agentis: negãt reſpectu patientis, quia patiendo nihil perijt de propriæ vxoris debito, quia vir tunc patiens, non emittit ſemen: neq; qui patitur dat alteri debitum propriæ vxoris. Verùm nos de vtroq; loquentes, eandem rationem affirmamus eſſe de vno, & de alio. Per vtrunque enim de directo ſit contra matrimonium: in quo Deus poſuit commixtionem maris & fœminæ fieri via naturali, per quam ſequeretur generatio. Et ſicut fornicatio cauſa eſt diuortij, quia fides frangitur, quæ deberet ſeruari in debita commixtione: cum in vitio nephando contra naturam, ſiue ſit patiendo, ſiue agendo, fides non ſeruetur de debita commixtione maris, & fœminæ, erit cauſa diuortij. Etiam ſi vir fœminam velit cognoſcere extra vas debitum, & naturale; eſt cauſa diuortij

32. q. 7. c. Oẽs cauſationes.

Sylueſt. in verbo, Diuortiũ q 7

Alcia. lib. 10. Parergon. c. 11.

Couar. 2. p. epito. c. 7. §. 5.

Viguer. in ſuis inſti. c. 19. §. 7. verb. 9.

Ambroſ. 1. Cor. 7.

S. Tho. in addi. q. 62. artic. 1.

uortij ſufficiens, ſicut ſi adulterium
Gloſſa. committeret. Glo. 32. q. 7. c. Omnes
accuſationes. vbi dicitur. Quòd ſi vir
polluat mulierem in vaſe indebito,
Gen. 38. vel extra vas, ſicut dicitur in Gene.
de Onia filio Iudæ, qui ſemen fundebat in terram, cùm ad vxorem accedebat: poteſt diuortium petere: quia per hoc iniuria fit vxori, quæ filios habere vult, & illo modo non poteſt. Item: quia matrimonium eſt in remedium, vt ait Paulus: & iſte finis collitur, quando mulier non cognoſcitur modo debito. Sic tenet Cal.
1. Cor. 7. Anto. Abba. & Ioan. Ana. in cap. In
Cõtra Inno. & Alua. de plã. maritis, extra, de adulte. Barba. 1. volu. conſi. 64. Chaſſen. in conſue. Burgun. rubri. 7. §. 3. Alcia. lib. 10.
Ob hæreſ. cõceditur diuortiũ. Parergon, c. 11. quicquid dicat Innocen. in c. 1. de adulterio. & Aluarus de planctu Eccleſiæ lib. 2. art. 2.

3. conclu. Caſtro. de Iuſ. pũ. li. 2. c. fin. de conuer. coniuga.

3. concluſio. Licèt ita verum ſit, quod propter hæreſim, in qua alter coniugatorum incidit, Eccleſia diuortium concedat: non tamen hoc eſt, quia hæreſis ſit fornicatio ſpiritualis, ſed facit Eccleſia ad defenſionem coniugis fidelis. Iſta concluſio patet. Primò quòd propter hæreſim fiat ſeparatio. Extra, de diuortijs. cap. De illa, & c. Quanto. Sed probo ſecundam partem, quòd non ſit, quia hæreſis ſit fornicatio ſpiritualis: quia ſi ſic, ſequeretur quòd etiam quodlibet aliud peccatum eſſet cauſa ſufficiens ad diuortium, cum per quodlibet peccatum homo fornicetur ſpiritualiter, & non ſeruet fidem debitam Deo, ſed non quodlibet peccatum eſt cauſa diuortij, vt patet eodem titulo.
Reper. inquiſito. in ver. Dote Couar. vbi ſuprà. c. Quæſiuit. vbi dicitur. Mulier pro furto, vel alio crimine viri ſui ab eo ſeparari non debet. Ergo non fit ſeparatio propter hęreſim: quia hæreſis eſt fornicatio quædam.

S. Th. 1. 2. q. 95. art. 4. & 5. S. Tho 2. 2 q. 10. ar. 3.

Secundo. Separatio etiam quantum ad cohabitationem non fit niſi authoritate Diuina, quæ matrimoniũ dixerat indiſſolubile: quia ad ſolum ipſum ſpectat legem interpretari, ad quem & condere: ſed Chriſtus ſolam fornicationem cauſam dedit ſeparationis: ergo Eccleſia nullo modo potuit addere aliam cauſam, niſi habuerit, eſſe de intentione Chriſti. Cum ergo Eccleſia dat cauſa diuortij hæreſim alterius coniugis, & non quia hæreſis ſit fornicatio ſpiritualis, vel ſit grauiſſimum peccatum, ſequitur quòd propter aliam cauſam quam habuit à Chriſto, & hęc eſt ad ſubueniendum fideli iniuriam patienti, & periclitanti, propter hæreſim coniugis alterius qui hæreticus eſt: nam ſi non daret fideli licentiam diuertendi ab hæretico coniuge, per mutuam conuerſationem, & carnalem commixtionem, auerteretur coniux fidelis à fide, quia in veneris participando, facilis eſſet auerſio, ob quod Eccleſia volens ſubuenire oppreſſo, concedit fideli petenti diuortium. Et non eſt directè diuortium, ſed fidelis tutela, quia nulli neganda eſt defenſio animę, & corporis, vt conſtat apertè: nam ſi mulier machinaretur in mortem viri, & vir non poſſet eſſe ſecurus de malitia animæ eius, fieret diuortium ipſo petente, vt colligitur Extra, de diuort. cap. Si qua mulier. Et in gloſſ. cap. ſequentis ibidem. Et probatur quod cauſa iſtius diuortij propter hæreſim fiat ad tutelam fidelis, nam in c. Quæſiuit. ſuprà allegato, dicitur. Mulier pro furto, vel alio crimine viri ſui (niſi fidei ſuæ religionem corrumpere velit à viro non ſeparetur. Ponderanda ſunt verba textus, ſicut ſolent Iuriſtæ dicere, inquantum dicit, niſi fidei ſuæ religionem corrumpere velit. Sequitur ergo quòd ratio diuertendi in crimine hæreſis non eſt, quia fornicatio ſit ſpiritualis, ſed quia fidelis periclitatur de fide manendo cum hæretico coniuge: & in tutelam, Eccleſia ſubuenit ei, concedendo diuortium, quod non faceret, niſi haberet ex dictis Chriſti expreſsè, vel interpretatiuè. Hocque ſubſidium, & tutela in fauorem fidei eſt: qui fauor debet præualere habitationi matrimoniali. Nam ſi in fauorem fidei beatus Paulus ex mente Chriſti (vt in fine ſecundæ partis diximus) declarauit

Propter hęrẽſim diuortium ad tutelã.





rauit matrimonium ſolui, etiam quantum ad vinculũ, & ſic tenet Eccleſia: quantò magis in fauorem fidei, & defenſionis fidelis dicendum eſt eſſe de Chriſti intentione, vt matrimonium diſſoluatur quantum ad cohabitationem? Et ſic videtur dicendum, diſſolui per lapſum in hæreſim: non quia ipſa fornicatio ſit, & ex illis verbis Chriſti Matth. 5. & 19. liceat diuertere propter eam, ſed quòd Eccleſia habuit ex alijs verbis, vel factis Chriſti, in tali caſu diſſolui inter fideles quantum ad cohabitationem ob fauorem fidei, ſubueniendo fideli oppreſſo. Neq; eſt ad hoc neceſſaria peculiaris diuortij ſententia, vt patet ex text. vlti. de hæreticis, & in c. De illa. Extra, de diuortijs. & c. vlti. de conuerſione coniuga. Non tamen eſt concedendũ per hæreſim diſſolui quo
Celeſtin⁹ Papa. ad vinculum. In quo Celeſtinus Papa non tenetur, vt in c. Quanto. Extra, de diuor. Innoc. & ibi Gloſſa.

4. conclu. 4. concluſio. Probabiliter dici poſſet, ſtando in iure naturæ, ſi ius poſitiuum non obſtaret: cauſam diuertendi quantum ad torũ ſubueniendo oppreſſo quando periclitatur de anima, non ſolùm hæreſim eſſe, ſed quodcunque aliud peccatum, ad quòd inducitur quis ab alio coniuge, & non poteſt ſine animæ periculo commanere ei. Volo dicere in concluſione, ꝙ quemadmodum Propter hæreſim vnius, quia ſolicitat fidelem, & fidelis eſt in animæ periculo: & ad ſubueniendum ei, & tutelam eius conceditur diuortium, etiam ſtando in iure naturæ, imò & in iure Diuino, poſſet probabiliter dici, niſi obſtaret ius poſitiuũ, eandem eſſe rationem de quocunque alio peccato: ità quòd ſi vnus coniugum eſſet fur, & nimium alium ſolicitaret ad furtum, ſic quòd eſſet in periculo animæ ſuæ: videtur ex iure naturæ ſubueniendum, ſicut in peccato hæreſis, quia ita damnabitur pro vno ſicut pro alio: & ita periclitatur per
Nota. furtum, ſicut propter hæreſim. Item. Ex iure Diuino etiam videtur ſicut ſubuenit fideli conuerſo, quando infidelis non vult cohabitare, niſi pertrahendo eum ad mortale. Verùm quicquid ſit de hoc, non oportet iſta affirmare: quia expreſſa determinatio iuris poſitiui eſt in contrarium in c. Quæſiuit. ſuprà allegato. Et potius credendum eſt Eccleſiæ determinanti eſſe de intentione Chriſti, quòd in ſolo hæreſis periculo ſubueniatur oppreſſo per diuortium, quàm in alijs peccatis. Ratio diuerſitatis poteſt eſſe: quia cum fides ſit fundamentum, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, ſubueniendum eſt tanto periculo. In alijs verò peccatis, quæ poſſunt eſſe cum recta fide, non ſic, à quibus homo facilè liberatur manente fide, per conuerſionem in Deum, quod tamen non contingeret, vbi quis fidem perderet per hæreſim. Et certè uidetur ratio diuerſitatis ſufficiens, quare vni concedatur tutela, & ſubuentio, & non alteri, licet concluſionem abſolutè concedat etiam ſtando in iure poſitiuo do. Inno. in eodem c. Quæſiuit. contra Glo. vt bene notat Panor. Et cum Innocen. tenere videtur do. de Palude. d. 39. & Archie. Floren. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 5. Syluester. in ver. diuort. §. 7. Tamen non aſſererem ego: quia videtur eſſet contra textum, vbi ſolùm datur iſta tutela propter infidelitatem, id eſt propter hæreſim.

Ad Hebr. 11.

Quare ꝑpter hæreſim, & non propter alia peccata ſit diuortium.

Panor. Inno. Paludæ. Florent. Syluest.

Circa iſtam quartam concluſionem nota, quòd de rigore iuris fieri debuiſſet, ꝙ diuortium concederetur propter quodlibet peccatum, ad quod vnus coniugum nititur alium pertrahere tamen ex quadam iuris æquitate reductum eſt ſolùm ad peccatum infidelitatis. Et ſi vnus in mortem alterius machinatur. Extra, de diuo. c. Si qua mulier, ne facilè ſit diuortium. Hoc tamen intelligendum quantum ad diuortium perpetuum ſolùm propter iſta peccata, & fornicationem, ſed quantum ad temporale, quãdiu vnus perſiſtit alium trahere ad mortale. diuortium dabitur. Et ſic intelligit Innocen. c. De illa. Sic poteſt intelligi. P. Augu. 28. q. 1. c. Idololatria, vbi pro qualibet illicita concupiſcen-

Innocen. D. Aug.

tia, quæ animam à Deo ſeparat, dicitur ꝙ fiat diuortium. ſ. ſi traxerit coniux coniugem ad illud. Tamen per hoc ꝙ maneret alter coniugũ in peccato: non eſt dando diuortium ad tẽpus, neq; perpetuum. Et in iſto ſenſu ſunt intelligendi docto. qui videntur cõtrarium aſſignare textui, Et ita quidam dicunt. & benc, ꝙ ſi alter cõiugum eſt in peccato infidelitatis, etiã ſi non trahat ad illud alterum, datur diuortium. Ex cap. Quanto. de diuor. Et c. Mulier. de conuerſi. coniu. Si tamen eſſet in alio peccaro, & non traheret ad illud, non conceditur diuortium, ſed bene ſi trahat. Et ſic intelligunt textum c. Quæſiuit. ſupra alleg. Tenendum itaq; eſt, ꝙ temporale diuortium conceditur ad cnodcunqre peccatum, alter pertrahat . . um ſed perpetuum ſolum ſi eſt infide. . cate, vel ad ipſam infidelitatẽ trahat fidelẽ.

Concordantia Doctorũ.

5. conclu.

5. conclu. Licet per adulterium diuortium concedatur: ſiue fuerit ex parte viri, ſiue ex parte fœminæ, tamen aliqui ſunt caſus particulares, in quibus exiſtente adulterio, non conceditur diuortium. Quorum primus eſt: quando vterq; coniugum fuerit adulteratus: nam tunc, ſiue vir, ſiue fœmina diuortium petat, nõ dabitur: quia paria delicta, mutua compenſatione tolluntur. Extra, de adulte. c. vlti. Intantum eſt verum, ꝙ ſi muliere adulterante, & viro accuſante, diuortium fuerit celebratum, & poſt diuortium vir adulteratus fuerit, compellitur vxorem adulteram ſibi reconciliare. extra, de diuortijs. c. Significaſti. & c. ex literis. & 32. q. 7. c. Apoſtolus, & c. Placuit. & 32. q. 5. c. Pręcepit. & 32. q. 6. c. Chriſtiana religio, vbi declaratur, ꝙ ſint pares. Contra Caieta. qui dubitauit an ſint pares, vt dicemus.

1. Caſus. eſt, quãdo vterq; eſt fornicat⁹. Albert. Mag. d. 35 art. 14. & 19.

Caieta.

Caſus 2. quãdo vir dedit mulieri occaſioné adulterandi.

Secundus eſt, quando vir dedit mulieri occaſionem adulterandi: quod intelligendum eſt, quando tradidit eã vir cognoſcendam inuitam, ſiue volentem, vt patet extra, de eo qui cog. conſang. vxo. c. Diſcretionem. vel ſi volens ipſa adulterata eſt, quando tamẽ vir proſtituerit eam, vel fuerit mediator adulterij. Non tamen intelligitur dediſſe cauſam per hoc, ꝙ non ſoluit debitum, ad hoc quòd adulterium cõmiſerit. cap. Significaſti. in gloſ. extra de diuortijs.

Caſus 3. eſt, qñ mulier probabiliter credit virum mortuum & nupſit alteri.

Tertius eſt, quando mulier credens probabiliter virum ſuum mortuum, & alteri nupſit: & poſt viuere ſit inuentus, non poreſt vir ob hoc opponere adulterium: quia lex non iudicat eam adulteram 34. q. 2. c. cum per bellicã: ob quod tollendũ, eccleſia ſtatuit, vt mulier nõ tranſeat ad ſecũdas nuptias: vſquedum ſit certificata de morte viri, etiãſi ad viginti annos ſpectandũ ſit. extra, de ſponſ. c. In præſentia. Vnde ſi cõtraxerit cũ ſecundo: nõ plenè certificata de morte primi, & poſt incidit ſcrupulus de morte, dubitans, non debet petere debitũ à viro, ſed ſolum reddere poſtulanti. Extra, de ſecundus nuptijs. c. Dominus. & c. Inquiſitioni. de ſententia excommunicatio. & ſtatim cum primùm vir primus redierit, tenetur ad illum redire, relicto ſecundo. Et mox dũ plenè fuerit certificata de vita ſua, debet recedere à ſecundo. Ibidem etſi non redierit, iudicabitur adultera ex tẽpore illo, quo ſciuit virum ſecũdum viuere. 34. q. 2. c Cum per bellicã. Idem de viro dice . . m, ſi credit vxorem mortuam, & c. vt patet. 34. q. 2. c. Cum in captiuitate: nam quantum ad hoc ad paria obligantur vir & fęmina. Extra, de diuortijs. c. Gaudemus. Licet in caſu quo bona fide contraxit cum ſecundo, ſi poſt dubitat primum viuere, poſſit etiam petere, vt dicemus infra ar. 13. in fine, & art. 18.

Caſus 4. eſt, quãdo ignorãtia eſt.

S. Th. 1. 2. q. 6. ar. vl. Gen. 29. D. Aug.

Quartus eſt, ſi mulier ignoranter cognita eſt ab aliquo, qui non erat vir ſuus: ſed ipſa putabat ꝙ ſic: idem ſi vir cognoſcat vxoré, quam ſuã putat, vt Iacob cognoſcens Lyam, non poſſet accuſari de adulterio à Rachele: quia ignoranter fecit. Sicq; per ignorantiã inuincibilem excuſatur ab adulterio, vſquedum cognoſcat veritatẽ. 34. q. 2 c. Si virgo. Et eſt author B. P. Augu. in lib. de fide, & operibus. Intantum

verum



verum eſt, ꝙ vir cognoſcẽs errore vxoris ſororem, ſicut Iacob cognouit, non priuatur iure petendi debitum 34. q. 2. c. In lectum.

Caſus 5. ſi ſit violenter cogni.

Quintus, quando mulier fuit violenter cognita, non poteſt contra eam agi de adnlterio. in c. Cũ per bellicã.

Caſus 6. eſt, ſi cognouit adulteram.

Sextus. Si vir reconciliauit ſibi vxorem adulteram, cognoſcendo eam carnaliter, poſtquã ſciuit eam adulteraſſe: non poteſt poſt agere contra eam de adulterio commiſſo: quia per diſſimulationem, & actus placidæ conuerſationis, tollitur iniuriarum actio. Vnde ſi vir petat diuortium, & vxor probet eam virum cognouiſſe carnaliter poſt adulterium: non dabitur ſententia diuortij.

Caſus 7. quãdo adul. præcedit fidé.

7. Quando adulteriũ fuit ante conuerſionem ad fidem poſt repudium. Extra de diuortijs. c. Gaudemus, quia conuerſus non poteſt obijcere ei adulterium. Ratio eſt quia Gentiles, & Iudæi per repudiũ credebant matrimoniũ ſolui: & ſecundum matrimonium verum exiſtimabant, & non adulteriũ: ob quod conuerſo, nõ licet agere cõtra illum: qui ad ſecundas nuptias tranſit poſt repudium. Quare ſecluſis iſtis caſibus, in omnibus per adulterium datur diuortium, dummodo interuenerit vere adulteriũ: nam per ſolum mente conceptũ, etiam ſi probari poſſet, nullo modo Eccleſia ſententiam daret diuortij: quia per fornicationem ſolam mentalem non nocet in aliquo matrimonio vero, quo circa nullo modo ob hoc eſt diuortium celebrandum, ſicut tenet Gloſ. 32. q. 7. c. Omnes cauſationes.

Gloſſa.

6. conclu. Couar. in epi. 2. p. c. 7. §. 5. Palacios. Alexan. Gerald. Alex.

6. concluſio. Cauſa diuortij ſæuitia viri, ſicut & furor, ſufficiens eſt. Patet ex c. Litera. de reſt. ſpoli. Quod probat Præpo. in c. 1. de diuortijs. Palacios Rubios in ca. Per veſtras. 3. nota. Alex. 5. vol. conſ. conſil. 78. Et ſi alter alterum veneno occidere tentat, ſufficiens cauſa diuortij eſt, vt Gerard. in ſuis ſingula. ſingu. 65. Et furor quando eſt vehemens, iuxtà communẽ opinionẽ, quàm refert Alex. in l. Si cum dote. §. ſi maritus. ff. ſolut. matri. quamuis non probet.

## ARTICVLVS II.

*Vtrùm vir teneatur vxorem fornicariã eijcere per diuortium, ſi ꝙ etiam ſi nolit, ad id teneatur.*

HOc quæritur, quia poteſt eſſe, ꝙ ſit tãquam priuilegium in fauorẽ innocentis conceſſum, poſſe eijcere adulterã, & tamen ꝙ bene faciat retinendo. Et poteſt eſſe dupliciter, vel mulier adulterat, & pœnitet, vel non, ſed remanet adhuc in peccato. Ad dubium reſpondemus quatuor concluſionibus, & prior ſit.

1. conclu.

Prima concluſio. Si mulier quæ fornicata eſt, ſeu aduiterium commiſit, emendatur, vir non tenetur eam à ſe abijcere per diuortium, ſed bene facit retinendo. Probatur. Dimittere vxorem fornicariam eſt permiſſionis: & non præcepti, vt patet ex verbis Chriſti permittentis dimittere ob fornicationem, & vt Glo. 1. Corint. 6. declarat, ſed ad illa quæ permiſſionis ſunt, nullus tenetur, vt eſt manifeſtũ: ſequitur ergo ꝙ non tenetur fornicariam à ſe abijcere, alioqui non eſſet permiſſio, ſed præceptum, quod non eſt dicendum. Vnde B. P. Auguſtin. in ſer. Domini in monte, & habetur 28. q. 1. c. Idololatria dicit. Dominus permiſit cauſa fornicationis vxorem dimitti: ſed quia permiſit, non iuſſit.

1. Ratio. Matt. 19. Gloſſa. Augu.

Secundo. Quilibet poteſt remittere iniuriam ſibi illatam: imò aliquando eſt præceptum remittendi, ſed per adulterium vxoris, viro iniuria facta eſt: ergo poterit remittere, ꝙ ſi poteſt remittere, ſequitur ꝙ non tenetur à ſe abijcere. Dixi, ſi ſit emendata: pro quo ſit ſecunda concluſio.

2. Ratio. Matth. 5.

2. concluſio. Vxorem fornicariam, quæ manet in peccato, nec corrigi vult, tenetur vir, ſub præcepto abijcere per diuortium, ſi ſunt teſtes ſufficientes, dummodò tamen non credat eam deteriorem futuram. Probatur.

2. conclu. Ratio. 1. 1. Cor. 5.

Viro

Viro incumbit ſub præcepto curam
habere de vxore, quia rector eſt: & ca-
put mulieris: ergo tenetur facere qđ
neceſſarium eſt ad correctionem vxo-
ris, ſed abijcere eam videtur neceſſa-
rium, quandoquidem retinendo non
vult emendari, ergo tenetur abijcere.
Ratio 2. Item. Quia tale diuortium ab Ec-
cleſia creditur declaratum ex verbis
Chriſti ad emendam adulterantis, vt
ob confuſionem reſipiſcat: ergo vide-
tur quòd debeat abijcere à ſe. Dixi,
ſi duret in peccato, quia ſi emendata
eſt, nullo modo tenetur abijcere, ſed
eſt permiſſio, vt dictum eſt in prima
concluſione. Dixi etiam, ſi adſint te-
ſtes: quia dato nolit emendari, ſi non
ſint teſtes, per quos debeat conuinci,
& Eccleſia poſſit ſententiam proferre
diuortij, non tenetur abijcere: quia
in caſu, quo ipſa non vult emendari,
tenetur abijcere per ſententiam Ec-
cleſiæ, vt poſt dicemus, & non propria
authoritate, ſed vbi non ſunt teſtes
ſufficientes ad ſententiam proferen-
dam, Eccleſia non celebrabit diuor-
tium, ergo in tali caſu nõ tenetur vir
abijcere eã denunciando crimen eius:
imò fortè peccaret denunciando, li-
cet ſi deficeret in probatione, non eſ-
ſet obligatus ad pęnam talionis, vt po
ſteà erit manifeſtum.

Dixi prætereà verum eſſe, dummo
dò non credat deteriorem futuram
poſt diuortium: nam ſi id credat, li-
cet poſſet abijcere, non tenetur, quia
ratio quare tenetur abijcere nolentẽ
emendari, eſt, quia tenetur omnibus
S. Th. 2. 2. modis correctionem eius curare. Et
q. 33. debet iſto medio vti, abijciendo eam,
Abulen. vt ſaltim confuſa propter diuortium,
Matth. 18. reſipiſcat: ergo vbi crederet tale me-
q. 69. dium non eſſe conueniens illi fini, nõ
teneretur apponere, quare nec abijce
re: nam maius expreſſum eſt præce-
ptum de correctione fraterña, quàm
de abijciendo adulteram, quæ nõ vult
emendari: tamen hoc non obſtante,
non tenemur corripere, quando non
eſt ſpes, ꝙ correctione fiet frater me-
lior, ſed deteriorabitur: ſequitur er
go à ſimili in pręſentiarum, ꝙ ſi co-
gnoſceret probabiliter eam deteriorẽ
futuram poſt diuortium, non tenere-
tur à ſe abijcere.

3. concluſio. Vir dubitans de vxo-
re fornicaria, an melior, vel deterior 3. Conclu.
erit poſt diuortium, ſi mulier non ſit
infamata de adulterio, nullo modo te
netur per diuortium abijcere: imò
dato ſit infamata, ſi tamen adhuc non
creditur veram eſſe famam, non tene-
tur abijcere eam, etiam ſi probabiliter
credat meliorem futuram ſi dimittat.
Probatur ex Ariſto. Amicabilia quæ Ariſt. 9.
ſunt ad alterum, veniunt ex amicabi- Ethi. c. 8.
libus quæ ſunt ad ſe: quia priùs ho-
mo ſeipſum debet diligere, & deinde
proximum ſicut ſeipſum. Ex eiectio- Mayro.
ne vxoris fornicariæ ſequitur infa- ſuper li. 1.
mĩa viri, quæ maximum malum eſt in- de ciuita.
ter mala corporis: quia erat occulta cap. 9. ve-
fornicatio, & per diuortium debet in- ri. 7.
noteſcere, ſed cum tanto periculo ſuo Abulen.
& malo non tenetur ad correctionem vbi ſupra.
fratris delinquentis: ergo nec tene- Soto in re
tur ad abijciendum fornicariam, etiã lectione
ſi credat meliorem futuram, quia ami de tegẽdo
cabilia ad alterum debent procedere ſecre. mẽ.
ex amicabilibus ad ſe, cum priùs de- 2. q. 2. cõc.
beat ſibi bonum velle, & poſt próxi- 6. Contra
mo: ſed qui cum tanto damno ſuo al- Gabr. lect.
terius correctionem vellet, non dili- 74.
geret ſeipſum: ergo non tenetur in Adria. in
tali caſu abijcere, quia quãdo eſt pro- 4. de cor-
babilis timor de aliqua læſione cor- rect. frat.
porali, in quàm incurret quis, ſi fratrẽ Caiet. 2. 2
corripiat delinquentẽ: & certò ſciat q. 33. ar. 2.
emendandum, & non aliàs, non tene- ad 3.
tur quis fratrem corripere, licet be-
ne fieret: quia Deus non aſtrinxit ad
illud præceptum cum tali damno,
quicquid dicat Gabriel, & Adrianus,
& Caiet. A fortiori ergo ſequitur, ꝙ
vbi maius damnum incurritur, vt eſt
infamia ex abiectione fornicariæ, etiã
ſi emendandam credat, & non aliàs,
non tenetur vir eam abijcere: imò da
to eſſet infamia, ſed adhuc non credi-
tur vera infamia, non tenetur, quia
abijciendo debet in iudicio probari:
at damnum notabile eſt, quòd illa in-
famia, quæ erat adhuc ſub dubio, fiat
certa, per iudicis ſententiam: ſequi-
tur



tur ergo quòd vbi iſta euenirent, non
teneretur vir fornicariam à ſe abijce-
re, ſed licitè, etiam ipſa nolente, po-
teſt ſuſtinere, prudenter inſtigando, &
monendo ad eius correctionem. Sed
in caſibus prædictis non eſt dubium,
quin licitè faceret abijciendo eam per
ſententiam Eccleſiæ, vt poſt dicemus:
verum non tenetur abijcere. De quo
Regula. ſit regula. Quandocunque vir tenet
vxorem fornicariam, nolens abijcere,
ſi id faciat, vel ſub ſpe correctionis,
vel vt ipſe non infametur, aut ipſa, nõ
peccat retinendo: ſed peccaret vir,
S. Tho. 2. 2 quando non ſperatur emenda, & eſt
q. 33. res manifeſta, & non dimittendo, exi-
ſtimatur virum fouere adulterium, &
patrocinium, aut auxilium dare; tunc
enim teneretur abijcere eam: nam
ſuæ conſcientię tenetur prouidere, &
tollere ſcandalum aliorum. Et quia
ſcandalizaret, quando fornicatione
exiſtente publica, de qua nõ emenda-
tur mulier, non expellitur, tenetur
expellere.

Poſtre. cõ 4. concluſio. Licet vir vxorem for-
clu. nicariam non teneatur ſtatim abijce-
Albertus re, poteſt tamen per vnam ſolam for-
Magnus. nicationem, etiam ſi emendetur, ta-
d. 35. ar. 6. men non ſic per crimen infidelitatis
poteſt abijci, niſi perſeueret in illo.
Volo dicere, dato ita ſit (vt determi-
Caſtro. de nauimus) diuortium fieri per infide-
iuſta puni. litatem, vt eſt crimen hæreſis, & ſimi-
hære. li. 2. liter per fornicationem carnalem, ta-
c. 7. men eſt diſcrimen: quia in fornicatio-
Couar. 2. nem: quia in fornicatione carnali po-
p. epi. c. 7. teſt ſtatim abijci per Eccleſiæ ſenten-
§. 5. nu. 5. tiam, ſicut determinatum eſt in capi-
Auguſt. lis allegatis, & abijciendo, vtitur iure
conceſſo, etiam ſi ipſa quæ fornicata
eſt, emendetur: verum per hoc quòd
vnus coniugum incidit in hæreſim, nõ
poteſt alius ſtatim abijcere: quia in
illo textu ſuprà allegato, de diuortijs
c. Quæſiuit. dicitur, quòd ſi ſolicita-
uerit ad infidelitatem, &c. ergo vide-
tur requiſitam pertinaciam, ad infide-
litatem. Et tandem eſt determinatio
B. P. Auguſt. lib. de adulterinis con-
iugijs. 28. q. 1. c. Non ſolum mœcha
tio eſt illius, quæ carnem ſuam coin-
quinat, ſed etiam qui ſimulachrum fa
cit, mœchatur. Quòd ſi in his factis
perſeuerat, & pœnitentiam non agit,
recede ab illa, & noli viuere cum
illa. Si autem, & tu particeps peccati
illius erit. Sic dicit Glo. 28. q. 1. c. Gloſſ.
Idololatria. Sed nota, quòd propter
fornicationem corporalem ſemel cõ-
miſſam poteſt eam dimittere 32. q. 1.
c. Dixit dominus. Propter ſpiritua-
lem verò non, niſi perſeueret.

## ARTICVLVS III.

*Vtrùm mulier poſſit virum de adulte-
rio accuſare.*

VTRVM eadem ſit ra-
tio viri, & fęminæ quan
tum ad accuſandũ for-
nicationẽ, & ad diuor-
tium, & ad pęnam, quæ
debetur ſecundum le-
ges humanas: nam videtur diſparitas,
& inæqualitas, quia caput eſt mulie-
ris vir, & dominus, quomodo ergo
æqualia iura habent? Non enim de- 1. Cor. 5.
cet membra contra caput, vel ſeruum
contra dominum agere actione iniu-
riarum.

Prima concluſio. Quia vir, & vxor 1. conclu.
quantum ad ea, quę matrimonij ſunt,
ad paria obligantur, diuortium fiet
propter fornicationem viri, ſicut &
mulieris. Probatur ꝙ ad paria obli-
gentur, quantum ad ea quæ ſunt ma-
trimonij. In c. Gaudemus. de diuor.
dicitur, quòd ſicut non licet eidẽ mu-
lieri habere plures viros, ſic nec licet
eidem viro habere plures vxores poſt
legem Chriſti. Item. Æqualiter tene
tur reddere debitum vir vxori peten-
ti, ſicut vxor viro 1. Corint. 7. Ex iſto ratio. 2. p.
patet, 2. pars concluſionis, ꝙ diuortiũ
dabitur propter fornicationem viri, ſi
vxor petat, ſicut è contrario. Nam di-
uortium datum eſt in pœnam præua-
ricationis fidei matrimonij: ergo vbi
eſt pręuaricatio, erit & talis pœna, ſed
ſic eſt, ꝙ viro fornicãte, eſt præuarica-
tio fidei matrimonij: quam æqualiter
tenentur ſeruare vir & fœmina con-
iugati:

iugati: ergo ſi propter fornicationem vxoris diuortium conceditur, etiam concedetur propter fornicationẽ viri.

2. conclu.

2. concluſio. Cùm per fornicationẽ viri, vel fœminæ, diuortium detur, & peccatum viri ſit grauius, potior ratio eſt, vt viro fornicante, diuortium concedatur, quàm fœmina fornicante. Probatur.

Ratio.

Vbi magis militat cauſa diuortij, ibi & faciliùs diuortium debet concedi: ſed cauſa diuortij, quę eſt fractio fidei, magis militat in viro, quàm in muliere: quia plus peccat vir. ergo faciliùs debet diuortiũ concedi viro fornicante, quàm ſi de fœmina fornicata eſſet. Probo aſſumptum,

S.Tho.1.2 q.75.ar.5.

ꝙ plus peccet vir quàm fœmina. Primo ex minori impulſiuo, vel inclinatione ad peccandum: quia vbi maior inclinatio, vel impulſio ad peccatum, minuitur peccatum: ſed in fœminis eſt maior impulſio, quia magis habet de humore, & ideò facilè ducuntur ad venerea, quod non ſit in viris, ergo ex iſta parte grauior eſt peccatum viri.

2. Ratio.

Secundo. Vbi minor virtus eſt ad reſiſtendum, ibi & minuitur ratio peccati, ſed in fœminis minor virtus eſt reſiſtendi paſſionibus, quàm in viris, ergo minùs erit peccatum in eis, & maior in viris, vbi maior virtus eſt ad reſiſtendum. Quòd ſit in fœminis minor virtus, patet: quia virtus reſiſtendi paſſionibus eſt ratio, ſed in mulieribus deficiens eſt valde, ita vt Ariſtot.

Ariſt.7. Ethic.c.5.

dicat, mulieres non vocari propriè cõtinentes, ſicut neque beſtiæ. Et hoc propter facilem inclinationem in concupiſcentias. Ariſtot. quidem continentem vocat illum, qui paſſionibus inſurgentibus, etiam vehementibus, reſiſtit, & non ſuccumbit, at quia mulieres (vt in plurimũ) non reſiſtunt, dicit eas non pluſquàm beſtiæ continentes eſſe: quia nec beſtiæ reſiſtunt paſſionibus. Quare mulieres non videntur habere opinionem vniuerſalẽ, ſed mouentur quaſi violenter à delectabili particulari, propter facilitatem nimiam. Et ſic cõtingit in beſtijs, quibus eſt naturalis conditio ſequi concupiſcentias, eo quòd non habent vniuerſalem opinionem, ſed extimationem particularem: & ſequuntur obiecta delectabilia propoſita, ex neceſſitate quadam, & non ex electione. Et licet in mulieribus non ſit omninò ſicut in beſtijs, cùm habeant rationem, tamen aſſimilantur ipſis aliquo modo: quia ex debilitate rationis, per quàm deberent reſiſtere paſſionibus, non reſiſtunt. Nec habent conſiderationem quo modo malum fugiendum, ſed ſolum iſtam particularem. Hoc eſt bonum delectabile.

Tiraquel. l. 9. cõnu. nu. 12.

Ob quod B. Chryſo. dixit, propriam paſſionem mulieris eſſe luxuriam, ſed in viris non ſic: quia in eis eſt iudiciũ firmius, & plus viget ratio, qua reſiſtendum eſt. Vnde vir peccans ex iſta parte, grauius peccat fœmina. Itaq; cum grauius ſit peccatum, maior ratio diuortij erit viro peccante contra matrimonium, quàm ſi fęmina peccat. Hæc dicta ſint, non iniuriam fœminarum, vt de omnibus intelligatur ſermo, ſed loquimur vt in plurimum de fœminis, ſua conſiderata conditione, quia per gratiã Dei plures ſunt quæ viros excedunt in reſiſtendo paſſionibus.

Chryſo. Propria paſſio mulieris eſt luxuria.

3. conclu.

3. concluſio. Licet ita ſit, fornicatione conſiderata, grauius eſſe peccatum viri, quàm fœminæ: ſed quia inquantum adulterium, grauius eſt fœminæ, quàm viri: & eo æqualis eſt ratio diuortij amborum contra matrimonium peccantium. Probatur ꝙ

Ratio.

quantum ad rationem adulterij attinet, grauius peccet fęmina, quàm vir. In adulterando enim frangitur fides matrimonio debita. Et muliere adulterante, fit cõtra bonum prolis, quod non fit directè viro adulterante: nam vxor adulterando facit incertam prolem viri: quia neſcitur vtrùm ſit ex legitimo viro, aut ex adultero. Faciendoque incertam prolem, priuat virum quodam naturali bono, quòd eſt cognoſcere filium, quia ex incertitudine parens non cognoſceret filium. Item: ſequeretur quòd hæreditas tranſiret ad extraneos, viro autem adulterante: non ſequuntur iſta in-

con-



conuenientia, ob quod quantum ad adulterium attinet, grauius videtur peccare fœmina, quàm vir: & ſi ex parte paſſionis, vel virtutis ad reſiſtendũ grauius peccat vir, quàm fœmina, vt diximus. Quibus compenſatis, verum eſt eos ad paria eſſe obligatos quantũ ad hoc. Nam quemadmodum per fornicationem mulieris viro petente, diuortium conceditur: ita & per fornicationem viri vxore petente, & probante. Et licet dubitet Caiet. Matth. 19. an ſit æqualis ratio inter virum, & fœminam: dubitandum non eſt, vt patet, 32. q. 7. c. Apoſtolus. & cap. Placuit. & 32. q. 5. cap. Præcepit. & q. 6. cap. Chriſtiana religio. Quod clarè Alexander ab Alexan. lib. 4. Genia. dierum, cap. 8. oſtendit dicens, apud aliquas nationes vir, & vxor pari voto dicere: tuas res tibi habeto. Vnde patet ad paria iudicari.

Vigue. ca. 16. §. 7. ver. 9.

Caiet.

Alexan.ab Alex.

## ARTICVLVS IIII.

*De diuortio quo ad pœnas legis, ſcilicet, capitalis ſententia.*

LOQVENTES autem nõ de diuortio, ſed de pœna legum humanarum, quæ fertur cõtra adulteros, ſcilicet, capitalis ſententiæ, quæritur, vtrùm vxor poſſit accuſare maritum, vt pœna capitis puniatur. Prima concluſio.

1. conclu.

Ad pœnam, quę infertur ſecundum leges humanas pro adulterio, licet vir poſſit propriam vxorem accuſare, nõ tamen vxori permittitur. Probatur ipſo tenore legis, vt patet. C. De adul. l. Caſtititati. vt adducit Gloſ. in cap. Tuæ. de procura. Olim quidem pœna capitalis ſententiæ dabatur contra adulteram: ſed moderatio nunc eſt facta, vt apertè conſtat. C. De adulterio. Authentica. Sed hodie. Tamen vt conſtat ex tenore legis non licet id ipſum mulieri reſpectu viri: nam licet poſſet agere propter fornicationem viri ad diuortium, non tamen poteſt agere contra virum ad pœnam legum humanarum. Ratio poteſt eſſe: quia non expedit punire viros adulterantes, ſicut mulieres. Quod patet ex fine legis humanæ, ad quàm non ſpectat omne crimen punire, ſed ſolum illud, ſine quo bonum politicum, & pax ciuium conſeruari nón poteſt: imò permittit malum, non puniendo, ſi ex tali permiſſione meliùs conſeruetur reſpublica in pace, ſicut meretricium permittitur: quia ſic meliùs bonum politicum conſeruatur, non ſic eſt de lege Diuina, quę ſimpliciter vult omnes facere bonos, & non ſolum bonos ciues. Et quia ſimpliciter vult facere bonos, omne malum prohibet, & nullum permittit, quod non facit lex humana: licet legiſlator ad id debet tendere. Ob quod in lege humana non conceditur vxori, actio iniuriarum contra virum ad pœnam adulterij, quia expedit paci reipublicę: vt non idem ius concedatur fœminis, quod habent viri: quia ex hoc ſequeretur turbatio in republica, & periret bonum politicum, quod habet lex humana tãquàm finẽ, etiam ſi virtutis bonum ibi quærat, at quia adulterium ex parte mulieris nimium nocet reipublicæ, propter incertitudinem prolis ex parte parentum: ex hoc punit adulterium fœminæ, viro accuſante, & non viri: quia nõ ſequitur ſi vir adulteratur talę malũ, neq; aliqua turbatio, ſi fiat commixtio cum ſoluta. Vnde in nulla republica conceſſum eſt fœminis viros ſuos accuſare de adulterio ad pœnam capitalem, quia maritus cognoſcens aliã mulierem, parum nocet proprię vxori: vxor vero cognoſcens alium virũ, nimium nocet. Quare tam leges humanæ, quæ nunc ſunt, quàm etiã lex Moyſi, punierunt adulteriũ fęminarũ, & non virorum: ſi cũ ſolutis miſcebantur. An poſſit vir vxorẽ in adulterio captam interficere impunè in foro animæ, ſicut poteſt in foro exteriori, vt patet. l. Gracchus. Ad l. Iulian. de adult. & l. Marito. ff. eod. tit. non

eſt

Ratio.

Soto de iuſti. & iure. lib. 5. q. 1. art. 3.

Ad diuortiũ poteſt agere fœmina vt vir ſed non ad pęnam legis.

S. Th. 1. 2. q 91. ar. 4.

Abulen. Matth. 5. q. 111.

Dubium.

S. Tho. d. 37. q. 2. Abulen. Matth. 5. q. 113.

eſt in propoſito diſcutiendum, licet ſit tenendum, quòd in foro conſcientiæ non licet: quia non debet quis damnari, niſi prius audiatur. Poſt declarationem criminis, & cōdemnationem, tradita marito, vt ſi velit interficiat, poteſt maritus eam interficere ſine peccato. De quo Medina. de reſti. q. 3. cauſa. 4. & Soto. de iuſtitia, & iure. lib. 5. q. 1. art. 3. vide ibi, quicquid alij dicant, etiam data poteſtate per iudicem non licere: quia non eſt præceptum. De quo alibi latiùs, cùm non ſit præſentis ſpeculationis. * Et ſic debet intelligi quod nos in 1. p. diximus licere interficere, ſcilicet, poſt condemnationem. art. 14. con. 2. ibi declaratum eſt.

Medina. Soto.

2. conclu. Coniugatus cū ſoluta peccās nō poteſt accuſari ad pœnam capitis.

2. concluſio. Coniugatus vir, adulterium committens cum ſoluta, à nullo poteſt accuſari ad pœnam capitis. Probo. Si deberet accuſari, maximè quia eſt violator tori alieni: ergo ad ipſum pertinet accuſare, cui facta eſt iniuria, ſed ſolum iniuria fit vxori, ſi qua fit, & non fit iniuria ipſi mulieri, cum qua commiſcetur: quia ſoluta eſt, vt dixi: ergo ad ſolam vxorem attinet accuſatio, ſed vt patet ex concluſione præcedenti, ei non permittitur per legem accuſare: ſequitur ergo coniugatum ad ſolutam accedentem, à nullo poſſe accuſari.

3. conclu.

3. concluſio. Si coniugatus ad coniugatam accedat, licet non poſſit accuſari à propria vxore, datur tamen per legem, vt accuſari poſſit à viro vxoris, cùm qua adulterium commiſit. Patet ex ipſa lege. Nam ſi aliquis deprehendit vxorem adulterantem, poteſt agere actione iniuriarū, accuſando ad pœnam legis adulteram vxorem: & adulterum. Idem ſi adulterans ſit ſolutus, dummodò cùm coniugata commiſceatur.

Ratio.

Ratio legis.

Ratio huius legis hæc eſt, quia ad legem humanam, quæ habet pro fine bonum politicū, ſpectat ſuis legibus procurare pacem reipublicæ: ſed ad pacem reipublicæ, & bonā conuerſationem ciuium inter ſe ſpectat: quòd viri poſſint accuſare, & vxores, & adulterantes cum vxoribus, quia eſſet turbatio continua in republica, ſi non liceret, ergo licet. Et ſic patet quomodò quantum ad pœnam latam ſecundum leges humanas ciuiles, non ad paria obligantur vir, & vxor: ſed aliquid poteſt vir, quod non vxor, & hoc, quia eſt finis ipſarum legum bonum politicum: quod optimè conſeruatur, aliquid permittendo viris, & neganda fœminis, ſecundum verò legem Eccleſiæ, quæ habet finem ſpiritualem: æqualis pęna iniungitur adulteræ, & adultero: & idem ius conceditur vtriq; quantum ad accuſandum adulterum, ſicque diuortij ſententia profertur ab Eccleſia, ſiue adulteriū ſit ex parte feminæ, ſiue ex parte viri.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm requiratur ſententia Eccleſiæ ad diuortium.*

VTRVM liceat diuortium fieri ſine ſententia Eccleſiæ. An liceat viro quàm primū ſcit vxorem adulteriū commiſiſſe, diuertere ab ea per ſeparationem, & idem liceat fœminæ, quàm primum cognouit virum adulteraſſe.

Argum.

Videtur quòd liceat, non ſpectata ſententia iudicis, quia id poſſumus, quod iure poſſumus, ſed iure expreſſum eſt, & præceptum diuortium propter adulterium, vt patet Matth. 5. & 19. vbi dominus dixit, propter fornicationem licitè vxorem poſſe dimitti. Idipſum etiam iura humana intelligentes determinant, vt patet, eodem tit. ergo non eſt neceſſe ſpectare iudicis ſententiam, vel Eccleſiæ, ſed ſtatim poterit quilibet diuertere.

In contrarium.

In contrarium tamen eſt determinatio Eccleſiæ in c. ſuprà allegato.

Notandū.

Notandum, ſeparationem propter adulterium fieri poſſe dupliciter. Vno modo quantum ad torum ſolum, exiſtente mutua cohabitatione. Secundo modo poteſt fieri ſeparatio quantum ad torum, & quantum ad mutuā cohabitationem. Reſpondetur ijs notatis.



1. conclu.

Prima concluſio. Separatio quantum ad cohabitationem, nullo modo poteſt fieri propria authoritate, etiā ſi ſit cognitum adulteriū, ſine ſententia Eccleſię.

Ratio 1.

Patet. Nemo poteſt ſibi ius dicere, vt in Rub. C. Ne quis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat: ſed neceſſariò quidā eſt actor, & alius eſt reus, & iudex eſt medius inter vtrunque. Ibi. Inter vtrunq; ca. Forus. de verb. ſignificatione, ſed ſi innocens, cognito adulterio, ſtatim diuortium celebraret quātum ad cohabitationem, ſibi ius diceret, & ſententiam ferret; cùm ipſe ſit actor in tali iudicio, ergò nullo modo ei licet propria authoritate diuortium celebrare.

Ratio 2. Vide Coraſium In cōmen. §. Nihil cōmune. l. Naturaliter. regula. 6. nu. 10.

Secundo. Nullus poteſt actum exercere, ad quem iuriſdictionem non habet. c. Vt animarum periculis. de conſti. lib. 6. ſed ad imponendam pœnam nullus non iudex iuriſdictionem habet, vt patet, 33. q. 2. §. In hoc. ergo neq; ad diuortium celebrandum, quia celebrare diuortium ſtatim cognito adulterio, pœna eſt, quæ infertur delinquenti: ſequitur ergo, quòd nullus imponere poteſt, qui non ſit iudex quare neceſſaria eſt Eccleſiæ ſententia, cum innocens iudex non ſit.

3. Ratio.

Tertio. Si poſſet quis ſine ſententia Eccleſiæ ſtatim cognito adulterio diuortium celebrare: ſequeretur, q̄ diuortio facto, illo qui commiſit adulterium, petente reſtitutionem, non deberet reſtitui, ſed præcipitur, vt patet. Extra. de diuor. c. Significaſti. quando non eſt notorium, etiam ſi ſit cognitum: & à ſimili in c. Literas, de reſtitu. ſpolia. vt. ſi vir eiecit propria authoritate vxorem adulteram, & ipſa petit reſtitui, Eccleſia præcipit reſtitui, niſi ipſa poſtea adultera ſit: ſequitur ergo quòd quando iubetur reſtitui, non potuit propria authoritate vir eijcere adulteram, aut fœmina adulterum, ſed neceſſaria eſt prius ſententia Eccleſiæ: nam verè reſtitui cogitur, etiam ſi vir obijciat adulteriū, niſi habeat probationes in continenti paratas.

S. Tho. in addi. q. 62. art. 1. Vigue. in ſuis inſti. c. 19. §. 7. ver. 9.

Iſta concluſio intelligenda eſt, quando matrimonium fuit cōtractum in facie Eccleſię, vel coram teſtibus: quia ſi fuerit clandeſtinum, ſtatim cognito adulterio, poteſt fieri ſeparatio quo ad cohabitationem, vt bene Ricar. (de quo infrà ar. 9. concl. 4. dicemus) & Archiepiſcopus. * Modo tamen hæc limitatio non militat cum matrimonium clandeſtinum, quòd ſine teſtibus & miniſtro fuerit celebratum eſt nullum, vt infrà in fine.

Ricar. S. Anton. 3. p. tit. 1. c. 21. *

2. conclu.

Poſt adulterium cognitum, ſiue ſit ex parte fœminæ, ſiue viri, poterit innocens ſine Eccleſiæ ſententia celebrare diuortium quantum ad torum tantum.

1. Ratio.

Probatur. Vir poteſt ſe ſeruare indemnem ſecluſo præiudicio tertij, ſed diuortium celebrando quantū ad torum (poſt cognitum adulteriū) ſe ſeruet indemnem non incurrendo bigamiam: quàm incurreret, ſi commiſceretur vxori adulteræ: ergo licitè diuortium celebrat quantum ad torum ſine iudicio Eccleſiæ, non enim obligatur ipſe ad tantum malum pœnæ ſubeundum ſicut eſt bigamia.

Ratio 2.

Secundo. Non tenetur vir remittere iniuriam ſibi factam in adulterio, ſed poteſt licitè ad diuortium agere: ſed ſi non poſſet abſque Eccleſiæ mandato quantum ad torum diuortium celebrare, teneretur remittere iniuriam. Probatur ex ſuperius dictis. Nā quando poſt cognitum adulterium innocens commiſcetur adulteræ, & benignè, & placidè tractat, remittere videtur iniuriam, & non poterit poſt eā accuſare de adulterio: ſequitur ergo cùm non teneatur ad hoc, quòd poterit diuortium celebrare.

Ratio 3.

Tertio. Si non poſſet quantum ad torum diuortium propria authoritate celebrare, eſſet, quia qui adulteriū commiſit, poteſt debitum exigere, & innocens reddere tenetur: ſed non tenetur poſtquàm cognitum eſt adulterium, ergo poteſt quantum ad torū diuortium celebrare.

3. conclu.

3. concluſio. Si contingeret adulterium inter aliquos, & non poſſet de facile eſſe aditus ad iudicem Eccleſiaſticum,

ſtiem,& ex ſeparatione quantum ad cohabitationem nullum ſequeretur ſcandalum, crediderim probabiliter poſſe fieri, non ſpectato iudicio Eccleſiæ. Probatur. Tota ratio quare eſt neceſſarium ſpectare iudicium Eccleſiæ eſt, ne detur occaſio diuertendi ſine cauſa, ex ſola ſuſpitione adulterij: nam Eccleſia propter ſuam ſententiam non dat ius diuertendi, ſed ſolum declarat ex dicto Chriſti poſſe ſeparari tales poſt probatum adulterium, ergo innocens ante ſententiam Eccleſiæ habebat ius ad diuertēdum, & non cohabitandum: ſequitur ergo quòd poterit diuertere, non ſpectat ſententia iudicis Eccleſiæ. Probatur. Sententia iudicis Eccleſiaſtici eſt neceſſaria ad obuiandum fraudi,& dolo, qui poſſet euenire: ſi cuilibet diceret diuertere ſuo iudicio. Ergo vbi ceſſat fraus,& dolus( quòd adulterium tale eſt vt probari poſſit, & non malitioſè fingitur.) poterit diuertere ſecluſo ſcandalo ( quia forte poſſet generari ex tali diuortio) & tunc propter ſcandalum nullo modo liceret fieri ſine ſententia Eccleſiæ. Dixi, vbi non eſt facilè aditus ad iudicem Eccleſiaſticū: quia vbi eſſet facilè aditus, credo verum eſſe quod determinatum eſt ſuprà. Et ſic ſi apud noui orbis neophytos caſus contingeret: & non poſſent facilè adire propter diſtantiam iudicis Eccleſiaſtici, & nullum ſequeretur ſcandalum,probabile eſt, ſi talis innocens non cohabitaret tali adulteræ, ſed viueret ſolus in continentia, nullum commitere peccatum, nam quando diximus neceſſariam eſſe Eccleſiæ ſententiam, intelligitur, vbi commodè haberi poteſt iudex, qui talem proferat,ſed vbi non facilè,poterit vti iure conceſſo à Chriſto, poſſe vxorem dimitti propter fornicationem.

Ratio.

Pro neophytis nota.

Matth. 19

4. conclu.

4. concluſio. Innocens ſciens vxorem adulteraſſe,quod tamen probari non poteſt,licet ſententia excommunicationis compellatur ſimul cohabitare cum vxore, & debitum reddere: licet poſſit, ſi velit præcepto Eccleſiæ obedire, non tamen peccat debitum denegando. Probatur à ſimili in cap. literas. de reſtitutione ſpolia. vbi mulier ſciens impedimentum matrimonij, licet compellatur per ſententiam excommunicationis, non tenetur debitum reddere. A ſimili ergo, qui ſententia excommunicationis compellitur vxori adulteræ debitum reddere, quandoquidem non tenetur reddere: poteſt licitè ſententiam excommunicationis ſubire, & non reddere: quia ſi redderet timore excommunicationis,bigamus fieret.

1. Ratio. c. Inquiſitioni, de ſēten. excō.

Secundò. Ratio quare Eccleſia cōpellit innocentem reddere debitum adulteræ eſt, quia Eccleſiæ non conſtat de adulterio, eo quòd probari nō poteſt,ſi tamen conſtaſſet, ſententiam diuortij daret,ſicut ſolet,& habet determinatum: ſequitur ergo quòd ſi innocenti cōſtat de falſa Eccleſiæ præſumptione ( ſecluſo ſcandalo) non tenetur obedire Eccleſię pręcipienti, vt ſi aliquis iniuſtè damnatus eſſet(iuſtè tamen ſecundum allegata, & probata) non eſt dubium,ſi poſſet euadere à pœna,ſecluſo ſcandalo, non peccaret liberando ſe, vel non obediendo aut non ſuſtinendo. Ergo etiam à ſimili,dato in caſu innocens excommunicetur: & vſq; ad mortem maneat nolens obedire, excommunicatione nullo modo damnaretur: nam tenendum tanquam verum, leges obſeruandas eſſe non tantum iuxtà verba, quantum iuxtà intentionem legiſlatoris. Itaq; quomodocunq; conſtet de intentione legiſlatoris, ſi fiat iuxtà talem intentionem, optimè lex obſeruatur. Vnde talis poſſet,ſcandalo ſecluſo,recipere ſacramenta, ac ſi non eſſet excommunicatus.

Ratio 2.

Damnati ſolū ſecundum allegata,& probata poteſt ſugere.

Notādum S. Th. 1.2. q. 95.

5. concluſio. Si adulterium eſt notorium, ſic quòd nullus maneat tergiuerſationis locus, innocens authoritate propria, non ſpectato iudicio Eccleſiæ, poteſt adulteram dimittere & quo ad torum, & quantum ad cohabitationem, etiam ſi aliqui cōtrarium dicant. Probatur. Neceſſaria eſt ſententia Eccleſiæ ad diuortium(vt conſtat) de adulterio commiſſo, vt non fraudulenter diuertant inter ſe coniuges: ergo vbi iam adulterium notum factum eſt,non eſt neceſſaria ſententia Eccleſiæ. Fruſtra quidem tunc fieret examinatio cauſæ per teſtes, vbi iſta notorietas crimen manifeſtat. Sicut dicitur in l. 8. tit. 2. part. 4. Iſtam cōcluſio. tenet Hoſtien. ex c. Significaſti. Extra, de diuortijs. & Abbas in c. finali. de adulte. Idem Innocen. & Panor. in c. Porrò. eodem titulo.

5. conclu.

S.Th. in 4. d. 35. ar. 3. Syluest. in verbo. Diuortiū. 48.



Hoſtienſ. Abbas. Innocen. Panor.

Dubium.

Sed quid ſi vir vxorem in adulterio comprehendat, nunquid poteſt eam retinendo, dare ei debitum quando libet,& negare? Dicendum,quòd ſi nō dimittit, tenetur reddere eo modo quo ante adulterium. Et ſi ſecretum eſt adulterium, nocens poteſt petere ſicut antè: quia nullus tenetur ſibi ipſi pœnam inferre.

Solutio.

Nunc reſtat reſpondere ad argumētum in contrarium,vbi dicebatur,iam eſſe diffinitum per legem Chriſti, licere propter fornicationem dimittere vxorem, & ſic non eſſe opus ſpectare ſententiam Eccleſiæ, quòd dato ſit verum, ſic diffinitum eſſe à Chriſto, tamen illud fuit per modum legis,& non per modum ſententiæ. Diſtant quippe iſta duo lex, & ſententia. quia lex eſt præceptum, & regula quædam agendorum in vniuerſali, non applicat ad aliquem caſum in particulari: ſed datur de vno negotio, & extenditur ad omnia negotia ſimilia, at ſententia iudicis eſt diffinitio quædam ſecundum legem, applicata tamen ad caſum in particulari. Fit enim per ſententiam, vt lex quæ dat eſt in vniuerſali, intelligatur applicata ad iſtum caſum in particulari. Et ſic lex, & ſententia differunt: ſicut vniuerſale,& particulare. Vnde Ariſtot. differentiam ponit inter iuſtum legale, & iuſtum ſententiale: quia leges ſemper indigent ſententijs,ad hoc quòd applicentur ad particulare. Exēpli gratia. In medicina eſt neceſſarius expertus medicus ad applicandum leges medicinæ ad iſtum hominem, & ad iſtum morbum: quia non ſufficerent canones,& leges medicinales,deficiente tali medico. Sic in politicis. Ad debitum regimen politiæ, etiam ſi leges ſint ſcriptæ, quibus debeat ipſa reſpublica gubernari, & regi: eſt neceſſarium ſint iudices, per quos applicentur leges ſcriptæ ad particulares caſus,& negotia emergētia. Ob quod dicimus in præſentiarum, quòd licet lex fuerit data de dimittenda vxore propter fornicationem: nihilominus neceſſaria ſententia iudicis eſt, ad applicandum huiuſmodi legem tali negotio, in caſibus ſuprà dictis, quando non eſt fornicatio publica: nam ſi publica ſit, notorietas facti videtur habere vim iudicis applicantis legem ad particulare factum, ſicut tam manifeſtus poſſet eſſe morbus infirmi, quòd cognita medicina, non eſſet opus medico ad talem applicationem, cum ſententia maximè requiratur, ne in applicatione legis ad caſus particulares facilè decipiamur, quare non cuilibet conceditur talis applicatio,ſed vbi caſus notorius, notorietas ſufficit.

Ad argumentum.

Differunt lex,& ſententia.

Ariſto. 5. Ethic. c. 7.

## ARTICVLVS VI.

*An facto diuortio poſſit innocens reconciliare ſibi nocentem.*

PRo dubij deciſione notandum, recōciliationem poſſe intelligi,vel poſtquàm fuit ſententia diuortij data per Eccleſiam, vel ſolum quando innocens propria authoritate eiecit adulteram. 1. Nota.

Secundo. Poteſt eſſe reconciliatio, vel vno conſentiente,vel vtroque. 2. Nota.

Tertio. Poteſt intelligi de diuortio facto propter fornicationem carnalem, vel etiam de diuortio facto propter hæreſim, vel infidelitatem. Reſpondetur. 3. Nota.

Prima concluſio. Diuortio facto per ſententiam Eccleſiæ propter adulterium, poteſt innocens ſibi reconciliare nocentē,ſi voluerit.Probatur.Reconciliare dimiſſam, vel dimittere for- 1. conclu. 1. Ratio.

nicantem, videtur eiuſdem poteſtatis: ſed (vt ſuperius diximus) innocens poteſt ſi vult non dimittere adulteram, ſed retinere: ergo etiam poterit reconciliare ſi voluerit, vel ſi non poteſt reconciliare, non poterit poſt peccatũ 1. Cor. 7. retinere licitè. Et probatur ex beato Paulo dicẽte. Quòd ſi mulier receſſit à viro, aut debet ſibi reconciliari virum, aut debet manere innupta: ſequitur ergo quòd eſt in poteſtate innocentis reconciliare nocentem.

Ratio 2. Secundo. Sententia diuortij non fertur de neceſſitate iuris, ſed ſolum ad petitionem partis: nam dato publicum ſit adulterium, Eccleſiam nõ dat ſententiam diuortij, niſi ad petitionem: ſequitur ergo quòd ſicut per petitionem partis Eccleſia diuortium concedit, reconciliatio etiam fiet per voluntatem illius, qui paſſus eſt iniuriam. Et patet non dari ſententiã diuortij niſi ad petitionem partis: alioqui ſi ex iure daretur, potiùs deberet dari, quando vterq́; coniugum adulterium cõmiſit, quia hoc grauius eſt, tamen non datur, vt ſuprà diximus ex c. Significaſti. Extra, eodem titulo.

2. conclu. 2. concluſio. Reconciliatio poſt diuortium fieri poteſt ab innocẽte, etiã ſi innocens diuortium petiuit, & nocens nolit reconciliari. Concluſio hæc ponitur propter aliquos, qui dicunt, quòd ſi innocens petiuit diuortium, poſt non poterit reconciliare ſibi nocentem ſine conſenſu ipſius adulteræ, ſeu nocentis.

Ratio. 1. Probatur. Nemo conſequitur priuilegium, vel immunitatem propter peccatum: ſed ante fornicationem, ſeu adulterium, tenebatur ille qui adulteratus eſt, debitum reddere coniugi petenti: ergo propter tale peccatum numquàm eſt liber à tali obligatione, ſi ergo non eſt liber, poterit cogi per innocentem ad reconciliationem.

Ratio. 2. Secundo. Innocens non priuatur iure ſuo propter peccatum alterius, neq; ſeruitutem quàm habet in pec- 1. Cor. 7. ad Ro. 7. cantem. C. de adulter. ſed qui adulteratus non eſt, habebat ante ſententiam diuortij ius, & ſeruitutem quandam ad exigẽdum debitum, cùm eſſet dominus corporis alterius per matrimonium, ergo non eſt priuatus iſto iure propter peccatum ipſius.

3. Ratio. Tertio. Sententia condemnatoria afficit, & punit delinquentes, cùm ergo ſententia diuortij ſit pœnalis, ſolũ nocere debet delinquenti: at noceret innocenti, ſi non poſſet ſibi nocentem reconciliare, dicendum ergo ꝙ poteſt: nam per ſententiam diuortj non aufertur innocenti ius petendi debitum: ſed in fauorem ipſius eximitur à iure, quòd alius habebat ſuper eum petendi, ſic ꝙ non teneatur iam innocens reddere nocenti, ſi noluerit: ſequitur ergo, cùm non ſit propter ſententiam diuortij priuatus tali iure: ꝙ poterit ſibi reconciliare etiam inuito nocente, & vti iure ſuo exigendo debitum. Et in tantum hoc eſt verum, ꝙ innocens, ad cuius petitionẽ diuortium celebratum eſt: ſtatim, data ſententia, poſſit volare ad religionem, vel ordinem ſacrum ſuſcipere: & non poteſt nocens, quæ adulterata eſt, repetere eum. Extra, de conuerſio. coniuga. cap. Veniens. Et c. Conſtitutus. quia per adulteriũ perdidit ius quod habebat in eum. Tamen nocens, contra quem data eſt ſententia diuortij, non poteſt ſtatim intrare, niſi ex licentia innocentis: ſicq́; debet petere reconciliationem, quàm ſi innocens non conceſſerit, poterit intrare monaſterium, vt patet in c. Gaudemus. Extra, de conuerſione coniuga. Ingreſſoque monaſterium nocente, quamdiù non eſt profeſſus, poteſt innocẽs ſibi reconciliari. Sequitur ergo ex iſtis, cùm innocens propter diuortium non perdat ius quod habet innocentem: ꝙ poterit ſibi reconciliare quando voluerit etiam ipſa nolente: nam ſi poſtquàm ingreſſus eſt religionem ante profeſſionem potuit, poterit etiam ante ingreſſum religionis.

3. conclu. 3. concluſio. Quanquàm innocens poſſit, vtens iure ſuo, ſibi reconciliare nocentem poſt diuortium, non tamen ad hoc tenetur, nec compellitur, quantuncunq́; ipſa fuerit emendata. Probatur



batur in cap. Gaudemus. Extra, de conerſi. coniug. vbi dicitur, quòd Epiſcopus debet monere innocentem, vt reconciliet ſibi nocentem emendatũ, quòd ſi noluerit, non debet ad hoc 1. Ratio. compelli. Ratio eſt: quia ſententia diuortij lata eſt ab Eccleſia ex dictis Chriſti in fauorem innocentis: ſequitur ergo, qnòd poterit vti tali fauorẽ alioqui ſi reconciliare teneretur, parum fauoris ei eſſet conceſſum.

2. Ratio. Vltrà. Si teneretur reconciliare quotieſcunq́; emendaretur, daretur occaſio adulterandi: nam mulier ſciẽs maritum neceſſariò eam reconciliaturum, facilè peccaret, & emendam fingeret. Ob quod dicendum, quòd nullo modo innocens compellitur ad reconciliandum ipſo inuito.

Argum. Contra iſtam concluſio. videtur eſſe cap. Ex literis. Extra, de diuortijs. vbi dicitur, quòd ſi adultera eſt incontinens, tenetur reconciliare: ergo ſaltim in hoc caſu tenetur.

1. Dilutio. Ad hoc reſpon. Primo, ꝙ non tene- 2. Solutio. tur, ſed eſſet conſilium. ¶ Secundo. Non conſtat ꝙ propter incontinentiã teneatur reconciliare, ſed in pœnam: quia adultura tranſiuit ad ſecundas 3. Solutio. nuptias. ¶ Tertio poſt dici, ꝙ ob incontinentiam non tenetur in foro cõſcientiæ, ſed in foro exteriori, & ob peccatum vitandum poteſt compelli, vt reconciliet ſibi nocentem, neq; hoc eſt contra concluſionem.

4. conclu. 4. concluſio. Diuortio facto ab Eccleſia propter adulterium, quod probauit vnus coniugum cõtra alterum, ſi ipſe ad cuius petitionem factum eſt diuortium, ſimile crimen commiſit: licet probari non poſſet, in foro cõſcientiæ tenetur reconciliare ſibi ipſum, contra quem lata eſt ſententia ipſo S. Tho. in 4. d. 35. ar. 6. ad 5. volente. Volo dicere, ꝙ ſi vir agat contra vxorem de adulterio, & probato crimine, fiat diuortium, ſi vir ſimile commiſit, ſed quia occultum, probari non poteſt: ſi fœmina iam emendata, voluerit viro reconciliari poſt diuortium, tenetur in conſcientia vir ei reconciliari: Nota. Ratio. quia ſi Eccleſiæ conſtaret ante ſententiam de crimine viri, non daret ſententiam diuortij, vt ſuprà diximus: ergo cùm vir cognoſcat verè tale crimen commiſiſſe, in cuius ignorantia ſententia diuortij fundata eſt, tenetur tollere grauamen illius, qui iniuſtè patitur. Et ſic tenetur reconciliare ſibi illam volentem, quæ grauamen iniuſtè patitur, cum ipſe vir etiam ſimile peccatum commiſerit.

5. conclu. 5. concluſio. Diuortio facto ab Eccleſia propter infidelitatis, vel hæreſis crimen, innocens non ſolum poteſt ſibi reconciliare eum, cõtra quem lata eſt ſententia: ſed ſi talis poſt emendationem petat reconciliationem, tenetur innocens reconciliari eam, vel religionem intrare. Probatur quo ad ratio. p. p. primam partem. Nam ſi ſententia diuortij data eſt in fauorem innocentis, nõ debet vergere in grauamen ipſius: ſed omninò vergeret, ſi nõ poſſet poſt diuortium ſibi reconciliare peccantẽ: ergo poteſt. Et tandem iſta probatur ſicut ſecunda concluſio probata eſt.

Gloſſ. Secunda pars, quæ difficultatem habet, patet expreſsè in Glo. in c. Mulier. & c. De illa. de conuerſione coniuga. & c. Quanto. Extra, de diuortijs. Et licet in c. De illa. dicatur, ꝙ nõ tenetur redire ad ipſum reuerſũ, eſt verum, ſi ingrediatur monaſteriũ: quia innocens, qui nõ lapſus eſt in errorẽ fidei, poſt diuortiũ poteſt etiam nolente lapſo, etiamſi emendetur, volare ad religionem, Extra, de conuerſio. coniuga. c. Mulier. Hæc enim eſt Differentia ĩter diuortiũ factũ ob adulterium, & factum ob hæreſim. differentia inter diuortium factũ propter hæreſim, & factum propter carnale adulterium: quia quando factum eſt propter carnale adulterium, innocens, licet poſſit ſi velit ſibi reconciliare adulteram iam emendatam, non tamen tenetur: etiamſi non tranſeat ad religionem, ſed maneat incontinentia. Tamen quando factum eſt diuortium propter hæreſim, licet innocenti reconciliari ſibi, reuerſum ab hæreſi: & omninò tenetur, ſi non velit, monaſterium intrare, & ſi in ſeculo maneat, cõpellitur. * Hic notabis vt aliàs latius, ꝙ licèt adulter, non poſſit exi-

 gere

gere debitum ab innocente, vt res debita poteſt tamen petere, vt licita res, ſiue ſit adulterium publicum, ſiue ſecretum: & ſiue innocens ignoret, vel ſciat adulterium; quia non eſt lex quæ prohibeat hanc exactionem tanquam iuſtam: pro quo facit. c. 2. De coniugio læproſo. & c. Dominus. 32. q. 7. de quo vide Nauarro in c. 28. ad dito ad Manuale in c. 22. nu. 21.

Suprà in hac 3. par. art. 1.

Ex iſta differentia poteris meliùs intellegere quæ ſuprà diximus, non celebrari diuortiũ propter hæreſim, quia hæreſis ſit fornicatio quædam ſpiritualis: quia ſi propter hoc eſſet, eadem ratio vtrobiq; eſſet celebrandi diuortium, & reconciliandi poſt, ſed eſt diuerſa ratio, vt patet. Ob id meliùs eſt dicere diuortiũ fieri propter hæreſim, non quia hæreſis fornicatio ſit ſpiritualis: ſed ad tutelam, & defenſionem oppreſſi in fidei fauorem.

Lapſus Eraſ.

* Hic tamen videtur reijciendus lapſus Eraſmi Roterodami, qui in annot. 1. Corinth. 7. dicit, nulli dubium per lapſum in hæreſim diſſolui matrimonium: imò non eſt dubitandum nullo modo diſſolui. *

## ARTICVLVS VII.

*Vtrùm poſt diuortium poſſit vir aliam ducere, & vxor alteri nubere.*

HÆc quæſtio mouetur propter nonnullos aliàs grauiſſimos doctores, quippè qui aſtruunt, & affirmant vinculum illud indiſſolubile, & firmum, à Seruatore omnium firmiter ſtabilitum, diſſolui, atq; diſrumpi: ita quòd propter adulterium, diuortio conceſſo, liceat ad ſecunda vota tranſire, adhuc viuente primo Quorum grauitas (cùm magna ſit) aliquo modo me cogebat, vt illos ſub ſilentio pertranſirem: verũ cùm paſſim ab omnibus in hac re reprobentur, operæpretium exiſtimaui me facturum, ſi eos in medium adducerem. Quæſtionemq; exactè tractare propoſui, quantum locus expoſtulat, vt puſilli intelligant, quid tenendum, amplexandumq;, cùm viri iam prouecti diu eſt ꝗ intellexerũt. Quorum ſententia innititur, & (vt meliùs dicam) error, in dicto beati Ambroſij ſuper illud Matth. Excepta fornicationis cauſa. At quia progreſſus optimus erit, ſi priùs veritatem diſcutiamus, quàm ſi eorum nomina aſcribantur, qua cognita, faciliùs illa reprobabitur ſententia, reſpondẽtes ad quæſtionem ponimus concluſiones. Quarum prima.

Matt. 19.

Prima concluſio. Facto diuortio in matrimonio, ſiue ſit propter adulteriũ, ſiue propter infidelitatẽ, aut propter quodlibet aliud peccatũ, nulli licet tranſire ad aliud matrimoniũ vſq; ad mortẽ. Concluſio eſt redemptoris noſtri, & B. Pauli 1. Corin. 7. qui ait. *His qui matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro non recedere. Quòd ſi receſſerit, maneat innupta.* Eſt inſuper B. P. Augu. in lib. de bono cõiugali, & habetur. 32. q. 7. c. Interueniente. Vbi dicitur. Interueniente diuortio, non ob hoc ſoluitur confœderatio nuptialis. Et in c. Gaudemus. Extra, de diuortijs. Idẽ Innocen. 3. lib. 1. de contemptu mundi. c. 16. Et in conci. Tributienſe. c. 46. & Mileuitano. cap. 17. ſub his verbis aſtruitur Placuit vt ſecundum Euangelicam, & Apoſtolicã diſciplinã, neq; dimiſſus ab vxore, neq; dimiſſa à marito alteri cõiugat, ſed ita maneant, aut ſibimet recõcilientur, &c. Et tandem idẽ in concil. Elibertino dicitur.* Modo in Concil. Triden. expreſsè diffinitum eſt in ſeſſ. 24. canone 5. & 7.

1. conclu. Robertus Senalis in opuſculo huius dubij. Ioan. Arbore. li. 1. Theoſo. c. 35. l. 7. ti. 2. p. 4. Abulen. Matth 19. q. 76. Dried. de Eccl. dogma. lib. 2. c. 3.

Ratio.

Ratio eſt. Si propter diuortium factum propter adulterium, liceret ad aliud tranſire matrimonium, & primũ ſolueretur, Eccleſia concedens diuortium, daret occaſionem adulterandi, quod eſt impijſſimum dicere. Patet: quia ſi ſine diuortio matrimonium nõ ſoluitur, & diuortium non datur niſi ob adulterium, ſtatim, quòd non bene cõuenirent coniugati, adulterarentur, & matrimonium diſſolueretur:

at



at quia ſi ampliùs in probatione progrediar, videbor lumen addere ſoli (vt dicunt.) ſufficiat tenere poſt Chriſti aduentũ matrimonium verum ſemel contractum, inter perſonas legitimas, eſſe indiſſolubile, vt nullo modo poſſit diſſolui, quocunq; impedimento ſuperueniente, ſi contractum ſit inter fideles. Et loquor de matrimonio conſummato: quia non conſummatum (vt diximus) per ingreſſum religionis diſſoluitur. Vnde non ſunt audiendi illi, qui dicunt per impotentiã viri, vel mulieris ſuperuenientẽ diſſolui poſſe. Errant quidem hoc dicẽtes, vt nos in prima parte probauimus. Quod expreſsè Orig. ſuper Matth. hom. 7. & lib. 6. ſuper Epiſtolam ad Roma. Et Ioan. Ekius homi. 75. cõtra Lutheranos de ſacramentis, qui optimè tractat argumentum, hom. 74. 75. & 76. contra Caiet. & Eraſmum.

S. Tho. d. 38. & 2. 2. q. 88.

Suprà 1. p. art. 38. Orige. Ioã. Ekius.

Contra iſtam ſententiam catholicã ſunt duo grauiſſima argumenta, ex quibus dicentes contrarium ſumpſerunt occaſionem erroris, vt exiſtimo.

Obiect. 1.

Primum eſt determinatio Gregorij Papæ 32. q. 7. cap. Quòd propoſuiſti, ſi mulier infirmitate correpta, non valuerit debitum reddere viro, quid vir eius faciat coniugalis? Bonum eſſet ſi ſic permaneret, vt abſtinentiæ vacaret: ſed quia hoc magnorum eſt, ille qui ſe non poterit continere, nubat magis, non tamen ei opem ſubſidij ſubtrahat. Hæc ibi. Et idem videtur licere fœminæ, cùm ad paria obligentur, Extra, de diuort. cap. Gaudemus. Ecce videtur expreſſa determinatio Papæ, ꝗ matrimonium legitimè contractum, per aliquid ſuperueniens diſſoluatur. Ergo à ſimili per diuortium factum, ſiue ſit propter fornicationẽ, ſiue propter hæreſim, diſſoluetur quantum ad vinculum.

Solutio. Sup. p. p. art. 38.

Reſpon. Illam ſententiam Pontificis debere intelligi, quando impedimentum illud impotentiæ præceſſit contractum, matrimonij, quod non fuit cognitum ante, ſed poſt contractum, vt ſuprà diximus in p. p. nam ſi deprehendatur præceſſiſſe, nullũ fuit matrimonium, & poterit potens, aliã ducere, quia non obligatur continere, cùm nullam habeat vxorem, nec fuerit matrimonium propter impedimentum præcedens. * Et ſic interpretatur, & bene Michael de Medina in ſuo de Cælibatu lib. 5. c. 93. vt ſuprà adduximus in 1. p. art. 38.

2. Solutio.

Secundo poteſt dici, quod do. Gracianus compilator Decreti ibi aſſerit, ſcilicet, talem ſentẽtiam Gregorij eſſe falſam, & contra Canones, & doctrinam ſacri Euangelij.

Obiect. Solutio.

Sed obijciet aliquis: quia Leo 4. approbauit dicta eiuſdem Gregorij iunioris 20. d. c. De libellis. Dicendum, ꝗ verum eſt approbaſſe, verum non omnia, ſed ſolum quæ bene dixit, & quia iſtud dictum fuit malè, non potuit approbari.

Obiect. 2.

Secundum argumentum eſt dictum B. Ambroſij, qui ſuper Epiſtolam ad Corinthios, & habetur 32. q. 7. cap. Vxor non diſcedat à viro cauſa fornicationis, ꝗ ſi diſceſſerit, aut maneat innupta, aut reconcilietur viro ſuo. Quod de vxore permiſit, quia viro licet ſumere aliam. Hæc Ambroſius. Patet ergo quomodo ſaltim viro poſt diuortium factũ ob adulterium, licet aliã ducere, at ſi licet aliã ducere, matrimonium ſolutum eſt quantum ad vinculũ propter adulterium. Quare Caie. dat viro, ſequutus B. Ambroſiũ.

Caiet. Solutio.

Haud dubiè verba ſunt tam expreſſa, vt expoſitione nõ indigeãt. Nec ſaluari poſſunt in ſenſu catholico, ſed neceſſe eſt vnum è duobus dare: vel beatum Ambroſium falſum dixiſſe, & in illo erraſſe, vel dicere non eſſe verba illius. Vtrumque eſt inconueniens: nam ſi liceret aſſerere ſententiam illi falsò impoſitam, ſic etiam liceret eadem ratione & de omnibus alijs. Tamen præſtat dicere illi impoſitum, & additum eſſe ſuis ſcripturis, quam dicere ipſum erraſſe, quidquid dicat Eraſmus 1. Corinthi. 7. in annot. Nec ſequitur inconueniens, ſcilicet, quòd dubitaremus ſic de alijs poſitis ibi, Ratio eſt: quia Gratianus. 32. q. 7. §. Sed illud, affirmat, falſo ſententiã

Falſo ſunt impoſita Ambro. Albertus Mag. d. 35. art. 5.

 illam

illam tributam Ambroſio. Idem Magiſter ſenten. ſicut & de alijs doctoribus eſt credibile.

Obiect. 3.

Sed fortiùs argumentor. Chriſtus redemptor noſter Matth. 5. & clariùs, 19. Iudæis interrogantibus vtrùm liceret vxores dimittere: reſpondit, ſolum licere propter fornicationem. Solutio haud dubiè fuit de directo reſponſio ad quæſtionem motam. Credendum enim eſt reſpondiſſe ad propoſitum, vel verborum, vel intentionis interrogantium, ſicut ipſe ſæpe ſolebat. Cùm ergo Iudæi interrogarent Chriſtum de dimiſſione quantum ad vinculum, & non quantum ad torum, vel cohabitationem ſolum, & Chriſtus reſpõdens dixit, quòd propter fornicationem licebat, ergo intellexit quantum ad vinculum: alioqui ſolutio, vel reſponſio non correſponderet dubio, nec ſatisfaceret quæſito. Et quòd Iudæi interrogarint de dimiſſione quo ad vinculũ, apparet ex hoc: quia cùm per aduentum Chriſti iam finis dabatur omnibus cæremonijs, & ritibus legis veteris, volebant ſcire, vtrùm dato omnia ceſſarent, illud de repudio vxorum maneret ne in Euangelio? Et cùm tunc apud eos (vt in 2. p. probauimus) diſſolueretur matrimonium quantum ad vinculum, ſic credendum interrogationem factam: nam aliàs, quorſum interrogaſſent, vtrùm liceret dimittere, cùm eis non fuerat in vſu, neq; per legem alius modus dimittendi vxores, niſi in perpetuum per repudium?

Sup. 3. p. art. 11.

Notandũ.

Inſuper. Veriſimile eſt interrogationem factam à Iudæis, quia cùm iam legem euangelicam acceptabant, per quam vetus lex ceſſabat, & videbant Gentiles habere conſuetudinem dimittendi vxores, volebãt ſcire, vtrùm ſtante lege euangelica, eis liceret dimittere vxores quo ad vinculum, ſicut dimittebant Gentiles, quemadmodum in lege illis fuit conceſſum repudium, quia vtebantur Gentiles, ne grauarentur, ſi eis non liceret quod Gentibus, cùm ergo videatur quæſitũ quantũ ad vinculum, & reſpõſio Chriſti debuit de directo reſpondere, & ſatisfacere quæſtioni: & cùm cauſam dimittẽdi dicit fornicationem, verè quo ad vinculum deberet diſſolui propter eam. His tamen non obſtantibus, reſpondetur, quòd reſponſio Chriſti intelligenda eſt quantum ad torum, vel cohabitationem, & non quantum ad diſſolutionem vinculi. Patet ex Paulo, quem Deus elegit vas electionis, ad portandum nomen ſuum: & cui reuelata ſunt ſecreta cœleſtia, qui explicuit nobis, dicens talem debere manere inuuptam, etiam ſi propter fornicationem diſceſſerit. Quòd ſi Chriſtus intelligeret vinculum diſſolui propter fornicationem, non diceret ipſe, *Præcipio non ego, ſed dominus*. Nullo modo certè poſſet talia verba proferre, cum eſſet error, & mendaciũ, quod in ſacra ſcriptura non eſt admittendũ: quia Spiritu ſancto mouente linguam eorum, loquuti ſunt ſancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ omnes. Sic intelligit eccleſia dictum Chriſti, & omnes doctores, quos poſuit lumen ad illuminandum eos: qui in ignorantiæ tenebris detinentur.

Solut. ad tertiã obiectionem.

Actu. 9.

2. Cor. 12.

2. Petri. 2.

Lucæ. 2.

Et ita credendum intellexiſſe reſponſum diſcipulos, quando dixerunt. Si ita eſt cauſa hominis cũ vxore, non expedit nubere. Et ſi ita eſſet, quòd propter fornicationem vinculum diſſolueretur, non tam difficile viſum eſſet diſcipulis vxorem ducere: ſed quia intellexerunt ex verbis ſaluatoris vinculum indiſſolubile eſſe viſum eſt eis difficile.

Matth. 19.

Apparet etiam idem ex modo reſpondendi, quia ſtatim vt phariſæi interrogauerunt tentantes, non reſpondit immediatè, ſed priùs oſtendit argumentis quiſdam indiſſolubilitatem omnimodam matrimonij, dicens. Non legiſtis: quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminã fecit eos, & dixit. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, &c. & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quos Deus coniungit, homo non ſeparet. Et ſubdit. Dico vobis. Quicunq; dimiſerit vxorem

Gen. 2.

Matth. 19.

rem



rem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et Lucæ 16. videtur apertiſſimè etiam explicaſſe intelligi iſtam dimiſſionem quo ad torum, ſeu cohabitationem ſolum. Nã dicit abſolutè. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, mœchatur. Iam notum erat propter fornicationem poſſe dimitti, ſed tamen addit. Et qui duxerit aliam, mœchatur: alioqui ad monendum ad non dimittendum vxorem ſine cauſa, ſufficeret dicere: Non licet dimittere vxorem, ſed addens, Qui aliam duxerit, mœchatur: vult dare intelligere, dato poſſit dimitti vxor aliquando ſine peccato propter fornicationem, vel hæreſim, nunquàm tamen licet aliam ducere, quia talis mœchatur. Quare tenendum firmiter cum beato Paulo, vinculum matrimonij in lege euangelica indiſſolubile eſſe inter fideles, vt neque propter fornicationem, vel aliquid aliud ſuperueniens poſſit tolli, ſi legitimè contractum eſt.

Luc. 16.

1. Cor. 7.

ad Ro. 7.

Hinc patet non eſſe audiẽdos illos, qui auſi ſunt dicere per fornicationẽ matrimonium diſſolui quo ad vinculum ex dicto Chriſti. Et quòd eccleſia ne daretur occaſio facilè diuertendi, prohibuit diſſolutionem quò ad vinculum. Et ſi vellet, poſſet iterum permittere. Hoc eſt inſanire. Nam ſi ex Chriſti dicto vinculum eſſet diſſolutum, non poſſet eccleſia facere matrimonium contra voluntatem contrahentium.

Eraſmus i annota.

1. Cor. 7.

Etiam conſiderandum, quòd cùm Caiet. eſſet à Pariſienſibus de hoc reprobatus in apologia, negauit dixiſſe aſſertiuè, poſſe diſſolui matrimonium quò ad vinculum per fornicationem.

Caiet. Matth. 19.

Apologia Caiet.

Sed quod valdè miror eſt de Ambroſio Catharino Senenſi, qui cum ſit obiurgator, & acerrimus impugnator Caieta. & in multis plus iuſto, in hoc tamen articulo, in quo maximè deberet diſſentire, conſentit. Et probat, eo quòd ſubſcribat huic ſentẽtiæ, quæ alijs apparet abſurda, eſſe argumentũ, quòd non ex inuidia, & odio contra Caiet. ſit motus, ſed ex zelo veritatis.

Cathari. li. 5. cõtra Caiet. cap. vlti.

Tamen ſi Caiet. Catharini, & Eraſmi ſententia hæretica dicenda non eſſet, tanquàm erronea eſt reijcienda. In concilio ſiquidem Florentino planè damnata eſt, & in Coloniẽſi noſtris temporibus. Sed modo pro hæretica tenenda poſt Concilium Tridentinũ ſeſſione 24. c. 7.

Cõci. Flo. & Colonienſe.

Et quidem pro noſtra catholica ſententia ſufficeret nunquàm à Chriſto nato factum eſſe, quòd per fornicationem matrimonium ſit diſſolutum. Et videtur eſſe expreſſa determinatio Matthæi 5. Et qui duxerit dimiſſam mœchatur. Et in c. Ex literis. Extra, de diuortijs. vbi dicitur, quòd ſi poſt diuortium viuat incontinenter, reconciliet ſibi adulteram. Et cap. Ex parte, de ſponſalibus.

Non eſt etiam audiendus Lactantius Firmianus, qui lib. 6. Diuinarum inſtitutionum. c. 32. tenet diſſolui ob fornicationem quo ad vinculum. Sed hic error inter ſuos computetur. Deſinant ergo maledicere, & ne ſeparent (obſecro) quos Deus nodo Gordiano, & Herculeo ſic aſtrinxit, vt ſolum morte diſiungerentur. * In quo peſtilenter errauit Lutherus, dicens per fornicationem diſſolui poſſe vinculum matrimonij. Et in regno Angliæ ex hoc errore plurimi reliquerunt proprias vxores diebus noſtris, vt teſtis oculatus affirmat F. Alphonſus à Caſtro in lib. de hære. lib. 11. verbo Nuptiæ. hære. 5. vbi acriter inſurgit contra Luther. Et quamuis Catharinum, & Caiet. dicat non fuiſſe hæreticos, eo quòd ſe ſubmiſerunt Eccleſiæ cenſuræ, quando aſſeruere per fornicationẽ poſſe diſſolui matrimonium: probat nihilominus hæreticum eſſe illud dicere, & firmare. *

Error. Lactantij.

Error Luther.

Caſtro cõtra Luthe.

Caiet. & Cathari. non fuerũt hæretici.

## ARTICVLVS VIII.

*Quis modus ſeruandus in cauſa matrimoniali.*

QVAERITVR, quando agitur ad ſeparationem, quis modus debeat ſeruari in cogno-



ſcen-

ſcendis cauſis matrimonialibus? Quia res eſt ſatis difficilis, libet pro complemento totius materiæ aliquid diſſerere, & pro iudicibus, quis iuris ordine ſeruato, in iſtis diffiniendis procedũt, & pro religioſis qui in foro conſcientiæ, ſiquidem nõ idem modus in vtroque ſeruari debet, cùm iudex debeat ſequi quæ expreſſa in iure, & ſecundum allegata, & probata iudicare, quę confeſſori non ſunt neceſſaria: quia quilibet credendum in foro conſcientiæ ſine teſtibus.

Omnibus creden. in foro conſcien.

Et quia non ad nos attinet, neq; noſtrum ſtudium eſt de iudicijs, de teſtibus, & atteſtationibus, de probationibus, de appellationibus aliquid ſcribere, quia iuriſconſultorũ eſt: ſolum volo pro ipſis, qui iudiciario more procedunt, aliqua quæ in iure expreſſa ſunt, in memoriam reuocare. Pro religioſis etiã prius libet adducere expreſſam determinationem Alexan. 3. c. 1. de conſanguinit. & affinit. ex qua intelligant non eſſe quæſtionem de lana caprina (vt aiunt, aut de vmbra aſini) intendere cauſis matrimonialibus. Nam propter cauſæ grauitatẽ ſolum competit epiſcopis de illis inquirere, & iudicare, niſi ex commiſſione. Dicit ergo Alexan. 3. *Cæterum tuam prudentiam volumus non latere, quod non ſunt cauſæ matrimonij tractandæ per quoslibet, ſed per iudices diſcretos, qui poteſtatẽ habeant iudicãdi, & ſtatuta canonum non ignorent.* Hęc ibi. Et Gloſ. ibidem ait. Nota, ꝙ duo exiguntur ad cognoſcendũ, & iudicandũ de cauſa matrimoniali, ſcilicet, ſciẽtia canonum, & iuriſdictio ordinaria, vel delegata. Argumen. 21. d. §. 1. Et argu. Quòd cauſa non eſt delegãda niſi perito, & execitato. Argu. 2. q. 2. c. vlt. De pœnit. d. 6. c. 1. in principio.

Cauſa matrimonialis grauis.

Et quòd ſit propriũ dignitatis epiſcopalis de cauſis matrimonialibus iudicare, eſt expreſſus textus, Extra, de exceſſibus prælatorum. cap. Accedentibus. cuius verba (quia ſunt valde notanda) pro religioſis placet adducere: quæ talia ſunt. *Accedentibus ad nos de diuerſis mundi partibus Epiſcoporum querelis, intelligimus graues, & grandes quorũdam Abbatum exceſſus, qui ſuis finibus non contenti, manus ad ea, quæ ſunt Epiſcopalis dignitatis extendunt, de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, iniungẽdo pœnitentias publicas, cõcedendo etiã indulgentiarũ literas, & ſimilia præſumendo. Vnde contingit interdũ ꝙ vileſcit Epiſcopalis authoritas apud multos. Volẽtes igitur in his & Epiſcoporũ dignitati, et Abbatũ prouidere ſaluti, præſenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatũ ad talia ſe præſumat extendere, ſi propriũ voluerit periculũ euitare: niſi forſan quiſquã eorum ſpeciali conceſſione, vel alia legitima cauſa ſuper huiuſmodi valeat ſe tueri.* Hæc ibi. Vbi Glo. dicit, ꝙ per hãc conſtitutionem cognitio cauſarũ matrimonialium ad Epiſcopum de iure cõmuni ſpectat. Ar. 35. q. 6. c. Multorum. Et addit vnum etiam notandum, ꝙ alij prælati, qui cognoſcũt de cauſis matrimonialibus, ſiue ſint Abbates, ſiue alij, faciunt ex conſuetudine præſcripta, ſiue ſpeciali conceſſione, licet de iure communi ad Epiſcopum ſpectet. * Modo etiã diffinitũ in Concilio Tridentino ſeſſ. 24. c. 20. cauſas matrimoniales ad epiſcopum pertinere: Volo notet lector, propter illa quę dicturi ſumus circa religioſos, qui huic negotio operam impendunt. Et in c. Atteſt. Glo. ait ſuper verbo. Legitimæ puta conſuetudo præſcripta, quæ dat iuriſdictionem. De officio Archi. c. vlt. Et de præſcript. c. Auditis. Et de foro compe. c. Cùm contingat. Et de offic. ordin. cap. Irrefragabili. & do. Panorm. ſuper cap. 1. de conſang. & affini. dicit. Nota duo requiſita in eo, qui vult diffinire cauſam matrimonialem. Primum ꝙ habeat iudicandi poteſtatem. Secundũ, ꝙ ſtatuta canonum non ignoret. Hæc Panor. Ex iſtis colligere oportet, quàm graue ſit negotiũ matrimoniale, & quòd non paſſim cuilibet committendum. Si enim reprehenduntur, & ſub interitũ præcipitur Abbatibus (qui communiter pollent ſcientia, & experientia) ne cognoſcant de cauſis matrimonia-

Cauſæ matrimoniales ad epiſcopũ principaliter.

Notandũ.

Panor.

Notẽt qui cõmittunt cauſas matrimoniales.



nialibus: quanto magis prohibitũ eſſe credibile eſt inferioribus & ſubditis? Non deberet cõmitti tam ardua prouincia cuilibet, ſed docto, & experto: ſicut bene notãt doctores. Quare prælati animaduertant cui cõmittunt: nã licet ipſis ſit conceſſum per Summum Pontificem cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & illis quibus duxerint cõmittendum, videant (obſecro) quibus datur, & conceditur. Quod patet per bullam expreſſam conceſſam ordini prædicatorum per Nicolaũ 4. vt illi qui ad terras infidelium tranſirent, poſſint iudicare de cauſis matrimonialibus. Idem per Adrian. 6. & Paul. 3. vt in ipſis priuilegijs eſt manifeſtum. At quia de commiſſione ibi conſtat, ſufficiat ſcire, ꝙ licet cauſa matrimonij ſit grauis, & ſolũ Epiſcoporum, alijs ex conceſſione conuenit, ſcilicet, prælatis religionum, & quibus ipſi duxerint committendum, vt diximus. * In diebus noſtris pro religioſis in nouo orbe, SS. Papa noſter Pius Quintus ad petitionem potentiſſimi Regis Hiſpaniarum Philippi Secundi, conceſſit oĩa quæ ante Conciliũ Tridentinum religioſis conceſſa erant, ad miniſterium conuerſorum, & conuertendorũ ex Indis. Et per Leonem 10. & Adrian. 6. ſub iſtis verbis in quibus diœceſanibus interdicit Pontifex, vt in loco vbi ſunt monaſteria, vel in loco vbi de licentia prælati manent religioſi, tam in ſignantis locis, quàm in ſignandis nihil innouent: ſed de licentia ſuorum prælatorum, ſine alicuius alterius licentia, poſſint ſacramenta miniſtrare ſicut ante. Et ad executionem huius diplomatis rex, ſuas dedit litteras: quibus omnibus ſuis miniſtris iniungit, publicæ hoc indultum in nouo orbe denunciare, vt neophyti ad religioſos recurrant in nouo orbe. vt olim ante Concilium Tridentinum, vt ſupra diximus, quod priuilegium ad literam in fine in appendice appoſitum eſt.

Conceſſio Nico. 4.

Adrian. 6.

Paulus. 3.

Iſta conceſſio non intelligitur ſolũ in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro iudiciali, & quando eſt contrarietas partiũ. Propter quod oportet notare Clementinã de iudicis. quæ incipit, *Diſpendioſam prorogationem litiũ, quã interdũ ex ſubtili ordinis iudiciarij obſeruatione cauſarum dicet experientia prouenire, reſtringere in ſubſcriptis caſibus cupientes, &c. Statuimus, vt in cauſis ſuper electionibus, poſtulationibus: &c. necnon ſuper matrimonijs, & vſuris procedi valeat de cætero ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu iudicij, & figura.* Quomodo autẽ iſta ſint intelligenda, declarata ſunt in Clement. Sæpe contingit. de verborũ ſignificatione, vbi dicitur. *Iudex neceſſariò libellum non exigat; litis conteſtationem non poſtulet; in tempore etiã feriarũ ob neceſſitates hominũ indultarum à iure procedere valeat, amputet dilationum materiã, litẽ quanto poterit faciat breuiorẽ, exceptiones, appellationes, dilatorias, & fruſtatorias repellendo, partium aduocatorũ, & procuratorũ contentiones, & iurgia, teſtiumq́; ſuperfluã multitudinẽ refrenando. Non ſic tamen iudex litẽ abbreuiet, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur. Citationẽ verò, ac præſtationẽ iuramenti de calumnia, vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſſionem huiuſmodi intelligimus non excludi.*

1. Nota. Clementina notanda.

Clemẽ. de verbo. ſignific.

Ex omnibus his, quæ in dicta Clementina poſita ſunt, oportet ob oculos habere, in cauſa matrimonij, quantumcunq; ſit grauis, non oportere ſpectare ſolẽnitates iuris, & figurã eius, ſed ſolum illa ſpectanda, & nullo modo omittenda, quæ ſunt neceſſaria ad cognitionem cauſæ. Itaq; illa quæ cõducunt, ſed neceſſaria non ſunt, veniunt repellenda ex determinatione Pontificis, & quomodocunq; conſtet de veritate, non eſt neceſſarium ampliùs. Imò ſi poteſt bene cognoſci veritas ſine aliquo iudicio, ſine aliqua ſcriptura, ſine teſtibus, ſine tabellione, & nullũ eſt periculũ, ſi acta non conſcribantur, etiã videntur ſuperflua: & ſunt dilationes fruſtratoriæ, & eſt procedere cũ ſtrepitu, & figura iudicij, cõtra Clementinam. Diſpendioſam. Nã tabel-

tabellio, & teſtes ſimul cùm ſcriptura requiſita ſunt, vt conſtet de veritate, & maneat veritas firmata, & nullus illorum, qui litigabant poſt ſententiam datam poſſit contrarium affirmare: & per ſcripturam poſſet compelli ſi negauerit. Sequitur ergo quòd vbi de hoc nihil timetur, non eſt neceſſarium adhibere teſtes, & tabellionem, & ſcripturam, ſed ſtrepitus videtur: Volo dicere, quòd ſtrepitus, & figura iudicij, quàm Summus Pontifex determinat non obſeruandam in matrimonio, non eſt idem apud omnes gentes, ſed illud, quod apud quoſdam eſt ſtrepitus, & figura iudicij, apud alios non eſt: nam ſolum illa apud quamlibet gentem in iudicio ſeruari debent, vt patet ex voluntate Pontificis: quæ videntur neceſſaria ad cognitionem veritatis, & ad firmitatem ipſius: & quia communiter homines ſolét poſt ſententiam, vel mortuis iudicibus, vel mutatis, vel odio, ſeu malitia, nouas lites mouere, & ſepultas reſuſcitare: optimè iure ſtatutum eſt, neceſſariam eſſe ſcripturam ſubſcriptam manu tabellionis, & confirmatam teſtibus: vt deficientibus iudice, & tabellione, ſcriptura poſſit compelli, & conuinci, qui nititur aliquid contra veritatem attentare. Et in Clementina ſæpe. de verbo. ſignific. Summus Pontifex videtur aſſerere non eſſe ſtrepitum iudicij ſcripturam, & tabellionem, ſed tanquàm neceſſarium. Si ergo datur aliqua natio, de qua non timetur, q̃ iſtis vtatur calumnijs, & aſtutijs, ſed quæ ſimplici verbo obediat, & nunquàm contradicat, Summo Pontifici videretur ſtrepitum eſſe iudicij adhibere in cognoſcendis cauſis taliũ perſonarum, & in ſententijs, tabellionem & teſtes, & & ſcripturam, ſicut fieri ſolet cum alijs, qui calumniatores ſunt. Sed nũquid nationes noui orbis ſunt huiuſmodi? affirment obſecro veritatem, non Epiſcopi ipſi, qui multis alijs curis impediti, non potuerunt mores Indorum cognoſcere ad plenum: ſed id proferant miniſtri, qui intus, & in cute norunt: nunquid iudicij ſtrepitus ſit in audiendis eorum cauſis, tabellionem, & teſtes adhibere? vtrùm ſufficiat ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedere. Iſta placet hic notaſſe ex dictis iſtius Clementinæ. Et volo memoriter teneri, propter quandam ſatis dignam ſcitu quæſtionem, quàm infrà mouebo, vtrùm religioſi, quibus à prælatis conceſſum eſt in matrimonijs neophytorum occupari, peccent non ſcribendo ſententiam, & tabillionem, & teſtes adhibendo. Et vtrùm ſit neceſſarium, etiam ſi tanquàm iudices procederent.

Non eadẽ apud oẽs faciunt figuram, & ſtrepitum iudicij.

2. Nota. Matrimonium non tranſit in rem iudicatam.

Oportet etiam notare circa matrimonium, quòd non tranſit in rem iudicatam, vt patet Extra, de ſentẽtia, & re iudicata. c. Lator. vbi poſt ſententiam ſemel latam circa matrimonium admittitur probatio: & reperta veritate de deceptione in prima ſententia datur ſecunda. Idem in c. Conſanguinei. eodem titulo. Sed hoc intelligendum eſt (vt benè notat Glo. in c. Lator.) quando matrimonium non potuit eſſe propter aliquod impedimentum. ſicut ſi in gradu prohibito fuerit contractum, vel aliquo alio: nam tunc quantumcunque propter deceptionem feratur ſententia pro matrimonio, etiam ſi nulla ſit appellatio, nõ tranſit in rem iudicatam: ſed poſt ſententia reuocatur, deprehenſa veritate. Si tamen fuerit ſententia lata inter aliquos pro matrimonio, inter quos nullum eſt impedimentum ad contrahendum, ſi ab ea non fuerit appellatum: tranſit in rem iudicatam, quia iudicatis acquieuiſſe videtur, qui non appellauit. Et eſt notandum hoc, quia poſſet inter aliquos matrimoniũ iudicari licitum, & verum, quod tamen non fuit, quia non fuit debitus conſenſus. Et ſi feratur ſententia pro matrimonio, & non eſt appellatum, tranſit in rem iudicatam, nec poſt audiendi ſunt. c. Quod ad conſulta. eodem tit. Gloſſ. Et certè ſæpiſſimè contingere poſſet, imò contingit apud noui orbis incolas, quòd volentes duo copulari ſimul, dicant ſe dediſſe adinui-

Caſus apud Indos ſæpe contingit.

cem



cem fidem de matrimonio, & conſenſiſſe, & datur ſententia pro matrimonio, & poſt dolentes de mendacio, dicunt nunquàm fuiſſe talem conſenſum, & nolle de nouo cõſentire, vt patet in cap. Quod ad conſultationem, de ſententia, & re iudicata. In foro quidem exteriori non ſunt audiendi, ſed compellendi (vt ſint ſimul: nam ex quo data ſententia eſt, & non fuit appellatum, videtur fuiſſe conſenſus neceſſarius, etiam ſi à principio non fuiſſet. In foro verò conſcientiæ probabiliter crediderim inter noui orbis homines (ſi caſus contingeret) eſſet verum matrimonium, ſi ita eſt, quòd tempore, quando lata eſt ſententia, non habuerunt diſſenſum, ſed voluerunt ſtare pro ſententia, quia tunc perinde eſt, ac ſi ſecundum mores ſuos parentes, vel cognati loquerentur de matrimonio, & ipſis intelligentibus, & volentibus, iungerentur abſq; contradictione aliqua, vel diſſenſu: nã tũc verum erat matrimonium, vt nos in prima parte determinauimus. Sic in præſentiarum dici poſſet, ſi caſus contingat, quem non dubito contingere. Et idem eſſet dicendum, quando religioſi id dicunt, & ipſi determinant eos tanquàm vir, & vxor, ſuppoſito in animo non fuerit diſſenſus, ſed aſſenſus in matrimonium. * Verum eſt tamẽ, quòd ſi talis conſenſus fundamentum haberet, quia putant ſe aſtrictos (& non ſunt) non faceret matrimonium: quia fundamentum eſt falſum, & nullius vigoris, nec firmitatis, ſicut ſi iudex, vel confeſſor ex errore diceret eſſe matrimonium, & teneri ad id: & obedientes conſentirent, aliàs non cõſenſuri, ſi non exiſtimarent ſe deuinctos, non eſſet matrimonium per talẽ conſenſum. De quo ſuprà iam diximus. p. p. art. 29. in fine: 2. dubij. *

Sup. p. p. artic. 5.

* Modo tamen per Concilium Tridentinum diffinitum non ſufficere ad matrimonium talem conſenſum, ſed requiſitus eſt parochus, & teſtes, vt infrà in appendice. Et quo pacto debeant ſcribi qui coniungũtur, ibidem diſputatur latè.

Nota. 3.

Item notandum, quòd quando proceditur ad diſſoluendum matrimoniũ iam contractum, vel quia præceſſit impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatis, teſtes debent iurare, quòd non dolo, aut amicitia, aut aliquo commodo priuato falſum iurabunt. In c. Quotiens. de teſti. & atteſta.

Teſtes debẽt iurare.

Nota. 4.

Conſiderandum etiam, quòd teſtes qui in matrimonio ſunt admittendi, ſunt conſanguinei, & iſti ampliùs admittuntur, quàm extranei, maximè quando agitur de gradu conſanguinitatis, & affinitatis. Qui matrimoniũ accuſa. poſſunt. c. Videtur nobis. Et quando non ſunt teſtes de viſu, admittuntur de auditu. De teſtibus, & atteſta. cap. Præterea. Et eſt peculiare in matrimonio, vt etiam de conſenſu partium iuramentum non remittatur. c. 1. De conſang. & affin. & Glo. in c. tuis. de teſtibus. & Glo. in c. Continebat, de ſponſa. impuberum.

Nota. 5.

Præterea notandum, quòd teſtes qui ad matrimonium admittuntur, debent eſſe circunſpecti: omni exceptione maiores. Et oportet eſſe graues. Vide Glo. quam valde notat Panor. in eodem cap. Et dicit illos dici teſtes omni exceptione maiores, qui nulla exceptione legitima poſſunt repelli. Et allegat Glo. notabi. Inſtitu. de inutili ſtipul. §. Item verborum obligatio. quæ dicit illum teſtem dici idoneum, qui nulla exceptione repelli poteſt. Hæc Panor. Notat etiam ibi, quod cùm agitur ad impediẽdum, vel dirimẽdum matrimonium, ijdem qui denunciant, vel accuſant, poſſunt eſſe teſtes: & hoc ratione peccati, cum nõ agitur de commodo, aut incommodo eorum. Volo notari quales teſtes ſint requiſiti, ſi procedendum eſt per viam iudiciariam. Et in cap. Licet, dicitur. Oportet tales non ſint infames. De teſtibus. & atteſta. & ibidem Glo. Et in cap. de Parentela. 35. q. 6. dicitur, quòd debeat conſiderari in eis qualitas perſonarum. Et Hugutius dicit, ne ſint ſeruiles, vel criminoſi.

Panor.

Teſtes qui in matri. ſiunt omni exceptione maiores.

Hugutius

Nota. 6.

Notandum etiam, quòd per ſolum matris dicentis impedimentum eſſe,

ma-

Vn. teſtis non ſuffi. ad diſſoluē dū matri. Teſtimo. matris ſuſpectum.

matrimonium nondum contractum, non debet contrahi: vt patet in c. Super eo. de teſtibus, & atteſta. Tamen dictum vnius teſtis non valet ad matrimonium iam contractum diſſoluendum, vt patet de eo, qui cogno. cōſan. vxo. c. De illo. Teſtimonium etiā matris eſt ſuſpectum quando viri eſt ſuperior diuitijs, vel honore, vel poteſtate vt habetur c. ſuprà alleg.

Nota. 7. Solus rumor de impedimēto, nō ſufficit ad diſſoluendum.

Item animaduertendum, quòd ad diſſoluendum matrimonium legitimè contractum, non ſufficit rumor viciniæ, quæ dicat prius affinitatē præceſſiſſe: ob quod non potuit eſſe matrimonium. Patet in c. Super eo. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. At quia eſt iſte textus valdè notandus, placet adducere quæ notat, & bene Panor. Et primum notandum in textu dici, quòd ad confeſſionem coniugum dicentium impedimentum præceſſiſſe, non debet fieri ſeparatio: vt ſi dicat vir prius cognouiſſe matrem vxoris, vel conſanguineam eius intra gradum prohibitum: vel ſi dicat fœmina, ſe cognitam fuiſſe à patre, vel à conſanguineo mariti intra gradum prohibitum ante matrimonium contractum. Dicitur ibi, quòd non ob hoc ſtatim ſunt ſeparandi. Et Panor. ibi notat, quòd ad confeſſionem coniugum contra matrimonium non debet fieri ſeparatio. Secundo, quòd rumor viciniæ propriè dicitur, quando aliqua pars viciniæ aliquid aſſerit. Et in hoc differt rumor, à fama, nam fama propriè eſt, quando tota ciuitas, ſeu vicinia, vel maior pars reclamat: puta 3. vel 4. pars: vnde in minus ſe habet rumor, quam fama. Et ſimilis Gloſ. habetur in capitulo. Si duo 35. q. 6. Et infra dicit in gloſſa prima in fine. Nota bene gloſſ. Et expediendo hanc materiam cum gloſ. final. diſtingue plene, cum quæritur, nunquid valeat confeſſio coniugum in cauſa matrimoniali? Aut agitur de matrimonio contrahendo, aut de iam contracto. Primo caſu, ſola fama de impedimento ſufficit ad impediendum matrimoninm, etiam ſi in ſponſalibus interueniſſet iuramētum.

Rumor, & fama non idem.

Sed

Tex. eſt no. in c. Super eo. de conſan. & affin. Item ad dictum vnius, ſcilicet tertij, impeditur matrimonium contrahendum ſi non interuenit iuramentum: vt eſt tex. in c. Præterea. 2. de ſpon. Et in c. Super eo. de teſti. Et ex illis duobus .c. videtur inferendum, plus quòd probat fama, quam vnus teſtis quia (vt dixi) ſola fama impedit, vbi etiam interuenit iuramētum, ſecus in dicto vnius. Sed ego crederē (ait Panor.) quod ſi vnus teſtis omninò integer confiteretur impedimentum, impediretur matrimonium, etiā ſi iuramentū interuenerit: quia vnus teſtis non minus probat, quam fama, ad hoc quòd non. In c. veniens de teſti. Et in c. 1. de appella. Facit. c. Super eo. §. 1. de teſtibus. Et ad c. Praeterea, reſpondeo, quòd ille teſtis non erat omninò integer, quia allegabat turpitudinem ſuam. Et ſic, ſi ſponſi confitentur impedimentum, puto ſufficere eorum confeſſionem ad impediendum matrimonium, etiam ſi interueniſſet in ſponſalibus iuramentū. Ratio eſt: quia cum poſſint ſibi remittere illam obligationem iuratam, vt in c. 2. de ſponſa. præſumptio eſt, quòd non confiteantur falſum. Sic reſtringo tex. vbi agitur de contracto matrim. Et ſic propriè loquitur, aut alter ex ſponſis confitetur impedimentum, & tunc aut confitetur ille, qui ſtat contra ſponſalia, & non puto ſufficere: quia confeſſio per ſe non valet 14. q. 2. in principio. Quòd ſi diceremus contrarium, facile diſſoluerentur ſponſalia: cum appetens ſeparationem, confiteretur impedimentum. Aut confitetur qui ſtat pro ſponſalibus, & tunc ſufficit eius confeſſio. Argu. c. Atteſtatio. de ſponſal. impube. & quod notat ibi. Hoſtien.

Ad dictū vnius impeditur matrimoniū cōtrahendum. Panor.

Notādum quod dicit Panor.

Hoſtien.

Secundo caſu principali cum agitur de contracto dic. Aut confeſſio tendit ad ſeparationem tori, & valet confeſſio contra confitentem. Vnde ſi vxor confiteatur adulterium, ſibi præiudicat. vt in c. Ex literis. de diuortijs, quia per hoc non ſeparatur vinculum matrimoniale. Aut confeſſio fit ſuper

ſub-



ſubſtantia vinculi matrimonialis, & ſi pro matrimonio valet, dummodo non veniat in præiudicium alterius matrimonij: de quo conſtet. Et not. in c. 2. de clan. deſpon. Aut confeſſio fit contra matrimonium, & tunc aut coniuges confitentes ſtant contra matrimonium, & non valet confeſſio, etiam cum fama. Ratio eſt: quia confeſſio de ſe nihil probat, ex quo eſt pro confitentibus. Fama autem per ſe non ſufficit ad dirimēdum matrimonium, vt in d. c. Si duo. Hoc tenuit do. And. Quod ſatis placet. Et ſic limita iſtud. c. Si duo. Aut confeſſio fit à coniugib. ſtantibus pro matrimonio, putà quia iudex inquirit ex officio, vel 3. accuſat. &c. Et tandem ibidem concludit: quia ex quo confeſſio emanat pro ſtantibus pro matrimonio, nec eſt præſumptio colluſionis, ſtandum eſt confeſſioni, etiam ſine fama: quia non eſt præſemptio, vt quis confiteatur falſum contra ſe. Hoc voluerunt communiter docto. in d. cap. Atteſtati. & Hoſtien. hic. Et fortiùs valet confeſſio, quando habet concomitantiam famæ, aut alter eorum tantùm confitetur contra matrimonium. Et tunc, aut ille qui ſtat contra matrimonium, & non valet: etiam ſi concurrat fama per rationem ſuprà dictam: aut confitetur ille qui ſtat pro matrimonio: & dicit do. And. quod ſi allegat turpitudinem ſuam (vt ſi diceret, verè habui acceſſum cum conſanguinea meæ vxoris, vel ipſa fœmina ſimile dicat) non probat etiam cum fama. Et allegat notata per Archidia. in d. cap. Si duo. Sed certè Archidia. etiam infert contrariam opin. & illā puto veriorem, quia vbi agitur de periculo animæ, auditur allegans turpitudinem ſuam: vt plene dixi in cap. Cùm ſuper. de conceſſio. præben. Itē. Ex quo iſte ſtat pro matrimonio, & confitetur contra ſe, non eſt præſumptio, quòd dicat falſum. Hæc omnia Panor. ibidem.

Vbi agitur de animæ periculo, auditur q allegat turpitudinem ſuam.

Omnia tam ſunt egregiè dicta, & tam conuenientia miniſtris, qui huic negotio operam dant, vt deberent ſcribi (ſi fas eſſet) literis aureis ad quietandum conſcientiam multorum. Et ne fortè aliquis non potens intelligere ſententiam ipſius Panor. fruſtretur doctrina tali, in breui hæc eſt. Quando caſus contingit, ſicut ſæpe contingit mihi ſcribenti, cum duobus coniunctis in matrimonio, inter quos fuit impedimentum, ſi interrogati de impedimento, confitentur tale præceſſiſſe: quo ſtante non potuerunt coniungi, vtrùm ſufficiat ſola confeſſio ipſorum ad diſſoluendum: dicit Panor. & bene ex communi opinio, quòd tunc videndum, vtrùm tales, qui liberè confitentur impedimentum, quo ſtante matrimonium eſt nullum: volunt ſic manere in matrimonio, vel volunt ſeparari. Si volunt manere, illud dicit. Panor. ſtare pro matrimonio, & tunc ſufficit confeſſio ipſorum ad diſſoluendum: quia non eſt credibile eos mentiri contra ſe, quandoquidem nollent ſeparari. Et tamen ex eorum confeſſione ſequitur ſeparatio. Hoc idem obſeruandum eſt, quando alter eorum ſolum confitetur impedimentum, dummodò talis qui confitetur, ſtare velit pro matrimonio, quia nulla eſt ſuſpicio de dolo, aut mendacio. Secùs tamen eſſet, ſi confitentes non ſtarent pro matrimonio, quia ſeparari voluut. nam tunc eorum confeſſio eſt ſuſpecta.

Summa ſententia Panor.

Quomodo ſit iurandum, & quid in iuramento exigendo debeat conſiderari, quando etiam fit ad diuortium, & ſeparationem, habes 35. q. 6. c. De parentela. Et c. Ab iſto die 1.

Notandū.

Eſt inſuper notandum, q quotiens eſt dubium, in dubio ſtandum eſt pro matrimonio: quia tutius eſt aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos: quàm legitimè coniunctos contra ſtatuta hominum ſeparare. Extra, de teſtibus. c. Licèt, in fine. Quę notanda ſunt (vt intelligit Pano.) quando matrimonium poteſt habere effectum ſuum, vt notaui ſupra in p.p.

Suprà p.p. arti. 38.

Item. Quando non eſt certitudo aliqua, ſemper in dubio abſoluendus eſt reus, c. 2. de clandeſti. deſponſa.

Et

Et c. Mulieri. de iure iuran. Vide Panor. ibi.

S.Th. in 4. d. 41. ar. 5. q. 3. Vltimò notandum ex S. Tho. qui dicit, ꝙ in cauſa matrimoniali quando agitur ad ſeparationem propter cõſanguinitatem, vel affinitatem, quæ præceſſit, per teſtes, veritas debet pateſieri ſicut & in alijs. Tamen (vt Iuriſtæ dicunt) in hac cauſa multa ſpecialia inueniuntur, ſcilicet quod idem poteſt eſſe accuſator, & teſtis. Quòd nõ iuratur de calumnia (ſicut Extra de iuramento calumniæ. c. Literas. vbi in ſpiritualibus non iuratur de calumnia) cum ſit cauſa quaſi ſpiritualis. Et quòd conſanguinei admittuntur ad teſtificandum. Et quod non ſeruatur omninò ordo iudiciarius: quia denunciatione facta, contumax poteſt excommunicari, lite non conteſtata. Et valet hic teſtimonium de auditu. Et poſt publicationem teſtium teſtes poſſunt induci. Et hoc totum eſt, vt peccatum impediatur, quod in tali coniunctione eſſe poteſt. Hæc B. Tho. Libuit iſta notare propter illa verba quæ dicit, quòd non ſeruatur omninò ordo iudiciarius in matrimooio, & hoc ad impediendum peccatum, quod eſt in tali coniunctione. Notanda verba pro religioſis, qui ad tollendũ peccata neophytorum non ſeruant ordinem iuris, veritate cognita.

## ARTICVLVS IX.

*An ſi inter aliquos coniunctos, ob impedimentum non potuit ſtare matrimonium, ſit neceſſaria ſententia iudicis ad diuortium.*

QVAERITVR ergo, quando eſt inter aliquos impedimentũ aliquod, quo ſtante, matrimonium non poteſt eſſe vtrùm ſit neceſſaria ſententia Eccleſiæ ad diuortium celebrandum: an ſi ipſis, qui ſic coniuncti ſunt, conſtat de impedimento, poſſint adinuicem ſeparari.

Pro deciſione notandum tripliciter poſſe contingere tales cum impedimento iunctos fuiſſe. Primò, ignorando impedimentum: ſi contraxerunt in facie Eccleſiæ. Secundò, ſi non contraxerunt in facie Eccleſiæ, ſed coram teſtibus. Tertiò quando nec in facie Eccleſiæ, neque coram teſtibus, ſed ſecreto. 1. Nota.

Secundò. Dupliciter poteſt contingere aliquos duos, qui iuncti ſunt, ſeparari. Vno modo intelligendo de illis, qui non ſunt iuncti mutuo conſenſu, & more illorum, qui ſolent in matrimonio iungi. Alio modo, quando ſunt coniuncti, ſicut ſolent coniungi alij tamen matrimonium non potuit eſſe propter impedimentum. Nota 2.

Tertiò notandum, eos poſſe ſeparari, vbi non eſt Eccleſiæ iudex, neque de facili haberi poteſt, vel vbi eſt eccleſiaſticus iudex qui poteſt de facili haberi. Iſtis ſic conſideratis, reſpondetur. Nota 3.

1. concluſio. Illi qui coniuncti ſunt in matrimonio per cõſenſum mutuũ, ſicut ſolitum eſt in facie Eccleſiæ, etiã cognito impedimento, propter quod matrimoniũ fuit nullum: ſi iudex eccleſiaſticus de facili haberi poteſt, non poſſunt licitè ſola ſua authoritate ſeparari. Probatur. Extra de diuortijs. c. Porro. & c. Multorum. 35. q. 6. & in multis alijs locis determinatũ eſt. Et probari poteſt ſicut probauimus ſuprà de diuortio facto propter fornicationem: quia nullus ſibi poteſt ius dicere. Cum ergo iura diſponant tale matrimonium diſiungendum, oportet adueniat ſententia iudicis. Dixi, ſi fuerit factum per conſenſum, & in facie Eccleſiæ: quia ſi non fuerit ſic contractum, non eſt neceſſaria ſenten. iudicis Eccleſiaſt. vt dicemus ſtatim. Dixi etiam, ſi facilè iudex eccleſiaſticus haberi poteſt, quia vbi non eſt neque de facili poteſt non intelligitur concluſio. Et intelligimus, niſi ignorantia inuincibilis eos excuſet: quia tunc non peccarent diuertendo adinuicem.

[1. conclu. — S.Th. in 4. d. 27. q. 2. art. 3. — Ratio. — ſup. art. 5. — S.Tho. 1. 2 q. 76.]

2. conclu. Qui per mutuum conſenſum 2. conclu.



ſenſum cõtraxerunt in facie Eccleſiæ, inter quos eſt impedimentum, quo ſtante non potuit eſſe matrimonium: ſi non eſt iudex eccleſiaſticus, vel de facili haberi non poteſt, ſe diſiungendo, cognito impedimento, ſecluſo ſcandalo, nullo modo peccant. Probatur. Iſti tales nullo modo ſunt coniugati, nec poſſunt eſſe: ergo tenentur ſimul non adeſſe; & diſiungi non poſſunt alia via, quàm vel per iudicem, Eccle. vel ſi propria authoritate id faciant, ſed per iudicem. Eccleſiæ non poſſunt, quia quod non poteſt fieri ſine difficultate, dicitur non poſſe fieri: ergo tenetur per ſe facere, ſicut etiã Ariſt. ſumit impoſſi. pro diffin. 1. de cœlo. tex. 111. 114. & 115.

[Ratio 1. — Matth. 19. — Ariſto.]

Ratio 2. Secundo. Ratio quare tenetur adire iudicem Eccleſiæ, eſt, ne in tali diſiunctione coutingat fraus, aut dolus, aut ſcandalum de diſſolutione matrimonij: ſed ponimus nõ eſſe fraudem, aut dolum, ſed quod verè ita eſt impedimentum eſſe, quo ſtante, nullo modo potuit eſſe matrimonium. Et etiam ſe cludimus ſcandalum, quia ſi eſſet propter vitandum ſcandalum deberent manere in vnum, licèt non cõmiſceri carnaliter, vſquedum per ſententiam Eccleſiæ fieret diuortium. Sequitur ergo quod ſi dolus, & fraus ceſſat, & ſcandalum, nullum erit peccatum propria authoritate diuertere, quia ceſſante ratione legis, ceſſat & eius obligatio: ceſſante ſcandalo, etiã ſi ſolùm ceſſet in particulari, quicquid dicat Fortunius in tractatu. de vlt. fine, illatione 15. & 16. & Michael de Medina, de contracti. q. 14. & Couar. in epitho. in 2. p. c. 6. nu. 7. & de teſtã. ca. Cùm eſſes. nu. 9. Ergo vbi nõ eſſet iudex Eccleſiaſticus, nec de facili habere poſſet, non eſſet peccatum diſiungi. Si tamen eſſet parochus vel alius vicem habens in tali loco, nõ poſſent tales excuſari à peccato. * Quãuis probabilem reputemus opinionẽ dictorum doctorum, qui tenent, quòd ad hoc quòd ceſſet legis obligatio, nõ ſufficit ratio ceſſet in particulari, ſed requiritur vt vniuerſaliter ceſſet. *

[Relecti. de decimis q. 10. — Adri. quo li. 6. ar. p. — Medina de contract. q. 23. — Couarru. — Pano. in c. Plerique. de immuni. Eccle.]

Corolla. Ex concluſionibus ſequitur, quòd neophyti, qui contraxerunt in facie, Eccleſiæ, impedimento exiſtente taliquo non potuit eſſe matrimonium, ſiue fuerit ignoranter ex parte ſua, ve miniſtrorum, ſiue fuerit ex malitia, ſi poſt cognito impedimẽto, reſipiſcants & diſtantes nimium à iudice eccleſiaſtico, ſic quod non poſſit cognita ſua conditione, & paupertate, ſine difficultate maxima aditus haberi ad eum, neq; etiam alij ſint miniſtri Eccleſiæ: quòd ſi, ſecluſo ſcandalo, propria authoritate diſcedant, non peccant, ſaltim mortaliter: imò exiſtimó, vbi fraus & dolus ceſſat, ſi timentes Deum id faciunt, meritoriè fieri. Dico, ſecluſo ſcandalo, quia tales tenentur vitare: ſed quia illi qui ſcandalizari poſſunt inter eos (impedimentum non ignorabunt) non dubito ſine peccato tales diſiungi ſicut certò ſcio factũ fuiſſe. Et apertè patet illos non peccare: quia omninò ignorant inuincibiliter ad id teneri: imò quotidie audiunt prędicatores dicentes, quòd tales qui habent impedimentum, non poſſunt ſimul ſtare. S. Th. 1. 2. q. 76. ar. 3.

Tertia concluſio. Qui contraxerunt ſtante tali impedimento, quod impedit, & dirimit, ſi coram teſtibus ſolùm, poterunt cognito impedimento, ſine ſententia iudicis Eccleſiaſtici, ſecluſo ſcandalo, ſeparari in inuicem, vbi iudex non adeſt, licèt de facili poſſit adiri. Iſta differt à ſecunda. Nam in 2. dixi, quòd vbi in facie Eccleſię eſt contractum, eſt neceſſe adire iudicem Eccleſiæ, vbi adeſt, vel facilè haberi poteſt, ſed in iſta, quod vbi non eſt contractum in facie Eccleſiæ, ſed ſolùm coram teſtibus, & iudex non adeſt, ſecluſo ſcandalo, non tenetur adire ipſum, etiam ſi facile haberi poſſet. Probatur. Tota ratio quare Eccleſia determinauit in capitulis allegatis neceſſarium eſſe ſententiã Eccleſię præcedere, eſt quia tale matrimonium in facie Eccleſiæ conſtat, & ab ipſa approbatum, non debet ſine eius ſententia rurſus annullari, & quaſſari: ergo vbi ipſi Eccleſiæ non conſtat de tali matri-

[conclu. 3 — Ratio.]

tri-

trimonio, neque in facie eius fuit factum, nõ eſt neceſſe interueniat prius eius ſententia, quàm fiat ſeparatio, cognito impedimento, ſecluſa fraude, & dolo, & ſcandalo: quia certum eſt quod tenetur non ſcãdalizare teſtes, coram quibus factum eſt. Et (ni fallor) iſtam opinionem vult inſinuare Paludan. in 4. vbi dicit, matrimoniũ contractum in facie Eccleſiæ non poſſe etiam propter impedimentum diſiungi ſine ſententia Eccleſiæ. Videtur ergo quod matrimonium non factum iudicio Eccleſiæ, poſſit ſine ſententia eius ſeparari. Dixi, ſi non adeſt, nam ſi adeſt ibi iudex, vel miniſter tenens vicem Eccleſiæ, tenerentur tales denunciare antequam ſeparentur. (Pal. d. 42. q. 2.)

(Pro neophytis.) Ex iſta concluſione habes documentum ab non damnandum de mortali plurimos neophytorum, qui degẽtes in montibus cõtraxerunt impedimento ſtante, & ignorato, coram teſtibus: & poſt cognito, ſine licentia iudicis ſeparantur in inuicem, vbi fraus & dolus ceſſat, & ſcandalum. Verum modo per Concilium Tridentinum dubium ſublatum, cum matrimonium non ſit vbi deeſt miniſter Eccleſiæ.

(Conclu. 4.) 4. concluſio. Illi qui contraxerunt matrimonium ſtante impedimento, quo non potuerunt contrahere; & cõtraxerũt ſecrete ſine teſtibus: poſſunt, cognito impedimento, in inuicem ſeparari: ſine aliqua ſententia iudicis eccleſiaſtici, etiã ſi adſit (ſecluſo ſcandalo) (1. Ratio.) Probatur. Tale matrimonium, cum fuit ſecretum, nullo modo Eccleſia approbauit: ſequitur ergo nõ eſſe neceſſariam Eccleſiæ ſententiam ad ſeparationem: quia tunc eſt neceſſaria, quando Eccleſia prius factum probauit: & in notitiam eius venit. ergo non eſt neceſſaria eius ſententia.

(2. Ratio.) Secundò. Tales tenentur ſeparari, & non tenentur iudici ſe manifeſtare: ergo diuertendo non peccant. Patet maior. Probo minorem: quia non tenentur peccatum ſuum occultum cõtrahendi clandeſtine denunciari iudici, niſi ſolum confeſſori: ſed ſi eſſet neceſſariò petenda prius iudicis ſententia, tenerentur ſuum peccatum occultum extra confeſſionem manifeſtare, quod non eſt dicendum: tenendum ergo non eſſe neceſſariam iudicis ſententiam ad ſeparationem. Dixi, ſecluſo ſcandalo, quia poſſet eſſe, quòd dato ſecrete contraxiſſent, iam multi ſcirent: & tunc perinde eſſet, ſicut ſi coram teſtibus: ob id tenerentur vitare ſcandalum. Tenet expreſsè Ricardus in 4. & Archi. Floren. (S. Anto. 3. p. tit. p. c. 21.) (Ricard. d. 35. art. 1. q. 5.)

(Corolla.) Ex iſta concluſione ſequitur, nullo modo peccare neophytos, ſi contraxerunt ſecrete ſine teſtibus ſtante impedimento & poſt cognito, ſine fraude & dolo ſeparantur ſine ſcandalo. Et contingit caſus, vt quando fœmina habebat alium virum, & poſt cognita eſt veritas, & intelligit non potuiſſe eſſe matrimonium, & diuertit. Idem de viro. Non eſt peccatum, ſecluſa fraude, & dolo, & ſcandalo ſic ſeparari: quia tenentur diuertere, & non tenentur propalare factum, niſi in confeſſione: ergo nullo modo peccant id faciendo. Hæc modo probantur per diffinita in Concil. Triden. cum tale matrimoniũ nullum eſſe iudicet.

(5. conclu.) 5. concluſio. Si aliqui fuerunt iuncti abſque conſenſu mutuo, & abſque cæremonijs ſolitis, ſed modo illicito concubinario, ſi poſtea ſeparantur in inuicem: etiam ſi apud alios ſint reputati velut coniuges, dummodò fiat ſine ſcandalo, nullum eſt peccatum propria authoritate diuertere: imò tenentur ad illud. (1. Ratio.) Probatur. Tales coniuncti ſemper fuerunt in peccato, & nunquam fuit ipſorum licita coniunctio matrimonij, nec vera, vel præſumpta quo ad Eccleſiam: ergo, ſequitur non eſſe neceſſariam ſententiam Eccleſiæ: nam Eccleſia, vbi ſecretè fuit cõtractum matrimonium, non iudicat matrimonium, ſed ſtuprũ, vel adulterium, vt patet, 30. q. 5. per totam: quantò magis vbi neque ſecretò fuit contractum iudicabit? ergo nõ eſt neceſſe eius ſententia præcedat.

(2. Ratio.) Secundò. Sententia Eccleſiæ eo datur, vt ſeparentur illi, qui fuerũt coniuncti (ſed cum impedimento) ſed tales





tales nũquã fuerunt coniuncti: quia ſupponimus nullo modo conſenſiſſe adinuicem: ſed more concubinario iunctos fuiſſe: ergo nullo modo eſt neceſſaria ſententia.

(Ratio. 3.) Probatur adhuc ex cõcluſione præcedenti, nam ſi quando matrimonium fuit contractum, ſed ſecretò, nullo modo debet præcedere ſententia Eccleſiæ: ſed ſtatim cognito impedimento, poſſunt in inuicem ſeparari, quantò amplius dicendum, vbi nullus fuit contractus matrimonialis? Non enim habet Eccleſiæ vnus, vt contra concunarios deprehenſos in peccato, ad ſeparationem ſententiam proferat diuortij: ſed punit tanquam peccatores, quia ipſi antequàm Eccleſia ſciret, non fuerunt ſeparati: quia ſi eſſent antè ſeparati, non puniret: ſequitur ergo, cùm tales (ſicut dicit concluſio) ſint concubinarij: quòd poſſunt, imò tenentur ſine ſententia Eccleſiæ ſeparari.

(Corolla.) Ex iſta concluſione habetur bene facere neophytos: qui cùm aliquando iungerentur vir & fœmina, nihil de matrimonio loquentes, & ſi poſteà ſeparantur propria authoritate, intelligentes non fuiſſe inter eos matrimonium, nullo modo peccare: imò peccarent, ſi id non facerent, niſi contraherent de nouo, ſi nullum eſſet impedimentum. Notanda ſunt iſta quia non raro contingunt iuxtà Concilij Trident. ſanctiones hæc intelligenda.

## ARTICVLVS X.

*Quid debent ſeruare Iudices Eccleſiaſtici in diuortio.*

VTRVM Iudices Eccleſiaſtici in cauſis matrimonialibus cum noui orbis neophytis teneãtur ſeruare figuram & ſtrepitum iudicij, quã ſeruant, & ſeruare debent cum Hiſpanis. Hæc propter aliquos, quos noui tam in hoc negotio ſcrupuloſos, & impeditos, vt volẽtes traditiones hominum obſeruare, cõtemnant præceptũ Dei, quib⁹ dici poſſet, quod dominus Phariſæis dixit. Propter traditiones veſtras tranſgredimini Dei mandatũ. (Matth. 15.) Atq; vtinam noui improperium ſit talibus in die iudicij, qui volentes ſeruare quæ conſtituta ſunt, & à doctoribus declarata, vt in plurimũ pro alijs nationibus, quę pollẽt ingenio, & aſtutia, animas miſerè perire permittant, nõ ſubueniendo eis ſimpliciter, & de plano, ſicut eorũ conditio exigit. Dominus (credo) in die iudicij loquetur illud Ezechi. (Ezech. 34.) *Væ Paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges à paſtoribus paſcuntur. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, & quod infirmum, & fractum non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, & quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis, ſed cum auſteritate increpabatis, & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſſet paſtor. Et factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarũ agri Diſperſæ ſunt, & errauerunt greges mei in cunctis mõtibus, & ſuper omnem faciem terræ diſperſæ ſunt, & non erat qui requireret.* Propterea paſtores obſeruandi audite verbũ Domini. (Notet huius noui orbis Epiſcopi reuerem.) Vos (inquam) Epiſcopi noui orbis audite verbum Dñi. *Viuo ego dicit Dominus Deus: quia pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo quòd non eſſet paſtor. Hæc dicit Dominus. Ego ipſe ſuper paſtores requirã gregem meum de manu eorum.* Profecto ſẽtẽtia ſatis terribilis cõtra illos paſtores, qui oues ſibi a domino creditas errare permittunt: & deuorari à beſtijs, non ſanando infirmum, non cõſolidando confractum, non eleuando abiectum, non quærendo diſperſum. Et ſine dubio qui circa neophytos in nouo orbe ſtrepitum & figuram iudicij obſeruare volunt, non procedentes ſimpliciter & de plano, timeo ſic euenturum, cum illi ſint, quibus dominus dicit. (Propter quid inſtituti ſunt paſtores.) *Ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorũ.*

Et væ illis. Probatur hoc paſtores cō-
ſtituti, vt gregem commiſſum liberēt
de manu beſtiæ rugientis, & præpara-
tæ ad eſcam. Si ergo iſta liberatio fie-
ri poteſt, ſi ſimpliciter & de plano, ipſi
paſtores circuant gregem ſuum, ſine
Lucæ 2. ſtrepitu, obſeruando vigilias noctis ſu
1. Petr. 5. per gregem, ſimul & obſeruando inſi-
dias dæmonis, qui circuit gregē, quæ-
rendo quem deuoret. Egrediantur
de throno & maieſtate ſua. Sumant
ſibi baculum. Fugiant quæ neceſſa-
ria non ſunt: & tunc videbunt in aper
to peccata gregis. Tunc intelligent,
nunquid cum eis ſit opus adhibere
tabellionem, ſimul & teſtes. Nunquid
ſit neceſſarium ſcriptis proferre ſen-
tentiam, & terminum dare ad proban
dum: publicationem teſtium facere,
& alia cæremonialia iuris obſeruare.
Exeant ergo & videbunt. Deponant
obſecro Pontifices noui orbis veſtem
lineam, ſimul & tunicam hyacinthi-
nam, baltheum, tiaram, laminam au-
ream, femoralia contenti ſint ex om-
nibus ornamentis Pontificalibus ſu-
per humerale deferre, per quod de-
notatur vt infirmitates populi ſup-
portent, ſcientes quoniā ipſi infirmita
Ad Heb. 5 te circundati ſunt. Et ſic ſuarum ouiū
infirmitati compatiantur. Habeant
& ſimul rationale, ſcilicet, charitatem
eximiam ſuarum ouium: vt in viſce-
ribus ſuis, & corde ſolicitudine quo-
tidiana portent. Iſtis duobus orna-
mentis contenti, alia dimittant: omit
tant materialia illa ornamenta, licet
ſignificatum obtineant: & egredian-
tur, & circuant, & tunc intelligent nō
eſſe neceſſe illa ſeruare cæremonialia
in iudicio circa matrimonium, quæ
ſeruantur cum cæteris pollentibus
ingenio. Attendant (obſecro) qui pa-
Gregor. in ſtores ſunt, bonum paſtorem Grego-
paſtora. 2. rium: quia in ſuo quem edidit paſto-
p. c. 10. rali tradit, quid paſtores debeant fa-
Ezech. 8. cere. Nam exponens illam viſionem
Ezechiel. inquit. Dicit propheta,
quod à Chaldea fuit ductus in viſione
Hieruſalem ad templum domini, vbi
vidit iuxtà oſtium quod reſpiciebat
ad Aquilonē quod erat in atrio tem-
pli, ſtaturum idolum Zeli, ideſt, idolū
Baal, quod erat ad prouocandum irā
Dei. Ideo dicitur idolum Zeli. *Et in-*
*troduxit me Dominus (ait propheta) ad*
*oſtiū atrij & vidi, & ecce foramen vnū*
*in pariete. Et dixit Dominus. Fili ho-* Figura.
*minis: fode parietē. Et cùm perfodiſſem*
*parietem: apparuit oſtium vnum. Et*
*dixit ad me. Ingredere, et vide abomina*
*tiones peſſimas: quas iſti faciunt hìc. Et*
*ingreſſus vidi. Et ecce omnia ſimilitudo*
*reptilium, & animaliū, abominatio &*
*vniuerſa idola domus Iſrael depicta*
*erant in pariete. Et ecce in circuitu per*
*totum. Et 70. viri de ſenioribus domus*
*Iſrael, & Iechonias filius Suphat ſta-*
*bat in medio eorum ante picturas ſtan-*
*tium. Et vnuſquiſq; habebat thuribu-*
*lum in manu ſua. Et vapor nebulæ de*
*thure conſurgebat. Et dixit Dominus*
*ad me. Certè vides quæ ſeniores domus*
*Iſrael faciunt in tenebris vnuſquiſq;*
*in abſcondito cubiculi ſui. Dicunt enim*
*Non videt Dominus nos, & derelinquit*
*Dominus terrā. Et dixit. Adhuc conuer*
*ſus videbis abominationes maiores. Et*
*introduxit me ad oſtium portæ domus*
*Domini, quæ reſpiciebat ad Aquilonē.*
*Et ecce mulieres ſedebant plangentes*
*Adonidem. Et dixit Dominus ad me.*
*Adhuc conuerſus videbis abominatio-*
*nes maiores. Et intraduxit me in atriū*
*domus Domini interiùs. Et ecce in*
*oſtio templi inter veſtibulum & alta-*
*re quaſi vigintiquinq; viri. dorſum ha-*
*bentes contra templū Domini: et facies*
*eorum ad orientem, & adorabant ad*
*ortum ſolis.* Hæc in textu. Quam vi-
ſionē beatus Greg. in paſtorali dicit, Grego. in
prophetam ſignificare prælatum Ec- paſto. 2. p.
cleſiæ, qui inſtinctu ſpiritus ſancti du- c. 10.
citur ad inquirendam vitam, & ope-
ra ſibi commiſſorum. Et ſic inuenit
abominationes, quas vidit propheta,
quando viſo foramine (ſi fodiat) in-
ueniet quæ non putabat. Ad propo-
ſitum itaque noſtrum. Exeant ergo
Epiſcopi obſeruandiſſimi, & viſitent
plebem ſibi commiſſam. Inuenient
quidem male coniunctos in matrimo-
nio, & alia quæ indigent remedio.
Viſitent (inquam) ſi ipſi idioma in-
telligunt



telligunt ſuarum ouium. Si neſciunt,
fiat per viros probatos, induſtrios, ab
omni munere alienos: qui poſſint abie
ctioni, & paupertati neophytorum ſe
4. Reg. 4. accommodare, & ad modum quo olim
1. Cor. 9. Heliſæus ſupra puerum mortuum ſe
conſtringendo, vt reſuſcitare valeat:
eum & Paulum imitantes, qui oībus
oīa factus eſt, vt omnes lucrifaceret.

Redeundo igitur vnde digreſſi ſu-
mus ad quæſtionem propoſitam re-
ſpondemus per concluſiones. Qua-
rum prima.

1. conclu. 1. concluſio. Iudices Eccleſiaſtici in
cauſis matrimonialibus procedentes
cum noui orbis indigenis, ſimpliciter,
de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudi-
cij, ſine tabellione, & teſtibus iuratis,
ſine ſcriptura aliqua, dummodò cau-
ſam cognouerint (eo modo quo co-
gnoſcibilis eſt) vbi nullus dolus, nulla
fraus interuenit, non peccant. Pro-
1. Ratio. batur in Clementina ſuprà allegata.
Diſpendioſa. vbi præcipitur proce-
dere ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepi-
tu, & figura iudicij. Et in Clementi-
na Sæpe. de verborum ſignificatione.
Et ſubditur in clemen. Diſpendioſa.
Solum hoc non excludatur, vt ſint ſuf
ficientes probationes negotij. Sequi-
tur ergo omnia alia neceſſario exclu-
denda, quæ non iuuant, ſeu, non ſunt
neceſſaria ad cauſæ cognitionem: at
ad cauſæ cognitionem parum tabel-
lio, & aliæ dilationes faciunt: oportet
ergo procedere ſimpliciter, & de pla-
no, ſine aliquo iſtorum: dummodò per
teſtes, vel alia via ſit cognita cauſa,
etiam ſi non ſint iurati. Et probo.
Scriptura, & tabellio. cum teſtibus
ſunt neceſſaria ad fidem faciendam in
controuerſia, quæ timetur: ſed circa
neophytos nihil tale timetur: ergo
fruſtrà tabellio adducitur.

2. Ratio. Item. Ad hoc ſufficit ſimplex verbū
Iuxtà con ipſius iudicis, cui credendū eſt. Iudices
ditionem etiā in cauſis arduis (ſicut eſt matri-
perſonarū monium) debent procedere ſecūdum
procedant conditionē perſonarū, vt cū perſonis
iudices. grauibus cum ſcriptura & teſtibus: ve
rum cū infimis ſine aliquo iſtorū noui
orbis indigenæ ſunt perſonæ infimæ:
ſequitur ergo q; ſufficit verbū iudicis
ſine aliquo alio tabel. vel teſte, qui au
thoritatē præbeat. Et quia cum iuris
prudentibus in hoc (fortè) controuer
ſia erit, volo iſta probare ex doctori-
bus ipſorum. Pano. cui ipſi fidē magnā Panor.
adhibēt, & meritò in c. 1. de libelli obla
tione, dicit nō eſſe neceſſariū tabellio-
nē. Item fallit in caſu, quē dixi ſuper
glo. qñ cauſæ ſunt viles, & maximè vi-
liū perſonarum. Tunc. n. nedū libellus, Nota pro
ſed nulla ſcriptura requiritur, vt in neophytis
præalleg. auth. Niſi breuiores. Et in d.
c. Si quis cū clerico: ſecundū vnū intel
lectū. Et in iſtis cauſis breuiorib9 dixit
Bart. in aut. Niſi breuiores. q; nō re-
quiritur aliqua ſcriptura in toto pro-
ceſſu, & percōſequens debet credi ſim
plici relationi iudicis. Neq; mirū ſe-
cundū eū: nā ſi aliàs credatur nuncio,
vbi non habetur alia ſcriptura, fortius
debet credi iudici. Et hoc dicit notan-
dū pro arbitris, & arbitratore, cui da-
tur ſæpe poteſtas procedendi ſine ſcri
ptura: & tunc credatur ſuo verbo. Vi-
de quod notat idē Bar. in l. Iubemus.
C. de ſacroſan. Eccl. Et addit Panor. Panor.
idē ſi eſt viliū perſonarū, vt agriculto-
rū, & ſimiliū, licet cauſę non ſint viles,
vt ſentiunt hic doctores, & facit tex.
in authen. De mandato principum. §. Nota.
Si tibi. col. 2. Hæc Panor. Profectò vo
lenti intelligere eius ſententiā, ſatis
clarū eſt non eſſe neceſſariū acta ſcribi
per tabellionē, ſi cauſæ non ſint viles,
dummodò perſonæ ſint viles. Itaq; ex Pro neo-
hoc doctore modus tractandi cauſam phytis.
debet penſari: non ex cauſa ipſa: ſed
ex perſona cuius eſt: at noui orbis in-
digenæ ſunt omnium hominum agri-
cultorum, fullonum, laniorum, deie-
ctiſſimi: ergo ipſorum matrimonij cau
ſa (licet ipſa grauis) deberet apud eos
tractari ſine ſtrepitu, ſine ſcriptura, ſi-
ne tabellione, ſine publicatione teſtiū,
ſine iuramento teſtium, ſine terminis
peremptorijs, ſine alijs ſolēnitatibus,
ſed ſufficit q; iudex (quiſquis ſit ille)
cognita cauſa ſimpliciter, & de plano
ſententiam verbo proferat ſine tabel-
lione, & tunc credendum eſt ei: nam
non timetur q; tales infame perſonæ

poſtea nō obedientes aliquid propter defectum tabellionis intentent contra ſententiam iudicis, decipere volentes. Quid ergo opus eſt propter hoc ꝙ deeſt tabellio, non liberare laborantes, maximè quia pauperes ſunt valde.

Panor.

Quæ cauſæ leues, & quæ graues arbitrium eſt.

Sed adhuc idem probo ex ipſo Panorm. qui aſſerit ad propoſitum. Quæ cauſæ ſunt leues, & quæ graues, arbitrarium eſt reſpectu qualitatis perſonarum, & cauſæ. Et ſic idem fere repetit Panor. in c. Quoniam. de probationibus. notabili. 3. Et non appono verba, ne prolixitate modeſtia efficiam lectorem. Legat qui voluerit, & videbit, quomodo grauitas cauſæ, vel leuitas; cōſideranda eſt ad arbitrium boni viri, ex qualitate perſonarum. Quid ergo opus eſt in iſtis in morari? ſed eorum condeſcendendo infirmitati, iſtam cauſam matrimonialem (licet ſecundùm ſe grauem) iuxtà eorum conditionem iudicare, & procedere: & omiſſis cæremonijs non neceſſarijs, remedium adhibeatur omnibus, & conſtituantur multi iudices, probati tamen, qui factum, & ius non ignorent. Epiſcopi autem non doleant, quòd non ſint tabelliones: ſufficit iudex ipſe, cuius verbo credendum in omnibus quæ fecerit. Simpliciter talis & de plano procedat Cauſam cognoſcat, ſicut cognoſcibilis eſt. Non ſint nimis ſoliciti de iuramento. Nam abſque eo (haud dubie) veritatem meliùs cognoſcent, nam qui debent iurare (vt diſponunt iura) oportet plures habeant conditiones: quas in aliquibus noui orbis neophytis inuenire difficile eſt ſicut in antiquis Hiſpanis. Itaque exigere iuramentum non oportet. Item. Eſt neceſſe tales eſſe omni exceptione maiores, ſed non ſunt tales, quia multis exceptionibus repelli poſſent. Item. Tales vt pro nullo dono debeant iurare falſum. Melius igitur (meo iudicio) agetur cum illis, ſi ſolum abſque iuramento, & ſtrepitu veritas inquiratur: ſeruando quæ naturalia ſunt. Cætera tamen non damno, ſi omnia, quę requiruntur, adſint.

Quæ ſunt in teſtibus requiſita.

Attendāt (obſecro) iudices iſta omnia conſtituta eſſe propter homines, & media fuiſſe ſolū ad profectum hominum: ergo tantum vtendum medijs, quantum fini conducunt, & ſi proficiunt, finis omninò non conſequitur, vel non æque bene, nullo modo illa ſunt media, neq; vtendum illis. Exempla ſunt clara. Medium ad ſalutem infirmo eſt dieta: tamen iam ſano, vti dieta non eſt medium: quia finis iam non adeſt cum tali medio, ſed cum contrario, ſcilicet cum comeſtione, Ergo ſi tabellionem adducere, & iuramentum exigere à teſtibus, eſt impedimentum quominus ſaluti hominū prouideatur non eſt neceſſe ſeruare: at quòd expediat, patet: quia ſi non ſit neceſſarius tabellio, poterit facilè medium apponi, quod nō ponitur ob hoc. Item. Si teſtes non iurent, ſaluti ipſorum prouidetur, tollendo ſcandalum de pedibus eorum quia qui decreuit mentiri, ſiue cum iuramento, ſiue ſine illo, id faciet. Et fateor crederem ei ſimplici verbo, ac ſi iuraret cognita conditione.

Sed volo adhuc (non maxima Theologorum, ſed iuriſtarum) prouare. ſ. quòd omittere talem ſtrepitum tabellionis, & ſcripturæ, & iuramentorum, non ſit malum. Et ad verbnm (quia forte domini iuriſtæ meliùs capient) ponam quod do. Panor. in cap. Quoniam. de probationibus. notat ad propoſitum.

Vltimò nota, ait, ꝙ quando conſtitutio continet aliquid, non propter ſe principaliter, ſed ad finem alicuius mali euitandi, tranſgreſſores non illa queat ad pœnam, ſi finis ad quem principaliter tendit conſtitutio, non violatur. Et idem exiſtimo reſpectu peccati mortalis, dummodò conſtitutio non contemnatur. Quod pulchrè notat Archi. poſt Bartho. in capit. Vtinam 76. d. Vides ꝙ acta mandantur deſcribi, ne, ſcilicet, innocens lædatur. Vnde ſcilicet, conſtitutio iſta non ſeruatur, non punitur iudex, ſi nulla difficultas ex omiſſione conſtitutionis emergat: quaſi tunc eſſet finis huius conſti-

Archi. Bartho. Egregiè dictum.



conſtitutionis. Facit ad hoc quod notat Innocentius in c. Quia pleriq;. de immu. eccleſiarum. Quod bene nota: quia multa ſunt ſtatuta, præſertim in Eccleſia, quæ non ordinantur principaliter propter ſe, ſed ſunt inſtructiua bonorum. Hæc Panor. Ecce quàm apertè dicit traditiones, & Eccleſiæ cōſtitutiones, quæ ſunt propter aliū finem, ſi omittantur, non nocere, ſi finis adſit. Cùm ergo tabellio, ſcriptura, iuramentum teſtium: ſint conſtituta ad veritatem inueniendam, ad cauendum ne innocens lædatur: ſi iſta omnia bene habentur, ſecluſis illis, bene conſulitur ſaluti neophytorum illa dimittendo. Ergo ſi veritas haberi poſſit ſine ſcriptura, ſine iuramēto teſtium, non eſt neceſſe cogere eos iurare. Itē. Cùm ſcriptura ſit, ne poſt deceptione, innocens lædatur, quandoquidem apud noui orbis indigenas nihil timetur, quid opus eſt ſcrupuloſos eſſe in hoc, putantes non bene fieri, ſi iſta nō adhibeantur? Et quia iſta adhiberi nō poſſunt, nō medetur infirmis: perinde eſt, ſicut ſi iaceret infirmus, & eſſet medicina in promptu: tamen (quia medicus non eſt) permittatur mori, vſque dum adſit. Quippè qui adhoc eſt, vt tibi oſtendat medicinam. Illam inueniſti, quare non porrigis infirmo? Rationem dabis, quia tunc tu ipſe vicem medici ſupplebas. Si ergo iudex (quia non eſt tabellio) nō medetur infirmis (cùm tamen habeant ad manus medicamētum: ſed putat meliùs eſſe, vt interim dum venit tabellio, pereāt millia infirmorum) de manu eius requirentur.

Innocen.

Et vltimo ex dictis S. Tho. quem citat Panor. alibi ad propoſitum. Sed tamen præter illa eſt notādum, quod dicit in 4. in illis quæ ſuprà allegaui. Nam dicens ipſe de illis, quæ in cauſa matrimoniali ſeruantur tanq; cæremoniæ, dicit. Oportet notare, ꝙ in cauſa matrimoniali non ſeruatur omninò ordo iudiciarius. Et hoc totū eſt ad hoc, vt peccatum impediatur, quod in tali coniunctione eſſe poteſt. Hæc S. Tho. Ex quibus ſatis apertè conſtat, ſi iudiciarius ordo non ſeruatur in matrimonio, qui in alijs cauſis ſeruari conſueuit, eſt vt peccatum impediatur: ſequitur ergo quòd ſi expediat etiam illa, quæ ſolent in matrimonio ſeruari, omittere, vt peccatum auferatur, bene factum: imò ſi hoc propter illud magis ſeruandū, illud propter quod tale, erit magis: ſed iſta ad peccatum tollēdum omittuntur, quæ aliàs ſeruari ſolent: ergo ſi iſtis quæ ſeruantur omiſſis, meliùs peccatum tollitur, etiā ſunt omittendā. Verū ꝙ peccatū tollatur nō iſtis obſeruatis, nobis dicant miniſtri. Si enim ita eſt, vt cæremoniæ inſtitutæ ab Eccleſia circa baptiſmū omitti debent in caſu neceſſitatis: ſi eſt periculum de paruulo, quòd moriatur ſine baptiſmo, quantò ampliùs omittenda ſunt alia ſolennia iuris in matrimonio propter vitandā mortem æternam multorum? nam non dubium, quin oportet vnum iſtorum dare, vel ꝙ multi damnantur: quia non eorum cauſa examinatur à iudice Eccleſiæ, vel ꝙ ignorant inuincibiliter hāc veritatem, ꝙ poteſt quis licitè fornicari, ſed ſecundum, nullus ſanæ mentis audebit dicere: cum ſit notum eſſe ſecundum ſe illicitum, & non quia prohibitum. (In quo errauit Durand. in 4. d. 33. q. 2. & Martinus in ſuo de temperantia. q. 2. de luxuria. qui dixerunt, eſſe malū quia prohibitū, & non quia de ſe illicitum. Quæ ſententia ſi hæretica non eſt, nimis accedit ad hæreſim. * Maximè cū Martinus (dicat non eſſe hæreticum dicere fornicationem ſimplicem non mortale, contra quem Caſtro de hære. lib. 4. in verb. Coitus. quod & ſuprà tetigimus*) ergo primū neceſſe eſt cōcedatur. Et quod me magis mouet ad credendū verā concluſionē, & ꝙ ſit meritum (tantum abeſt vt ſit peccatum) ſimpliciter, & de plano procedere ſine ſtrepitu, eſt; ꝙ opus ſit per montes peragrare noctu, diuq; quærendo neophytos quippè qui tam infimæ ſunt ſortis, & conditionis, ꝙ vix inueniri valeant, cum in cauernis plurimi ſibi præſtent habitaculum, vt

S. Tho. in 4. d. 41. ar. 5. quæſtiuncula 5.

Ariſtot. 1. poſt tex. co. 5.

S. Tho. 3. p. Theolo. in 4.

Durand. Martinus de Magiſtris. q. 2. de luxur. Caſtro in 2. p. ar. 8. & infrà. arti. 18.

( experientia teſte) didicimus. Medicus ergo, qui eorum infirmitates cognoſcat, neceſſarius eſt. Ergo quomodo poterunt Epiſcopi ouibus ſibi commiſſis mederi, ſi oporteat tot iudices deſtinare, quot ſunt opus? Maximè cum Epiſcoporum reditus tam ſint tenues, vt vix ſufficiant pro honeſta familia. Ob quod ipſos Epiſcopos non teneri ad ſeruandam talem iuris ſolennitatem cum noui orbis indigenis exiſtimo. Sed ſufficit committant negotium ( ſi ipſi non poſſunt ) viris, qui factum, & ius intelligant, qui ſimpliciter, & de plano procedant. Adde, neophytos in noui orbis eſſe tam miſerabiles, quòd ſi opus ſit notario, nec neceſſaria ſolum habet pro victu quotidiano præſtare poterunt, quanto magis alias expenſas? vnde valde oneroſum eſſet, & ipſis Epiſcopis, & neophytis. Quapropter non eſt neceſſe iſta ſeruare, & fortè eſt neceſſarium illa pro iſto tempore non obſeruari: dum modò conſtet de veritate. Nam ( vt dicit Panor. & nos ſuprà adduximus de eo qui cog. conſan. vxo. cap. Super eo. ) ſufficit confeſſio ipſorum, quando ſtant pro matrimonio. Quid ergo opus eſt ſcriptura, vel iuramento teſtium, ſi in ſimplicitate iſtorum, veritas patefit: ſine aliquo ſtrepitu, & figura iudicij? Et ( vt dicitur in Clementina allegata ) meliùs quippe eſt Deo reddant rationem paſtores, ſi fortè aliquid humanæ traditionis omiſerunt, ad eruendum animas ab inferno: quàm quòd ipſi exactè pro ipſis rationem reddant, quæ pereunt æternaliter propter eorum obſeruantiam contra Dei mandatum. Et ſic ſine ſtrepitu notariorum, & aliorum iſta facere curent, quæ ſunt neceſſaria ad eorum ſalutem. Et miniſtri potiùs cum eis procedant tanquàm patres, quàm tanquàm iudices: ſiquidem non ſunt tam conſtantes, & intelligentes, vt dictis iudicibus acquieſcendo, eo modo quo præcipitur, ſi aliud intus in conſcientia ſentiunt, id ſeruent. Quis neophytorum obſecro, cui ſi iudex ſecundũ allegata, & probata procedens, præcipiat illam retinere (quàm tamẽ in conſcientia cognoſcit, & ſcit, non eſſe ſuam ) abſtineat ab eius concubitu, etiam ſi ſententia excommunicationis feriatur, quam deberet potiùs ſuſtinere, quàm ei commiſceri, vt determinatur Extra, de reſtitu. ſpo. cap. Literas. Et de ſententia excommu. c. Inquiſitioni. Et hoc, quia ſunt debiles, & infirmi. Non ergo eſt ponendũ eis ſcandalum, & oſtẽdiculum, ſed omnibus modis auferendum: & expectandum tempus, quando plus ſapiant, & intelligant, & ditati ſint: vt poſſint ſua tabellioni, & iudici dare ſtipendia. Habeant ergo ſe obſeruandi præſules cum illis velut patres, & nõ tanquàm iudices: & ( in conſcientia negotium intelligentes ) vnicuiq; reddant quod ſuum eſt, quia aliàs multi pereunt. Et vtinam decipiat in tali iudicio: ſiquidem iudicium exteriùs præcipuè inuentum fuit propter partium controuerſiam, ad lites componendas. Vbi ergo inter noui orbis indigenas talis ratio ceſſat: quia nõ lites, nõ controuerſia partium (vt in plurimũ) meliùs eſt procedere tanquàm partes, quàm tanquàm iudices. Verùm ne fortè aliquis objiciat: quomodo iſta poterũt fieri, ſi ſine notario, & ſcriptura fiant: quia confuſio magna erit in tanta multitudine, qui erunt iam per ſententiã, vel iudicis iudicium approbati, & determinati. Remedium facilè, ſi ipſe qui iudex, vel pater, ſcribat ſuccinctè illos, quorum negotium eſt diffinitũ. Sic Panor. c. Ex literis. de probatio. Iudex in re modica poteſt ſupplere vicem tabellionis, Addẽdum eſt quòd etiam in re graui, quando haberi non poteſt.

Margin notes: Pro neophytis. — Panor. — Matth. 15. — Nota. — Pro neophytis. — Matth. 18. — Panor.

Nota.

Et notandum, quòd quando dicitur, quod iudex procedat ſine ſtrepitu, & figura iudicij, poſſunt omitti omnia, quæ non ſunt de iure gentium, vel naturali; vt dicitur in Clemen. Sæpe, de verborum ſigni. Si tamen dicitur, quòd iudex procedat ſummariè, intelligitur vt breuiter fiant omnia, comprehenſa tota negotij ſubſtantia, & non omiſſo aliquo de ſubſtãtialibus

libus



Armil.

libus. De quo vide Armil. in ver. Iudex. §. 18.

Anto. Floren.

Si dicatur de facto, vel poſtpoſitis rimulis, & apicibus iuris, vel de plano, &c. Vide Anto. Floren. 3. par. tit. 9. c. 15. Hæc ſint in iſto articulo probabiliter dicta, ſecundum conſiderationem neophytorum. Si quis tamen contrarium affirmet, in ſuo ſenſu abundet.

## ARTICVLVS XI.

*An liceat religioſis agere ad diuortium.*

VTrvm liceat religioſis de cauſis matrimonialibus Indorum iudicare, & diffinire, ſeparãdo male coniunctos, vel non bene coniunctos de nouo coniungendo. Iuuat ſcire, propter ſecuritatem conſcientiarum aliquorum, qui tenentur ſcrupulis quibuſdam ligati, velut compedibus, putantes non eis licere.

1. Nota. Primo notandum eſt, vel loquimur de omnibus religioſis in communi, & de omnibus alijs perſonis eccleſiaſticis, cuiuſcunq; conditionis ſint, dummodò non ſint prælati: vel de illis, qui ad hoc opus deſignati ſunt, qui habent à ſuis prælatis commiſſam curam neophytorum, & videntur habere officium curatorum, licet non habeant obligationem ex iuſtitia, ſicut curatus, vel ſicut habet Epiſcopus, ſed quia ſolum ex zelo Dei mouentur.

2. Nota. Secundo notandum, dupliciter poſſe contingere religioſos intendere matrimonialibus cauſis in nouo orbe. Vno modo ſicut confeſſores, & periti viri in foro conſcientiæ, conſulendo, & docendo. Alio modo in foro iudiciali, ſicut iudices, præcipiendo, vel aliqua alia pœna compellendo.

3. Nota. Tertio notandum. Vel loquimur de religioſis abſolutè, quibus per Summos Pontifices conceſſum eſt, poſſe de cauſis matrimonialibus cognoſcere, vel de illis, qui poſt conceſſionẽ Pauli 3. ab Epiſcopis ordinarijs habent beneplacitum, & conſenſum, vbi requiritur.

4. Nota. Quarto notandum. Vel tales religioſi cognoſcunt de cauſis matrimonij contracti in facie Eccleſiæ, vel de matrimonio contracto ſecretè cum teſtibus, vel ſine teſtibus, clãdeſtinè. Vel de coniunctione, quæ nullo modo matrimonium fuit, nec verum, neq; præſumptum, ſed concubinatus. Iſtis notatis, ſit prima concluſio.

1. conclu. Prima concluſio. Religioſi, quibus conceſſum eſt, & cura commiſſa à ſuis prælatis, licitè in cauſis matrimonialibus neophytorum occupantur: & eas audientes, & intelligentes quantum ad ius, & factum, licitè determinant, diffiniendo quæ ſit vera vxor, & quis ſit verus maritus. 1. Ratio. Probatur. Si non poſſent iudicare de cauſis matrimonialibus, maximè, quia eis videtur prohibitum de iure communi per c. Accedentibus. ſuprà allega. de exceſſibus prælatorum. vbi prohibitum eſt religioſis cognoſcere de matrimoniali cauſa: ſed hoc non obſtante, eis eſt licitum, propter priuilegium poſtea conceſſum fratribus ordinis prædicatorum, in quo expreſſè datur facultas audiendi, & diffiniendi, quod iuſtũ eſt in cauſis matrimonij in terris infidelium, ad quos religioſi tranſierint: ſequitur ergo religioſos licitè id facere. Et idem per Leonem 10. & Adrianum 6. & Clementem 7. & Paulum 3. vt patet in ipſis priuilegijs, & tandem per Pau. 4. & Pium 4. * Et vltimo per Pium 5. poſt celebrationem Concilij Tridẽtini, vt patet ex ipſis priuilegijs ad literam quæ ponuntur in fine operis, illud Leonis 10. & Adriani 6. & vltimum Pij Quinti, vide ibi.

Nicol. 4. Leo. 10. Adria. 6. Clemẽs. 7. Pau. 3. Paul. 4.

2. Ratio. Secundo. Nullus exercens opus miſericordiæ, propter bonum finem peccat, ſed meretur, ſi eſt in gratia: at quicunq; religioſus, qui cognita cauſa matrimonij affirmat viro, quæ ſit ſua vera vxor, vel fœmina, quis ſit ſuus vir, opus miſericordiæ exercet inſtruendo ignorantem, quod non facit niſi propter Deum: ergo ſequitur bene,

facere,& nullo modo peccare.

3. Ratio. Almayn in mora. c. 12 de electione. Tertiò. Nullus vno & eodem actu ſimul poteſt mereri, & peccare (contra monachum in 2. & Adam godam in fine 2. quia iſta repugnant) ſed omnis religioſus (ſuppoſito ſit in gratia) dans tale conſilium, & tale iudicium ignoranti, meretur gloriam: ergo nullo modo peccat. S. Th. 1. 2. q. 114. Quòd mereatur, eſt in aperto, quia omne bonum opus de ſe, & propter bonum finem factum, ſi fiat ab habente gratiam, eſt meritorium vitæ æternæ.

Ratio 4. Præterea. Quicunq;, cuiuſcunque cõditionis ſit, ad cuius notitiam peruenit dubium conſcientiæ, in quo proximus detinetur ligatus, ſi ꝓbè ſciat, licitè determinat dubium, & diffinit veritatem: ergo à fortiori religioſi, qui videntur vicem habere curatorũ, licitè id faciunt. Manifeſtè conſtat, ſi eſſet quidam ſecularis, dum tamen doctus, & peritus in negotio, & ego dubium haberem in conſcientia, & me interrogante, ipſe reſponderet, talis licitè mihi reſpondet: & eſt in gratia, meretur in eo: quia opus miſericordiæ adimpleuit. Sic etiam dicendũ, quòd ſi quis ſecularis non ſe intromittẽs ex officio ad inquirendum, vel tanquàm iudex ad iudicandum, ſed ꝙ contingenter interrogatur de facto, licitè (ſi probè ſciat) poteſt dare conſilium rectum, & dubium diffinire: & ſi rectè difiniat, non ſolum nõ peccat, ſed meretur gloriam, ſi ſit in gratia. Quòd ſi verum eſt de quolibet ſeculari, quanto magis de quocunq; religioſo? Et licet hanc concluſionem poſuerim ꝓ religioſis, qui negotio Apoſtolico operam dant in nouo orbe, Pro Hiſpanis. tamẽ intelligo generaliter de omnibus, qui tale conſilium præſtare poſſunt. Ex quo poteris excuſare aliquos ſeculares, qui degẽtes inter neophytos, conſulti de matrimonio reſpondent, dummodò non inquirant, ſed ſolum interroganti reſpondeant, & non ſit prohibitum eis: quia (fortè) poſſet talibus interdici propter ſcandalum, vel ob aliam cauſam iuſtam.

2. cõclu. 2. concluſio. Miniſtri, qui miniſterio neophytorum intendunt, coniunctos in concubinatu, quando ad eorum notitiam peruenit, licitè ſeparant, eis dicendo, non poteſtis ſimul eſſe, nullo modo conueniatis in vnum. Probatur, 1. Ratio. ſi hæc non poſſet licitè facere religioſus, maximè eſſet, quia ad id neceſſarium eſſet iudicium iudicis Eccleſiaſtici, ſed adhoc non eſt neceſſarium, etiam ſi ibi adeſſet iudex: quia vbi matrimonium nullum fuit neq; ſecundũ veritatem, neque ſecundum præſumptionem, non eſt opus iudicio Eccleſiæ ad ſeparationem, ſententia quidem Eccleſiæ neceſſaria eſt, quando matrimonium ſaltim eſt præſumptũ, vt ſuprà diximus.

Secundò. Ipſi concubinarij mutuò habitantes, licitè diuertunt, & diſiunguntur: 2. Ratio. imò ad id ſub mortali tenentur ſtatim ſine aliquo Eccleſiæ mandato: ergo licitè religioſus cognoſcẽs aliquos iunctos non ſicut vir, & vxor in matrimonio, ſed in concubinatu, poteſt (cognita cauſa) præcipere ne ſimul cohabitẽt, & ne ampliùs coniungantur: quia quilibet tenetur fratrẽ peccantem corripere. Matt. 18. Qui ſi emendatus fuerit, & ceſſauit à peccato, iam lucratus fratrem, S.Tho. 2. 2. q. 33. ar. 2. nõ tenetur ampliùs, ſed iſta emendatio non fit, niſi ſeparationem talem præcipiat, & modo, quo ipſe licitè poteſt, faciat: ergo licitè fit. Vnde patet non ſolum id licitè fieri à religioſis, qui conuerſioni infidelium intendunt, ſed à quocunq; alio, cuiuſcunq; conditionis ſit, ad cuius notitiam peruenit, aliquos eſſe in concubinatu: quia talis poteſt admonere, & corripere: imò tenetur via ſibi poſſibili proximum à peccato liberare, & tales cõcubinarios ſeparare. Fortaſſis iſta videbuntur fruſtrà poſita, quia de ſe clara & manifeſta ſunt, verum ponenda ſtatui propter aliquos, quos audiui contrarium aſſerentes. Ob quod Rom. 1. nullus obſecro grauetur, quia omnibus debitores ſumus.

3. conclu. 3. concluſio. Miniſtri non ſolũ poſſunt licitè ſeparare quos inuenerint in concubinatu coniunctos, ſed etiam eos, qui reputantur a vicinis vxorati, qui



qui in veritate ſunt concubinarij, ſi modo noluerint (non obſtante impedimento) de nouo ſecretè cõtrahere. Ratio vlti. p. Probatur quantũ ad partẽ vltimã. Matth. 18. Talis miniſter, qui nouit concubinarium, S.Tho. vbi ſuprà. teneẽ correctione fraterna, eũ inquantum poterit liberare à peccato, corripiendo: ſed qui verè eſt in concubinatu (licet ab alijs non ſic exiſtimetur) eſt in peccato, ergo cùm primũ cognouerit, tenetur corripere, & conari ad emendã fratris ex præcepto Chriſti: at emẽda fratris nõ poteſt aliter eſſe, quã per ſeparationẽ, vel per coniunctionẽ in matrimonio, ſi impedimentũ non obſtat: ergo licitè ad vnũ iſtorum poteſt religioſus agere, & non ſtante Pro neophytis. vno, põt ad aliud, eo modo quo ei licet, cogere: ſequitur ꝙ nolenti cõſentire in matrimoniũ de nouo, licitè præcipit ſeparationem. Volo dicere, ꝙ ſi cõtigiſſet duos in vicinia iunctos abſq; verbis, vel ſignis matrimonij, ſine hoc ꝙ præcedere aliquis modus, qui apud tales homines ſeruari ſolet in matrimonio: ſed ex ignorantia, & inſipiẽtia quadã, vicinitas illos exiſtimat coniugatos: cũ vere nõ ſint, & talis exiſtimatio eſt irrationabilis, & ſine fundamento, cùm apud tales ſint modi cõtrahendi manifeſti alijs, licitè per religioſum fit, ſi tales ſeparet ſine aliquo alio iudicio Eccleſiæ; ſed ſolũ cognita veritate, ſi noluerint de nouo ſecretè cõſentire, etiã ſi in vicinia irrationabiliter exiſtimabantur coniugati, & nõ eſt neceſſe denũciare Eccleſiæ, imò tenetur non denunciare: nam tenetur ex ſacro Matth. 18. Euangelio fratrem corripere cum minori diſpendio ipſius fratris. Et ſi poteſt per ſe ipſum, nõ debet duos teſtes adhibere: quia cũ minori infamia qua poteſt, debet: ſed tunc ſubuenire poteſt ei ſolum cum infamia illa, ſcilicet. vt qui exiſtimabant vxoratos, modò intelligant concubinarios: ergo tenetur ampliorem vitare: at non vitaret maiorem, ſi Eccleſiæ denunciaret, cùm maior ſit iſta, illa ergo non debet religioſus denunciare, ſed poteſt licitè (ædificatis illis qui poſſent turbari) tales ſeparare, & modis quibus poterit, eos à peccato liberare. Et ampliùs adde, ꝙ etiam ſi præſumptio viciniæ fuerit rationabilis, dummodò non fuerit in facto manifeſto fundata, non eſt neceſſarium ſpectare aliud, ſed ipſe religioſus poteſt licitè præcipere, ſeu conſulere, vel ꝙ tales de nouo contrahant, non obſtante impedimento, vel ꝙ (ſi nolunt) ſeparentur. Hæc, ſecluſo ſcandalo intelliguntur.

Secundo. Conſulunt doctores, ꝙ ſi Ratio 2. De ſententia excommu. c. Inquiſitioni. aliquis viuente prima cum ſecunda cõtraxit, etiam in facie Eccleſiæ, de quo tamen non conſtat illi, cum qua contraxit: quia non licitè poteſt exigere, neq; reddere, deſerat eam, & fugiat in terras longinquas, & ad vxorem propriam redeat: ergo erit licitum in caſu, quo nullum fuit matrimoniũ contractum, conſulere ſeparationem, vel ſi reputentur coniuges à vicinis (ob vitandum ſcandalum) vt de nouo contrahant ſecretè, dummodò ante fuerint habiti vt coniuges.

Tertio. Ille talis concubinarius te- 3. Ratio. netur vel relinquere, vel de nouo (ſi non ſit impedimentum) conſentire in matrimonium: ergo ſi ipſe tenetur, licet ei facere, ſed quod tenetur quis facere, cuilibet licitum eſt conſulere. Et volo iſta notentur, quia frequenter Sup. p. p. ar. 3. & 2. p. ar. 2. Canoniſtæ. 2. q. 1. c. Si peccauerit & Extra de iudicijs c. Nouit. S. Th. 2. 2. q. 33. Theologi 4. d. 38. contingit caſus apud noui orbis neophytos, qui (vt ſuprà dictum eſt) iunguntur ſine hoc, ꝙ loquantur de matrimonio, vel de operum communicatione. Hæc concluſio non ſolum vera eſt de religioſis, qui iſtorũ aliquo modo ſpeciali, curã videntur habere præ cæteris chriſtianis: ſed etiam ſe extendit, & debet intelligi licitum eſſe cuilibet chriſtiano ſcienti fratrem ſuũ eſſe in concubinatu: quia præceptum Euangelicum omnes obligat, & ad omnes ſe extendit. Ob id quilibet ſciens fratrem eſſe in concubinatu (cùm talis in peccato ſit) debet corripere, ad quo media ſunt ponenda neceſſaria: & ad hoc quilibet tenetur cum minori iactura famæ ipſius fratris, qua poteſt: ſequitur ergo quòd vbi poteſt ipſum corripere, conſulendo quòd concubinam abijciat, etiam cum infamia

infamia ſua reſpectu vicinorum, qui eum reputabant vxoratum, debet id
Abulen. conſulere, & non tenetur renunciare
Matth.18. q.90. Eccleſiæ: imò tenetur non renunciare, quia eſſet diffamare fratrem abſq;
Gabri. lectio.74. neceſſitate. Et vere, vel præceptum ſacrum Euangelicum ego non intelligo,
Opin. aliquorum. vel contrarium aſſerentes non bene dicunt, affirmantes religioſo non licere dicere à neophytis, quos reperit eſſe in concubinatu. Diuertite ab inuicem, & ſeparamini.
Ratio contrariæ opinio. Ratio autem quæ mouet eos eſt: quia tales (licet ſint concubinarij) habentur à vicinis vt coniugati, & ob id debet iudicium Eccleſiæ priùs expoſtulari. Quæro ergo ab iſtis, quorſum neceſſariũ eſt, ſi poſſum fratrem corripere ſine hoc, quòd peccatum ſuum fiat notum Eccleſiæ? Niſi tunc dicant, procedendũ ad manifeſtationem Eccleſiæ ſine correptione ſecreta, quia peccatum eſt manifeſtum. Hoc non valet. Primo: quia non eſt peccatum manifeſtum, ſed occultum, vicini eos reputent coniugatos. Item. Et ſi eſſet manifeſtum, non ſequitur illicite fieri huiuſmodi correctionem, & ſeparationem ſine hoc, quòd nuncietur Eccleſiæ: quia licet corripiens fratrem in peccato publico, non teneatur priùs ad correctionem fraternam, tamen licitè conatur fratrẽ corripere priùs, fraternaliter. Imò dato peccatum eſſet notorium, in aliquo caſu teneretur ad ſecretam correctionem, quãdo ipſe qui vult corripere, probabiliter credit, fratrem emendandum per ſecretam correctionem, non denunciando Eccleſiæ: quia tunc tenetur fratrem corripere cum minori detrimento famæ, quo poteſt.
S.Tho.2.2 q.33. Quòd ſi denuntiet Eccleſiæ, infamat ipſum abſq; neceſſitate: etiam quando peccatum eſt notoriũ, dummodo iudici Eccleſiæ, vel præſidi id ſit occultum. Excipio hæreſis crimen, vbi quando ſecreta admonitio neceſſaria, non eſt iuxtà intelligentiam doctorum. Sequitur ergo licitè fieri à religioſis, quia Indorum conuerſioni intendunt: quia videntur ipſorum ſpecialem curam habere, & intendere omnibus vijs licitis ad ipſorum correctionem, & emendam, & cum minori detrimento ipſorum. Cum ergo licitum ſit omnibus: quia vnicuique Deus mandauit de proximo ſuo, Eccleſ.17. & licitum à fortiori erit ipſis religioſis, ſiue tales concubinarij habeantur vt concubinarij, vel vt vxorati: dummodò in concubinatu fuerint iuncti, & non in matrimonio.

4. concluſio. Miniſtri, qui conuerſioni infidelium intendunt, ſi quos inuenerint coniunctos in matrimonio per expreſſum vtriuſq; conſenſum, tamen ſecretè ſine teſtibus, ſi cognouerint ob aliquod impedimẽtum eos nullo modo poſſe coniungi, licitè poſſunt eis conſulere ſeparari, ſine hoc, quod iudicis Eccleſiæ præcedat ſententia. 4. conclu.

Ratio. 1. Matth.18. Probatur. Miniſtri cognito impedimento ſcit fratrem ſuum peccatorem: ergo ſi poteſt eum corripere, tenetur ex Euangelio, quòd ſi tenetur eum corripere, tenetur eum ad monere vt exeat peccato: ſed nõ exit à peccato, niſi ſeparando ſe ab illa, quam non poteſt retinere: ergo tenetur conſulere ſeparationem, & ad id admonere, & apertè ei dicere non poſſe talem retinere.

Ratio 2. Secundò. Talis miniſter tenetur fratrem delinquentem corripere: ergo obligatur ex Euangelio media apponere licita ad liberationem, & emendam, ſed non inuenit aliam, niſi conſulendo ſeparationem: ergo licitè facit monendo, imò tenetur admonere, vt admonitus corrigatur, in quo adimplebit legem Chriſti. Matth. 18.

Ratio. 3. Tertiò. Tales cõiuncti ſecretè abſq; teſtibus tenentur in inuicem ſeparari, poſtquàm cognouerint non potuiſſe coniungi, ergo ſi ad id tenentur ſtatim, licitum erit miniſtro monere, & cooperari ad illud, aliàs ſi non liceret monere nec ipſe teneretur ad illud tamen tenetur ad hoc, & non ſpectare iudicium, vel ſententiam Eccleſiæ. Probatur. Poſtquàm cognouit talem non eſſe in matrimonio, ſed in concubinatu, talis miniſter tenetur corripere fratres, ſi poteſt ſecrete, ſine hoc, q alteri



alteri denuntiet: ergò tenetur non denuntiare, ſi poteſt eum liberare. Ergo ſi admonitione, vel dicto religioſi, exibit à peccato, non ſolum non tenetur iudici denuntiare, ſed omninò tenetur tacere. Ergo non eſt neceſſarium in tali caſu ſpectare ſententiam iudicis. Neq; eſt neceſſaria ex parte ipſius peccatoris: quia non tenetur peccatum ſuũ manifeſtare iudici, ſed ſolum confeſſori. Ergo non tenetur requirere ſententiam iudicis priuſquàm ſeparentur, ſed ſi ſecrete fuerũt coniuncti, cognito impedimento, bene faciunt ab inuicem ſeparando ſe, & tenentur ad illud, cum talis ſit modus neceſſarius ad exeundum a peccato, & non aliter. Et iſta monitio ſimili modo licitè fit à quocunq;. Itaq; abſq; peccato, ſed cum merito (quiſquis ſit ille) ſi cognouit duos ſecrete iunctos abſq; teſtibus, cum expreſſo conſenſu, ſed tamen propter aliquod impedimentum; quod tunc fuit, non potuerunt coniungi, neque modo poſſunt, qualecunq; fuerit impedimentum, talis cognoſcens impedimentum, poteſt iſtũ monere, & mouere vt relinquat, quam nõ poteſt habere ſine peccato,
Matth.18. & exeat a peccato: imò ex præcepto Euangelij ad id tenetur. Si ergo cuilibet eſt licitum id facere, quanto magis dicendum licere religioſis, quibus cura in hac parte commiſſa eſt ſpecialiùs? Iſtam concluſionem intelligo, nõ obſtante infamia, quam incurrit circa illos, qui eos reputabant vxoratos: quia ſatisfaciendo illis de impedimento, licitè ſeparantur: quia maior eſſet infamia, ſi etiam iudex eccleſiaſticus ſciret peccatum quod ignorat. Quandoquidem ergo ſic ſecretè tales inuenti ſunt, cognito impedimento, ſeparari poſſunt adinuicem, & quilibet poteſt conſulere, & monere ad illud.
Ricard. in 4.d.35.artic.1.q.3. Archiep. 3.p.tit.1. c.12.§5. Sic Ricardus, & Archiep. Floren. vt ſuprà diximus. Verum quia apud neophytos noui orbis ſcandalum ceſſat, & infamia apud vicinos, ſine ſcrupulo licitè monet, & conſulit ſeparationem.
* Et hæc maximè probantur vera poſt Concilium Tridentinum in quo nullum eſſe matrimonium clandeſtinum eſt determinatum.

5. concluſio. Miniſtri ſi quos inuenerint coniunctos in matrimonio coram teſtibus, ſed non in facie Eccleſiæ, cognito impedimento, quo non potuerunt coniungi: poſſunt tales mouere, & monere, & conſulere ad ſeparationem ſine aliqua ſententia iudicis Eccleſiæ. 5. conclu.
Probatur eadem via. Ratio. Tales miniſtri tenentur ad correctionem fratris, & liberare à peccato, ſi poſſunt, ſed omninò illa eſt via, dimittendo quàm non poteſt retinere. Matth.18. Probatur. Tales, cognito impedimento, tenentur in inuicem ſeparari, ſine hoc quòd ſpectent ſententiam Eccleſiæ, dummodò conſtet de impedimento: ergo poſſunt miniſtri conſulere id. Et quòd tales non teneantur ſpectare ſententiam Eccleſiæ, patet: quia non tenentur diffamare ſeipſos, dicendo quòd ſint in cõcubinatu, & non in matrimonio, nec manifeſtare impedimentum occultum, quandoquidẽ iam conſtat de eo. Et neq; ſciens illos habere impedimentum, tenetur Eccleſiæ denuntiare: quia eſſet infamare fratrẽ ſine neceſſitate, ſed poteſt eis dicere, nullo modo poſſe manere, quia non potuerunt coniungi in matrimonio. Et hoc procedendo in conſcientia, cõſulendo bonum, & rectum. Hoc videtur probabile, etiam ſi Ricardus in 4. Ricar. d.28. art.3. q.3. contrarium videatur aſſerere. * Modo tamen per Concilium Tridentinum controuerſia ablata eſt.

Corolla. Ex quo ſequitur quòd quicunque cognouerit factum, & ius, abſque ſcrupulo conſcientiæ poterit conſulere, & monere ad illud, dummodò prudenter fiat, & abſque ſcandalo puſillorũ. Et quia (experientia teſte) nullum eſt ſcandalum inter neophytos per hoc, quòd qui retinet iſtam, eam dimittat, & aliam accipiat, ſiue fuerint iuncti ſecretè, ſiue cum teſtibus, præcipuè cùm hoc fiat miniſtro conſulente: non eſt opus formidare, aut trepidare Pſal.13. timore, vbi nullus eſt timor: quia nullum offendiculum ex hoc paratur, & liberan-

liberantur à peccato. Et probabiliter credo non ſolum conſilium eſſe talia facere, ſed præceptum: quia illa videtur via liberandi à peccato, & nõ alia. Nec tenetur adire iudicem eccleſiaſticum, quia nunquàm talis cauſa fuit coram Eccleſia tractata. Neq; poſſunt (etiam ſi velint) ipſum adire, propter ipſorum magnam penuriam, & infirmitatem: quia fame morerentur in

Pro miniſtris.

in itinere. Quare non ſolũ licitè credo fieri in omnibus caſibus poſitis in concluſionibus; ſed videtur eſſe præceptum ſic fieri, ſiue ſit vbi beneplacitum eſt requiſitum, ſiue vbi non, ſiue ex ſpeciali commiſſione eſſet conceſſum, ſiue non perinde eſſet: quia talis ſolum ex præcepto ſacri Euangelij id ageret, à quo nõ poteſt deobligari per

Matth. 18.

Summum Pontificem. Et ſic neceſſitate extrema exiſtenti, religioſus, cui alioqui eſt prohibitum baptizare, licitè etiam ſine conceſſione baptizat: imò quilibet religioſus inter noui orbis indigenas etiam nulla exiſtente cõceſſione Summi Pontificis, poteſt licitè iſta facere, propter neceſſitatem extremam, in qua poſiti ſunt, in qua pereunt, niſi eis ſubueniatur, vbi non eſt alius miniſter. Et q; talis ſit extrema, fatẽtur omnes, qui ſunt apud neophytos. Quod alij non negarent, ſi eorum linguam non ignorarent. Si enim proximi beſtiam, in foueam iacentem

Lucæ. 14.
Matth. 18.

leuare tenemur, non aſpicientes ad diem feſtũ, ex doctrina Chriſti: quanto magis proximum prope infernum habitantem tenemur eruere, etiam ſi ob id oporteret frangere omnes humanas conſtitutiones ſimul? Sed hæc agendo, nulla omittitur Eccleſiæ regula, nulla contemnitur, ſed lex Chriſti (qui ipſam regit Eccleſiam) obſeruatur, quæ omnes obligat, & nullum excipit, cuiuſcunq; conditionis ſit. Et intantum credo verum eſſe de miniſtris, vt (neceſſitate compellente) id ipſum fatear licitũ eſſe omnibus alijs cuiuſcunq; ſint conditionis, dummodò probè ius, & factum intelligant, & nullum ſit ſcandalum. Atq; vtinam plurimi eſſent, qui poſſent iſta conſilia præbere, ſed (proh dolor) pauciſſimi ſunt meſſores, cùm meſſis ſit multa.

Ioan. 4.

6. concluſio. Religioſi de beneplacito Epiſcoporum non ſolum poſſunt conſulere, & monere ad ſeparationem quos nouerunt non poſſe iungi, ſiue ſine teſtibus ſiue cum teſtibus fuerũt iuncti, ſed etiam licitum eſt id dicere illis, qui in facie Eccleſię contraxerũt, dum non potuerunt cõtrahere: dummodò ſint extra locum, in quo eſt iudex Eccleſiæ.

6. conclu.

Ratio.

Probatur. Per beneplacitum Epiſcoporum religioſi fruuntur omnibus priuilegijs cõceſſis hucuſque à Summis Pontificibus, ſed (vt conſtat ex priuilegijs) eis data eſt, & conceſſa omnimoda poteſtas in vtroq; foro, & particulariter ad iudicandum dè cauſis matrimonij: ergo aliquid aliud videtur eis conceſſum, quod nõ habebant ante conceſſionem, ſed (vt probaui ſuprà) ſiue conceſſione, & priuilegio ſolum propter neceſſitatem licitè cum omnibus qui contraxerunt non in facie Eccleſiæ, cognito impedimento, poſſunt ſe habere conſulendo ſeparationem: ergo aliquid aliud eſt eis vltrà conceſſum, & non videtur, niſi quòd & ipſi Epiſcopi ex ſua poteſtate ordinaria poſſunt in matrimonio contracto in facie Eccleſiæ: ergo videtur tales religioſos licitè poſſe conſulere ſeparationẽ: alioqui non opus eſſet conſenſu ipſorum Epiſcoporum, ſi aliquid de nouo non concederetur, quod ante non fuerat conceſſum. Et poſſet, & credo ita ſæpiſſimè contingere tantam eſſe diſtantiam ad iudicem Eccleſiæ, vt tũc religioſus (etiam ſine ſpeciali conceſſione Epiſcopi) illis, qui contraxerunt in facie Eccleſię, licitè conſulat ſeparari, cognito impedimento: quia tales tenentur tunc ſeparari (vt ſuprà diximus) ſine Eccleſiæ ſententia, eo quòd non poſſunt adire iudicem ſine magna difficultate: ſi ergo ipſi tenentur ſeparari, licitè quis conſulere poteſt illud, cognita veritate: ſequitur ergo (quandoquidem Epiſcopi dant religioſis conſenſum) aliquid aliud religioſos habere, quod ante non habebant, ſecluſo aſſenſu. Et

Adria. 6. concedit miniſtris in vtroq; foro tantam quantam.





videtur hoc, ſcilicet, poſſe in talibus iudicare, etiam non ſpectata ſententia iudicis eccleſiaſtici: imò videtur in caſu tunc eſſe ſententiam iudicis eccleſiaſtici: quia Epiſcopi per talem conſenſum videntur dare facultatem, quã Summus Pontifex conceſſit per priuilegia. Et videtur quod eccleſiaſtici iudices de matrimonio contracto in facie Eccleſiæ cognoſcere, & licite poſſent conſulere, & monere, & ſi (opus eſſet) præcipere talem ſeparationem. Verum quia ſic expedit, omninò intelligẽda eſt cõcluſio extra locum, vbi adeſt iudex eccleſiaſticus, qui ſedens pro tribunali, ſolet diuortij ſententiam promulgare in ſimilibus, ne videatur contẽni. Tamen extra locum credo veram concluſ. imò etiã in ipſo loco, ſi vnus iudex non ſufficeret omnibus prouidere: quia eſſet ſicut ſi iudex non eſſet. Sed tamen aſſenſus Epiſcoporum adhuc requirendus videtur, vt meliùs fiat.

Nota.

Et tandem cõcluſionem iſtam intelligo, ſiue talis religioſus poſt aſſenſum Epiſcoporum procedat tanquàm iudex, vel procedat in foro conſcientiæ tanquã pater: quia Epiſcopus qui ſuum dédit aſſenſum, vtroq; modo poterat procedere, & vtroq; modo licitè faceret, quicquid faceret in tali negocio. Et ſi vbi beneplacitum Epiſcoporum requiſitum eſt, hoc poteſt religioſus Epiſcopo concedente, à fortiori poteſt vbi beneplacitum non eſt neceſſarium, vt patet ex conceſſione Adrin. 6. & Pauli 3. * De quo latè in compendio priuilig. à nobis edito, & in declaratione priuilegij Leo. 10. & Pauli 3. & Clementi. Religioſi, de priuilegijs. * Quando erat beneplacitum requiſitum, conſtat ex priuilegio Adriani 6. quantum ad vſum illius omninò de poteſtatis in vtroq; foro in tra duas dietas, vbi Epiſcopus, vel eius officialis fuiſſet: ſed modo quantum ad adminiſtrationem ſacramentorum, quæ per parochum miniſtrari ſolent, non eſt requiſita licentia Epiſcopi: etiã in loco vbi eſt Epiſcopus, vel eius officialis, vt conſtat ex priuilegio Pij V.

7. conclu.

7. concluſio. Religioſi habentes aſſenſum Epiſcoporum ad vtendum priuilegijs omnibus conceſſis intra duas dietas, poſſunt in omnibus cauſis matrimonialibus Indorum, ſiue matrimonium ſit contractum clandeſtinè, ſiue in facie Eccleſiæ, procedere & vt iudices, & in foro conſcientiæ ad libitum.

Ratio.

Probatur. Per talem conſenſum Epiſcoporũ Summus Pontifex Paulus 3. concedit omnia priuilegia aliàs indulta ipſis religioſis, ſed per alia priuilegia data eſt eis poteſtas iudicandi de matrimonijs: ergo poſſunt vti facultate cõceſſa, & non eſt conceſſum ſolũ illud, quod ipſi ante conceſſionem poterant in foro conſcientiæ: ergo aliquid aliud eſt eis datum, & non videtur, niſi vt iudiciario modo procedere poſſint: ergo hoc eſt eis conceſſum. Et domini Epiſcopi ſic intelligunt, prębentes aſſenſum, alioqui fruſtra ab eis exigeretur, ſi nõ poſſent per aſſenſum ipſorum aliud agere circa matrimonium neophytorum, quàm quod ipſi poterãt ſecluſo aſſenſu, & priuilegio, quod non videtur dicendum. Hoc intelligitur, dummodò poteſtatem non reſtringant, vbi eorum beneplacitum eſt requiſitum. * De hoc latius in declaratione priuilegij Leonis 10. & Clementin. religioſi de priuilegijs.

Paul. 3. De beneplacito requiſito ad quid, & quando, vide docto. in ſua declaratione priui. per totũ, ĩ quo ſenſu intelligit hic requiri.

8. conclu.

8. concluſio. Religipſi, quibus Epiſcopi aſſenſum præbuerunt, in matrimonio neophytorum procedentes velut iudices, licet nõ habeant notariũ, neq; iuramentum exigant in forma à teſtibus, dummodò cognitionem habeant veritatis, nullo modo peccant, ſed bene faciunt.

1. Ratio.

Probatur ex ſuperiùs dictis: nam ipſi iudices eccleſiaſtici id omittentes cum perſonis infirmæ ſortis (quales ſunt neophyti in nouo orbe) nullo modo peccant: ergo neq; miniſtri, quibus idem commiſſum eſt.

2. Ratio.

Item. Iſta non ſunt obſeruanda, niſi inquantum conducunt ad cauſæ cognitionem, ergo quomodocunq; conſtet de cauſa, ſufficit, quandoquidem fruſtrà adhiberentur tales ſolennitates. Et tandem patet ex ſuperiùs dictis: vbi latè probauimus, iudicẽ non

teneri ad obſeruandum: imò teneri ad non obſeruandum, quando illa obſeruare impedimētum eſt, quominus finis conſequatur, propter quem ipſæ ſolennitates introductæ ſunt: ſed nō obſeruãdo, veritas eodem modo patefit, & meliùs omnibus ſubuenitur: non ergo neceſſe eſt illa obſeruare. Religioſus igitur etiam ſi procedat tanquám iudex in matrimonio neophytorum noui orbis non eſt opus habeat notarium, & iuramentum exigat. E quidem ſi miniſtri in nouo orbe procedant vt legati à Summo Pontifice per virtutem priuilegiorum, dimittere poſſunt (ſi expediat) omnia illa, quæ iure humano ſunt conſtituta, & requiſita in cognitione cauſarum, ſolum obſeruando illa quæ de iure naturæ, & Diuino ſunt neceſſaria: vt eſt probatio rei per duos, vel tres teſtes, quòd appareat reus, & audiatur ſua

Actuũ 25.

defenſio: vt patet Actuũ 25. & Deut. 17. Cæterum, quòd ſententia ſcribatur, quòd proferatur, quòd ſedendo pro tribunali, quòd ſit notarius, & alia ſimilia, non eſt neceſſarium: quia Papa poteſt in iſtis diſpenſare. Idem dicendum de Epiſcopo. Poſſet enim (ſi expediret) procedere de plano,

Sylueſt.

ſine figura iudicij. Sylueſt. in verbo. Iudex. 1. q. 5. Veruntamen quia religioſorum omnium modus procedendi ſolũ eſt in conſcientia, ad ſubueniendum proximis extremè laborantibus, nulla ſolemnitate iuris opus eſt, ſed ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij cognoſcant veritatem rei in ſimplicitate, ſine dolo, & fraude: & ea cognita, quod rectum, quod iuſtum proximo declarent. Et iſte modus videtur religioſus, qui decet viros à cæteris in ſortem miniſterij ſe-

Actuũ 13.

gregatos, ſicut olim Paulus, & Barnabas ſegregati dicuntur. * Alius tamē modus iuridicus obſeruari debet, quãdo neceſſe fuerit. Hæc dixerim propter neophytos nudos, & pauperes, qui vix habent quotidianum victum, quanto magis nummos pro tabellione, & iudice ſedenti pro tribunali. Miſereantur ergo illorum, & de plano procedant, ſeruando quod naturale, & Diuinum eſt.*

## ARTICVLVS XII.

*Vtrùm ſola cohabitatio ſine conſenſu faciat matrimonium vbi fuit impedimentum, illo ceſſante.*

AN ad matrimonium verum, vel præſumptum ſufficiat, ſi duo coniuncti à principio affectu maritali, propter impedimentum quod tunc fuit, non potuerunt coniungi, poſt tamen, ceſſante impedimento, ſine nouo conſenſu cohabitauerunt ſimul: vtrũ iſta cohabitatio ſine nouo cōſenſu ſufficiat ad matrimonium verum, vel pręſumptum. Iſtud dubium partim tra-

Argu. 8. Dub. 1.

ctauimus in prima parte: ſed tamen modò non pigebit, neque grauabitur lector, ſi clariùs, & aliquãto prolixiùs id repetamus. Et certè mihi hoc dubium non eſt dubium, ſed tamen quia quidam ex iuris prudentibus doctus, & ſatis in literis exercitatus tenet ſingularem opinionem, oportet diffinire quid tenendum.

Et ad dubium poteſt eſſe dubium, vtrùm ſi aliqui duo ſimul cōtraxerũt exiſtente impedimento, & poſtea eadē fide, ceſſante impedimento, manſerunt ſimul ſine nouo conſenſu, vtrùm ſit matrimonium verum in foro conſcientiæ, vel vtrùm dato non ſit in foro conſcientiæ, ſaltim ſit præſumptum in foro exteriori. Et hoc cōtingere poteſt dupliciter, vel ſemper ipſis manentibus in ignorantia impedimenti, vel nō manentibus, ſed iam cognoſcentibus impedimentum à principio fuiſſe, ſed ceſſaſſe, tamen poſt adhuc manent iuncti. Caſus equidem contingit aliquando apud noui orbis indigenas, vt ſi

Pro neophytis.

duo tempore infidelitatis contraxerunt, & tamen quia vel vir habebat aliam vxorem, vel fœminam alium maritum, non potuit eſſe matrimonium, ſucceſſu temporis ceſſat impedimentum,



tum, quia moritur alius vir, vel alia vxor: & adhuc poſt mortem ipſorum ſine nouo conſenſu manent ſimul ad plures annos, vtrùm ſit iudicandum matrimonium.

Diſpenſatio.

Contingit etiam quando vnus fidelis, & alter infidelis, contraxerunt, & poſt infidelis baptizatur. Item. Quando in gradu prohibito poſt baptiſmũ

Pauli 3.

contraxerunt ante diſpenſationē Pauli 3. in 3. & 4. gradu. De quo ſint concluſiones.

1. conclu.

Prima concluſio. Si quando duo contraxerunt, fuit aliquod impedimentum, quo ſtante, matrimonium nullum fuit, ſi poſt ceſſante impedimento, non fuit nouus conſenſus interior, vel exterior, expreſſus verbis, vel ſignis, quantuncunq; ſit mutua cohabitatio poſtquàm ceſſauit impedimentum, in conſcientia non erit ma-

Ratio. Suprà p.p. art. 2.

trimonium. Probatur. Ad matrimonium requiritur mutuus conſenſus expreſſus inter legitimas perſonas, ita quòd non ſufficit vnum iſtorum, ſed vtrunq; requiritur: ſed nunquã fuerunt iſta duo ſimul, ex quibus neceſſario pendet talis contractus, ergo nunquam fuit matrimonium: nam à principio quando fuit legitimus conſenſus, perſonæ non erant habiles, ob quod non fuit matrimonium, neque poſtquàm ceſſauit impedimētum fuit conſenſus, licet perſonæ eſſent habiles: ſequitur ergo quòd neq; à principio, neq; poſt fuit matrimonium, ſi non fuit nouus conſenſus, poſtquàm ceſſauit impedimentum; quia quando aliquis effectus eſſentialiter dependet à duabus cauſis ex æquo, nunquã ſit altera ipſarum concurrente, niſi vtraq; ſimul, ſicut in generatione hominis, non enim fit à ſolo viro, neq; à ſola fœmina, ſed ab vtroq; ſimul. Cùm ergo cōſenſus legitimus, & expreſſus, & perſonæ legitimæ ſint cauſæ neceſſariò requiſitæ, ex quibus dependet eſſentialiter matrimonium, neceſſariũ eſt ſimul concurrant. Et ſi non ſimul, nullo modo eſt matrimonium: at in caſu poſito nũquàm ſimul cōcurrunt, ergo nunquàm eſt matrimonium.

Notandũ.

Ex iſtis poteris iudicare, quomodo quando duo, tempore antiquo, vel modò poſt baptiſmum iuncti ſunt: qui tamen non potuerunt iungi, vel quia

Pro neophytis.

habebat fœmina alium virum, vel quia vir aliam: & poſt contingebat illam fœminam quàm ante habuerat mori, vel virum mori, & manebant ſimul iuncti ſicut ante nouo conſenſu interiori; nunquàm eſt matrimoniũ in conſcientia. Et ſi modò iuncti ſunt, debet de nouo conſentire, ſi volunt eſſe coniuges. Vel ſi poſtquàm poſt mortem prioris manſerunt ſimul, & poſt cum alijs coniuncti, iſtud tertium matrimonium eſt validum, & non obſtat ſecundum: quia nunquam fuit matrimonium verum. Aduertant diligēter

Caſus frequenter.

religioſi: quia frequentiſſimè contingit. Idem dicendum, ſi fuit impedimentum diſparitatis cultus, quantuncunque poſt baptiſmum manſerint ſimul, ſi non fuit nouus conſenſus, nunquàm fuit matrimonium. Et ſi modò ſunt iuncti, debent de nouo conſentire. Et ſi ad aliud matrimonium tranſierint, non debent cogi redire ad primum: quia non fuit validum. Idem dicen-

Notandũ.

dum, ſi duo conſanguinei in gradu affinitatis, vel conſanguinitatis prohibito contraxerunt ante conceſſionem Pauli 3. vt ſi contraxerunt iam baptizati in 3. vel 4. gradu: poſt adueniente diſpenſatione mãſerunt ſimul, nunquàm fuit verum matrimonium, niſi ad ſit nouus conſenſus poſt diſpenſationem: & ſic ſi ſunt ſimul, debent de nouo contrahere, quòd ſi nolint, non ſunt cogendi, ſed poſſunt ſeparari, vel ſi cum alijs contraxerunt, non debent cogi redire ad primum matrimoniũ, quia nullum fuit. Et hoc eſt verum,

Ricard. in q.d. 40. q. 6. S.Tho. ea. d. art. 4. Celaia ibi q. 1. Adrianus. Hoſtien. Panor.

ſiue impedimentum fuerit cognitum, ſiue ignoratum. Hanc ſentētiam expreſsè tenet Ricard. in 4. S. Tho. idē, & Adrianus in 4. & eam probat c. 2. de coniungio ſeruorum. & per c. 1. de eo qui dux. in matri. quam pollu. per adulte. Et adducit Hoſtien. & dicit eſſe opinionem Iuriſtarum. Eam tenet etiam expreſsè Panor. Extrà, de conditio. appo. cap. Super eo. Et genera-

neraliter intelligitur verum de quo-
cunque impedimento, ſiue ſit ſolum
impedimentum ſtando in iure poſiti-
uo, ſiue in iure Diuino, ſiue ſit conſan-
guinitatis, vel affinitatis, vel ſeruitu-
tis: nam Adrianus ponit exemplum
de impedimento ſeruilis conditionis:
& ibidem determinat, quòd qui duxit
ſeruam in matrimonio, putans liberã,
quantuncunq; poſtquàm fuerit do-
nata libertas cognoſcat eam, non eſt
verum matrimoninm, ſi non adſit no-
uus conſenſus. Ricardus autem po-
Victo. in nit exemplum in conſanguinitate, &
relec. de affinitate: & Panor. inquit. Si duo
matri. conſanguinei contrahant ſic. Ego te-
Sco. d.35. cum contraho, ſi Papa diſpenſet. Pa-
Sup. p. p. pa diſpenſante, non ſunt vxorati, niſi
artic. 44. nouus conſenſus veniat de nouo. Idẽ
dub. 2. docto. ſubtil. Hæc quamuis aliàs in
pri. p. fuerint tacta, ad maiorem decla
rationem, & vt nos intelligant, repe-
tuntur: quia vt in principio operis
diximus, ex propoſito materiam ex-
tendere fuit in animo, & humili ſtylo
ſcribere, vt Elephas vbi natat, ambu-
let & agnus.

2. conclu. 2. concluſio. Ad hoc, quòd matri-
monium, quod à principio fuit nullũ
propter impedimentum, poſteà ceſſan
te impedimento, per mutuam cohabi-
tationem ſit præſumptum matrimo-
nium in foro exteriori: eſt neceſſariũ,
quòd impedimentum ſit cognitũ ceſ-
ſaſſe, ab ipſis qui contraxerunt, aliàs
ſi ſemper ſit ignoratum, cuiuſcunque
conditionis ſit impedimentum, nun-
quàm (etiam ſi ſimul maneant poſt
ceſſationem) præſumitur pro matri-
monio in foro exteriori. Probatur.
Ratio. Eccleſiæ præſumptio debet fundari in
aliquo vero rationabili: alioqui nul-
lo modo per præſumptionem poſſet
iudicare: quia eſſet vana præſumptio.
Præſumit enim Eccleſia illũ, qui poſt
ſponſalia de futuro habuit acceſſum,
habuiſſe affectu maritali, quia ſic ſo-
lent homines communiter facere, &
ex tali vero fundat præſumptionem,
quòd talis accedẽs voluit facere ſicut
cæteri: & iudicat eſſe, vbicunq; poſt-
quàm ceſſauit impedimentum: ſed ſi
tale impedimentum à principio fuit
incognitum, & modò ſimiliter, non ſo-
let eſſe nouus conſenſus: quia non ſo-
lent tales de nouo conſentire, qui nun
quàm dubitarunt impedimentum fuiſ
ſe, ergo Eccleſia nullo modo poteſt
præſumere illum, qui ante cum impe
dimento fuit iunctus, quòd poſt eo
ablato, de nouo conſenſit, ſi nunquàm
ſciuit impedimentum fuiſſe, neq; ceſ-
ſaſſe: ſed ſemper bona fide bene con-
iunctos eſſe. Ita eſt, quia non eſt ſoli-
tum tales de nouo conſentire, ergo
nec Eccleſia præſumit tales cõſenſiſſe
de nouo: ſi ergo non præſumit, quia
non eſt rationabilis ratio prȩſumendi:
ſequitur nunquàm in foro exteriori
iudicandum pro matrimonio, ſi fuit
ſemper impedimentum ignoratum,
etiam ſi poſtquàm ceſſauit, ſimul man
ſerunt iuncti. Et quòd tales non ſo-
leant de nouo conſentire, qui ignorãt
ſemper impedimentum, do. Abulen. Abulen.
expreſsè id affirmat. Sequitur ergo 8. c. 1.
nunquàm Eccleſiam iudicare pro præ Reg. q. 37.
ſumpto, vbi præſumptio non eſt ratio
nabilis, neq; fundatur in vero commu
niter contingenti.

Ex hoc patet, iudicem non poſſe ta- Corrolla.
les, qui ſemper ignorauȩrunt impedi-
mendum, per ſolam communem coha
bitationem, poſtquàm impedimẽtum
ceſſauit, ſine nouo conſenſu, iudicare
tanquàm veros coniugatos eſſe, præ-
cipuè quando contingit tales iam ad-
inuicem diuertiſſe, & cum alijs con-
traxiſſe abſq; impedimento. Et dato
non eſſet ita verum, ſicut eſt: ſed du-
bium, non poſſet id fieri: quia quæ
certa ſunt, præualere debent dubijs.
Cùm ergo de ſecundo matrimonio cõ
ſtet eſſe certum, & validum, quia nul-
lum fuit impedimentum, & de primo
vel eſt certum non fuiſſe, vel ſaltim de
bet eſſe dubium: ſequitur non debe-
re diſſolui ſecundum verum, propter
primum præſumptum. Et vt magis
iſta ſententia corrobboretur, eſt expreſ Adrian. in
ſa determinatio Adriani, qui dicit hȩc 4. de matri
verba. Siquis contraxit cum ſerua, monio.
quam putauit liberam, deinde dona-
ta eſt libertate, quantumcunq; vir,
etiam



etiam poſt libertatem, tractat, cogno-
ſcit, & habet pro vxore, ſiue etiam ver
bis, ſiue factis exprimat, non iudicatur
pro matrimonio, niſi detecta fuerit
mutatio ſtatus, vel conſtiterit aliàs de
animo, ꝙ de nouo contrahere velit,
vbi matrimonium non fuerit ritè con
tractũ: quia intelligitur omnia facere
ex primo conſenſu, quẽ habuit cõtra-
hendo cum ea, dum ipſa erat ſerua. Et
probatur per ca. 1. de eo qui dux. in
ma. quàm pollu. per adul. & per c. 2.
de coniu. ſer. Hæc Adria. Clarũ equi
dem eſt, ꝙ loquitur in foro iudiciali,
non in conſcientia: nam dicit, non iu-
dicatur pro matrimonio, quantũcũq;
eam tractauerat vt vxorem, niſi fuerit
detecta conditio ſtatus, id eſt, ſi nõ fue
rit cognitum impedimentum. Tameu
in foro conſcientiæ, etiam ſi fuerit de-
tecta conditio, non iudicatur pro ma-
trimonio, ſi non adſit nouus cõſenſus,
vt diximus in prima conclu. ergo lo-
quitur in foro exteriori, & non in con
ſcientia. De quo dubio ſuprà non ſe-
mel fecimus mentionem.

Solutio. Verum contrarium tenentes (pro-
quorun- pter quos iſta tempeſtas orta eſt) cùm
dam. viderint apertè Adrianum contra ſe,
reſpondere conantur, verum eſſe di-
ctum Adriani, quando eſt impedimen
tum illud conditionis, quia talis er-
ror perſonæ impedit, cum tollat con-
ſenſum, & quantumcunque ſit mutua
cohabitatio, ſi non ſit detecta condi-
tio ſtatus, nunquàm præſumitur pro
matrimonio: ſecùs tamen eſt in impe-
dimentis conſanguinitatis, vel affini-
tatis, vel diſparitatis cultus, quæ ſo-
lum ſunt impedimenta ex iure Eccle-
ſiæ, & ſic in talibus ád præſumptum
matrimonium, poſtquàm ceſſauit im-
pedimentum, non requiritur ſcientia
impedimenti, ſed ſufficit ceſſaſſe, cum
mutua cohabitatione. Hæc illi. Sed
ego miror, ꝙ talem ſolutionem pu-
tent ſufficientem ad tuendam ſuam
ſententiam contra iſtum doctorem, &
contra veritatem. Et ad hominem
eſt argumentum. Nam concedunt in
illis, qui iuncti ſunt, obſtante impedi-
mento erroris conditionis ſeruilis nõ
eſſe præſumptum matrimonium, niſi
impedimentum fuerit cognitum: ſed
tamen non eſt ſic in conſanguinitate,
& affinitate, vel diſparitate cultus,
quia iſta ſolum pendet ex præcepto
humano. Primum. Iſta differentia eſt 1. Ratio.
nulla: nam impedimentum primum contra te-
erroris conditionis, ita eſt impedimen nentes cõ
tum de iure humano poſitiuo, ſicut cõ trarium.
ſanguinitas, & affinitas, & diſparitas
cultus: quia ſtando in iure Diuino, &
naturali, poteſt contrahere liber cum
ancilla, etiam ſi putet eam liberam, vt
latè probauimus in prima parte: quia Sup. p. p.
ſolum impedit ex præcepto Eccleſiæ, art. 2.
illegitimãtis ſeruũ putatum liberum:
ſequitur ergo cùm iſta omnia impedi-
menta ſint iuris poſitiui, eadem erit
ratio omnium. Cùm ergo in impedi-
mento erroris conditionis requiratur
(poſtquàm ceſſauit impedimentum)
cognitio eius ad matrimoniũ præſum-
ptum: ſic & in alijs erit.

Secundo deficit ſolutio: quia ſicut Inſtãtia 2.
dominus Adrianus ponit exemplum
in impedimento erroris conditionis,
ponit Panor. in loco allegato de con-
ſanguinitate, & expreſſiſſimè Ricardus Ricard. d.
dicens. Vtrùm ſi aliqui cõtraxerũt in 40. q. vlt.
gradibus prohibitis intra 7. gradum,
quando olim prohibitũ erat talis gra-
dus, & poſt conceſſum eſt, vt vſq; ad 4.
vtrum qui ante iſtam conceſſionẽ fue-
rant in 5. & 6. gradu coniuncti, poſt,
adueniente diſpenſatione, ſint verè
coniugati, ſine alio nouo conſenſu: & Sup. p. p.
reſpondet, ꝙ nullum inter tales fuit ar. 44. du
matrimonium, neq; per reuocationem bio 1.
illorum ſtatutorum fuerunt illa ma-
trimonia confirmata: quia conſtitu-
tiones matrimonij ad præterita ma-
trimonia non trahuntur. diſt. 13. An-
te triennium. Et 35. q. 3. de inceſtis.
& Extra, de conſang. & affinit. c. Non
debet. vbi dicitur. De cætero liberè co
pulentur: per quod datur intelligi, ſe
cundum Glo. ibidem, ꝙ per iſtam re- Gloſſa.
ſtrictionem prædicta matrimonia non
fuerant confirmata: vnde coniuncti
ſeparari potuerunt, ſi voluerint: nec
debuerũt ſimul cohabitare carnaliter,
niſi illi de nouo contraxerunt tacitè

vel expreſsè. Dico, tacitè: quia ſi poſt
publicationem reſtrictionis conſangui
nitatis vſq; ad 4. gradum ſimul ſtete-
runt ſcienter, intelliguntur ratificaſſe
Notanda. matrimoniū. Non tamen per hoc fuit
ratificatum quo ad Deum, niſi de no-
uo interuenerit mutuus interior con
ſenſus. Nec fuit neceſſaria noua ex-
preſſio per verba: quia cum interio-
ri conſenſu expreſſio conſenſus, quan
do cōtraxerunt de facto, ſufficit ob ma
trimonij fauorem. Extra de conſang.
c. Non debet. in glo. Hæc Ricardus.
Ecce quàm apertè dicit, ad hoc ꝗ ſit
quantum ad Deum matrimonium, nō
ſufficere impedimentum ſit ablatum,
quod fuit à principio, ſed cum hoc re-
quiritur nouus conſenſus interior.
Et ad hoc quòd præſumatur matri-
monium, requiritur poſt publicatio-
nem reſtrictionis, ſimul ſteterint ſcien
ter, quia tunc intelligitur ratificaſſe.
Ergo dato ſtent ſimul, ſi ignoranter, &
non cognoſcunt impedimentum, nun
quàm intelliguntur ratificaſſe, neque
præſumitur ratificaſſe. Et expreſſe
ponunt doctores iſti graues, & adhuc
Panor. Iuriſconſulti. vt Panorm. & probant
ex decretis, & Concilijs. Et ratio val-
de probat non eſſe in foro Eccleſię pręę
ſumptum matrimonium illorum, qui
cum impedimento à principio cōtra-
xerunt, & poſt, ſublato impedimento,
ſimul manſerunt, ſi ſemper ignora-
tum fuit impedimentum: ſed ad hoc
quòd ſit præſumptum in foro exte-
riori, eſt neceſſe eos ſimul cohabitaſſe,
poſt cognitum impedimentum, quia
tunc rationabiliter præſumitur eos
de nouo conſenſiſſe. Et quandoqui-
dem cognito impedimento, quod à
principio fuit, intelligunt tūc matri-
moniū nō fuiſſe. & poſt cognoſcunt im
pedimentū ablatum, & ſimul manent:
præſumitur conſenſus nouus: alioqui
ſi nollent de nouo conſentire, ſtatim
ſeparentur in inuicem: quia commu-
niter homines ſic ſolent facere: & in
hac veritate præſumptio Eccleſiæ fun
datur, ob id iuſta eſt præſumptio, aliàs
iniuſta eſſet, ſi ſemper, ignorato impe-
dimento, præſumeretur conſenſiſſe
de nouo. * Vnum tamen hic conſide-
ratione dignum puto, ꝗ quando di-
cimus ſufficere interiorem conſenſus
ablato impedimento quādo exterior
præceſſit, intelligitur ſi ille exterior
fuit eo modo quo per Concilium Tri
dentinum diffinitum eſt in ſeſſione 24
cap. 1. ſcilicet, quòd ſit coram teſti-
bus duobus, vel tribus, & præſente pa
rocho: quia ſi à principio fuit conſen-
ſus exterius coram teſtibus, ſed ſine
parocho, ſi poſtquàm ablatum eſt im-
pedimentum ſit interior conſenſus
non ſufficit: quia etiam expreſſus mo
do non ſufficeret ſine teſtibus, & pa-
rocho, & qui fuit ante non ſufficit,
quia fuit ſine parocho, ob id ad hoc,
quòd ſit validum matrimonium re-
quiritur conſenſus expreſſus, vt diſpo
nit Concilium ante Concilium Tri-
dentinum ſufficeret: quia conſenſus
ſufficiebat, & teſtes, & Parochus non
erant de eſſentia matrimonij, ſed mo-
do non, & in iſto ſenſu debet intelligi,
quando in 1. & 2. parte loquuti ſu-
mus, quòd ſufficit interior conſenſus
quando exterior præceſſit, & ſi hic
diffinita olim iuridica erant, modo ta-
men ad Concilij Tridentini diffini-
tionem eſt recurrendum.

## ARTICVLVS XIII.

*Quid agendum in matrimonio, quando alter coniugum negat conſenſum.*

APVD neophytos con-
tingit, quòd vnus ſecre
tè promiſit alteri fidē
de matrimonio, & ſi-
mul iuncti fuerūt, poſt
fœmina, vel vir tran-
ſeunt ad aliud matrimonium, incipit
dolore, petit alium, quia primum ip-
ſum duxit. Pono exemplum. Qui-
dam vir accepit ſecretè, & ſine teſti-
bus Mariam in vxorem, & per expreſ-
ſum conſenſum vtriuſque fuit verum
matrimonium: poſt diuertunt in in-
uicem, & ipſa fœmina nupſit alteri;
vel non vult eſſe cum iſto, cum quo
primo contraxit: ſed negat ſe con-
tra-



traxiſſe, & negat voluiſſe eum in vi-
rum, viro tamen conſtat de menda-
cio ipſius fœminæ: ſed quia ſecretè,
ipſa negante, non poteſt conuinci,
quid agendum eſt in conſcientia?
Vtrùm iſte vir poſſit aliam ducere?
vel vtrùm teneatur ſpectare ipſam
fœminam quoad reſipiſcat? Quòd ſi
tenetur ſpectare, eſt difficile: quia
potuit eſſe quòd corde diſſenſit, li-
cet voce declarauerit. Quòd ſi ita
contigit, non eſt matrimonium: &
ſic licebit viro aliam ducere per cap.
Tua nos. de ſponſali. quia credendum
eſſet talem fœminam non eſſe imme-
morem ſuæ ſalutis, negando verita-
tem in re tam graui: & quòd poſſit
aliam ducere, non videtur: quia ex
quo ei conſtat illam primam legiti-
mam eſſe vxorem, nullo modo po-
teſt alteri licitè adhærere. Quid er-
go tali viro conſulendum in conſcien
tia? At quia hæc præcipuè propter
neophytos diſputamus, oportet di-
ſtinguere de modo quo eſt conſenſus:
nam poteſt eſſe conſenſus, quando
promiſit fœminæ eam ducturum, vel
Modus di de præſenti, Ego accipio te in meam,
uerſus ad & fœmina ſimiliter voce promiſit.
cōſenſum. Vel poteſt contingere (ſicut frequen-
tiſſimum erat) quòd ſolum parentes,
vel alij loquuti fuerint de matrimo-
nio, & ipſi conuenerint ſine aliqua ex-
preſſione cōſenſus: & hoc dupliciter,
vel ꝗ poſtquā loquuti ſunt de matri-
monio inde ad dies paucos, vel ipſa,
quæ præbuit conſenſum, permittens
ſe cognoſci, fugit à viro, vel nō ſtatim,
ſed poſt vnū annum, aut duos. Et itē,
ſi poſtquàm verbis explicuit conſen-
ſum, deinde ad paucos dies fugit à vi-
ro, vel reuocauit cōſenſum, vel nō ſta-
tim reuocauit, ſed poſt multos dies.
His ſuppoſitis, reſpondetur.
1. conclu. Prima concluſio. Vir qui conſeu-
ſit in aliquam, & ipſa ſimiliter con-
ſenſit per expreſſam promiſſionem,
ſi manſerunt per multum tempus ſi-
mul in vnum, poſteà ipſa dicente
non conſenſiſſe, & diuertente à viro
propria authoritate, non poteſt li-
1. Ratio. citè aliam ſumere. Probatur. Qui
exponit ſe periculo peccandi morta- Eccleſ. 3.
liter, peccat: ſed qui ſolum quia vxor
dicit non conſenſiſſe, aliam ducit: ex-
ponit ſe periculo mortaliter peccan-
di, quia peccato adulterij, eo ꝗ po-
teſt vxor reſipiſcere, & dolere, & di-
cere cōſenſiſſe, ergo ei non licet aliam
ducere.
Secundo. Qui facit contra conſcien 2. Ratio.
tiam, ædificat ad gehennam. c. Literas. Ad Ro. 14.
de reſti. ſpoliator. ſed qui ſtatim vt
vxor negat conſenſum, aliam ducit,
facit cōtra conſcientiam, ergo peccat
quia facit contra ſcientiā quam habet
de cōſenſu explicato verbis vel ſignis.
Tertio. In dubijs tutior pars eſt eli Ratio. 3.
genda. c. vnico. de ſcrutinio. & c. 2. de
obſerua. ieiu. & c. Iuuenis. de ſponſa-
libus, ſed dubium eſt, vtrùm talis verè
dicat, vel mentiatur, & probabilius eſt
mentiri, cùm nō reuocauit conſenſum
ſtatim, ſed per longum tempus man-
ſerunt, & tutius eſt non ducere aliam,
ſed ſpectare, licet modo neget conſen-
ſum, ergo non licet viro aliam ducere
ſolū quia vxor dicit non conſenſiſſe.
Hæc eſt ſententia Hugo. lib. de ſacra- Hugo. lib.
mentis. vbi dicit, neq; Eccleſiam dare 2. de ſacra
licentiam vt ducat aliā, ſed debet ſpe- men. p. 11.
ctare ipſam, ſi non poteſt cōuinci teſti c. 6.
bus: & ipſi in pœnam (quia ſecretè cō-
traxit) non datur licentia vt contra-
hat cum alia. Determinat idem Ri- Ricar. in 4.
cardus in 4. dicens, tali nō licere: quia d. 29. q. 3.
talis vir qui audiuit, & intellexit ver-
ba expreſſiua conſenſus, vel ſigna, &
per multum tēporis non fuerunt re-
uocata, non tenetur ei credere, ſi poſt
dicat ſe non conſenſiſſe, quia præſu-
mitur eam mentiri: vt eſt determina-
tum in c. Per tuas. de probationibus.
Propter hoc non licet ei aliam duce-
re: quia ſi hoc coram teſtibus non fa-
ctum eſt, in pœnam ſui peccati (quia
contraxit abſq; teſtibus) manebit ſine
matrimonio vſq; ad mortem fęminæ,
quæ negat. * Hæc modo vim non ha-
bent cum talia clandeſtina coniungia
penitus ſint irrita & nulla in Conci-
lio Tridentino ſeſſione 24. c. 1. ſolum
pro infidelibus tempore infidelitatis
poſſet deſſeruire.

2. conclu.

2. concluſio. Si vnus in alium conſenſit in matrimonium, & per verba expreſſa vtriusque, vel per ſigna, quando præceſſerunt verba de matrimonio à parentibus, vel conſanguineis, & alter ipſorum dicit ſe non conſenſiſſe ſtatim poſt matrimonium cõtractum, vel monſtrat hoc factis, fugiens à conſortio, ſicut contingebat apud Michoacanenſes, poterit qui verè conſentit (alio negante conſenſum, & probante, quia fugiebat) contrahere cum alia ſine aliquo peccato. Probatur: quia tunc eſt probabile, & veriſimile, non conſenſiſſe, cùm fugit, & non vult cohabitare alteri, vel illud dicit verbis ſtatim non multum temporis poſt contractum matrimonium: ſequitur ergo licere ei ducere aliam. Hæc eſt ſententia expreſſa Ricardi in loco allegato. Et probatur ex c. Præterea, Extra, de teſtibus cogendis. Ex hoc poteris quã plurimos excuſare apud Michoacanenſes, qui poſt promiſſionẽ dicunt non voluiſſe, & ſignum dant: quia nolebant ſimul cohabitare, ſed fugiebũt. Dato hoc, ille qui verè conſentit, altero negante conſenſum, poteſt licitè contrahere cum alio.

Notan.

Ratio.

Ricar. in 4 d. 29. q. 3.

Cõſiderãdum propter indigenas.

3. conclu.

3. concluſio. Probabiliter credo verum eſſe apud noui orbis neophytos ſi quis ſiue vir, ſiue fœmina conſenſit in matrimonio alterius, & ſcit alterũ etiam conſenſiſſe: & tamen quæ negat, ad aliud tranſit matrimonium; poterit abſq; mortali etiam qui relictus eſt, & verè conſenſit, ad aliud tranſire, dummodò non certò ſciat qui negat mentiri. Volo dicere, ꝗ ſi vir promiſit fœminæ, & ipſa ſimiliter promiſit viro expreſsè: ſi dicat fœmina poſtea, non voluiſſe, quando expreſſa protulit verba, & eo relicto, alteri nubat: ſi vir non certò ſcit eam mentiri, ſed habet coniecturas vnde poſſit dubitare verum eſſe quod dicit, vel quia timore protulit, vel quia amore nimio, vel quia ſine conſideratione, vel quid ſimile: tunc dico probabile eſſe (poſtquàm alteri iuncta eſt ipſa quæ negat conſenſum) viro licere aliam ducere. Probatur: quia poteſt credere fœminam non eſſe immemorem ſuæ ſalutis. Et quandoquidem videt confitentem, poteſt iudicare verum proferre. Et cùm matrimonium non debeat claudicare, videtur quòd contrahendo cum alia non peccat. Certè ego non damnarem de mortali: & præcipuè (cognita conditione eorum) hoc tenet verũ: quia facilè verba proferebant, vel ad dictum aliorum iungebãtur ſine promiſſione, timore, vel aliqua cauſa. Item: quia nimis graue eſſet in caſu ad continentiam perpetuam obligare: imò ad mortem æternã videntur damnati, quia vix abſque muliere viuere poſſunt propter operum communicationem neceſſariam. Parum eſſet cõtinere, ſed non eſt vnde veſtiantur, niſi fœmina, quã habent in conſortio, veſtẽ texat. Nõ eſt vnde cibum, niſi ipſa fœmina quotidie paret. Videtur ergo probabiliter dici rigorem quem ponit Hugo de Sancto Victo. in indigenas noui orbis non habere locum, propter eorum conditionẽ: ſed quotienſcunq; qui ſtat pro matrimonio, alio negante, & non eſt certus illum qui negat mentiri, ſed dubitat vtrùm ita ſit: etiam ſi inclinetur magis in contrarium, videtur quòd ſi negans ad aliud tranſeat matrimonium: alius qui affirmat contraxiſſe etiam cum tali dubio, contrahere licitè poterit cum alia. Et credo ſi Summus Pontifex eorum cognoſceret naturalem conditionem, determinaſſet licitè id fieri, ſicut conceditur de illa, quæ protulit conſenſum, & ſtatim reuocauit, & negauit conſenſiſſe. Si tamen alius contrarium affirmet, non contendo: ſed cognita ipſorum conditione, hoc apparet. Concluſio maximè tenet verum in illis, qui conuenerunt ſine expreſſione conſenſus, ſed ſolum quia alij loquuti ſunt pro matrimonio, ſicut ſolitum erat: tunc equidem rationabiliter poſſet dubitari, vtrum verum ſit non conſenſiſſe: quia ſic loquebantur de matrimonio, vt ipſi contrahentes ignorarent penitus contractum. * Omnia iſta dubia per Concilij determinationem Tridenti. ſunt ablata, loquendo de neophytis poſtquàm ad fidem conuerſi, modo ſuprà dicto conuenerunt.

Ratio.

Pro neophytis.

Hugo. lib. 2. de ſacramen. p. 11. cap. 6.

Probabile non tamẽ certum.



4. conclu.

4. concluſio. Quando alicui conſtat de expreſſione conſenſus alicuius, & omninò negat qui expreſſit cõſenſum expreſſiſſe, nullo modo licet ei aliam ducere, vſque ad mortem illius, cum qua expreſſit conſenſum. Volo dicere aliud, quàm in alijs. Nam dixi in præcedenti, talem poſſe aliam ducere: quia alter negabat conſenſiſſe in corde, licet affirmabat protuliſſe verba. Et quia cordis arcana nulli poſſunt eſſe nota, niſi ſoli Deo, potuit meritò dubitare. Et illud dubium potuit excuſare eum à peccato, contrahendo. Modo verò loquimur, quãdo expreſſio verborum præceſſit, & alter negat præceſſiſſe. Vnde dico, ꝗ illi, cui cõſtat euidẽter, plata fuiſſe verba: licet alius neget, nunquam eſt licitũ tranſire ad aliud matrimoniũ, vſq; ad mortẽ primè, ſi omninò eſt memor, ꝗ præceſſit talis expreſſio, & nullo modo dubitat. Probatur. Semper eſt in peccato cum alia, quia conſtat, & nullo modo dubitat ſuam eſſe illam, quæ negat talia verba protuliſſe, ergo non poteſt aliã ducere: quia viuente prima, non poteſt aliam ducere, & quotieſcunq; ad alteram accedit, peccat mortaliter. Dixi dummodò ſit certus talia verba præciſſiſſe: quia ſi (fortè) veniat in dubium, ratione dubij licitum erit, ſicut diximus in præcedenti cõcluſione. Tamen ſi cõſtat, & nõ poteſt conſcientiã deponere, nullo modo licet alteri accedere, quamdiu talem habet certitudinem de mendacio veri coniugis. Hęc videntur ſentire doctores præallegati. Et quãdo aliquis eſſet vni iunctus, & dubitaret probabiliter aliam ſuam eſſe vxorem, & non iſtam, tunc in dubio teneretur non petere debitum, licet poſſit reddere. Verum ſi eſſet certus aliã eſſe vxorem, nõ poſſet reddere, neq; petere. Si ergo ita eſt, ſequitur ꝗ quando eſt certus habere verã vxorem, quia ei conſtat de expreſſione cõſenſus (quam tamen negat fœmina) nullo modo licitè talis vir poteſt aliã ducere, ſed peccat. Idem dicendum, ſi fœmina dubitet de viro, ſi alium habeat verum maritum, eadem enim eſt ratio vtriuſque.

S. Th. 1. 2. q. 57. ar. 4.

Cõtrariũ Scot. in 4. d. 9. q. 2. Gab. ibi, & ſuper canon. lectio. 31. Maio. d. 9. q. 1.

Notandũ. c. Inquiſition. de ſẽten. excõmuni.

c. Inquiſition. de ſẽ ten. excõ.

Dixi, ꝗ neq; poteſt petere, neq; reddere in dubio, ſuppoſito mala fide contraxit: quia ſi bona fide, etiam ſi dubitet, poteſt & reddere, & petere, quo uſq; conſtet, ſi modò (facta diligentia) non inuenit alium eſſe virum. Et manente dubio poteſt petere, quia poſſidet iuſtè. Et in alijs contractibus humanis ſic eſt, quòd qui bona fide contrahit, licet incipiat dubitare, ſi facta diligentia, non inueniat verum dominum, rectè poteſt vti re. Sic docet magiſter. Victoria grauis author, olim præceptor meus. Sic Soto in ſuo de iuſtitia & iure lib. 4. q. 5. arti. vlt. & in 4. Et textus. c. Dominus. de 2. nuptijs. & c. Inquiſitioni. de ſententia excommunicat. vbi dicitur, quòd cum dubio non poſſit exigere, intelliguntur quando cum tali dubio, & mala fide cõtraxit, vt in c. Dominus. eſt apertiſſimũ. Notanda valde ſunt iſta propter neophytos. Et quidem dato hæc videantur eſſe contra communem opinionem (ſaluo aliorum iudicio) valde probabiliter ſunt dicta: quia ſi quis habet vſufructum alicuius rei bona fide, non venit priuandus, etiam ſi incipiat dubitare, vſq; dum conſtet. De quo ſuprà in hac p. artic. 1. cauſa 4. & infrà artic. 18. ex profeſſo.

Qui adhibuit diligentiã, in dubio põt petere, & reddere.

Victoria.

Soto in 4. d. 27. q. 1. ar. 3. & d. 37. q. vni. art. 5.

Pro neophytis.

## ARTICVLVS XIIII.

*Quid conſulendum, quando alter negat conſenſiſſe.*

QVAERITVR, duobus circa matrimoniũ contradicentibus, ſic vt vnus affirmet promiſſionem factam, & alius neget, vtrùm ei cui cõſtat de promiſſione facta, quam alter negat: licitè poſſit religioſus, vel alius conſulere, vt aliam ducat vxorem, vel aliam quærat, ſicut ſolet dici.

Nota

Notandum, ꝗ vel talis qui affirmat



fuiſſe

fuiſſe matrimonium (altero negante) habet aliam, vel non, ſi habet poteſt dubium eſſe, vtrùm liceat conſulere ei, vt quam habet non dimittat, cùm tamen ſciat aliam fuiſſe vxorem veram, licet ipſa neget, vel vtrùm debeat admonere dimittere quam habet, ſi non poteſt conſcientiam deponere, vel (ſi nullam habeat) conſulere quòd quærat aliam, vel quòd nullam accipiat vſque ad mortem.

1. conclu. Prima concluſio. Viro, ſeu fœminæ certò ſcienti, alium qui negat conſenſiſſe & promiſiſſe, nullo modo licet cõſulere, ſi nullam habet: vt aliam ducat. 1. Ratio. Probatur. Qui conſulit peccatũ, Ad Ro. 14 vel mouet ad illud, peccat: ſed qui conſulit tali ducere aliam, conſulit peccatum. Patet. Talis peccat aliam ducendo, vt ſuprà diximus: quia facit contra conſcientiam, habendo propriam coniugem viuam accedendo ad aliam: Ad Ro. 2. ergo & qui conſulit. Digni enim ſunt morte (ait Paulus) non ſolum qui malum qui mala faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, quanto magis verũ eſt de conſulentibus malum, quandoquidem conſentientes etiam peccant? Tex. eſt in c. Mulieri. de iure iurand. vbi habetur, quòd mulieri quæ aſſerit ꝙ aliquis ſibi ꝓmiſit, quod ille negat: & alias probationes non habet neque prohibet Iudex ꝙ cum alio cõtrahat, neq; dat licentiam ratione dubij.

2. Ratio. Matt. 18. Secundo. Quilibet tenetur non ſcandalizare proximum, ſed qui conſulit aliam ducere, proximum ſcandalizat, dando occaſionem ruinæ, vt dictum eſt: ergo tenetur non conſulere ducere aliam. Notẽt miniſtri. Quare ſint cauti miniſtri cum noui orbis neophytis quando eſt contradictio, vt vnus affirmet conſenſum, & promiſſionem, & alius neget: non conſulat affirmanti, aliam ducere ſolum ex hoc, quòd alter negat: nam ſi ille qui affirmat, certus ſit de contrario quod negatur, nullo modo licet conſulere aliam ducere. quia talis non poteſt licitè aliam ducere, quando de hoc, quod alius negat, ipſe eſt certus: imò neq; Epiſcopus (etiã ſi vt Iudex iudicando ſecundum allegata, & probata) affirmãtem abſoluat à matrimonio: quia alia negante, non probatur matrimonium, nec poteſt affirmanti dare licentiam, aut conſulere vt aliam duceret, aliàs peccatum conſuleret: ſed ſolum Epiſcopus declarat liberum talem affirmantem à tali matrimonio: quia non compellit eos ſimul ſtare, cum vno negante, nulla ſit probatio. Et ſic ſi affirmanti conſtat de mendacio negantis (dato propter teſtium defectum probari non poſſit) non poteſt aliam ducere, neq; aliquis directè conſulere id poteſt. * Hæc licet deſſeruire non poſſint modo pro cõiunctionibus matrimonialibus quæ poſt Concilium Tridentinũ celebrantur, cum ſint irrita matrimonia quæ ſine teſtibus, & parocho, vel alio de eius licentia fiunt. Tamen deſſeruire poſſunt in nouo orbe pro illis qui de nouo conuertuntur, qui ante baptiſmum repudiabant facilè, & plures admittebant, & non tenebantur legibus Eccleſiæ, quòd eſt conſiderandum.

2. conclu. 2. concluſio. Tali viro, vel fœminæ affirmanti quod alter negat, licitè cõſulitur conſcientiam deponere de conſenſu alteriùs, ſcilicet, quòd credat non conſenſiſſe: qua depoſita, licitè monetur vt aliam ducat. Probatur. Ratio. Licitè quis conſulit quod ipſe poteſt facere, ſed licitè ipſe poteſt cõſcientiam deponere, credendo probabiliter decipi, & alium qui negat verum dicere: quia eſſet bene ſentire de proximo, ergo ſi licitè ipſe facit, licitè quilibet conſulere poteſt, & depoſita conſciẽtia, poteſt moneri, vt aliam ducat: nam depoſita conſcientia, ipſe põt ſine peccato aliã ducere, poterit ergo moneri ad illud. Quòd ipſe (cõſcientia depoſita) poſſit ſine peccato aliã ducere, patet ex ſuperiùs dictis: ꝗa credẽs rationabiliter nõ habere vxorẽ, poſt aliã ducere, ſi alias non ſit prohibitum ei, ergo cum ipſe poſſit aliam accipere, poterit & quilibet ad id monere, & cõſulere abſque peccato. (Si tamen conſcientia fuerit depoſita) quia ſi nunquàm deponitur, non licet aliquo modo: nam agens contra conſcientiam, ædifi-



Ad Ro. 14 ædificat ad gehennam, teſte Paulo. Ex iſto poterunt excuſari illi, quibus in caſu quo vnus affirmat, alter negat, conſulitur aliam ducere: quia priùs ſolet conſuli de dimittenda conſcientia, dicendo ei, Credas verè ſic eſſe, ſicut talis affirmat, putà non conſenſiſſe, Nota pro neophytis ſe, nec tibi promiſiſſe. Et ſic facilè deponunt conſcientiam: quod non poſſet apud Hiſpanos facilè fieri. Et conſciẽtia depoſita, licitè datur conſiliũ: & ipſe non peccat aliam ducendo. Et abſq; dubio ex indigenarum noui orbis conditione intelligo eos ad dictum religioſi ſic conſcientiam deponere, vt planè nullus etiam minimus remaneat ſcrupulus de oppoſito. Et ad remedium eorum iſto artificio opus eſt vti, ne cõſulens, & conſultus pereant.

3. concl. 3. concluſio. Illi, qui affirmat conſenſum (vxore negante) ſi habeat aliã vxorẽ, cũ qua contraxit, licitè conſulitur, vt conſcientiã deponat, qua depoſita, rectè monetur ne dimittat quã ſecundo habet. Ratio. Probat̃. Poteſt conſcientiam deponere, & bene facit deponendo, bene iudicando de proximo: ergo poteſt quis licitè illud conſulere (& depoſita) licitè non dimittit quam ſecundo duxit: imò tenetur non dimittere: ergo licitè quis conſuluit non dimittere illam. Et iſtum modũ ſeruando licitè religioſus in caſibus iſtis qui frequenter eueniunt, poteſt illi qui affirmat (altero negante matrimonium) cõſulere, ſi nullam habet (cognita eorum conditione) vt aliã ducat, vel ſi habet iam ſecundam, vt non dimittat: dummmodò priùs conſulat conſcientiam dimittere, qua dimiſſa, licitè ſit vtrumq;, & facilè dimittunt: & quibuſdam non conſideratis, vel alijs in contrarium cogitatis, facilè mutantur in contrarium, quod in nobis non experimur, quia ampliùs mouemur ob obiectis, eo quòd obiecti rationem, & omnes circunſtantias penſitemus, non ſic tamen neophyti Pro neophytis. noui orbis. Ex quo prouenit in nobis aliquando multum conari ad deponendam conſcienciam in aliquo agibili, & tamen non poſſe. Prouenit enim ex ſubtili cõſideratione rerum, & efficaci imaginatione ex intenſa cõſideratione, & intellectione rei.

## ARTICVLVS XV.

*De actu coniugum quantum ad modum coeundi.*

PRo cõplemento iſtius materiæ quæritur. Vtrùm quocunq; tempore, & quocunq; loco, & qualicũq; modo (ſeruato tamen vaſe naturali) licitum ſit coniugibus, & reddere, & petere debitum.

1. Nota. Pro ſolutione quãtum ad modum, notandum quòd modus naturalis & debitus coeundi eſt: ſi mulier iaceat in dorſo, & vir ei incumbat, quo modo ſequitur facilè conceptio, & retentio. Ob quod natura iſtum modum determinauit. Omnis enim deuiatio à modo iſto videtur innaturalis, & inhoneſta. Tamen in vno modo eſt maior deuiatio, quam in alio. Per concubitum quidem lateralẽ deuiatur à naturali modo, licet non multum: ſed aliquantulo maior eſt deuiatio ſedentium: & maior eſt ſtantium. Omnium verò maxima eſt mutato ſitu ad retrorſum, modo brutorum, licet ſeruetur naturale vas. In omnibus iſtis modis eſt innaturalitas, ſeu indebitus modus. Et præter iſtos eſt: quando fœmina ſupergreditur virum, & vir iacet.

2. Nota. Eſt etiam notandum, poſſe coniuges conuenire in tali actu, vel cauſa prolis, vel debiti reddendi, vel fornicationis vitandæ vel ſaturandę libidinis, vel cauſa ſanitatis procurandæ, vel conſeruandæ. His ſuppoſitis reſpõdetur.

1. conclu. 1. concluſio. Illi qui verè coniuges ſunt, quomodecunq; iungantur extra debitum modum à natura ordinatũ, peccant, aliquando venialiter, & aliquando mortaliter. Ratio. Probatur. Quotiens alio modo cõueniunt coniuges, quam eſt in vſu, & à natura ordinatum (vt ſcilicet fœmina iaceat, & vir ſupergrediatur) fit contra ordinem à natu-

natura inſtitutum ſed quotiés fit deuiatio à tali ordine, cõmittitur peccatum ab illis qui libere declinant: ergo quandocunq; coniuges iungãtur alio modo peccant: quia quicunq; agit cõtra ordinẽ naturæ agit contra rectam rationẽ,ſed qui contra rationem agit, ſemper peccat,intelligitur tamẽ quando non fit aliqua cauſa rationabili deuiatio a tali vſu naturali, vt poſt declarabimus: nam in tali caſu excuſaretur à peccato. Dixi, aliquando mortale,aliquando eſſe veniale. Pro quo ſit 2. concluſio.

2. conclu. Alb. Mag. d.31.ar.20

2. concluſio. Si vir cognoſcat vxorem ſedendo,vel ſtando, vel ex latere, vel retrorſum admodum brutorum, licet ſemper ſit peccatum (ſine neceſſitate vrgẽte) iſto modo coniungi,erit mortale quando per talem modum non poteſt fieri generatio. Volo dicere,ꝙ eum ſine neceſſitate iſtos modos obſeruare ſit malum: mortale tunc iudicabitur, quando per talem modum non poteſt eſſe generatio ex parte viri, neque conceptio ex parte fœminæ: quia videtur totaliter ille modus damnatus per prima principia iuris naturæ,ſiquidem omne illud quod impedit finem principalem intentum à natura in aliqua operatione, dicitur eſſe prohibitum per prima principia iuris naturæ: cum ergo per concubitum maris, & fœminæ natura intendat generationem, ſi modus coeundi tollit talem finem (quia cum ipſo non poteſt ſtare generatio) eſt prohibitus, & mortale peccatum: at quia ſi vir iaceat: & fœmina ſupergrediatur, videtur non poſſe fieri ſeminis receptio, vel ſi fiat receptio non erit debita retentio,veriſſimile eſt eſſe peccatum mortale ſic commiſceri coniugatos, quamuis Albertus Magnus putet non eſſe mortale, quia exiſtimat fœminam poſſe concipere, eo ꝙ ſit in matrice fœminæ virtus attractiua ſeminis viri. Sic Syluest. in verbo, Debitum coniugale.Et id ipſum ſuſpicor quando retrorſum more brutorum ſit coniunctio,quia vel non eſt ſeminis receptio, vel (ſi eſt receptio) non eſt conſeruatio: licet de iſto ſecundo nõ ita certum ſit: ſicut de primo nam primum cõmuniter aſſeritur à doctoribus,mortale eſſe,propter enormitatẽ contra naturam: quia non poteſt debitè ſemen a fœmina recipi. Item: quia iſtud ponit inter cauſas diluuij in hiſtoria ſcholaſtica. Dicitur enim ꝙ fœminæ in veſaniam verſæ ſupergreſſæ viris ſuis abutebãtur: at diluuium propter peccata mortalia à Deo factum eſt. Sicque aliqui exponunt illud Pauli. Fœminæ eorum immutauerunt vſum naturalem, in eum qui contra naturam eſt. De ſecundo verò non ſic pro certo affirmant docti. Nã S. Thom. dicit, Si vir cognoſcit fœminam extra vas debitum, ſemper eſt peccatum mortale: quia proles ſequi non poteſt. Si autem mutetur ſitus ad poſteriora, non eſt ſemper peccatum mortale. Alij etiam dicunt talem modum non eſſe ſemper mortale, ſed credunt aliquando mortale eſſe. Nec iſtorum dari poteſt certa regula: niſi (ſuppoſito peccatum eſſe) quando ſine neceſſitate talis ſit abuſus. Tunc enim erit mortale, quando per illum abuſum generatio ſtare non poteſt: quia non poteſt eſſe receptio ſeminis à fœmina, vel debita retentio. Verum tam de hoc modo: quàm de illo iudicando, non oportet damnare tales concubitus de mortali, ſed propè mortale exiſtimare ad repræhendendum, ad arguendum, & increpandum. Sed quia poteſt eſſe, quòd etiã per talem modum poſſet generatio ſequi: quia in fœmina non ſolum eſt virtus ſuſceptiua ſeminis, ſed attractiua, non expedit omnes tales concubitus certitudinaliter affirmare eſſe mortalia, ſed ſufficit opinari, vel tanquam verius affirmare, tamen non ſic quin contrarium ſit probabile. Et nõ negãda eſſet abſolutio coniugibus nolentibus abſtinere a tali modo coniunctionis, licet do. Abulen. ſuper Matt. abſolutè teneat eſſe mortale. Verum Albertus Magnus,& Syluest. non diffiniunt, vbi ſuprà, nec Caiet. in verb. matri. vſus peccata.

[Margin: Prohibitũ per prima principia iuris naturæ. — s.Th.d.33 Vigue. ca. 16. §.7. — Albertus. — Syluest. — Hiſtoria ſcholaſtic. — Ad Ro. 1. — S.Th.d.31 — Regula. — Nota. — Abulen. Matth.5. q. 228. — Albertus. Syluest. Caiet.]

3. con-



3. conclu.

3. conclu. Abuſus vltra modũ conſuetum,& per naturam ordinatum aliquando fieri poteſt abſque peccato: vt ſi fœmina aliter cognoſci non poteſt,vel propter timorem aborſus, vel debilitatem,aut pinguedinem vẽtris, & periculum ſuffocationis. Probatur. Illa declinatio a modo conſueto naturali ſit propter bonum finem: quia non intelligitur declinatio a ratione recta quæ iudicat minus malum ſuſtinendum ad vitandum maius: ergo cũ ſit maius malum mors, ſequitur bene fieri ſuſtinendo aliquid præter naturalem ordinem propter vitam conſeruandam alicuius: quia maius bonum eſt vita hominis, quam conſeruatio illius modi naturalis. Et licet nõ ſeruetur modus naturalis in tali actu particulari, ſeruatur tamen in hoc ꝙ pro maiori malo vitando, licitum eſt minus malum ſubire, quod in caſu nõ habet rationem mali.

4. conclu.

4. cõclu. Licet(ſecluſa neceſſitate) mortale videatur vel propè, ſi mulier ſit ſupra virum, vel more brutorũ retrorſum cognoſcat,probabile eſt apud Neophy. antequã audiuerint malum eſſe (ſi nõ ſemper aliquando fiat per ignorantiam inuincibilem eos excuſari. Probatur,quia ſi nihil audiuerunt de malitia talis modi cõcubendi, & nõ potuerunt tales ſcire per naturam, ſequitur eos inuincibiliter ignoraſſe, quia ꝙ non eſt de ſe notum,potuit ab eis inuincibiliter ignorari: ſed non eſt per ſe notum, talẽ abuſum eſſe malũ, cùm non conſtet de nocumento quod infert proli, præcipuè quia poteſt contingere tales qui iunguntur habere filios: ergo poſſunt inuincibiliter ignorare eſſe malũ de ſe. Et ita ſuſpicor de noui orbis Indigenis, quos nõ damno de mortali. Tanta enim eſt aliquorum ruſticitas, vt non ſolùm hæc quæ omnino malitiam non continent euidenter,credã inuincibiliter ignorare poſſe, ſed & alia, quæ clarius inuolutam habent malitiam, ſicut eſt habere acceſſum cum muliere,quæ aliam habet virum,retinendo eam in matrimonio, id etiam iudicio in pollutione quæ ſit manibus voluntariè. quia exiſtimo (cùm non ſit per ſe notum tale ſuperfluum ſemen nullo modo licere fundere, niſi propter prolem, & inter coniuges) ipſos habere ignorantiam inuincibilem antequam ſint edocti, quod iam intelligunt omnes ferè: Et ſic non ſtatim damnandi de mortali, qui nondum intelligunt, quotiens, polluerũt ſe ſcienter. Idem de concupiſcentia fœminarum ſi vir eſt, vel virorum, ſi fœmina eſt: quia antequã eis denuncietur, & moneantur vt abſtineant,credã eos inuincibiliter ignorare malum eſſe, cùm nullũ nocumentum ex hoc venire cognoſcant. Si tamen hoc durum videtur, quia Paulus affirmat opera carnis eſſe manifeſta, non contendo, quia hæc intelligo ſecundum B. Paulum, & non contra eum, quia cum iſta non ſint de primis principijs iuris naturæ, poſſunt ignorari aliquibus, vt ſupra in 2. parte dictum eſt. * Non enim ſtatim omnibus apparet, ſed diſcurſu opus eſt ad probandum, ex ipſis Decalogi præceptis, eſſe mortale pollutionem voluntariam. Et quidem quòd vagus concubitus mortale ſit, potuit ignorari apud barbaros, vt placet Soto lib. 1. de iure,& iuſt. q. 1. artic. 4. ad primum argumentum & quæſtio. 4. eiuſdem lib. artic. 4. idem lib. 2. q. 1. art. 3. Et fortè vitium contra naturã: nam tam ſunt rudes, & ferales aliqui homines, vt inuincibiliter potuerit ignorari, De quo iam ſuprà diximus in 2. par. art. 7. in 2. ratione tertiæ concluſionis,& in artic. 22. * Iſta volui notare propter confeſſores, quos oportet aliquando non nimis ſolicitos eſſe intelligere, & exactè cognoſcere vtrum hoc ſit mortale,vel veniale,ſed (conſiderata conditione) oportet nõ iudicare mortale, quia exiſtimo inuincibiliter ignorare, vbi nullus prædicator hæc docet. In alijs autẽ qui ingenio pollent, iudicarem eſſe mortale: vt eſt de pollutione in vigilia, & de concupiſcentia ſola ſine actu, vel de aliquo alio ſimili. Sic in propoſito nõ eſt neceſſe de mortali accuſare eos, & dam-

[Margin: Ratio. — 13.d.capi. duo mala. — Ratio. — Alb. Mag. in 4.d. 31. ar. 24. — Inogrãtia inuincibilis põt eſſe circa pollutionem. — Ad Gal.5. — Supra 2.p. art. 7. — Soto. — Pro neophytis.]

damnare, qui aliquando, antequã au-
dierint malum, imò dato audierunt,
ſed non audierunt eſſe malum morta
le, ſic abutebantur, vt fœmina ſuper-
grederetur aliquando, vel retrorſum
Ad Ro. 10 cognoſceretur. Iudicium enim con-
Caier. in feſſorum eſt iudicium ad ſalutem, non
opuſ. to. 2 ad condemnationem, ob quod neceſ-
q. 3. ſarium non eſt ſtrictè cognoſcere om-
nia, & ſingula peccata, ſecundùm maio
rem, vel minorem grauitatem, ſed ſuf
ficit craſſo modo intelligere quãtum
ad emendam, & ſalutem pœnitentis
attinet, & reliqua Dei iudicio com-
mittere, qui nouit omnia. Iſta tamen
opera ſiue mortalia apud eos, ſiue non
ſint, ſiue dubia, ſunt prohibenda, & re
prehendenda, & eſt pœnitenti medici-
na præſtanda ad talem morbum cu-
Notẽt mi randum. Ob id ſufficiat ſic rudi Mi-
niſtri. nerua deprehendere eſſe tales modos
malos, & peccata. Vnde abſtinendum
eſt ab eis. Et certè abſtinent, & refræ-
nant ſe, vt experientia didicimus: ſi
publicè in prædicationibus, vel clan-
culum admoneantur. Et quando de
hoc ſunt variæ opiniones, illa quæ à
mortali excuſat amplectenda eſt cum
iſtis infimis hominibus: niſi in contra-
rium conuincat ratio.

5. conclu. 5. concluſio. Vir incipiens actum,
ſed non conſummans, nolens ſemina-
re, ne habeat plures filios, dum tamen
ex hoc mulier ad ſeminandũ non pro-
uocetur, licèt ſit peccatum, non eſt de
Ratio. ſe mortale. Probatur: quia licitè poſ
ſunt coniuges abſtinere ad tempus, ne
habeant plures filios, quàm alere poſ-
ſunt, licebit ergo etiam viro actum in-
choare, & non conſummare propter
hoc, dummodò non fiat ſeminatio ex-
tra vas: ſiquidem eſt eadem ratio
vtrobiq; nam ſi licet omninò nullum
actum habere & licebit poſt incœptũ
non conſummare, ſi non ſit ſeminatio:
quia ſi eſſet ſeminatio extra vas, dam-
nabile eſſet, ſicut factum Oniæ fili Iu-
Gen. 38. dæ, qui ſemen proijciebant in terram.
Dixi, niſi propter hoc prouocetur mu
lier ad ſeminandum, quia ſi, incœpto
actu, fœmina prouocetur, & vir non
conſummando, ipſa ſeminat, eſt mor-
tale, non quia vir non conſummat, &
perficit actum, ſed quia eſt cauſa fœ-
minæ vt ſeminet quando non poteſt
fieri generatio: quia cùm ſemen mu-
lieris non ſufficiat ſolùm, ſed ſit tan- De hoc ſu
quam principale requiſitum ſemen pra pri. p.
viri, ſeminante ſola fœmina, nunquàm art. 46.
fieri poteſt generatio. Et ex hac ra-
tione damnabile eſſet ex parte viri
actum incipere, & non conſummare,
licèt ipſe non ſeminaret extrà, quod
tamen non eſſet mortale: ſi ipſa fœ-
mina nõ prouocaretur ad ſemen emit
tendum: ſed ſicut vir, poſſet fœmina
(etiam ſi eius ſemen non ſit neceſſariũ
ad generationem) continere ſemina-
tionem. Sic Palude in 4. Verùm mihi Palu. in 4.
videtur, quia difficilè eſt actu incœpto d. 31. q. 3.
continere talem ſeminationem, tam
ex parte viri, quàm ex parte fœminæ,
propter periculum ſolum quo tales
ſe exponunt licet de ſe non ſit mor-
tale, eſſe tamen propter tale pericu-
lum. Fugiendus ergo eſt talis modus
tanquàm mortale peccatum. Ob qđ
dixi in concluſione, de ſe non eſſe mor
tale: quia ſi faciat vt non habeat plu-
res filios, quã quos alere poteſt, quia
nullus tenetur plures habere, ſed ſuf-
ficit in matrimonio prolem habere, vt
finis principalis matrimonij poſſit ad-
eſſe, non eſt de ſe damnabile. Pericu-
lum tamen eſt tam veriſimile, vt ex ip
ſo fiat omninò damnabile, & ſic fu-
giendum.

Ex quo apertiſſimè habes, quomo-
docunque fiat coniunctio coniugato- Pro Indis.
rum, & ſeminatio ſit extra vas, vel eo
modo quo non poteſt ſequi genera-
tio, ſemper eſſe peccatum mortale,
& nullum excuſari poſſe, niſi propter
ignorantiam inuincibilem, quam neo-
phytos noui orbis credo habere in
multis, qui nunquàm audierunt ma-
litiam, quæ in ſeminatione extra mo-
dum debitum continetur. Sic enim Supra 2.
propter ingnorantiã inuincibilem an- p. art. 12.
tequàm promulgatũ fuerit eis Euan- & 17.
geliũ excuſamus à peccato, repudian- S. Th. 1. p.
do, & accipiendo plures vxores, quan- q. 119.
to amplius per talem ignorãtiam ex-
cuſabuntur mittẽtes, ſemen quod eſt
quoddam



quoddam ſuperfluum naturæ, reſer-
uatum ex digeſtione propter genera-
tionem, ad conſeruationem ſpeciei?
Verum tamen vbi facta eſt malitiæ ma
nifeſtatio: & nocumentum quod ſe-
quitur ex tali modo ſeminandi: nullo
Alb. Mag. modo excuſari poſſunt, ſi tamen ſer-
d. 31. art. uetur vas, & generatio poteſt ſtare
24. (etiam ſi magnus abuſus) non eſt dam
nabile mortaliter.

## ARTICVLVS XVI.

### *De actibus coniugatorum propter delectationem vel propter aliam cauſam.*

QVAERITVR de
illis qui modũ na-
turalem ſeruãtes,
actum exercẽt, vel
propter prolem,
vel propter dele-
ctationem, vel pro
pter ſanitatem.

1. conclu. Reſpondetur. Exercere talẽ actũ
inter coniuges propter prolem, vel
propter debitum reddendum, vel pro
pter vitandam fornicationem, ſiue in
ſe, ſiue in altero, nullum peccatum eſt,
Supple. d. ſed bonus actus. Probatur, quia actũ
31. q. 1. a. 2 illum exercere propter finem ad quẽ
Guill. Pa- matrimonium eſt inſtitutum, nullum
riſ. de ma- eſt peccatum, at qui illis modis exer-
tri. cap. 6. cet, propter finem ad quem matrimo-
1. Cor. 7. nium ordinatur exercet. Patet: quia
Gen. 2. matrimonium propter prolem. Item
Gen. 9. & ad debitum reddendum petenti:
quia teſte Paulo, mulier non habet po
teſtatem ſui corporis, ſed vir. Neque
vir ſui, ſed mulier. Item. Matrimoniũ
non ſolũ eſt in officium naturæ, quan-
do inſtitutum eſt à Deo in paradiſo in
ſtatu innocentiæ propter prolem, ſed
poſt peccatum in remedium: vt (quan
doquidẽ non poterat talis actus exer-
ceri abſque peccato) propter matri-
moniũ fieret licitè. Et ſic Paulus aper
Paulus. tè dicit. Melius eſt nubere quam vri:
1. Cor. 7. quaſi per nuptias homo liberetur ab
Gene. 9. igne inferni: quia cum ſit à natura in-
1. Cor. 7. continens exercendo actum venereũ
extra matrimonium, damnaretur: &
in tale remedium inſtitutum eſt ma-
trimonium, Vnde idem Paulus dicit
ad vitandam fornicationem bonũ eſſe
habere vxorem. Qui ergo iſtum finẽ
ſeruat, ſcilicet, fornicationem vitare
per talem actum, ſiue ſit in ſe, ſiue in
altero coniugum, omninò debitum fi-
nem apponi actui, propter quem ma-
trimonium inſtitutum eſt: & ob id nõ
habet rationem peccati. Et probatur.
Poteſt quis licitè contrahere ad for-
nicationem vitandam in ſe ipſo: vt pa
tet ex B. Paulo. Et ſicut dicit (& be-
ne) Palu. in 4. ergo & licebit conue- Palu. d. 31
nire in illo actu propter finem, pro- q. 2. & 3.
pter quem matrimonium contractum Maior. d.
eſt. Et quidem quando fit talis actus 31. q. vni.
ad vitandam fornicationem in alio,
nullam habet difficultatem, ſed ſolum
difficultas eſt, quando fit ad vitandam
fornicationem in ſe ipſo: quia S. Tho.
affirmans primum licere, dicit ſecun-
dum eſſe veniale: tamen ego volo in-
telligere concluſionem ſicut intelligit
Palude in loco citato, ne videar con-
tra doctorem ſanctum affirmare, præ-
cipuè cum ſententiam ſuam fundet in
dictis B. P. Auguſti. & Hieron. Et ſic Limitatio
dico intelligendam, noſtram conclu- conclu.
ſionem, quando ita eſt, quòd quis id fa
cit propter vitandam fornicationem
in ſe ipſo, quia non poteſt pro tunc
alio modo melius vitare: ita quòd vo
luptas non mouet eũ, ſed amor vitan-
dæ fornicationis, quam pro tunc ali-
ter vitare non poteſt. Et quando S.
Tho. dicit, eſſe peccatum accedere ad Sẽſus op.
vxorem propter vitandam fornicatio- S. Thom.
nem in ſe ipſo, intelligit quãdo poteſt
vitare talem fornicationem alio mo-
do, ſcilicet, per oſcula, vel amplexus,
vel loquutione cum vxore propria,
vel (vt dicit Palude) quando poteſt
vitare domando carnem, vel fugiendo
mulierum conſortium, vel non lo-
quendo ſolus cum ſola: quia tunc nõ
debet velle illum actum. ſic intelligit
Palude vbi ſuprà. Et ſic, quod nos po
ſuimus in iſta concluſione non eſt con
trà S. Tho. nec contra B. P. Auguſt. Auguſt.
in Enchi. c. 43. nec contra B. Hieron. Hieron.
in Epi-

in Epiſtola quam ſcribit pro libris ad-
uerſus Iouinianos, & contra dictum
Tertulia. Tertuliani, libro de exhortatione ca-
Ambro. ſtitatis, & quod dicit Ambro. ſuper il
lud Pauli: nam omnes citati videntur
aſſerere contra concluſionem, ſi abſo-
lute intelligatur ſine limitatione. At
quia non decet contra tot ſanctos opi
nari (licet alij doctores teneant abſo-
Duran. lutè meam concluſionem, ſicut ſunt
Vual. iſti. Duran. d. 31. q. 4. Idem Maio. &
Maio. Vual. de ſacramentis, c. 130. & Hugo
Hugo. ſuper eccleſiaſt. lib. 5. & Ekius homi.
Almayn. 70. de ſacramentis, & Almayn in 4.
Celaya. diſt. 26. Idem Celaya diſt. 31. in fine.
Martinus. & Mar. de Magiſtris.) melius eſt limi-
Sequenda tare eam, vt ſic intelligamus cum ſan-
ſanctorũ ctis. Nam (ſicut dicebat quidam egre
opinio. gius doctor Pariſius) ſecurè affirmo
Victoria. quæ ſancti dicunt. Potero enim dice-
re tibi Deus meus in die iudicij, hoc fe
ci ſequutus ſententiam illorum qui
aſtant tibi. Profectò eſt bonum do-
cumentum, vt ſummoperè conemur,
quantum fas eſt, & litera permittit, di
cta ſanctorum intelligere in bono ſen
ſu, & non de facili reprobemus. Sic
retulit præceptor meus bonæ memo-
riæ Theologorum ſui temporis facilè
princeps, quòd cùm Pariſius quidam
defenderet opinionem S. Thomæ, &
propè tales deueuerit anguſtias, vt co
1. Cor. 7. actus deberet retractare, nimium ſto-
machati ſunt doctores in eum, quòd
talem ſententiam defendiſſet. Poſteà
D. Aug. verò viſis ſanctis ſedati ſunt: ſiquidē
verba ſunt expreſſa. P. Auguſt. tra-
ctans Pauli verba. Vnuſquiſque pro-
priam habeat vxorem propter forni-
cationem. Si veniam conceſſit Apo-
ſtolus: ergo peccatum ſunt nuptiæ.
Cui enim venia, niſi peccato concedi-
tur? At veniam concedens Apoſto-
lus, concubitum attendit coniugato-
rum, vbi eſt incontinentiæ malum. In-
continentiæ malum eſt, quòd vir co-
gnoſcit vxorem vltra neceſſitatē pro-
creandi filios. ſed eſt ibi nuptiarum
bonum. Et ita non propter illud ma-
lum culpabile eſt hoc bonum, ſed ma-
lum veniale propter bonum nuptiale.
Ecce ex iſtis verbis. P. Auguſt. claret

actum illum propter incontinentiam
factum cum vxore, malum eſſe venia-
le, qui eſſet mortale, niſi propter bo-
num coniugale. Sed oportet iſtud di- Cōcordia
ctum, & alia ſimilia interpretari, quan doctorũ.
do incontinentiam poteſt quis vitare
per aliud quàm per talem actum, vt
eſt per loquutionem, vel amplexus,
vel oſcula vxoris, vel (vt dicit Palu.)
domando carnem, vel fugiendo con-
ſortia, vel non loquendo ſolus cum
ſola. Si tamen aliter non poſſet vita-
re: non videtur quòd P. Auguſtinus:
nec alij ſancti veniale dicant talem cō
cubitum. Difficilè nimis eſſet abſo-
lutè affirmare nullo modo licere vti
tali remedio conceſſo à B. Paulo. ad
vitandam fornicationem. Verùm quia
S. Thom. & alij docto. vt B. Bona. & B. Bona. d.
Albertus Magnus videntur concede- 31. art. 2.
re veniale eſſe in ſenſu ſupra dicto, q. 2.
probabile eſt ſic eſſe. Verum eſt ta-
men, quòd S. Tho. tractans illum lo-
cum Pauli, vtranq; opinionem repu- Alb. Mag.
tat probabilem: eam, ſcilicet quæ di- in 4. d. 31.
cit indulgentiam eſſe datam à B. Pau- art. 21.
lo de minori malo. ſicut videntur do-
ctores S. affirmare, & eam quæ dicit
fuiſſe indulgentiã minoris boni. Vtra-
que denique ſtare poteſt in veritate,
ſuppoſita diſtintione ſuprà dicta. Ma- Gen. 2.
trimonium enim ſicut in officium à
principio inſtitutũ fatemur ante pec-
catum, poſt peccatum in remediũ fuiſ
ſe certa fide tenemus. Ob id ſi aliter Gen. 9.
malo fornicationis mederi non poteſt,
an ſuam poterit accedere abſque cul-
pa etiam veniali. Sic videtur ſentire Alc. Halē.
Alexan. Halen. 3. par. q. 9. memb. 3.
artic. 2. vt ſentiunt ſupra citati, vide
Michae. de Medina in ſuo de cœliba-
tu lib. 5. c. 77.

2. concluſio. Actum illum carna- 2. conclu.
lem exercere coniuges cauſa procu- S. Bona. d.
randæ ſanitatis, vel conſeruandæ, vel 31. art. 2.
cauſa delectationis: ſi modò maneat q. 3.
intra limites matrimonij, licet pecca-
tum ſit, non eſt mortale. Probatur qđ Ratio p.p.
talem actum exercere propter ſalutē
ſit malum. Vbicunque eſt aliqua vo-
lũtaria inordinatio, ibi eſt peccatum:
ſed quãdo quis actum illum exercet,
cauſa



cauſa ſanitatis, eſt volũtaria inordina-
tio, ergo & erit peccatũ: q̃a q̃n aliquid
ordinat ad aliũ finē, quē natura nō in-
tēdit, ſit inordinatio: cũ ergo talis act⁹
S. coniunctionis inuentus ſit ad prolem
generandam, & non ad ſanitatem ac-
quirendam; ſequitur ꝙ erit inordina-
tio ad ſanitatem referre, & peccatum.
S. Tho. in Hanc rationem adducit S. Tho. in 4.
4. d. 31. ar. Et non ſolùm hoc verum eſt, quando
penul. ſalus haberi poteſt alia via quàm per
Differētia coitum, ſicut dicebamus de vitanda
ď euitãda fornicatione: ſed etiam eſt verum in
fornicatio caſu, in quo nullo alio modo ſanita-
ne, & de tem conſequi poſſet, niſi per actum il-
procuran lum cum vxore, licet eſſet peccatum
da ſanita. veniale. Secùs eſt de fornicatione, quia
1. Cor. 7. ibi diximus licere ad vitandam forni-
cationem, quando alio modo vitari
non poteſt. Et ratio differentiæ in hoc
conſiſtit: quia Paulus concedit, & de-
clarat licitum habere vxorem ad for-
nicationem vitandam, tamen non ſic
ſcriptum licitum eſſe ad ſanitatem
procurandam.

Secundo. Secundo. Ibi agitur de animæ peri-
culo, quia agitur de peccato: & ad vi-
tandum peccatum, non mirum ſi con-
cedatur aliquid, quod non conceditur
ad vitandum malum pœnæ.

Ratio 2. p. Secunda pars probatur, quòd ſi fiat
Cōtra Ma delectationis cauſa, eſt peccatum. Vbi-
io. d. 31. q. cumq; eſt aliqua deordinatio volun-
vnic. qui taria, ibi neceſſe eſt eſſe peccatum ali-
dicit non quod: at quando talem actum quis
eſſe pecca exerceat propter delectationem ſolũ
tum. (quia non ordinatus eſt ad id, ſed ad
prolem) aliquam deordinationē com-
mittit, & peccat. Attamen quòd tam
in hoc, quàm in primo propter ſanita-
tem non ſit mortale, ſi non excedat fi-
nes matrimonij, ſed veniale, probatur
contra quoſdam, qui affirmant eſſe
mortale ſemper.

Nota. Pro quo ſciendum, ꝙ (vt S. Tho.
declarat) exire limites matrimonij di
citur, quando aliquis vxorem cogno-
ſcit propter ſolam delectationem, ita
ꝙ cognoſceret eam, etiam ſi non eſſet
Quid ſit vxor ſua: & tunc dicitur non excedere
exire limi limites, quando cognoſcit vxorem ſuã
tes matri propter delectationē, ſic ꝙ ſi non eſſet
monij. vxor ſua, non cognoſceret. Idē quan-
do quis cōmiſcetur vxori propter ſa-
nitatē ĩtra limites matrimonij: quãdo
(licet illũ actũ velit cũ vxore propter
ſanitatem) nō tamen vellet, ſi nō eſſet
vxor. Dico ego in cōcluſione, ꝙ acce- Nota.
dere ad vxorē propriam, ſiue propter
delectationem, ſiue propter ſanitatē,
licet ſit peccatũ (vt probauimus) non
tamen mortale, quando intra limites
matrimonij quæritur: quia accedit ad
ſuã nō propoſito fine mortaliter pro-
hibito. Sed quòd ſit veniale, patet:
quia de ordinatio quædam eſt.

Hæc quæ in concluſione, ſcilicet ꝙ
ſi ob ſanitatem, & delectationem, ſit
veniale: puto vera, maximè ſi non ſit Albert.
infirmitas grauis, quamuis Albertus Maio.
Magnus in 4. d. 31. & Maior. ibidem, Ekius.
putent non eſſe peccatum, idem Ekius Martinus.
homil. 70. de ſacramentis. idem Mar- Almayn.
tinus de Magiſt. & Almayn. in 4. d. Celaya.
26. & Celaya. d. 31. Et quidem ſatis
probabiliter.

3. concluſio. Licèt peccatum mor- 3. conclu.
tale ſit ad vxorem accedere propter
delectationem, vel ſanitatem, quando
delectatio quæritur vltra limites ma
trimonij, ſolum erit quando in actu
ipſo cogitat ad eam acceſſurum, e-
tiam ſi vxor non eſſet, & non ſolum
quia habet in habitu. Volo dicere in Nota.
iſta concluſione, quæ eſt notanda, ad
excuſanda quamplurima mortalia in
coniugatis, quòd ſi quis accedit ad
vxorem cauſa delectationis, vel cau-
ſa ſanitatis, nihil aliud cogitans, ta-
men ſi interrogaretur ab eo, vtrùm
etiam ſi non eſſet vxor, accederet, &
affirmat dico quòd quando habuit ac-
ceſſum, ſi nihil cogitauit de hoc, ſed
acceſſit ad vxorem propter delecta-
tionem, licèt in habitu haberet ad ip-
ſam accedere, etiam ſi non eſſet vxor,
non peccauit mortaliter accedendo:
ſed ſolum venialiter, quia ad hoc ꝙ
ſit mortale peccatum requiritur ꝙ
quando accedit, actu hoc cogitet vel
ante propoſuerit, vnde quandocun-
que cogitans hoc, conſentit in tali co-
gitato, peccat, ſiue ante coitum ſiue in
ipſo concubitu, ſiue poſt. Si tamen
quando accedit nihil cogitat nec ante
conſenſit non eſt peccatum mortale.
Pro-

Ratio. habititus nec meremur, nec demeremur, ſed actibus.

Probatur. Nullus meretur, neque demeretur habitibus, ſed actibus, ſequitur ſi mortale ſit accedere propter voluptatem, quando accedit ad ſuam, ſic quòd accederet, etiam ſi ſua non eſſet: requiritur habere actum talẽ, & actu illud cogitare, alioqui per hoc quòd quis habet habitum furandi, per quẽ facilè exit in actum, ſemper peccaret.

Palu. d. 31 q. 3.

Idem de alijs. Hæc eſt ſententia. Palu. in 4. quæ mihi placet. Et ſic poſſunt ferè omnes libidinoſi coniuges excuſari qui tam ſunt perditi homines: vt (ſi caſus contingeret ita coirent cum illa, etiam ſi nõ eſſet vxor, tamen nunquam de illo cogitant, ſed accedunt ad illam. Quod ſufficit ad excuſandum tales concubitus à mortali peccato, etiam ſi fiant propter delectationem: cum neque actu, neque virtute ſint propter finem prohibitum mortaliter.

4. conclu Theolo. in 4. diſt. 31.

4. concluſio. Actus carnalis inter coniuges (ſeruato vaſe, & modo naturali) nunquam eſt peccatum aliquod, ſi fiat vel propter prolem, vel ad debitum reddendum. Ratio eſt; quia iſta ſunt bona matrimonij, quæ à doctoribus ſignantur: quibus actus illi carnales excuſantur inter eos.

Ratio.

Neque propter delectationem, quæ ibi in actu concomitatur, vitiantur actus: quia (vt ait Ariſt.) delectatio ſecundum ſe, neque bona, neque mala eſt: ſed eſt bona, ſi conſequitur operationem bonã: & erit mala, ſi ſequatur operationem malam. Cum ergo actus bonus ſit propter finem ad quem ordinatus eſt, etiamſi ſit delectatio, non erit malus: quia & ipſa delectatio bona eſt, cũ per talem delectationem homo non mereatur, neq; demereatur, cum ſit quædam paſſio naturaliter conſequens actum.

Ariſto. 10. Ethi. c. 51. S. Tho. 1. 2 q. 74. ar. 8. Maior. in 4. d. 31. vnica. cõ. 6.

5. conclu.

5. conclu. Ad hoc quòd talis actus excuſetur propter prolem, vel debitũ reddendum, non eſt neceſſe in actu reminiſcantur aliquo iſtorum finium.

Hoc cõtra Greg. arimi. in 2. d. 28. & Sco. in 2. d. 41. & quoli. 18. videtur in eã ſententiam declinare.

Probatur. Ad hoc quòd actus bonitatem, vel meritum habeat à fine, non requiritur quòd actualiter referatur in finem: ſed ſufficit ſi virtualiter. Nam habens charitatem, licet dando eleemoſynam in actu de Deo non cogitet, ſed aliò diuertat ſe, meretur, & propter Deum agere dicitur: tamen non actu cogitat. Ratio eſt: quia virtualiter agit propter illum finem, quem ſibi prius propoſuerat. Et omnia quæ poſt agit, dicuntur fieri in virtute illius finis. Sic in propoſito, quando conuenerunt coniuges iſta intentione, ſcilicet, propter prolem, & ad debitum inuicem reddendum. Cum ergo intentionem nõ mutauerint, quoties conueniunt, virtualiter referunt in talem finem: licet non cogitent de eo. Et actus iſtorum erit licitus, & honeſtatus iſtis bonis matrimonij, prole, & fide. Id autem mente habere actu eſſet difficilium, & nullus ad id obligatur. Hæc concluſio tanquam corollarie ſequitur ex prima & alijs, ſed ponitur ad maiorem declarationem.

6. conclu.

6. concluſio. Actus carnalis inter coniuges, licet propter frequentiam veniale ſit, nunquam tamen erit mortale, niſi excedat concupiſcentia, limites matrimonij. Probatur. Si frequentia, eſt: quando mulier nondum concepit, non eſt dubium, quòd tunc licita eſt, quia illa frequentatio eſt cauſa prolis, ſi tamen mulier iam concepit, frequentatio non poteſt eſſe ſine libidine vel ad vitandam in ſe ipſo fornicationem, at ſi ex libidine ſolum, nõ eſt mortale, vtſuprà diximus; neque ſi ad vitandam fornicationem: quia vel nullum erit, vel ſi aliquod, ſolum veniale. Verùm ſi excedat limites matrimonij, ideſt, quòd illa frequentia ſit cum coniuge, vt etiam ſi non eſſet coniux, haberet iſtam, eſt mortale, quandocunque actu illud cogitat: ſicut declarauimus, vel virtualiter ex actu cogitato ſequitur. Frequentia enim non facit veniale mortale, licèt diſpoſitiuè agat ad id.

Ratio.

S. Tho. 1. 2 q. 88. ar. 3. & 4.

✠

ARTI-



## ARTICVLVS XVII.

*Vtrùm ratione circunſtantiæ loci, vel temporis, actus coniugum poſſit eſſe peccatum.*

1. conclu. Gerſon in 2. p. in cõpẽ. Theol. Alex. Hal. 2. p. q. 166 mem. 2. S. Tho. in 4. d. 32. a. 5 Adrian. in 4. q. 14. Abul. mat. 5. q. 238. & 40. S. Tho. 1. 2. q. 7. Caiet. ibi. & 2. 2. q. 122. art. 4. Sylueſt. in ver. circũſtã. & dñi. Scot. in 3. d. 37. & alij de quo Soto de nat. & gra. li. 1. c. 22. Ariſt. p. poſte. tex. com. 5. Alb. Mag. d. 32. ar. 12 Maior. d. 82. q. 1.

EXIGERE debitum, in diebus feſtis ſignatis ab Eccleſia in c. Conqueſtus. Extra, de ferijs. in quibus Eccleſia præcipit abſtinere ab operibus ſeruilibus, quantumcunq; fiat ad ſolam libidinem ſaturandam, dummodo intra limites matrimonij maneat, non eſt peccatum mortale, licet non careat veniali. Probatur ex mente S. Tho. contra Abulẽ. qui rigoroſiſſime loquitur ſupe. Matth. affirmans eſſe mortale circunſtantia temporis, ſcilicet, ſi in die feſto fiat, vel pro feſto talis concubitus, non poteſt in infinitum aggrauare: ſed in infinitum aggrauaret, ſi quod eſt veniale, faceret mortale, vel quod nullum eſt peccatũ extra illud tempus, fiat mortale, ergo non eſt mortale in diebus feſtis id facere.

Secundò. In talibus diebus acceſsũ habere ad coniugem ſi aliquod eſt peccatum, ſolùm eſt, quia eſt ab Eccleſia præceptum, ergo intantum habebit vim, & obligationem, inquantum Eccleſia vult, & propter finem quem prę cipit: at Eccleſia præcipit in illis diebus, vt homo attentiùs, & deuotius Deo vacet, ne per venerea, quæ hominum abſtrahere, & alienare ſolent, diuagetur, ſed non tenetur ſub mortali in diebus feſtis ad habendum illam deuotionem, ſeu actualem feruorem in ipſum Deum, neque diligere Deum (quicquid Scotus dicat) quia ſi miſſam audiat, videtur ſatisfeciſſe præcepto. Sequitur ergo ſi finem, propter quem præceptum eſt non obſeruare, non eſt mortale, neq; etiam actum ipſum perficere contra præceptum erit mortale: quia propter vnumquodq; tale, & illud magis. Si ergo finem non obſeruare mortale non eſt, neque medium non apponere ad talem finem, mortale erit. Quare quomodocunq; ſit commixtio coniugum, etiam ad libidinem ſaturandam in iſtis diebus, nunquam erit mortale, ſi ſemper maneat intra limites matrimonij: imò etiam ſi Euchariſtiam deberet ſumere ſequenti die, non eſſet mortale, ſecluſo contemptu. Et dicere contrarium (ſicut do. Abul. dicit) eſſet damnare innumeram multitudinem coniugatorum: qui nunquàm confitentur de illo, neq; conſcientiam agunt: Dico de Hiſpanis: quia noui orbis neophytis maximè vexat, ita vt moleſti ſint nimis confeſſoribus, confitentes commixtionem cũ vxoribus in die feſto. Probabilior ergo videtur opinio S. Thomæ, & ſuorum ſequacium, & communiter loquentium: vt ſi quis propter libidinem ſolùm motus intra limites matrimonij, tamen acceſſum habeat ad vxorem diebus feſtis, quibus ceſſandum ab operibus ſeruilibus, ſit ſolum veniale peccatum. Dixi, ſi fiat propter libidinem; quia ſi fiat ad debitum reddendum nullum erit peccatum, neq; veniale. Et item ſi fiat ad fornicationem vitandã, vt ſupra dixi: nam quandoquidem præceptum eſt ab Eccleſia in diebus feſtiuis abſtinere, non abſtinere eſt peccatum quamuis Maio. dicat. quòd nullum eſt peccatum, neq; veniale in die feſto. Et patet de præcepto. 33. q. 4. cap. Quotieſcunque. Et eſt ſententia P. Auguſt. Quotieſcunq; dies natalis domini, aut reliquę feſtiuitates venerint, non ſolum ad infidelium concubinarum conſortio, ſed etiam à proprijs vxoribus abſtineri debet, Idem Ambro. Et habetur ibidem. cap. Fratres, & ſi cauſa iſtius prohibitionis eſt quia tunc orationi vacandum eſt.

Maior. d. 32. q. 1.

D. Augu

B. Ambro.

2. conclu. Vigue. lib. Inſt. Theo. c. 16. §. 7. ver. 10.

2. concluſio. Sicut in talibus feſtiuitatibus commiſceri carnaliter coniuges veniale eſt, ſimiliter & diebus ieiuniorum, & ſumptionis Euchariſtiæ. Probatur, quia ſicut præcipitur in die feſto abſtinere propter orationẽ, quæ requirit eleuationem mentis in Deũ, ſic etiam diebus ieiuniorum, vbi affligendum eſt corpus, & non delectationibus nutriendum. Similiter etiam

tempore

Cõtr. Maio. d. 32. q dicit nullum eſſet peccatũ.

tẽpore ſumptionis Euchariſtiæ, quia talis ſanctitas, & munditia requiritur. Cùm ergo ſit veniale agere contra diem feſtum, erit ſimiliter in diebus ieiunij.

D. Aug.

De ieiuniorum tempore, patet ex D. Aug. libro Quæſtio. ve. & no. teſta. & habetur 33. q 4. cap. Chriſtiano cum vxore ſua aliquando conuenire nõ licet, vt ſunt ieiuniorum dies. Vnde talibus diebus prohibetur nuptias celebrari 33. q. 4. c. Non oportet, & c. Non licet.

Hier. 1. Reg. 21. Ioan. 6. Deceptio. Ricardi. Naua. mutauit ſententiam. Ledeſmi.

De ſumptione Euchariſtiæ ibidem, cap. Sciatis fratres quoniam quicunque vxori debitũ reddit, de carnibus Agni comedere non debet. Et redditur ibi cauſa à B. Hieron. quia panes propoſitionis ab his qui vxores ſuas tetigerant, comedi non poterãt, quanto magis panis viuus qui de cœlo deſcendit? * Dixi eſſe veniale, & ita verum eſt, vt etiam ſi accedat ad Euchariſtiam poſt actum carnalem mortaliter (ſi modò poſt debitam confeſſionem) non ſit neceſſarium ſub mortali illo die abſtinere: in quo Ricard. in 4. d. 9. ar. 2. q. 2. deceptus eſt, quem ſequutus eſt grauis doctor Nauar. in manuali confeſſorum in prima editione. licet poſt temperauit ſententiam in 2. editione, De quo F. Martinus Ledeſmius in 4. q. 21. artic. 7. in prima parte.

Et ſic quia in Quadrageſima ieiunatur, non licet nuptias facere. Tunc etiam a 70. & idem in aduentu, & in litanijs vſq; ad octauam Pentecoſtes, & ab aduentu vſque ad Epiphaniam modo per Concilium Tridentinum in ſeſſione 24. conceſſum eſt quòd a 70. vſque ad feriam 4. Cinerum, & tempore litaniarum poſſunt nuptiæ celebrari vt infra in fine, & ſupra in prima parte dictum eſt.

3. conclu. 1. Ratio.

3. concluſio. Tempore impræegnationis (ſi nullum timetur periculum) exigere, & reddere debitũ licet, ſicut & alijs diebus non prohibitis. Patet. Vbi nullum eſt præceptum prohibens talem actum illo tempore, nulla eſt obligatio ad abſtinendum: ſed in illo tempore exigere, & reddere non eſt vetitum, ergo (cum contra nullum præceptum fiat) non erit peccatum de ſe, nec veniale, neque mortale.

Maio. vbi ſupra, & alij.

Ratio 2. 1. Cor. 7. 1. Cor. 7. Gen. 2. Gen. 9.

Secundò. Si eſſet peccatum, maximè quia impræegnata vxore non poteſt fieri propter prolem; ſed hoc non obſtat, quia non ſolum matrimonium factum eſt in officium naturæ propter prolem, ſed etiam in remedium cõtra concupiſcentiam: vt ſcilicet quis habendo talem actum, ad quem inclinatur, non peccet: ergo dato vnus ſinis non maneat, cum alio, non erit peccatum.

3. Ratio. Iſidorus. Hieron.

Tertiò. Si eſſet illicitum, maximè quia videtur eſſe contra naturã, quia non poteſt ex tali actu proles generari, ſed non propter hoc, quia illos concubitus ſolum vocamus contra naturam, ex quibus quantum ad ſe ipſos non poteſt proles ſequi: ſicut ex mollitie, & concubitu cum fœmina extra vas debitum: tamen coitus qui ſit debito modo, licet ſit cum prægrante, ſemper eſt talis conditionis, vt poſſit eſſe ad generationem, licèt impediatur de per accidens, quia concepit mulier, ſicut contingit impediri de per accidens in ſterili: ſequitur ergo quòd non propter hoc erit peccatum acceſſus ad prægnantem: quia quod per accidens ne generetur proles, non reddit actum malum: ſic tenendum, licet B. Iſidorus 32. q. 7. c. Non ſolum. dicunt tales eſſe deteriores pecoribus; nam propter hoc nõ damnat, ſed vellet homines trahere ad illam pecorũ conditionem, vt non accedant ad vxorem prægnantem: ſicut nec bruta. Et B. Hieron. 32. q. 4. c. Origo. videtur reprehendere tales. Tamen omnia iſta conſilia ſunt, nec eſt aliquod peccatum contrarium agere, excepto periculo. Neque tempus illud impræegnationis obſeruare tenetur quis: ſicut nec purificationis poſt partum.

4. conclu. Pal. d. 31. queſt. 3. & Almayn. diſt. 32. &

4. concluſio. Accedere ad vxorem patientem menſtruum naturale, licet ſit ſolum peccatum veniale, ſi tamen menſtruum ſit morbus, qui fluxus ſanguinis dicitur, nullum eſt peccatum.

Probatur



Supplem. d. 32. q. 1. Alex. Hal. 2. p. q. 166 mem. 2. Scotus. Syluest. Caiet.

Probatur quantum ad primam partẽ: quia eſt in damnum prolis naſcituræ, vt ferunt medici. Item eſt quædam inhoneſtas & turpitudo, ſequitur ergo non poſſe fieri abſq; culpa, at quia nõ eſt grauis turpitudo, nec graue nocumentum: non eſt peccatum mortale: etiam ſi Scotus in 4. d. 32. & Syluest. in verbo, Debitum coniugale. §. 6. & Caiet. in ſumma, dicant contrarium. Verum ſi ſit infirmitas, quæ fluxus ſanguinis dicitur, non eſt peccatum, quia non tenetur tantum temporis ſpectare. Neq; eſt aliquod periculum prolis: quia tunc non poteſt generari. Ob quod actus matrimonij manebit licitus ex alia parte, ſcilicet inquantum eſt in remedium.

Nota. Reddere debitũ in omni tempore licet.

Eſt notandum circa omnes concluſiones, in quibus diximus, ꝙ accedere ad vxorem ſit cum veniali, vel ſine, &c. intelligitur de exactione debiti: quia reddere in omni tempore licet, etiam petenti, ad vitandam fornicationem in ſe ipſo, vel propter delectationem, vel quomodocunq; , ſemper reddendo (ſi petatur) bene ſit ſine mortali, & ſine veniali peccato.

Nota. Abulen. Sup. p. p. art. 23. Abulen. Caſtr. li. 2. c. 5. Viguer. in ſuis inſti. Theo. c. 16 §. 7. ver. 8. Sup. p. p. art. 23.

Etiam conſiderandum quoad petitionem debiti coniugalis, ꝙ inceſtuoſos cum proprijs conſanguineis non eſt impeditus quoad exactionem debiti, quicquid dicat Abulen. Matth. 5. q. 200. & Angelus, in verbo. Inceſtus. §. vlti. vt ſuprà diximus. Inceſtuoſis tamen cum conſanguineis vxoris interdictum eſt exigere, vt patet in c. Tranſmiſſæ. de eo qui cogno. conſan. vxor. Si tamen petat (ſecluſo contemptu, abſq; diſpenſatione, in quo Epiſcopus poteſt) non videtur mortale (& ſi Abulen. in loco citato, & Caſtro de poteſtate legis pœnalis, & Viguerius dicant eſſe mortale) ſicut neq; cõtrahere poſt inceſtum, etiam ſine diſpenſatione, vt bene Caiet. in ſum. in verbo Matri. Quod impedimentum non incurritur cum proprijs conſanguineis, vt ſuprà diximus. In quo etiã deceptus eſt Abulen. vbi ſupra, & Angelus.

## ARTICVLVS XVIII.

*An liceat in dubio ſicut reddere debitum, etiam petere.*

CVm de coniugum congreſſu ſermo incidit, quantum ad exactionem, & redditionem debiti, operæpretium erit non ſub ſilentio pertranſire, quid in caſu, in quo dubiũ eſt, an ſit verus coniux, nec ne, an poſſit reddere ſaltim, ſi nõ poſſit petere.

Videtur ꝙ ſic: quia poteſt quis licitè facere contra dubium, ergo ſequitur ꝙ exiſtente dubio de vero coniuge, poteſt reddere. Antecedens patet ex Eccleſiæ diffinitione in cap. Dominus. de 2. nuptijs. vbi habetur, quòd mulier quæ nupſerit ſecundo marito, non habita certitudine de prioris morte, licet de morte eius dubitet: reddere poteſt debitum, ſed non petere: ſequitur ergo quòd ſtante dubio, poteſt quis agere contra dubium. 1. Argu.

Præterea. In c. Inquiſitioni. de ſententia excomm. diffinitum eſt: ꝙ quæ non habet ſcientiam, ſed dubium, ſiue credulitatem de impedimento matrimonij, ſtante illa credulitate, ac fide, poteſt, & debet reddere debitum: non tamen exigere, ſed tamẽ ibi eſt dubiũ, an ſit legitimus coniux, vel non: ergo in dubio licitè reddit. 2. Argu.

Tertiò. In dubijs ſuperiori parendum eſt. c. Qui culpatur 23. q. 1. ſed eſt præceptũ ſuperioris, quo dicitur, vt quis cohabitet vxori, de qua dubitat, an vera ſit: vt patet in c. citatis: ergo ſequitur ꝙ poteſt quis agere cõtra dubium. 3. Argu.

In contrarium eſt: quia qui agit contra conſcientiam, mortaliter peccat. Paulo dicente. Qui agit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Quod ex fide non eſt, peccatum eſt. Comprobatur & ſic in c. Propoſuit. de coniugio ſeruorum, vt ibi Inno. & Ioannes Andreas. Panor. & Præpoſitus. In cõtrar. Ad Ro. 14 Innocen. Ioan. An. Panor. Præpo.

Pro deciſione quæſtionis conſiderandum Nota 1.

S.Th. 1.2. q. 91.ar.4. contra Adrianum quolib. 8. & Medi. trac. 6. de pœ.& Pig. lib 6. Hierar. c.16.

randum eſt, ꝙ hic poſſumus loqui de actibus coniugum in caſu poſito, in foro conſcientiæ, vel in foro exteriori: ſiquidem poteſt eſſe, ꝙ in foro exteriori id liceat, quia vel permiſſum eſt, vel præceptum per Eccleſiam (quæ nō habet iudicare de actibus occultis) vel ſolum permiſſum eſt ſic, vt talem cōgreſſum coniugum cum tali dubio non puniat. Et tamen cum hoc ꝙ in foro cōſcientiæ Eccleſia non diſponat, vt alter coniugum ſtante tali dubio poſſit habere acceſſum.

Secundo modo poteſt intelligi, ꝙ ſtante tali dubio de vero coniuge, Eccleſia præcipiat ſimul commanere cōiugatos, & carnaliter commiſceri, ſic vt etiam in foro conſcientiæ, poſſit id fieri licitè.

2. Nota. Secundo notandum, ꝙ qui dubitat an ſit alter coniux ſuus, poteſt eſſe, vel quia bona fide contraxit, putans alterum mortuum, poſt tamen incipit dubitare ſimpliciter de morte ſui primi viri. Vel dubium eſt poſt contractum mala fide, vt quando quis de vita coniugis certa, contrahit cum alia 2. & incipit dubitare, an poſſit ei carnaliter commiſceri, vel ſaltim cum dubio de vita prioris, contraxit cum 2.

3. Nota. Tertio notandum, quia hoc ꝙ eſt cum tali dubio accedere ad vxorem, poteſt eſſe vel propria authoritate, abſq; aliquo præcepto ſuperioris, vel cum authoritate: imò compulſus per præceptū, vt ſolet Eccleſia compellere ad cohabitandum, & ad reddendum debitum, vt patet in cap. ſupra citatis.

4. Nota. Caieta. in opiſc. Medina de reſtit. q.17 Couarru.

Quarto nota, quòd dubium poteſt eſſe practicum, vel ſpeculatiuum, vel vtrunque ſimul, ſicut dicunt doctores. Poſſum enim habere dubium, vel ſcrupulum, an liceat mihi aliquid facere ſpeculatiuè: ſed quando venio ad opus, non dubito. Quod eſt dicere. Poſſum ego diffinire, non licere accedere ad coniugem, de qua dubito, an putui eam ducere in vxorem: eo quòd ſit impedimentum, de quo antè nunquàm dubitauit, & tamen quando veniam ad opus, ſine aliquo dubio, vel ſcrupulo accedo, & reddo debitum, ſicut ſi quis conſtituat apud ſe ſcribere in die feſto, eſt peccatum: offert ſe occaſio aliquid ſcribendi, & ſcribit, in praxi non dubitans de illicito. His ſuppoſitis reſpondetur.

1. conclu. Prima concluſio. Si quis bona, ſiue mala fide contraxit, & certò cognouit non eſſe verum matrimonium, cum tali certitudine, neq; poteſt exigere debitum, neq; reddere: etiam exiſtente præcepto Eccleſiæ. Probatur ex c. Inquiſitioni. de ſen. excom. Et c. Dominus. de 2. nuptijs. vbi determinatum eſt, ꝙ ſi quis coniugum ſit certus de vita prioris, nullo modo licet reddere, neq; petere. Ratio eſt. Quilibet tenetur ſub mortali nō accedere ad alienā: & ſi ſit fœmina, nō accedere ad alienū, ſed in caſu quando eſt certitudo de priori, eſt acceſſus ad alienam: ergo nullo modo licet: quia ſiue ſit exigendo, ſiue reddēdo, peccatū eſt mortale. (Ratio.)

Dixi, etiam ſi ſit Eccleſiæ præceptū: quia Eccleſia non poteſt quod illicitum eſt, & iure Diuino, & naturali prohibitum, licitum facere, ſed fornicatio iure Diuino, & naturali eſt illicita, vt ſuprà dictum eſt. (in quo defecerunt Duran. & Martinus, qui dicūt ꝙ non de ſe ſit malum, vt ſuprà diximus in 2. p. art. 18. & in hac 3. p. ar. 10.) ergo non poteſt fieri licita per Eccleſiæ præceptum. Et quòd ſit fornicatio eſt: quia eſt acceſſus ad alienam, illicitum erit.

Duran. in 4.d.33.q. 2. Et Martin⁹ in ſuo de tēperātia.q.2. de luxuria. De quo. Soto de iuſti. & iur. lib.5.q.3. art. 3.

Et confirmatur. Eccleſiæ præceptū fundatur in falſa præſumptione, ſcilicet matrimonium verum eſſe inter tales, at Eccleſiæ præceptum fundatum in falſa præſumptione, non obligat in foro conſcientiæ, ſecluſo ſcandalo: vt ipſa Eccleſia explicat, & declarat. Hæc concluſio nulli dubia eſt.

2. conclu. 2. concluſio. Qui dubius eſt, vel ſuſpitionem habet, an matrimonium ſit validum, quia fuit impedimentum vel quia dubitat de vita alterius coniugis, manente dubio, nullo modo poteſt exigere debitum. Patet. (1. Ratio.) Cuilibet præceptum eſt non agere contra conſcientiam; ſed exiſtente tali dubio, petere debitum eſt agere contra conſcientiam: ergo ſequitur quòd nō licet petere. Patet: quia dubitat an ſit vir eius, ergo exponit ſe periculo fornicandi, cum tali dubio petendo, & ad gehennam ædificat. (Ad Ro. 14)

2. Ratio. Eccleſ. 3. Secundo. Quicunq; exponit ſe periculo peccādi mortaliter, peccat mortaliter. Qui enim amat periculum, peribit in illo, ſed qui manente dubio de coniuge, an ſit verus, petēdo debitum ſe exponit tali periculo, vt notum eſt: ſequitur ergo ꝙ nullo modo licet.

Et hæc concluſio eſt determinata expreſsè in c. Inquiſitioni. de ſententia excommuni. vbi dicitur, ꝙ qui probabiliter dubitat, manente dubio, non poteſt exigere debitum. Sic abſolutè abſque limitatione aliqua affirmamus iuxtà determinationem illorum capitulorum.



3. conclu. 3. concluſio. Qui dubitat de vero coniuge quantum ad ſpeculatiuum iudicium, non tamen dubitat quantum ad praxim, exigendo, vel reddendo: poteſt licitè non ſolum reddere, ſed exigere. Volo dicere in cōcluſione, quòd caſu quo alter coniugum dubitat de matrimonio, & tamen in dubio ſic mouetur, vt nunquàm dubitet licere ei petere, & reddere, ſed ſi putat ſibi licitum vtrunque, ſcilicet, petere & reddere, quamdiu ſimul cōiuncti ſunt poteſt petere, & reddere. Probatur. (1. Ratio.) Tali dubio (non exiſtente) poſſet petere, & reddere: ergo tali ſpeculatiuo dubio exiſtenti poterit. patet: quia perinde eſt, acſi non eſſet.

Confirm. Confirmatur. Si eſſet peccatum, maximè quia ſe exponit periculo peccandi: quia in dubijs non ſequitur partē tutiorem, ſed talis nullo periculo ſe exponit: quia accedit ad eum, qui putat ſuum, neq; dubitat de tali actu licito: ſequit̃ ergo ꝙ in tali caſu licet ei.

Ratio 2. Secundo. Si non liceret, maximè ꝗa talis actus eſt emanans à tali dubio, ſed nō emanat (vt ſuppono) quia ad opus applicando, non dubitat.

Ratio. 3. Tertiò. Qui habet dubium ſpeculatiuum, an liceat in die feſto pulſare citharam, vel ſcribere, & tamē ad opus applicando nullum habet ſcrupulum, non peccat ſcribendo, non obſtāte dubio ſpeculatiuo, & nō ex alio, niſi quia ad praxim attendendo, nullū habet dubium: ergo eodem modo in præſenti, quamuis alter coniugum dubitet ſpeculatiuè, ſi tamen practicè nō hæſitet, nullum eſt peccatū. Sic Caiet. in quibuſdam reſponſionibus, & Medina de reſtitu. q. 17. & Nauarro de pœniten. d. 7. c. Si quis autem. (Caiet. Medina. Nauarro.)

Et quidem quantum ad redditionem, expreſsè fatētur authores, inter quos eſt Couarru. in epitome 4. 2. p. c. 7. §. 2. num. 10. vbi ait. Qui tenetur dubio ſpeculatiuo de matrimonio, poteſt quoad praxim non dubitare, quin teneatur reddere debitum petenti. Ex hoc probo concluſionem. Si enim non obſtat dubium ſpeculatiuū (ſi non ſit practicum) quantum ad reddere, eadē ratione non obſtat quantum ad exigere, ſi non habeat dubium practicum de exigendo, quia vtitur ſua. Hanc concluſionem exiſtimo veram, & fauorabilem ad peccata euitanda, maximè pro neophytis noui orbis. Et ad maiorem declarationem ſit. 4. concluſio.

S.Th. in 4. d. 41. q. 1. ar. 5. ad 3. Palu. in 4. d. 30. q. 2. art. 3. Sylu. Matri. 8. q. 3

4. conclu. 4. concluſio. Si quis dubitat de vero coniuge, & adueniente præcepto Eccleſiæ de commanendo ſimul (quia non conſtat de contrario) ſi non dubitat quantum ad reddendū, & exigendum, poterit ſine peccato exigere, & reddere. Volo in hac concluſione dicere, ꝙ ſi quis dubitare cœpit, & in tali dubio conſtitutus vult recedere ob dubium, ſed tamen Eccleſia (quia iudicat de iſto matrimonio, & non conſtat, neq; poteſt conſtare de alio) iubet ſimul manere, vt veros coniuges decet, qui ad præceptum Eccleſiæ non dubitat, licitè exigere, & reddere poteſt. Hæc probatur ex ſuprà dicta concluſione. (1. Ratio.) Nam ſi non poſſet, maximè eſſet ratione dubij: at dubium non obſtat, quia talis non facit contra dubium: nam licet dubitet de coniuge, non dubitat adueniente præcepto Eccleſiæ de exigendo, & reddendo, vt ſuppono: ſequitur ergo quòd non peccat etiam exigendo.

Ratio 2.

Et ex dictis in præcedẽti probatur.
Exiſtente dubio ſpeculatiuo (ſi non ſit
practicum) poteſt exigere, & petere,
vt dictum eſt: ſed quando aduenit
præceptum Eccleſiæ, ſic ſe habet: ſe-
quitur ergo quòd licet. Hanc con-
cluſionem quantum ad hoc quòd eſt
reddere, expreſsè aſſerit quidam do-
ctor in dialogo de ratione dicendi te-
ſtimonium capit. 9. Eam etiam tenet
Magiſter Soto in relectione, de ra-
tione tegendi, & detegendi ſecretum.
membro 3. quæſt. 2. Tenet idem Co-
uarruuias in epitame 4. Decreta. 2.
par. cap. 7. §. 2. numer. 9. Et idem
Soto de iuſtitia & iure. lib. 4. quæſt. 5.
artic. 4. in vltimis verbis, vbi dicit,
quòd quando dubitat de legitimo vi-
ro, poteſt reddere. Et elegantiſſimè
doctor Nauarro in ſuo de pœniten-
tia. d. 7. cap. Si quis. numer. 101. &
102. Et quidem ego pono in conclu-
ſione, quòd poteſt non ſolum reddere,
ſed petere, adueniente præcepto Ec-
cleſiæ: dummodò ſic exiſtimet, & non
dubitet exiſtente tali præcepto de red
dendo, & exigendo: quia ſi ſolum eſſet
præceptum de reddendo, & quan-
tum ad id non dubitaret, manente
dubio quoad exigere, non deberet exi
gere. Neque obſtat quod in cap. In-
quiſitioni. dicitur, quòd ſi dubitat,
reddat, ſed non exigat. Non obſtat
(inquam) quia intelligitur quando
eſt dubium quoad praxim: ſed ſi non
dubitat, ſed putat ſe teneri, adueniẽn-
te Eccleſiæ præcepto, non peccat, vt
dicit concluſio: & infrà clariùs. Quin
ta concluſio maiorem difficultatem
habet, & talis eſt.

Sepulueda.

Soto de ratione tegẽdi ſecretũ.

Couar.

Soto de iuſti.

Nauarro de pœnit.

Intelligentia textus.

5. conclu.

5. concluſio. Si quis bona fide con-
traxit matrimonium, putans priorem
mortuum coniugem, ſi facta diligen-
tia, non poteſt inuenire veritatem, ſed
manet ſemper in dubio, non ſolùm
poteſt reddere, ſed exigere, ſine pec-
cato. Probatur. Matrimonium bona
fide contractum eſt quidam cõtractus
humanus, dato ſit vnum ex 7. ſacra-
mentis Eccleſiæ: ergo ſequitur ratio-
nem aliorum contractuum inquantũ
talis: ſed in alijs contractibus, qui eſt
dubius de illo quod poſſidet, faciendo
diligentiam, iuſtè poſſidet, & non tene
tur à poſſeſſione deſiſtere, & dominio,
quod acquiſiuit bona fide: ergo ea-
dem ratione quando duo bona fide
contraxerunt, & alter in alterum po-
teſtatem tranſtulit ſui corporis (ad-
ueniente dubio, facta diligentia, & non
inuento proprio domino) poteſt reti-
nere: ergo poterit exigere ſicut & po
teſt reddere: quia eo modo ſe poteſt
habere, ſicut ſe habebat antequàm eſ-
ſet dubium, ſed ante dubium poterat
licitè exigere, & reddere: ergo etiã in
tali dubio, quando fecit quod in ſe eſt
ad ſciendum veritatem. Hanc conclu-
ſionem tenet expreſsè Magiſter Soto
in ſuo de iuſti. & iure. lib. 4. q. 5. ar.
4. in fine. Ait enim. Si quis dubitat
de vero coniuge, & diligentiam facit, &
non poteſt inuenire, poteſt exigere,
ſicut & reddere petenti. Hanc eandẽ
ſententiam tenet abſolutiſſimus, &
vnicus noſtri tẽporis Theologus olim
magiſter meus Victoria, qui ponit, ꝙ
in dubio, quando non poteſt conſtare,
licita eſt poſſeſſio, & ſic poteſt exi-
gere, & reddere. Et quidam alius ma-
giſter non pœnitendus Salmantinus
in ſuis reſolutionibus dicit hanc opin.
valde probabilem. Et ipſe contendit
eam limitare ſic. Vel timet mulier
fornicationem, vel non. Si timet, pe-
tat, & reddat, ſed ſi non timet, ſolum
reddat. Hæc ille. At nos abſolutè
dicimus poſſe petere, ſuppoſito bona
fide contraxit. Nam ſi aliquis habet
vſufructum hereditatis, non debet pri
uari tali vſufructu in dubio, vſquedũ
conſtet. Neque hoc appareat diffi-
cilè, quandoquidem cum dubio, an ſit
verus coniux, poteſt quis exigere, vt
de illo qui impotens eſt, & nõ conſtat,
an ſit perpetua impotentia, per trien-
nium poteſt dare operã ad id, vſque-
dum ſit certus. In cap. Laudabilem.
de frigidis, & maleficia. Authen. De
nuptijs §. Per accuſationem. Hæc con
cluſio ſit aſſerta contra communem
opinionem, ſaluo ſemper meliori iu-
dicio, apud me tamen dubium non
eſt.

Cõtra Adria. quolib. 2. ar. 3. & in 4. fo. 57. & 58.

1. Cor. 7. Ad Ro. 7.

Soto in 4. to. 2. d. 27. q. 1. art. 2. & d. 37. q. vnic. art. 5. Victoria.

Pano. in c. ſi. de præſcrip. c. Si virgo. 34. q. vni.

Contrariũ Adri. in 4. fo. 52.

Sup. p. p. art. 40. cõclu. 2.

Cõtra op. cõmunionem.

*Etiam



* Etiam ſi egregius vir F. Antonius
de Cordoua minorita in ſuo libro 3.
de conſcientia. q. 8. non probet, & eã
impugnare contendat, verum pro ea
facit Summus Põtifex Pius Quintus,
qui proprium motum dedit præſenti
anno in hæc verba. Pius Papa Quin-
tus, ad perpetuam rei memoriam, Ro-
mani Pontificis, equa, & circunſpecta
prouidentia, ne ea quæ pr o ſalutis In-
dorum nouiter ad fidem cõuerſorum,
& conuertendorum directione ſanciri
debẽt, & terminari alicuius hæſitatio-
nis ſcrupulo ſubiaceant declarationi-
bus, & alijs opportunis conſueuit pro
uidere remedijs, cum itaq; ſicut acce-
pimus Indis in ſua infidelitate manen-
tibus, plures permittantur vxores,
quas ipſi: etiam læuiſſimis de cauſis
repudiant: hinc factum eſt ꝙ recipien-
tibus baptiſmum, permiſſum ſit mane
re cum ea vxore, quæ ſimul cum ma-
rito baptizata exiſtit, & quia ſæpe nu
mero contingit illam non eſſe primam
coniugem, vnde tam miniſtri, quàm
Epiſcopi grauiſſimis ſcrupulis torquẽ
tur, exiſtimantes illud non eſſe ve-
rum matrimonium. Sed quia duriſ-
ſimum eſſet ſeparare eos ab vxoribus,
cum quibus ipſi Indi baptiſmum ſu-
ſceperunt, maximè quia difficillimum
foret primam coniugem reperire.
Ideò nos ſtatui dictorum Indorum pa
terno affectu benignè conſulere, atq;
ipſos Epiſcopos, & miniſtros huiuſ-
modi ſcrupulis eximere, volẽtes motu
proprio, & ex certa ſcientia, ac de
Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vt
inde ſic vt præmittitur baptizati, &
in futurum baptizandi cum vxore,
quæ cum ipſis fuerit baptizata, & bap-
tizabitur remanere habeat tanquàm
cùm vxore legitima, alijs dimiſſis A-
poſtolica authoritate tenore præſen-
ti declaramus, matrimoniumque hu-
iuiuſmodi legitimè inter eos conſiſte-
re ſicque per quoſcunque iudices &
commiſſarios, quauis authoritate fun
gentes ſublata eis, & eorum cuilibet
quauis aliter iudicandi, & interpretan
di facultate, & authoritate iudicari, ac
diffiniri debere. Et ſi ſecus ſuper his à
quocunq; quauis authoritate ſciẽter,
vel ignoranter contigerit attentate ir-
ritum, & innane decernimus, non ob-
ſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in
prouincialibus, ac in ſynodalibus Con
cilijs æditis generalibus, vel ſpeciali-
bus conſtitutionibus, & ordinationi-
bus, cæteriſq; contrarijs quibuſcun-
que. Datis Romæ apud Sanctum Pe-
trum, ſub anulo Piſcatoris die 2. Au-
guſti, anno 1571. anno 6. noſtri Pon-
tificatus, hæc ad literam. Certum eſt
Summum Pontificem loqui quando
prima inueniri non poteſt, nam aliàs
eſſet contra ius naturæ, & Diuinum
diffinire, vt conſtat in cap. Gaudemus.
Extra, de diuortijs intelligi: ergo de-
bet Summus Pontifex quando ſic eſt
dubium, ꝙ prima inueniri non poteſt
moraliter; tunc enim melior eſt condi
tio poſſidentis, vt in 5. conclu. dicitur.

6. conclu.

Sexta concluſio. Si quis mala fide
contraxit, manente dubio, licet poſſit,
diligentia facta, reddere, non tamen
poteſt petere. Patet ex c. Dominus.
citato. & cap. Inquiſitioni. Et ratio
eſt: quia non poteſt iuuari iuſta poſ-
ſeſſione ad exigendum, eo ꝙ mala fide
cœpit poſſidere. Et in hoc differentia
ſtat inter illum qui bona fide contra-
xit, & qui mala. Neque iſte poteſt
iuuari, ſi non habet dubium practi-
cum, vel ſpeculatiuum: quia quan-
do cœpit operari, mala fide cœpit. Se-
cùs qui bona fide.

Ratio.

Nota.

Corolla.

Ex iſtis omnibus poterit quis infer-
re pro noui orbis indigenis doctrinam
conſideratione dignam, & ad liberan-
dum non paucos ab ęterna damnatio-
ne. Si quidem contingit nõ raro, imò
frequentiſſimè olim in principio ſuæ
conuerſionis, incipiunt dubitare de
vero coniuge: quia quando baptizan-
tur, vel non plenè intellexerant, quæ
ab Eccleſia in cap. Gaudemus. & cap.
Quanto. de diuortijs. diffinita ſunt,
vel ob defectum linguæ, vel ob defe-
ctum ſcientiæ in ipſis miniſtris: putan
tes repudiatam non neceſſariò recon-
ciliandam. Inſtructi verò ſucceſſu tẽpo
ris dubitant, & dicunt ſe habuiſſe prio
rem coniugẽ: qui certo ſciunt viuere,

Pro neophytis.

Nn 3 vel

vel dubitant de vita. Et dato certo ſciant viuere, non eſt certum, an ille qui viuit, habuit aliam priorem. Et interrogatus qui viuit, aſſerit ſe habuiſſe aliam ante, de qua non conſtat: imò neque poteſt cõſtare, an habuit alium priorem virum, ſed eſt quodammodò

Victoria. Soto vbi ſup. & alij.

proceſſus in infinitum. Vel dubitat quidem an viuat vir, & neſcit vbi habitat, tunc facta diligentia nõ poteſt certior fieri de priori, in tali caſu, quia conſtat de iſto matrimonio, in quo nunc eſt: etiam manente tali dubio, poteſt & exigere, & reddere: quia eſt in iuſta poſſeſſione, quando bona fide contractus eſt celebratus: ob id ſi non poteſt relinquere dubium, licitè manet. Neq; eſt neganda abſolutio, neq; eſt opus dicere vt diuertat, & hunc relinquat, quandoquidẽ non poteſt eſſe certitudo de alio. Et confeſſores notent iſta: quia multum facit ad quietem cõſcientiarum neophytorũ.

cõfeſſores notent.

Et idem eſt dicendum, ſi coram Eccleſiaſtico iudice poſt dubium, tractatur cauſa matrimonialis, & deficientibus probationibus, nõ poteſt dari ſententia diuortij, & manent in dubio de matrimonio, & iudex præcipit vt maneant ſimul, & non ſeparentur, in tali caſu, obediendo poteſt exigere, & reddere ſine peccato, ſuppoſito non ſit certitudo de alio viro, ſed ſolum dubium: quia ſi eſſet certum, non liceret, etiam adueniente Eccleſiæ præcepto. Et quamuis olim ego in opinione fui contraria, vt iuxta verba. ca. Inquiſitioni. cum tali dubio non liceret exigere, nũc videtur probabile licere, quando bona fide contraxit, & fecit ſufficientem, & neceſſariam diligentiam, & non potuit inuenire certum ſaluo tamen meliori iudicio (vt dixi) etiam ſi oppoſita opinio ſit communis, tamen hæc probabilis apparet.

c. Inquiſitioni.

Non tamen tenendus eſt Magiſter ſent. d. 38. 4. & Hugo. lib. 2. de ſacramentis. p. 11. c. 6. qui dicunt, ꝙ caſu quo eſt certa de alio coniuge, liceat ob Eccleſiæ præceptum commiſceri non ſuo. In quo & alij aberrauerunt, vt Hoſtien. in c. Propoſuit. de coniugio ſeruorum. quando dixit, ꝙ tempore litis pendentiæ poteſt quis commiſceri ei, cui mouetur quæſtio ſtatus, ad mandatum Eccleſiæ, abſque hoc quòd in eam velut in vxorem de nouo conſentiat. Nec probari poteſt per cap. Literas. de reſtitutione ſpoliatorum. Nam ibi Innocent. refert aliorum opiniones. Quod & notauit eleganter clariſſimus doctor Medina in ſuo de reſtitutione q. 17. Quamuis Adrianus in 1. quolib. art. 3. ad 3. nõ reprobet. Tamen quando dubium eſt, præceptum Pontificis facit ad tollendum culpam: quia in ambiguis Eccleſiæ diffinitionibus ſtandum eſt. Patet ex cap. Maiores. de baptiſmo, & eius effectu. Et in Deute. dicitur, ꝙ res dubiæ ad ſacerdotem deferantur. Et patet 23. q. 3. c. Quod culpat. Sic ergo cum manente dubio Pontifex dat, vt poſſit reddere, quando bona fide contractum eſt, & facta diligentia inueniri non poteſt certum, poterit & petere: quia per Eccleſiam præcipitur ſimul manere. Et quando dicitur, ꝙ petat, & non reddat, debet intelligi, vel quando mala fuit fides, vel quando nõ eſt facta diligentia ſufficiens, vt dictum eſt, & in ſolutionibus argumentorum dicetur.

Cõtra magiſt. & Hugonem, & Hoſtien.

Medina.

Deut. 17.

Textus declaratio.

Ad primum argumentum ex c. Dominus. de 2. nuptijs. reſpondet Adrianus quolibet 2. art. 3. & in 4. ꝙ ille textus procedit in foro exteriori, & non in foro conſcientiæ. Ait ipſe. In foro conſcientiæ manente dubio, ſicut non poteſt exigere, neq; poteſt reddere, quia eſſet peccatum: & Eccleſia nõ poteſt dare licentiam ad peccatum, at in foro exteriori, quia non poteſt Eccleſiæ conſtare, concedit quòd poſſit reddere.

Ad argu. pri. reſpõ. Adrianus. in 4. de reſtitu. & de præſcrip. fo. 52. 57.

Cõtra Adria. Soto de iuſti. li. 4. q. 5. art. vlt. in fine.

Sed hoc ſtare non poteſt, & ab omnibus eijcitur. Siquidem ſi textus ille ſolum in foro exteriori debet intelligi: Eccleſia nihil concedere fauorabile, ſed potiùs offendiculum præberet peccandi mortaliter: nam dicit, ꝙ poteſt reddere, ergo dat intelligere, ꝙ licitè poteſt: quia id poſſumus, quod

lege



lege poſſumus. l. Nepos. de ver. ſig. Regula, Beneficium. de reg. iu. lib. 6. Et ſi in foro interiori non licet, peccaret vtens Eccleſiæ licentia. Et hoc Adriani aſſertum latè impugnat Nauarro in ſuo de pœnitentia, loco citato. nu. 90. & 91.

Nauarro. de pœnit. d. 7. c. ſi q̃s

ſolutio autoris.

Nos vero cõcedimus quòd in dicto c. diffinitum eſt, in dubio licitum eſſe reddere. Nam exiſtente tali dubio, eſt dubium quòd ſit peccatum commiſceri illi, de quo dubium eſt, an ſit verus coniux: & eſt dubium, an denegare debitum ſit peccatum iniuſtitiæ: quia non conſtat non eſſe verum coniugem in tali dubio. Et quia melior eſt conditio poſſidentis, iuſtè reddit debitum petenti, & ad præceptum ſuperioris excuſatur, vt docet Palud. in 4. imò non ſolum reddere in conſcientia poteſt, ſed exigere: vt in concluſionibus dictum eſt, quando eſt Eccleſiæ præceptum. Et facta diligentia, non poteſt veritas inueniri, eo modo quo in ſuperioribus expoſitum eſt: & à Doctoribus citatis, quando bona fide fuit contractum matrimonium.

Palud. d. 29. q. 2. art. 3.

2. Solutio. Adriani.

Adrianus in loco citato aliam dat ſolutionem, vt, ſcilicet, intelligatur de poſito dubio: ita vt manente dubio, nunquàm liceat. Quod probat: quia conſcientia erronea nõ excuſat à peccato, ſi ſecundum illam operetur, vt docet. S. Tho. Sic in propoſito, dubietas animi non excuſat: ob id oportet deponere dubium, aliàs quicquid faciat, peccat ſe conformando, & ſe diſſormando.

S. Tho. 1. 2 q. 19. ar. 6.

Reijcitur ſolutio. Adrian.

Verum hæc ſolutio etiam reijcienda eſt: nam ibi Pontifex non loquitur de dubio tollendo, ſed eo manente, ponit differentiã, & dat quòd poſſit reddere: cùm negat poſſe exigere. Quod ſi eſſet intelligendum, quòd depoſito dubio, eo modo poſſet exigere, ſicut & reddere, vt patet expreſsè in c. Inquiſitioni.

Intelligentia textus.

Sed ad intelligentiam textus, quo caſu ſtante dubio probabili, ſeu credulitate poteſt reddere, & ſine peccato in foro conſcientiæ, eſt conſiderandũ, quòd iſta non repugnant, quòd quis dubitet, an ſit verus coniux, nec ne, & tamen quòd adueniente præcepto ſuperioris, liceat ad eum accedere, & ſic credit, vel opinat aliquid quoad vnũ effectum ſufficere, quod tamen non credit, vel opinatur quoad aliud, vt ſimiter credo abſq; hæſitatione, hoſtiã, quam leuat ſacerdos in altari, adorandam abſolutè, & ibi eſſe realiter Chriſtum. Tamen non credo ſic de fide ibi eſſe corpus Chriſti, realiter ad hunc effectum, vt pro iſta veritate ſubeam mortem: quia hæc propoſito. Sub hac hoſtia eſt corpus Chriſti, non eſt de fide, quia poteſt eſſe quòd ſacerdos non conſecrauit, vel non habuit intentionem, licet protulit verba, vel quòd nõ eſt ſacerdos, qui celebrat. Ob id fides ſolum, eſt de iſta. Sub hoſtia ritè conſecrata eſt Chriſtus realiter, cui non poteſt ſub eſſe falſum.

S. Th. quolibet. 5. ar. 12.

Maio. in 3. d. 3. q. 10.

S. Th. in 3. d. 9. q. 1. arti. 2. quæſtiuncula 6. ad 2.

Item. Iudex per præſumptionem de crimine conuictum, credit feciſſe tale crimen ad eum condemnandum aliqua pœna extraordinaria, tamen non credit ſufficere ad condemnandũ eum pœna mortis, vt Inno. docet in c. Quia veriſimile. de præſump.

Innocen.

Ad formã argum.

Ad propoſitum ergo, ſoluitur argumentum ex c. Dominus. Stat enim ꝙ illa mulier dubitet, vel ſuſpicetur hũc cum quo nunc eſt, ſuum maritum eſſe, & ſic quoad exigendum dubitare, an ſit ſuus maritus, cum tamen non dubitet quoad hoc, quod eſt petenti reddere. Et ſimili ratione poteſt eſſe, ꝙ mulier dubitet etiam nõ leuiter hunc eſſe ſuum legitimum virum: & tamen quòd veniente præcepto Eccleſiæ, quæ dicit non celebrandum diuortiũ, ſed quòd maneant vt vir, & vxor, non dubitet, quòd liceat ei & exigere, & reddere, manente adhuc dubio de priori viro: nam ſicut poteſt dubium auferri quoad hoc quod eſt reddere, poſſet etiam quoad hoc quod eſt exigere cùm tali dubio, exiſtente Eccleſiæ præcepto. Et à ſimili Ioan. Gerſon in 2. p. reſpondet cuidam ſcholari, qui vnam literam in bulla Apoſtolica emẽdauit, non debere ſe excommunicatum putare, neq; irregularem ad effectum ceſ-

Gerſon.

ſandi à celebratione miſſarum. Et tamen ea mente debere eſſe, vt opportunitate data, ad abundantem cautelam non ſpernat, & petat abſolutionem. Et ſic manet ſolutum argumentum. Hanc ſolutionem dat in parte Nauarro in loco citato, & alibi, & multis probat exemplis, numero 104. Nos autē addidimus non ſolum verum tenere quoad reddere petenti, ſed etiam quoad exigere. Nam ſicut ſtante dubio de primo coniuge, poteſt non dubitare de iſto quoad reddendum, poterit etiam quoad exigendum, maximè quando facta diligentia non poteſt inueniri certum, vt in concluſionibus dictum eſt.

Nauarro de pœnit. d. 7. ca. ſiquis. n. 101

Solutio notanda pro neophytis

Eſt ſolutio notanda, & deſſeruiens pro noui orbis neophytis, qui non ſolum Epiſcopi præceptum, ſed cuiuslibet miniſtri, ſiue in confeſſione, ſiue extra vt oraculum habent, & venerantur. Et in tali dubio dicendum, ꝙ non relinquat hunc quem habet, quia de alio, de quo dubitat, certū nō eſt: ſufficiens erit hoc, vt nullum maneat dubium ad reddendum petenti, imò neq; ad exigendum.

Proteſtatio autho.

Et hæc ſic dicta in fauorem neophytorum intelligantur, ſemper tamen ſubijcientes nos Eccleſiæ determinationi. Hæc vero non ſolum contra determinationem poſitam non ſunt, ſed potiùs ſecundum eam putamus eſſe: vt in ſolutione ſequentis argumenti fiet manifeſtum. Et maximè pro noui orbis indigenis dixerim: quia quando quis incipit dubitare de alio coniuge, vix poteſt (etiam ſumma diligentia adhibita) certum haberi: ob facilitatem quàm olim in infidelitate habebant repudiandi, tam ex parte viri, quàm ex parte fœminæ, vt omnibus miniſtris conſtat.

Ad 2.

Ad ſecundum dicendum ita eſſe, licere contra dubium agere interdum: nam in illo cap. Summus Pontifex determinat, quòd ſtante dubio probabili de alterō viro priori, poteſt reddere debitum, quod & nos fatemur. Et libet verba textus adducere.

Verba textus.

*Inquiſitioni tuæ reſpondentes credimus diſtinguendum: vtrùm ſi alter coniugum pro certo ſciat impedimentum coniugij, propter quod ſine peccato mortali non valet carnale commercium exercere quãuis illud apud Eccleſiam probare non poſſit: an non ſciat pro certo, ſed credat. In primo caſu debet potius excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quàm per carnale commercium peccatum operari mortale. In 2. diſtinguimus, vtrùm habeat conſcientiã huiuſmodi ex credulitate leui, & temeraria, an probabili, & diſcreta. Et quidem ad ſui paſtoris conſilium conſcientia leuis, & temerariæ credulitatis exploſa, licitè poteſt non ſolum reddere: ſed exigere debitum coniugale. Verum cum conſcientia pulſat animum ex credulitate probabili, & diſcreta, quamuis non euidenti, & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet: ne alterutro vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conſcientiæ committat offenſam.* Hæc ibi. Ecce quomodo in dubio probabili licet agere, reddendo. Nos vero in concluſionibus diximus, ꝙ non ſolum poteſt reddere petenti (tali probabili dubio exiſtente) ſed etiam poteſt exigere. In caſu enim quo facta diligentia de alio priori viro, non poteſt inueniri quod certum eſt, poteſt reddere, & exigere, quando bona fide contractum eſt: quia ſi mala fide debet reddere, & non petere. Et quando mala fide fuit contractum matrimonium, in c. Dominus. eſt manifeſtum. Et ratio eſt: quia in alijs contractibus ſic euenit, ꝙ quando quis iuſtè poſſidet (licet incidat dubium) vſq; dum ſit certus, iuſtè poſſidet, & non tenetur alienare rem.

Obiect.

Sed contra hoc ſeſe offert Pontificis determinatio in litera adducta, vbi dicitur, quòd in tali caſu licet poſſit reddere, non debet petere. Ad quod reſpondetur multis modis.

1. Solutio.

Primo, ꝙ textus habet verum, quando quis mala fide contraxit: tunc enim cùm ſit in dubio, nullo modo poteſt exigere: quia nullum videtur acquiſiuiſſe ius ad petendū: at verò qui bona fide contraxit, iam videtur accepiſſe poſſeſſionem iuſtam. Quod ſi poſtea eueniat dubium



dubium, poterit & reddere, & petere. Et non eſt contra textum, qui in primo ſenſu venit intelligendus.

2. ſolutio.

Secūda ſolutio eſt, quòd textus intelligatur, quòd ſtante dubio, non liceat petere, quamdiu manet in negligentia inquirendi veritatem. Facta tamen diligentia humana, quæ ſolet fieri in negotijs arduis, ſi non inueniat alium eſſe proprium virum, conditio melior poſſidentis eſt: & poteſt petere, & reddere: nam graue eſſet nimis aſtringere aliquem ad manendū in matrimonio, & quòd nullo modo poſſet vti coniuge ſuo exigendo. Et in hoc ſenſu Magiſter Soto, & alij (vbi ſuprà) dicunt, quòd facta diligentia, poteſt exigere.

Nota.

Intellige hoc etiam ſi facta tali diligentia, maneat dubium de vero coniuge: quia ſi non manet dubium, nullus eſt qui dubitet poſſe exigere. Et apertè in textu habetur, quòd ablato dubio, poteſt exigere, & ſeddere.

3. ſolutio.

Tertia ſolutio ſit, ꝙ in caſu quo manet dubium, non licet exigere, ſed tantum reddere, intelligatur quãdiu manet dubium de hoc, quod eſt exigere: quia non licet ei, eo ꝙ ageret contra conſcientiã, & qui contra conſcientiam facit, ad gehennam ædificat. teſte

Ad Ro. 14

Paul. Verum quando dubium manet, & adueniente præcepto Eccleſiæ compellitur pſiſtere in matrimonio, ſicut ſtante dubio de vero coninge, non eſt dubius quantum ad hoc ꝙ eſt reddere petenti, & ob id licitè reddit, ſic eodem modo, ſi manente dubio de legitimo coniuge: quia non poteſt deſiſtere à matrimonio, nō dubitat an liceat petere, licitè petit.

Ad 3.

Ad 3. argumentum reſpondetur cō cedendo, ꝙ ſuperiori obediendo tali dubio (dummodò non remaneat dubium circa hoc quod obediédo eſt ei) non erit peccatum reddere: imò neq; exigere, ad ſenſum declaratum.

Noua opinio, tamen probabilis

Et quidem licet hæc opinio videatur noua contra communem opinionem, nō tamen abſque ratione citati magiſtri aſſerunt, & nos ſubſcribimus. Et eam ſequendo, non eſt periculum: quia ſtat quòd maneat dubium quoad hoc, an ſit coniux, & non maneat quoad hoc, an liceat exigere, & reddere. Sicut in ſcrupulo ſpeculatiuo de aliquo vitando docet Caiet. licere agere contra, quando non eſt contra practicum ſcrupulum.

Caiet.

Et adducit clariſſimus Medina in ſuo de reſtitu. q. 17. vt diximus ſuprà.

Medina.

Et quidem ſequi hanc opinionem (vt diximus) eſt nimis fauorabile, & nullum periculum. Nam impoſſibile moraliter apparet, quòd duo maneant ſimul, & quòd tantum alter ſe cōtineat, vt nunquàm exigat.

* Dubium eſſe poſſet hic, an in caſu quo impedimentum eſſet occultum, & non poteſt commodè remedium adhiberi, niſi per diſpenſationem, & ad Papam non poteſt eſſe acceſſus, an per Epiſcopum poſſit fieri, vt ſibi bona fide contraxit, &c. Syluester in verbo diſpenſatio. q. 9. & Summa Angelica eodem verbo. §. 5. & Nauarro in on nuali. c. 22. nu. 87. & Margarita c pe feſſorum tenent, quòd quando im dimentum eſt occultum in illis quæ ſunt humano iure prohibita, & ſeparatio non poteſt eſſe abſq; ſcandalo: quòd tunc per Epiſcopum poteſt fieri diſpenſatio. Et iuris periti in cap. Ad ſi clerici de iudicijs dicunt, quòd in caſu neceſſitatis, vel magnæ vtilitatis nouiter emergentis. Et tempore conſtitutionis inexcogitatæ, poteſt Epiſcopus diſpenſare in illis, in quibus ſolus Papa aliàs diſpenſat. Hæc opinio habet ſua fundamenta, & probabilis reputatur, & practicari poſſet. Sed cont[illegible]a opinio eſt tutior, quòd in caſu quando eſt impedimentum, quòd impedit contrahendum, & dirimit contractum, quamuis occurrat neceſſitas extrema, non niſi per Papam diſpenſatio fieri poteſt. Sic Soto de iuſtitia & iure. lib. 1. quæſt. 7. artic. 3. & in 4. diſtin. 37. q. 1. arti. 2. & communiter ſic practicatur. Et quidem vt diximus, quòd quãdo quis bona fide contraxit, & dubitat de vero coniuge, ſed diligentiam adhibendo non poteſt inuenire, vt poſſet non ſolùm reddere, ſed exigere. Quòd tamē non

non poſſet qui mala fide contraxit, ſic in propoſito dici poſſet, quòd prima opinio in tali caſu poſſet habere locũ, ſi commodè ad Papam non poſſet eſſe recurſus. Sic Soto quamuis non aſſerat pro prima opinione videtur facere, quia in Concilio Tridentino ſeſſione 24. c. 6. de reformatione diffinitũ eſt in hæc verba. Liceat Epiſcopis in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex occulto delicto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario. Et exceptis etiam alijs deductis ad forum contentioſum, & in quibuſcũq; caſibus occultis, etiã ſedi Apoſtolicæ reſeruatis delinquentes quoſcunq; ſibi ſubditos in ſua dioeceſi, per ſe ipſos, aut per vicarios ad id ſpecialiter deputatos in foro conſcientiæ gratis abſoluere, &c. Hæc in Concilio, ſed tamen & ſi Cõcilium faueat, an tamen in impedimẽtis occultis matrimonij quæ dirimunt contractum locum habeat hæc diffinitio, non eſt certum, quia cauſæ matrimoniales, tã ſunt ſpeciales: vt videantur requirere ſpecialem mentionem. De quo vide egregium doctorem F. Antonium de Corduba minoritam in ſuo quæſtionario q. 11.

Reſtat (vt colophonẽ apponamus) duas quæſtiones appendices addere ſatis congruentes. Prima eſt, an qui fictè conſentit, teneatur ſub mortali ducere illam quam decepit. Secunda, vtrùm pater in foro conſcientiæ poſſit exhæredare filium, vel filiã: quia ipſo inuito contraxit matrimonium.

## ARTICVLVS XIX.

*An qui fictè alicui promittit, teneatur eam ducere.*

Supr. p.p. art. 2

QVIA de matrimonia loquuti ſumus, & neceſſarium diximus conſenſum, vt ipſo deficiente, nullũ ſit quo ad Deũ: operæpretium erit ſcire, an qui fictè alicui promiſit ipſam accepturum, & tamen interius non cõſentit, teneatur eam ducere, de nouo conſentiendo.

1. Argu.
Et videtur quòd non teneatur. In matrimonio requiſita eſt ſumma liber tas, vt diximus in prima parte: quia vinculum indiſſolubile, & ſemel ligatum, non poteſt ſolui: ergo ſequitur ꝙ non tenetur talis, qui fictè promiſit, talem ducere: quia aliàs ad matrimonium cogeretur.
Matt. 19.

2. Argu.
Secundo. Si talis qui fictè promiſit teneretur illam ducere, vel eſſet iure naturæ, Diuino, vel humano: at nullo iure obligatur, ergo non tenetur. Non iure naturæ: quia iure naturæ non poteſt cogi ad contrahendum: imò iure naturæ habet libertatem plenam ad contrahendum. Et ſi iure naturæ eſſet obligatio, eſſet adimplendi promiſſum: ſed obligatio adimplendi præſupponit voluntantem transferendi dominium rei promiſſæ, qualem ponimus non fuiſſe: ſiquidem dominium non transfertur verbis, ſed voluntate veri domini. Nec iure Diuino tenetur: quia nullibi tale ius à Deo. Nec iure humano conſtat, quia ſi compellatur ducere, erit ex præſumptione quã habet Eccleſia, ꝙ conſenſus fuit conformis verbis, cui ſi cõſtaſſet defuiſſe, non obligaret.
Sup. p. p. art. 8.
Soto de iuſti. & iure. lib. 4. q. 5.

3. Argu.
Tertio. Si talis poſt promiſſionem fictam contrahat cum alia ſecunda cõſentiendo, eſt verum matrimonium: ergo nõ tenetur ducere primam: nam ſi teneretur ducere, videtur ꝙ non teneret obligatio cum ſecunda. Sicut ſiquis promiſit Petro equum, & acceptauit Petrus: ſi poſtea det Ioanni, non tenet datio: quia dat alienum. Quòd ſi conſtet Ioanni, tenetur Petro reſtituere.

In cõtrar.
In contrarium eſt: quia quilibet tenetur de damno dato, & non poteſt talis damnum reſarcire, niſi ducendo eã: ergo tenetur.

Hæc quæſtio in proprijs terminis mota eſt, eo quòd aliqui legentes in quodam nuper edito præclaro libro, & doctrinæ refertiſſimo, in quo in materia nihil deſiderandum, neque reijciendum,



qui Manuale cõfeſſorum intitulatur, lingua vernacula ex propoſito editum, priùs à quodam religioſo viro docto minorita regularis obſeruantiæ prouinciæ Pietatis, poſt viſum, recognitum, probatum, in multis additum, & refertum à doctore Martino Nauarro de Azpilcueta, viro doctiſſimo, & probatiſſimo, in iure quidem eminentiſſimo, & in Theologia verſato, vt eius varia in diuerſis materijs edita probant opera, maximè illud, qđ de pœnitentia eſt. Hic (inquam) in c. 16. citati libri nu. 18. ait. *Si le prometio caſarſe con ella, ora le prometieſſe de veras, ora fingidamente, con animo de la engañar, es obligado a complir lo que le prometio, aſſi en el fuero de la conſciençia, como en el exterior. Y mucho mas ſi le juro*. Hæc ibi ad literam. Cùm ergo hæc verba ſonent talem teneri, legentes admirati ſunt de tam graui dicto, & ſtatim virgam Cenſoriã extendentes, delendum iudicauerunt. Nos tamen (ſicut aliàs fecimus) in nullius verba hominis iurantes, niſi ſolius Chriſti, examinandũ ſuſcepimus, non extra propoſitum, & intentum noſtri Speculi coniugiorum digreſſi. Pro cuius ſolutione notandum.

Nauarro vir doctiſſimus.
Verba in Manuali poſita.

1. Nota. Ille qui alteri promiſit, poteſt ſe habere tripliciter, vel eſt æqualis, tam diuitijs, quàm nobilitate, puellæ cui promiſit, vel inferior, aut ſuperior. Et quòd ſuperior ſit, intelligo notabiliter (non parum excedens) quia quod parum diſtat, nihil diſtare videtur.
Ariſtote.

2. Nota. Secundo. Iſte exceſſus, qui eſt ex parte viri, poteſt eſſe cognitus à puella ſeducta, vel ignoratus: imò quia exiſtimabat ſibi fore æqualem, vel minorem, quamuis ſit ſuperior in veritate.

3. Nota. Tertio. Ille qui protulit verba, volens puellam ſeducere, vel cognouit eam carnaliter, & ob id protulit, vt ſeduceret cognoſcendo, vel ꝓtulit quidem, ſed eam non corrupit, vel aliàs corrupta erat, ſed acceſſum habuit ad eam. His ſic adnotatis, ſit prima concluſio.

1. conclu. Prima concluſio. Qui promiſit fictè alteri, ſiue cognouerit eam, ſiue non, ſiue fuerit virgo, ſiue corrupta, ſiue æqualis conditione, ſiue non mortale peccatum commiſit: quia omne mendacium pernicioſum mortale peccatum eſt, ſed qui fictè promiſit, pernicioſè valde mentitus eſt, vt conſtat, ergo peccauit mortaliter. Hęc eſt ab omnibus recepta abſq; aliqua controuerſia.
S.Th. 2.2. q.110.

2. conclu.
2. concluſio. Quicunq; alteri promiſit, ſiue cognouerit eam, ſiue non, ſiue ſit æqualis conditione, vel ſuperior, tenetur ſub mortali promiſſum adimplere. Patet. Quicunq; iniuriam ꝓximo infert in re graui, peccat mortaliter: ſed qui promiſit (dummodò alius acceptauit) iniuriam infert in re graui, ergo eſt mortale.
1. Ratio.

2. Ratio.
Secundo. Qui aufert à proximo qđ ſuum eſt, peccat mortaliter, niſi ob paruitatem materiæ excuſetur, quia furtum mortale eſt: ſed qui promiſſum non adimplet, poſtquàm alter acceptauit, eſt huiuſmodi: quia debitor conſtitutus eſt. Hæc concluſio ſuprà declarata eſt, quando de ſponſalibus fuit ſermo, vbi ex communi ſententia doctorum eſt probatum, ꝙ poſt ſponſalia etiam de futuro tranſire ad aliud matrimonium mortale eſt: quia fractor promiſſi habetur.
S.Th. 2.2. q.64.
Sup. p. p. art. 16.

3. conclu.
3. concluſio. Qui fictè promiſit alicui puellę, quam cognouit carnaliter, & corrupit, ſi ſit notabiliter excedens in conditione diuitiarum, & nobilitatis, & puella non ignorat, licet peccauit mortaliter, non tenetur ſub mortali eam ducere, ſed poteſt aliàs damnum reſarcire, vel dotando ſecundum eius conditionem, vel aliàs, ad arbitriũ boni viri. Probatur. quia ſi talis tenetur eam ducere, maximè quia videtur ſeduxiſſe puellam innocentem, ſed non videtur, neque præſumitur ſeducta, quandoquidem cognoſcens exceſſum, debuit pręſumere ſeductionem, & ſic conſenſit virtualiter in talem ſeductionem: qua propter non tenetur eam ducere: quia volenti, & conſentienti nulla fit iniuria: nam in tali caſu præſumitur, ſicut ſi apertè dixiſſet fictè ſe promittere, quia debuit præ-
Albertic. de Roſa in ſuo dictionario. Matri. 4.
Ariſto. 5. Ethi. c.9.
S.Th. 2.2. q.59. ar.3.

præſumi, ſicut ſi homo quidam nobilis, & diues, puellæ ex infima plebe promitteret eam ducere, ſi conſentiat in eum: meritò talis fœmina decipitur, & ſibi imputet, ſi conſentiat: quia deberet ſuſpicari talem ſeducere, & fictè verba proferre, ob id ſufficiat, ſi aliàs reſarciat damnum dotando, quia tenetur ad aliquid. Et ſic in c. 16. nu. 18. in Manuali confeſſorum limitatur

Verba del Manual.

dictum iſtis verbis. *Si non fueſſen muy deſiguales en hazienda, y qualidad: como ſi el fueſſe hijo de vn Cauallero, y ella hija de vn labrador, o official mecanico: ca en tonces preſumir ſe puede que ella fingio ſer engañada, y que no la engañaron. Por lo qual no es obligado a nueſtro pareçer a mas de darle lo que es meneſter para alcançar buen caſamiento, como alcançara eſtando con ſu honra, o poncella en eſtado honeſto, en que viua en ſeruiçio de Dios ſegun ſant*

Florẽ. 2. p. tit. 5.

*Antonio*. Hæc ibi. Vnde colligitur noſtra concluſio, ꝙ in caſu, talis tenetur ſuper addere quod neceſſarium videtur ad dotem: vt inueniat talem virũ cum illo ſuperaddito, qualem inueniret, ſi corrupta non eſſet.

4. conclu.

4. concluſio. Si quis fictè promiſit puellæ eam ducturum, ſi puella conſentiat, qui tamen excedit in conditione, puella id ignorante, probabile apparet ꝙ ſufficiat eam dotare, & non ſit neceſſarium eam ducere. Probatur:

Ratio.

quia ſi teneretur eam ducere, maximè quia verè ſeduxit, & ipſa ſeducta eſt, non volens: ſed hoc non videtur ſufficere: quia eſt inæqualitas in cõtractu, & ex parte puellæ non debet vir compelli ad hoc ꝙ det ampliùs quàm ipſa dabat: ſed ſi compelleretur ducere eam, videretur ad iniuſtum compelli, ſuppoſito non fuit voluntas in viro celebrandi talem commutationem, vel contractum. Et ſic ſufficiat puellæ, ſi ratione promiſſionis vir compellatur ad dotandum eam ſecundũ ſuũ ſtatum, ſicut in ludo videtur, ꝙ ſi quis habeat centũ, & tamen ſolum ſua ſunt 50. non poſſit ab alio vltra 50. lucra-

Cõtra Nauarro.

ri: quia iniuſtia aliàs apparet, & non æqualitas. Sic in propoſito. In quo diſcedimus à doctore Nauarro, qui videtur dicere, ꝙ quando puella ignorat exceſſum, aut inæqualitatem, quia non eſt volens ſeducta, ꝙ teneatur eã ducere: nam eſſet nimis rigidum ad id obligare. In quo ſenſu contrarium tenentes poſſunt intelligi.

Cõcordia doctorũ.

5. conclu.

5. concluſio. Si quis fictè promiſit puellæ quam corrupit, ſi ſit, ei æqualis, vel inferior cõditione, tenetur ſub mortali eam ducere. Probatur. Talis tenetur damnum reſarcire, & promiſſum ad implere, cùm ſit æqua cõditio, vel inferior: ſed non poteſt aliter, niſi eam ducendo: ergo tenetur eam ducere. Iſtam conclu. tenet expreſsè Nauarro cap. 16. num. 18. Manual. & S. Anton. 2. p. tit. 5. c. 6. § 1. & Scotus. Idem Adrianus in 4. & ſui temporis Theologorũ conſummatiſſimus, & facilè princeps Magiſter Victoria olim præceptor meus, & nonnulli alij ſubſcribunt ex ſuis diſcipulis, qui nomen habent magiſtrorum. Quapropter non tam dura concluſio videri debet, ſi rem introſpiciamus. Nam cùm quis teneatur damnum reſarcire ad æqualitatem, & non videtur qua alia via id contingat, niſi puellam ducẽdo: ſequitur quòd (dato fictè promiſit) tenetur eam ducere, & peccat mortaliter non ducendo eam, quia ſemper eſt in tali obligatione. Et talis tenetur habere nouum conſenſum in eam ex animo. Neq; hoc eſt nouum. Nam in iure determinatum eſt, & nos aliàs diximus, & doctores omnes probant, ꝙ ſi quis ſeduxit aliquam, dicendo vxorem non habere, cùm tamen habeat, poſt mortem veræ vxoris, fœmina ſeducta (ſi velit) poteſt eum ſumere in virum, & in pœnam fraudis, & doli compellitur ſeductor vt conſentiat: ergo à ſimili, qui aliam ſeduxit fictè conſentiendo, vt plenè reſtituat compellendus in conſcientia venit, vt eam, quam ſeduxit, ducat. Si tamen aliam ducat, tenet matrimonium cum ſecunda, vt in ſolutione 3. argu. dicemus.

Ratio.

Nauarro Florent. Scot. in 4. d. 30. q. 1. Adria. q. 1. de matrimonio. S. Th. in 4. d. 28. Victoria. Albericus de Roſa in ſuo dictionario. Matrim. 4.

Sco. d. 35. q. vnica. Limitatio concluſio.

Dixi in concluſione, ſi eam corrupit: nam ſi ſolum fuit promiſſio verbis,



bis, & non ſequuta eſt aliqua corruptio, non eſt vnde teneatur eam ducere: quia reſtitutio non neceſſaria eſt, cùm iniuriam non ſit paſſa in corruptione, quãdoquidem integra manet.

Adrianus vbi ſup.

Et quidem Adrianus addit vnum, ꝙ ſi talis cum alia cõtrahat, licet teneat matrimonium cum iſta ſecunda, poſt mortem eius tenetur redire ad primam, quam decepit. Adijciamus tamen ſextam concluſionem.

6. conclu.

6. concluſio. Si quis mulieri corruptæ promiſit fictè, & ſi copula ſit ſequuta, cuiuſcunque ſit conditionis, licet ad aliquid teneatur, non tamen in foro conſcientiæ ſub peccato tenetur

Ratio.

ducere eam. Patet: quia tenetur ſolum reſtituere, & iacturam reſarcire: ſed talis (quia corrupta erat, & non integra) non paſſa eſt talem iacturã, quæ aliàs non poſſit reſarciri, ſine hoc ꝙ ducat eam, vt conſtat: ſequitur ergo ꝙ non tenetur ad id. Ratio enim ſatis diſſimilis eſt in integra, & corrupta: quia puellæ integrę non videtur ſatiſfactum, niſi ducat, corruptę autem ſic. Hanc appono limitationem, vt rigorem concluſionis præcedentis temperem, quamuis Adrianus in loco citato ſine diſtinctione loquatur de illo, qui fictè promiſit.

Ad arg.

Ad argumentum primum. Concedimus in matrimonio requiſitam ſummam libertatem, cum hoc tamen ſtat, quòd in pœnam qui ſeducit, cogi poſſit ad reſtituendum, & ad æqualem reſarciendam iacturam, tenetur ducere

Sco. d. 15. q. 3. 4. ſen.

quam ſeduxit. Et hoc eſt cogi à ſe ipſo, qui poſuit ſe in tali anguſtia, vt teneatur ſe ipſum dare. Sicut ſi eſſet vera opi. Scoti, ꝙ qui alium interfecit, tenetur reſtituere, ſeipſum morti exponẽdo. De quo alias in noſtris Theologicis reſolutionibus diſſeremus, ſi Dominus dederit. Neq; hoc graue videri debet, vt diximus.

Ad 2.

Ad 2. dicendũ, ꝙ talis tenetur reſtituere iure naturæ, Diuino & humano. Iure naturæ: quia tenetur de damno dato, & non poteſt reſarcire aliter. Iure Diuino ſimiliter. Nemini quic-

ad Ro. 13.

quam debeatis. Iure tandem humano compellitur promiſſum adimplere.

Ad 3.

Ad 3. concedimus, ita eſſe, ꝙ in caſu quantumuis debitor ſit, & ſub mortali teneatur ducere, tamen ſi aliam ducat de facto tenet ſecundum. Neq; tenetur quamdiu manet matrimoniũ ſecundum. Sicut qui voto ſimplici Deo eſt obligatus, tenetur ſub mortali ſe ipſum tradere Deo, ſi tamẽ ſe tradat coniugi, valet traditio, non obſtante illa obligatione ſub peccato. Sic in caſu, ſi quis fictè promiſit, tenetur ſub mortali ducere, ſi tamen aliàs ducat, peccauit mortaliter: quia ſe ipſum impoſſibilitauit, tamẽ tenet. Hæc de quæſtione propoſita.

Sup. p. p. art. 15. Theologi in 4. d. 38. S. Th. 2. 2. q. 88. Ariſto. 5. Ethi. c. 9.

Si tamen quis ſtuprum commiſit cũ puella volente (etiam ſi ſub patria poteſtate ſit) dotare non tenetur: quia volenti, & conſentienti non fit iniuria. Sic tenet Soto de Iuſtitia. lib. 4. q. 7. artic. 1. De quo aliàs latius.

Soto.

## ARTICVLVS XX.

*An pater licitè poſſit filium, aut filiam exhæredare, quando contraxerunt contra eius volunatem.*

QVIA de matrimonio loquentes dictum eſt, quantam requirat libertatem, ita vt ſeruus contra domini voluntatem, & filius familias contra patris beneplacitum poſſit cõtrahere, operæpretium erit quærere, an pater poſſit licitè filium, filiamuè, ante emancipationẽ exhæredare, quia contra voluntatem eius matrimoniũ eſt celebratum.

Sup. p. p. ar. 2. & 30

Videtur ꝙ ſic, quia lege Tauri 49. ſancitum eſt: at omnis lex iuſta, & ab habente authoritatem lata, in foro cõſcientiæ obligat: ergo ſequitur ꝙ iuſtè pater priuat hæreditate.

Argu. 1. S.Th. 1. 2. q. 96. ar. 4.

Secundo. Filius, & filia quãdiu manent ſub patria poteſtate, non ſunt ſui iuris, ſed ſunt aliquid patris, & hoc iure naturæ: ſequitur igitur ꝙ ipſo inuito nõ poterit filia cõtrahere. Quòd ſi cõtrahat, pater poteſt irritare, ergo pote-

Caſtro de poteſtate legis pœnalis li. 1. c. 9.

poterit exhæredare.

Drie. de li ber. chri. li.1. c.9. & lib.2.c.1.

Confir. ex lege 2. ſori.tit. de matr. Et ex lege 4. tit. 1. lib. 5. ordinationū. Et ex lege 10. tit. 1. par. 4. in quibus locis diffinitum eſt, patrem poſſe à filia, quæ contra voluntatem eius contraxit auferre aliàs debitam hæreditatem.

In contra.

In contrarium tamen eſt: quia in matrimonio requiſita eſt plena libertas, quæ non poteſt ſtare, ſi filia poſſet exhæredari.

1. Nota. Sup. p. p. art. 7.

Pro ſolutione notandum, quòd nulla humana poteſtas, neque ſecularis, eccleſiaſticauè (vt aliàs diximus) poteſt quempiam ad matrimonium contrahendum compellere: quia cùm cōſenſus ſit neceſſarius (vt in p. p. probatum eſt) & nullus ad conſenſum poſſit cogere, niſi Deus, nunquàm poteſt matrimonium eſſe legitimum cū coactione. Poſſet quidem (fateor) per poteſtatem ſecularem conſtitui lex, ſecundum quam aliquæ perſonæ inhabiles eſſent ad cōtrahendum, ſicut in 2. par. quando de matri. infidelium notum fecimus: imò & conſuetudo poſſet, & à fortiori poteſt Chriſti Vicarius hoc inſtituere, & perſonas habiles aliàs inhabiles facere, & è contra, ſicut & poſſet clandeſtinè contrahentes inhabiles perſonas declarare. Sicut & fecit nūc in Concilio Tridentino ſeſſione 24. c. 1. Patet ex c. Non debet. de affini. & conſangui. Tamen dato hoc poſſit circa perſonas, non tamen poteſt circa matrimonium, compellendo ad contractum: quia ex iure naturæ requiſita eſt libertas. * Niſi hoc ſit in pœnam, vt de illo qui decepit aliam. Eccleſia diffiniuit. De quo diximus ſuprà in prima parte. art. 34. concluſione 8. & in ſecunda parte, art. 33. in ſolutione prioris inſtantiæ.*

Sup. p. p. ar. 2. — Sup. 2. p. art. 27. — Sup. p. p. ar.2.& 7.

Soto de iu ſtit. lib. 4. art. 1.

Secundo notandum, hoc quòd eſt hæreditate priuare filiam, aut filium, ſi contrahat contra patris voluntatē, poteſt intelligi vel ſtando in iure Cæſareo, vel in Pontificio: nam cùm ſint poteſtates diuerſæ, forum habebunt diuerſum, & iudicia. Et licet omnis poteſtas à domino Deo ſit, alter, & alter: quia humana ciuilis à republica immediatè, & mediatè a Deo: at eccleſiaſtica a Deo immediatè, & non per homines. De quo videndus ſit Victoria in relectione de poteſtate eccleſiaſtic[a], & alij.

Drie. de li ber. chriſ. Victoria.

3. Nota.

Eſt etiam conſiderandum, quòd ſicut artis quæ circa finem, eſt dirigere artes inferiores quæ circa media, vt docet Ariſto. ſic & humana eccleſiaſtica ſuprema, & circa finem, poterit dirigere ſecularem, & corrigere, ſi fuerit opus, eo modo, quo anima corpus gubernat. His notatis, reſpondetur.

Ariſto. 1. Ethic.c.1. & 2. & 2. Phy. tex. co. 25.

1. conclu.

Prima concluſio. Ad poteſtatem ſecularem non ſpectat leges condere circa matrimonij ſacramentum ſecundū ſe. Patet in c. Tuam. de ord. cogni. Et Extra. qui filij ſint legiti. cap. Cauſamq́; in 2. Et c. 1. de ſponſa. vbi diffinitur ad Eccleſiaſticam hoc ſpectare facultatem, & non ad ſecularem ciuilem.

Ratio.

Ratio eſt. Ad illam ſpectat poteſtatem directè, ad quā de Eccleſiæ ſacramentis diſponere, circa illos qui debent recipere, & modum recipiendi, ſed hoc ad eccleſiaſticam ſpectat, vt cōſtat, cum ergo matrimonium vnum ſit de 7. ſacramenti Eccleſiæ, in quo (non ponentibus obicem) gratia confertur, ſequitur ad ſecularem non ſpectare.

Cōcil. Flo. Cōci. Tri ſeſſ.6. c. 1.

Dixi ſecundum ſe, quia de per accidens, inquantum matrimonium eſt cōtractus humanus, etiam ſi ſit ſacramentum, non obſtat quominus poſſit ſecularis poteſtas aliquid diſponere de ipſis contrahentibus: ſemper tamen ſub ſuperiori poteſtate, vt ex c. 2. de ſponſatione impube. colligitur, vt ibi Abbas, & notat Fortunius in tractatu de vltimo fine, illatio 10. Poteſt enim pœnam addere prohibitioni, & legi ſuperioris, vt notat Glo. in Clemen. Ne Romani. de electio. Quam dicit Felinus ſingul. in c. 1. de ſponſa. Et c. 2. de probationibus. imò cùm crimen ſit merè Eccleſiaſticum, poſſunt pœnæ per Principem ſecularem apponi, vt exactè conſideraui Caſtro in ſuo præclaro opere de iuſta punitione hæreticorum.

Abbas. Fortunius Gloſſa. Felinus. — Caſtr. li.2. c. 26.

2. con-



2. conclu.

2. concluſio. Quamuis olim lege regia eſſet conſtitutum virum contrahentem clandeſtinè, ſi cum puella ſine voluntate patris, ſimul cum ea in ſeruitutem tradendū proximioribus conſanguineis vxoris, nunc tamen ſolum ſtatutum eſt patrem filiam, nō filium, exhæredare poſſe. Quo ad primam partem probatur l. fi. tit. 3. p. 4. Ibi enim fuerat diffinitum, poſt tamen longo tempore rigor ille attēperatus eſt per legem Tauri. 49. edita à Regina Ioanna, catholicorum Regum filia, matriq́; Caroli V. Inuictiſſimi Imperatoris, vbi parentibus datur huiuſmodi facultas priuandi hæreditate filiam, quæ contra patris voluntatem in matrimonio aliquē ſibi copulauit. Quod & de filia vidua (ſi cum parentibus habitat) putat intelligendum doctor Couarruuias in ſuo epitame 4. Decretalium, quāuis Caſtillo in expoſitione legis prædictę dicat in vidua non procedere.

ratio p. p. — Couarru. 2. p. c. 6. nu. 17. Caſtillo.

Hanc legem Tauri in Comitijs Pincianis Carolus Imperator, anno 1537. probauit, & voluit extendi ad filiam maiorem vigintiquinque annorum, dummodò nouercam nō haberet, cùm aliàs ſolum intelligeretur de filia, quæ nondum vigeſimumquintum attingit annum.

ratio 2. p.

Secunda pars, quòd nō extendatur ad filium, qui eſt ſub poteſtate patris, eſt manifeſta, cum lex ſolum de filia, vt optimè declarat in loco proximè citato idem Couarruuias. nu. 21.

Couar.

3. conclu.

3. concluſio. Quamuis filia contra voluntatem patris clàm contrahens regulariter mortaliter peccet, non tamen in foro conſcientiæ poteſt exhæredari, etiam ſi ignobili coniugatur, & inæquali, & pater velit digno, & honeſto viro eam copulare. Hæc eſt quæ habet difficultatem, & notanda venit quoad primam par. ſcilicet, quòd peccat mortaliter filia, ſaltim ante annum vigeſimumquintum. Patet: quia filia ſub patris poteſtate conſtituta, tenetur obedire. Faciens ergo contra obedientiam patri debitam, contrahendo matrimonium, peccat, & non venialiter, cum res tam ſit grauis: ergo mortaliter. Et quidem pœna tam riguroſa appoſita per legem exhæredationis, manifeſtam facit culpam in contrahendo, ſi enim veniale id eſſet, iniuſtè talis pœna apponeretur.

ratio p. p.

Dixi, regulariter, quia poſſet eſſe caſus, vbi nullum eſſet, vt ſi à patre aſpere tractaretur, ſi negligens eſſet pater in tradendo eam, & ſic de ſimilibus, quæ poſſent contingere, & iuſtificare factum. De quo docto. Theologi. d. 28. in 4.

Supple. d. 28. q. 1. ar tic. 2. — Theol. d. 28.

ratio 2. p.

Secunda pars, in qua eſt difficultas, probatur: quia ſi pater poſſet in foro conſcientiæ filiam exhæredare, eſſet quia lege Regia ſtatutum (loquimur enim de illis qui huiuſmodi gubernantur regijs legibus) ſed non licet hoc: quia illa lex iniuſta eſt, & ligat minimè. Patet: quia eſt lex, data contra libertatem matrimonij, neceſſario requiſitam: nam ſic compellitur filia ad ducendum quem vellet pater, & non eum qui ſibi placet. Patet: quia timore perdendi hæreditariam ſortem, conſentiet patri, quòd directè repugnat libertati.

Ratio 2.

Secundo. Probatur iure canonico. Filia in legitima ætate conſtituta (quāuis non emancipata) matrimonium contrahit cum quocūq; voluerit, neq; pater poterit irritare, aut caſſare: quia quos Deus coniungit, homo non ſeparat: ergo nullo modo poteſt exhæredari iuſtè, aliàs non eſt conceſſa libertas contrahendi. In quo defecit Chaſſenæus in ſuo catalogo gloriæ mundi. p. 12. conſideratione 36. qui putat conſenſum fœminæ, etiam de præſenti, non ſufficere ſine patris conſenſu: ita vt patre contradicente, tale matrimonium ratum non conſummatum diſſolui poſſit, ſolum quia pater contradicit.

Matth.19. — Chaſſene*

Confirma.

Confirmari poteſt ratio concluſionis. Quia ſic inferior poteſtas (qualis eſt ſecularis) cōtra ſuperiorem poſſet, quod eſt apertum in falſitate, maximè quando de ſacramentis Eccleſiæ agitur. Sequela eſt manifeſta, ſi lex Cæſarea tantæ eſſet virtutis, vt in foro con-

Soto de iu ſti. & iur

li.4. q. 3. conſcientiæ poſſit filia ſic exhæredari,
cùm iure gentium bona paterna ad filios deuoluantur.

Hoſtien. Hanc concluſionem tenet ex Iuriſ-
Abbas. peritis Hoſtien. & Abbas in c. 1. de
Alex. ſponſ. impu. Et Alex. conſi. 97. in 1.
Felin. volu. Et Felin. in 1. illo cap. Et dicit
Decius. eam communem. Et Decius in c. Ec-
Pala. Ru. cleſia. de conſtit. Et ex iunioribus Pa-
lacios Rubios in illa præclara ſua re-
petitione cap. Per veſtras. de donatio.
Roderic⁹. 3. not. §. 9. cum ſequentibus. Et Ro-
Epitome. dericus Xuarez in l. 2. titu. de matri-
4. decre. monio, lib. fori. Et Couarruuias dicit
2. p. c. 5. hanc communem aſſertionem locum
num. 17. tenere, ſiue filia nubat turpi, vel indi-
gno, etiam ſi pater vellet eã dare ęque
Baldus. digno, quamuis contrarium dicat Bal
dus nouel. de dote. 6. par. Ex Theo-
Palud. d. logis noſtris Palude ſic tenet, & cum
28. c. 2. eo alij non pœnitendi authores ex ma
Victoria. giſtris noſtris, qui putant hanc regiam
legem iniuſtam, & minimè in foro con-
Caiet. ſcientiæ ſeruandã, licet Caiet. in opu-
ſcu. ad 17. quæſita. reſpõſione 12. dubi
tet, & ad Iuriſtas remittat, cũ leges hu
manæ poſſint priuare vero dominio.

Corolla. 1 Sequitur ex hoc, quòd pater exhæ-
redans filiam hac ratione: quia contra eius voluntatem contraxit, quamuis impunè iuxtà Cæſaream legẽ priuet filiam ſuo patrimonio, in conſcientia tamen nullo modo, & ſic nec venit abſoluendus. Et alij fratres, ad quos deuoluitur hæreditas, tenentur ſorori reſtituere. Neq; mirum debet videri, aliqua permitti ſecundum leges humanas Cæſareas, quæ locum non habent in foro conſcientiæ, vt de meretricibus ſolet exemplum poni.

Corolla. 2 Sequitur & vnum aliud, ꝙ ſi filia
(etiam ante vigeſimumquintum an-
num) alicui honeſto nupſit, etiam in-
uito patre, cui promiſit dotem, quòd
Abbas. pater poteſt compelli ad id, ſic Abbas
Lupus. in dicto c. 1. de ſponſ. impube. & Ioan.
Ripa. Lupus in dicto §. 9. Et Ripa in l. 1. ff.
Baldus. ſolut. matrimo. dicit omnes doctores
Angelus. conuenire in hac opinio. imò etiam ſi
Paulus. filię non promittat dotem, dicunt do-
Iaſſon. ctores in caſu tali patrem teneri ad
conſtituendam dotem.

Dixi, ſi honeſto nupſit, nam ſi inho-
neſto, quamuis pater non poſſit eam
priuare hæreditate, non tenetur dotẽ
conſtituere, etiam ſi filia promittat, vt
Archidia. 36. q. 1. & gloſ. in cap. *De* Archidi.
raptoribus. Et Ioan. Andr. Et Card. Ioan. An.
Et Anto. in c. Accedens. de procura- Cardi.
toribus. Hoc intelligitur, vbi filia, vel Anto.
maritus eſſent diuites: nam ſi paupe-
res, pater eſſet compellendus ad ali-
menta miniſtranda, ex textu. Cùm haberet. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulteriũ. Hæc oĩa probat Couarruuias in loco ſuprà allegato.

Ad omnes leges ſimul quas congeſ- Ad argu.
ſit Palacios Rubios in 3. nota. §. 8. in
repetitione dicendũ, oẽs tales eſſe ſu-
blatas iure canonico. Neq; habẽt obli-
gationẽ, quia cõtra ſuperiorẽ. Faciunt Matth. 16.
enim cõtra libertatẽ matrimonij, quæ Medina de
eſt maximè requiſita, quia indiſſolubi reſtit. q. 17
le vinculũ eſt. Nõ. n. poteſt lex Cæſa- D. 10. ca.
rea obligare filiũ, aut filiã, vt petat pa- Conſtitu.
tris cõſenſum, ſed hoc eſt Põtificis po-
teſtatis, vt Ioan. And. aliàs pater cano- Ioan. An.
niſtarũ dictus, in c. Statutũ. in 1. de hæ Felinus.
reticis in 6. Et Felinus in c. 1. de ſponſ.
& in c. Eccleſia. de conſtitu. Et ibi De- Decius.
cius. Et conſil. 231. Et Ioan. Lup. in Ioan. Lup.
repetitione. not. 3. §. 9. & in §. 3. antè, probat ꝙ princeps laicus nihil poteſt ſtatuere, quod matrimonij liberũ cõſenſum impediat. Et ſic reſpõdendũ, leges tales (licet videant̃ ad bonũ reipublicæ conducere pro parte) in foro cõſcientiæ nõ obligare, tũ quia per Architectonicã poteſtatẽ ſunt correctæ, tũ quia cõtra ius naturæ vidẽtur eſſe, cùm tollant libertatẽ filiorum, quam habent in cõtrahendo matrimonium, Et hæc de quæſtione ſufficiant.

Neq; debet quis mirum exiſtimare Medina de
aliquas leges etiam iuſtas tenere in fo reſtit. q. 3.
ro exteriori, quæ non tenent in con- cauſa 4. &
ſcientia, cùm lex de occiſione adulte- Soto de iu
rę à viro (ſecundum probatos viros) ſti. li. 5. q.
non teneat, in ſenſu quo diximus ſu- 1. art. 3.
pra in p. p. art. 24. concluſione 2. & in hac 3. p. art. 4. in fine dubij. Et lex de illo qui damnificauit citrà medietatẽ iuſti pretij, & de præſcriptionibus. De quo aliàs.





# PERORATIO.

PER Dei gratiam ad finem Speculi deuentum eſt. Et quidem licet ante plures annos fuerit compoſitum, ſicut illa quæ ante ad rem attinentia in diuerſis tractata Doctoribus legimus, & perlegimus, & adduximus, ſic quæ poſtea ſcripta ſunt, antequàm opus excuderetur, perluſtrauimus, doctoribuſque ipſis citatis in medium produximus, quando oportuit. Hæc dixerim, vt intelligat lector, nos non ſocorditer, aut oſcitanter opus elaboraſſe, citationibus aliorum contenti, ſed quæ vidimus, teſtati ſumus. Ex noſtris quidem Orthodoxis & Claſicis patribus, & Theologis Scholaſticis. Qui quidem ſunt.

Auguſtinus.
Ambroſius:
Antonius. Flo.
Abulenſis.
Altiſiodoren.
Albert. Pighius.
Arboreus.
Bernardus.
Boetius.
Burgenſis.
Cyprianus.
Chryſoſto.
Caietanus.
Clictouæus.
Chaſſenæus.
Catharinus.
Caſtro.
Diony. Areo.
Damaſcenus.
Diony. Cartu.
Driedo.
Doctor Stepha.
Euſebius.
Eraſmus.
Ekius.
Gregorius.
Gerſon.
Guilliel. Pariſi.
Hieronymus.
Hilarius.
Hugo de S. Vict.
Iſidorus.
Ioannes Stobæ.
Lactant. Fir.
Magiſt. hiſtor.
Mirandulanus.
Nicolaus de Lyra.
Natal. Beda.
Origenes.
Roffenſis.
Sedulius.
Simancas.
Tertulianus.
Vualdenſis.
Virues.
Viguerius.

*Ex Theologis ſcholaſticis.*

Albertus Magnus.
Alexan. Halenſis.
Ægidius Ro.
Augu. de Anco.
Adrianus.
Adamgodam.
Almayn.
Bonauentura.
Baſſoris.
Celaya.
Caietanus.
Durandus.
Grego. Arimi.
Gabriel.
Ioannes Scotus.
Ioan. Maior.
Magiſt. ſenten.
Maironis.
Marſilius.
Martinus de Ma.
Medina.
Mich. de Medina.
Martin. de Ledeſ.
Monachus.
Olchot.
Ocam.
Paludanus.
Petrus de Taran.
Ricardus.
Rainerius.
Rubion.
Supplementum.
Soto.
Sepulueda.
Tho. de Aquino.
Tho. de Argenti.
Vuandelinus.
Victoria.

*Ex iuris vero Pontificij, & Cæſarei ſunt.*

Abbas.
Panor.
Ancharranus.
Antonius.
Archidiaconus.
Albertus de Roſa.
Alexander.
Alua. de planctu.
Alten.
Alciatus.
Baldus.
Barbatius.
Bartolus.
Bellamera.
Butrio.

Boerius.
Calderinus.
Cardinalis.
Caſtillo.
Coraſius.
Couarruuias.
Curiel.
Decius.
Dida. Gonçalez.
Dinus.
Do. Franciſcus.
Felinus.
Fortunius.
Gloſſator.
Gracianus.
Gulliel. Bene.
Giraldus.
Guili. de monte.

Hoſtienſis.
Henricus.
Hugo.
Innocentius.
Imola.
Ioan. Andreas.
Iaſon.
Iacob. de Bel. vi.
Ioan. Lupus.
Iacoba. de conci.
Igneus.
Laurentius.
Loazes.
Lapus.
Matth. de affli.
Monaldus.
Nouellus.
Nauarro.

Oldraldus.
Præpoſitus.
Peruſinus.
Paris de Puteo.
Palacios Ru.
Roderi.
Robertus Sena.
Speculator.
Socinus.
Sigiſmundus.
Tiraquellus.
Turrecremata.
Vincentius.
Verueccn.
Villadiego.
Xuarez.
Zabarela.
Zaſius.

¶ Acceſſerunt & his ſummiſtæ Quorum primus.

Angelus.
Armilla.
Caietanus.

Nauarro.
Patauini ſumma.
Piſana.
Roſella.

Reperto. Inquiſi.
Syluester.
Tabiena.

¶ Quòd ſi de ueniamus ad naturales, & morales Philoſophos, quibus datum eſt Diuinitus, vt lumine intellectus aliqua inueſtigarent, vt nobis ſuppeditarent argumentum dilatandi, accedat primus, & antiquus.

Ariſtoteles.
Auicena.
Auerrois.
Aulus Gelius.
Apuleius.
Ælianus.
Alex. ab Alex.
Alciatus.
Arrianus.
Budæus.

Cicero.
Celius.
Diony. Alicar.
Heſiodus.
Harmenupulus.
Iulius Cæſar.
Ioan. Rauſinus.
Licurgus.
Lucianus.
Macrobius.
Plato.

Plinius.
Plutarchus.
Petrus Blecen.
Paulus Diaco.
Quintilianus.
Seneca.
Suetonius.
Sabellicus.
Valerius Maxi.
Xenophon.

¶ Prædictos igitur vidimus omnes, & conciliati ſumus, non contenti citationibus, & allegationibus aliorum: hoc enim fallit aliquando. Reuoluimus (inquàm) quando hoc opus fuit elaboratum, vt pro poſſe noſtro, & facultate in omnibus exhiberetur. Speculum hoc ſine macula, & ſic penſum noſtrum abſolueremus. Pro omnibus ergo gratiæ Deo reddantur immenſæ, à quo accepimus quidquid habemus. Accipite tandem chriſtiani lectores, miniſtrique digniſſimi huius noui orbis hoc Speculum. Quòd ſi votis veſtris non fuerit factum ſatis, mentem ſanam recipite. Et ſi quid negligenter ſcriptum, aut quod veſtras mundas offendat aures occurrat, cuiuſcũq; chriſtiani pectoris admitto, & expoſtulo virgam cenſoriam. Tantum abeſt vt ægre feram, erratum corrigi.





Quòd ſi arduum, & ſublime faſtigium noſtræ profeſſionis attingat, atq; à recta (quam firmiter tenemus, & prædicamus fide) etiam per latum vnguem recedat, anullamus, & caſſamus, & ſupremum illum, & primum Catonem quem è cęlo deſcendiſſe credimus Chriſtum Ieſum in ſuo Vicario Paulo 4. qui ſceptrũ tenet, recognoſcimus. Cuius regula (non lesbia) indeuiabilis manens, deuium, & obliquum in rectitudinem reducat Tuam. In quam ſententiam pedibus (vt aiunt) & manibus libentiſſimè imus. At ſi ſolum probante indigeant calculo iſtæ noſtræ lucubrationes, lucernamq; ſapientes inueniantur, & conſonæ inacceſſibili lumini, ipſi (à quo omne datum optimum, omneq; donum perfectum deſcẽdens eſt) gratias reddamus omnes. Interim tamen hoc vnum obnixè ab omnibus peto, vt ſi librum hunc Mexici excuſum, ad manus habuerit (ſcio non pauca eſſe exemplaria) non magni faciat: quia in hac 2. editione Salmantina multa addita, & aliqua delata, & nonnulla in alia forma ſunt appoſita. Quapropter hunc in lucem emiſſum recognoſco, & velut vltimã meã voluntatem probo. Alium verò informẽ declarans, reijcio. * Poſt hanc ſecundã editionem Concilium ſacroſanctũ Tridẽtinum abſolutum, & perfectum eſt, in quo, vt patet in ſeſſ. 24. multa ſunt variata, quæ iuris cõmunis erant. Quapropter in hac tertia editione neceſſariũ fuit antiqua limitare iuxta Concilij decreta, & q̃ neceſſaria videbãtur declarare, vt hic noſter labor, ſicut ante Conciliũ deſeruiebat, & poſt Conciliũ, omnibus, tam in nouo orbe, pro quibus præcipuè opus eſt elaboratum quam in antiquo ſit proficuus, atq; per modum appendicis, omnia quæ addenda erant appoſuimus. Et ad literam in gratiam miniſtrorum in nouo orbe priuilegium Adriani Sexti, & Leonis 10. & Pij Quinti, qui nunc præeſt cum literis regijs ad eius executionem adduximus, & cum multa in fauorem Indorum per Summos Pontifices ſint conceſſa, & pro miniſtris eorum nouiſſimè per Pium Quintum, vltra id quòd conceſſit, vt in fine appendicis adduximus. Ne miniſtri ordinum mendicantium in nouo orbe iniuriam patiantur à poteſtate ſeculari, qui ſe ſolent intromittere in formandis proceſſibus, & informationibus contra eorum, priuilegia proprium motum in hæc verba dedit, anno præſenti 1571. die 2. Auguſti, Pontificatus eius anno 6.

Proteſtatio authoris.

* Pius Papa Quintus ad perpetuam rei memoriam, decet Romanum Pontificem præcipuum libertatis Eccleſiæ aſſertorem perſonas eccleſiaſticas, & præſertim ſub iugo religionis, viuentes à foro iuditij ſecularium eximere, & perpetuo liberare. Cum itaq; ſicut accepimus, non ſine animi noſtri diſplicentia in partibus Indiarum, Iudices ſeculares contra dilectos filios Fratres ordinũ Mendicantium in illis partibus reſidentes, libellos, & proceſſus in ſpretum libertatis Eccleſiæ, & regularis obſeruantiæ, ac priuilegiorum eiſdem Fratribus Mendicantibus conceſſorum, vt plurimũ conficere, & exibere ſoleant. Nos pro noſtro Paſtoralis officij debito dictorum Fratrem ſtatim in præmiſſis conſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quibuſcunq; Iudicibus ſecularibus, ſub excommunicationis pena, ipſo facto in euentum contrauentionis incurrenda: ne contra dictos Fratres libellos, & proceſſus formare, & exibere minusuè in cauſis illos concernentibus, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore ſe intromittere audeant, vel præſumant diſtrictibus inhibemus: & ſi quæ introductæ ſunt, & coram illis pendeant indeciſæ, illas ad nos harum ſeriè auocamus: & ipſos per Iudices eccleſiaſticos iuxta tenorem priuilegiorum eiſdem Mendicantibus conceſſorum cognoſci, & decidi volumus. Sicq; per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios quauis autoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere. Et ſic ſecus ſuper hos à quoquàm quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus. quo circa venerabilibus Fratribus Mexicani,

ac de lima Archiepiſcopis, & Epiſcopo Tucumanenſi, ſeu dilectis filijs eorum in ſpiritualibus Vicarijs, ſeu Officialibus generalibus, motu ſimili mandamus quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium ſeu alios, præſentes literas & in eis contenta, quæcumq; vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Fratrum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra Fratres præfatos, illorumq; ſingulos præmiſſis omnibus iuxta præſentium continentiam, & tenorem, pacificè frui, & gaudere, non permittētes illos deſuper per quoſcunq; quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, & inquietari contradictores quoslibet & rebelles, & præmiſſis non parentes per cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, aliaq; oportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus illos cenſuras & pœnas incurriſſe, declarando ne non eas etiam iteratis vicibus aggrauandi inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus fe. re. Bonifacij Papę Octaui, prædeceſſoris noſtri, & alijs Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Sinodalibus Concilijs, editis generalibus, & ſpecialibus inſtitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs dictis Iudicibus ſecularibus, quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus & ſingulis, etſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret illis, alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunq; aut ſi dictis iudicibus ſecularibus, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas nō facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 2. Auguſti 1571. Pontificatus noſtri, anno ſexto. Et vltra hoc idem Pius Quintus confirmauit, & de nouo conceſſit omnia priuilegia conceſſa à ſuis prædeceſſoribus religioſis Mendicantibus miniſtrantibus in conuerſione Indorum, & manutenentia eorū in menſe Septembris, anno 1571. ad inſtantiam Fratris Ferdinandi de Paz ordinis Prædicatorū, Prouinciæ Mexicanæ, & idem Pontifex, anno milleſimo quinquageſimo ſexageſimo ſeptimo 13. die menſis Martij viuæ vocis oraculo ſupplicante Miniſtro generali Minoritarum Frater Oloyſus de Puteo, cuius ſupplicationis tenor eſt. Supplicatur Sanctiſſimo D. Noſtro Pio Papa Quinto, vt ſua ſanctitas dignetur confirmare & concedere omnia priuilegia, & quaſcunque gratias etiam viuæ vocis oraculo conceſſas per bonæ memoriæ Paulum Papam Quartum, & alios Romanos Pontifices prædeceſſores ſanctitatis ſuæ cum ſingulis clauſulis decretis, & derogationibus in eis contentis, Fratribus ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, ita vt illis gaudere & vti poſſint, toties quoties opus fuerit, & eis videbitur, & quoad illa ex eis quæ ſunt reſtricta, ſeu derogata per Concilium Tridentinum etiam vti poſſint in foro conſcientiæ tantum, & Pontifex dixit fiat, &c. Hæc conceſſio, & ſi in foro conſcientiæ, maxima tamen eſt, hæc libuit in fine apponere, vt non pereat iſtorum memoria.



PRAETER hoc Speculum Coniugiorum ſcripſit author in gratiam ſtudioſorum, & habentium temporis rationem, breuiter, & compendioſè, relictis aliquibus quæ ſolum ad oſtentationem, & pompam deſeruiunt. Itaq; ſcripſit quæ ſequuntur.

Recognitionem Sumularum.

Reſolutionem Dialecticæ, cum textu Ariſtotelico.

Phyſicam Speculationem, latiſsimè circa tres libros Ariſtotelis Phyloſophiæ naturalis. Nempè in 8. libros phyſicorum.

In libros de cælo & mundo.

In libros de generatione.

In libros metheororum.

In libros de anima.

Relectionem de libris Canonicis, ſuper illud Pau. 2. ad Titum 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum. &c.

Apologiam pro Religioſis commorantibus, & euangelizantibus verbum Dei in partibus Indiarum maris Oceani.

Pro eiſdem etiam elucidauit priuilegium Leonis 10. & Pauli 3. & ſub compendio congregauit omnia indulta eiſdem Religioſis à Summis Pontificibus.

Expoſuit etiam Clementinam religioſi de priuilegijs.

Ex his aliqua ſunt prælo commiſſa, quæ in lucem iam iam prodiere. Reliqua verò ſpectanda erunt, quàm citiſsimè enim in lucem ibunt.

FINIS.




Gradus affinitatis ſunt intelligendi ſecundum dicta de conſanguinitate, & affinitate ſupra p. p. art. 43. & 45. & 47. & 2. p. art. 22. & 25. & 26. & 27.

# REPERTORIVM GENERALE TOTIVS OPERIS

## ORDINE ALPHABETICO diſpoſitum.

### A

ABRAHAM non duxit ſororem: nam Sarra nõ erat ſoror ex eodem patre, vel matre: vocabatur tamen ſoror conſuetudine, qua dicebantur fratres filÿ duorũ fratrũ pag. 125.

*Abraham potuit eſſe quòd duceret Sarram licet eſſet ſoror diſpenſatione tamẽ facta interiùs, & non ſine ea. 125.*

*Abrahæ tempore cum eſſet genus humanũ admodũ multiplicatum, ceſſauit contractus matrimonialis inter fratres. 126.*

*Abraham habuit plures vxores ſimul, Sarram, & Agar. 216.*

*Abraham licet cum diſpenſatione acceſſerit ad ancillam: non ob illud ſequitur nõ potuiſſe abſque tali conſenſu accedere. 220.*

*Abraham duxit vxorem Agar poſt Sarrã, ſic ꝙ vtraq; ſimul vera erat vxor. 229.*

*Abraham duxit etiam Cethuram vxorem. Ibidem.*

*Abrahæ ſi vera fuit vxor Cethura, & Agar, quare vocantur concubinæ. 233.*

*Abrahæ vxores (quæ veræ vxores erant) vocabantur concubinæ, non quia ad ſolum concubitũ ſumptæ, ſed vel quia inferioreres erãt genere vt patet de Agar. quæ erat ancilla, & de Cethura: vel quia non accipiebantur cum ſolemnitatibus, & cærimonÿs legalibus, & conſuetis: vel quia filÿ earum non ſuccedebãt in bonis paternis vt patet de Iſaac, & Iſmael. 235. De quo in verbo, Habere concubinam.*

*Abſolutio ſacramentalis non eſt neganda coniugibus nolentibus abſtinere à coniunctione quæ fit mutato ſitu. 344.*

*Abſolutio ſacramentalis eſt deneganda illi, qui exhæredat filium, aut filiam. quia contraxit contra eius voluntatem: & filÿ, ad quos diuoluitur hæreditas, tenentur reſtituere ſorori partem hæreditatis. 366. 367.*

*Acceſſus Oſæ ad non ſuam, non fuit fornicarius: nam licet Deus non poſſit facere vt aliquis accedens ad non ſuam; non peccet accedendo poteſt coniũgere etiam inuitos, ita vt illa quæ non erat ſua, ſit ſua & ſic non ſit peccatum, vt in facto Oſæ. 230.*

*Accedere ad concubinam ſemper fuit damnabile, & illicitum. 230.*

*Actualis intentio ducendi adulteram, & ducendi virum, requiritur vt incurratur impedimentum criminis. 95.*

*Actus indifferens non datur in homine exiſtente in gratia, contra Scotum, & Duran. licèt detur ineſſe moris, quãtum ad ſpeciem, vt dicit. S. Tho. & non quantũ ad indiuiduum.* 219.

*Actus meritorius fuit in illis patribus ſanctis antiquis plures accipere vxores. ibi. & 219. De quo in verbo. Habere plures vxores.*

*Actus illorum qui veri coniuges ſunt ſi fiant extra debitum modum à natura præordinatum aliquando ſunt illiciti venialiter, aliquando mortaliter.* 343.

*Actus coniugum quando fiunt ſedẽdo, ſtando, ex latere, vel retrorſum admodũ brutorum, ſemper ſunt peccata, ſi ſine neceſſitate fiant vrgente. Et erunt mortalia peccata, quando per talem modum non ſequitur generatio.* 344

*Actus coniugum, quando vir iacet, & fœmina ſupergreditur, videntur, & veriſimile eſt, eſſe peccata mortalia quia non poteſt eſſe receptio ſeminis ex parte fœminæ: ꝙ ſi ſit, non erit retentio, contra Albertum Mag. & Sylueſtrum. ibidem.*

*Actus coniugum contra ordinationem naturæ facti, ſunt aliquando liciti: itaꝙ ſine peccato fiant. ibidem. &* 345.

*Actus coniugum (quando fœmina ſupergreditur) licèt (dum fiunt extra neceſſitatem) ſint illiciti mortaliter probabile eſt neophytos antequàm audierunt malum eſſe (dum non ſemper, ſed aliquando fiant) per ignorantiam inuincibilem excuſari.* 345.

*Actus inceptus à viro, ſed non conſummatus, nolens ſeminare, ne habeat plures filios (dummodo mulier ex eo non prouocetur ad ſeminandum) non eſt de ſe mortale.* 346.

*Actum inceptum non conſummare, licèt de ſe non ſit mortale, erit tamen propter periculum in quo ſe exponunt coniuges diuertendi ſemen: quia difficilimum eſt non ſeminare actu incepto. ibidem.*

*Actus coniugum cum fiunt extra vas, vel ſic ꝙ non poſſit ſequi proles, illiciti ſunt mortaliter. ibidem.*

*Actus coniugum quantumcunq; contra ordinem à natura inditum fiant: ſi tamen vas ſeruetur, & ſequatur generatio, non ſunt damnabiles mortaliter. ibidem.*

*Actus coniugum propter prolem, vel propter debitum reddendum, vel propter vitandam fornicationem in ſe, vel in alio, nullo modo ſunt peccata, ſed boni actus.* 347.

*Actum carnalem exercere coniuges cauſa procreandæ ſanitatis, vel conſeruandæ, vel cauſa delectationis (ſi modo maneat intra limites matrimonij) licèt peccatum ſit, non eſt mortale.* 348.

*Actum illum exercere cauſa procreandæ ſanitatis, licet aliter non poſſet conſequi, licèt non ſit peccatum mortale, eſſet veniale.* 349.

*Actum coniugum exercere propter delectationem, vel ſanitatem, quando delectatio queritur vltra limites matrimonij, licet ſit peccatum mortale, ſolum erit, quando in actu ipſo cogitat ad eam acceſſurum, etiam ſi vxor non eſſet, & non quia ſolum habet in habitu. ibidem.*

*Actus carnalis coniugum ſeruato vaſe, & modo naturali, nunquàm eſt peccatum aliquod, ſi fiat vel propter prolem, vel ad debitum reddendum.* 350.

*Actu reminiſci alicuius finis matrimonij non requiritur ad hoc quòd talis actus excuſetur à peccato. ibidem.*

*Actus carnalis inter coniuges licet propter frequentiam veniale ſit, nunquam tamen erit mortale, niſi concupiſcentia excedat limites matrimonij. ibidem.*

*Actu cogitare de vltimo fine ab habente charitatem non requiritur, ad hoc quòd ſit actus meritorius, ſed ſufficit virtute referre ad finem, quem ſibi prius propoſuit. ibidem.*

*Actus coniugum non vitiantur mortaliter, quantuncunque fiant propter ſolam ſaturandam libidinem, dummodo fiant intra limites matrim. Non vitiantur (inquàm) licèt fiant diebus feſtiuis ſignatis ab Eccleſia, in quibus ab operibus ſeruilibus eſt abſtinendum. ibidem.*

*Actum illum exercere coniuges in diebus feſtiuis, etiam ſi Euchariſtiam, ſumere debent, non eſt mortale, ſecluſo contemptu: veniale autem eſt.* 351.

*Actum illum exercere coniuges tempore impragnationis (ſi nullum timetur periculum) licitum eſt ſicut & alijs diebus non prohibitis.* 352.

*Actum*



*Actum illum coniugum, tempore menſtrui exercere veniale eſt: at ſi morbus ſit, qui fluxus ſanguinis dicitur, nullum eſt peccatum. ibidem.*

*Adam etiam ſi non peccaret, matrimonium eſſet in officium.* 173.

*Adam, & Euam conſummaſſe matrimoniũ ſine conſenſu mutuo, ſed ſolũ quia Deus eos coniunxit, ait Palude.* 7.

*Ad liberandam vitam ſpiritualem hominis, nihil facit leges humanę tranſgrediantur.* 332.

*Ad hoc quòd actus bonitatem, vel meritum habeat à fine non requiritur quòd actualiter referatur in finem, ſed ſufficit ſi virtualiter.* 350.

*Adoptio eſt: extraneæ perſonæ in filium, vel nepotem, & deinceps legitima aſſumptio.* 167.

*Adoptio inuenta eſt ad ſupplendum defectum generationis naturalis: ſic vt filius, vel nepos, qui per naturam haberi non poteſt, habeatur per artem, quæ naturam pro poſſe imitatur. ibidem.*

*Adoptione quadam propinquitas cauſatur, ſicut per generationem carnalem cauſatur conſanguinitas. ibidem.*

*Adoptio perfecta illa eſt, qua adoptatus trãſfertur in poteſtatem adoptantis, quemadmodum & naturalis filius in poteſtatem patris tranſit. Hæc autem arrogatio dicitur. ibidem.*

*Adoptio imperfecta eſt à contrario. Et hæc vocatur ſimplex adoptio. ibidem.*

*Adoptionis (quæ arrogatio eſt) & adoptionis ſimplicis differentia. ibid. per totam.*

*Adoptari non poteſt niſi qui ſui iuris eſt. ibidem.*

*Adoptare non poteſt minor natu maiorem, nec frigidus impotensuè, nec niſi ſexagenarius. ibid.*

*Adoptare nequit fœmina: niſi ex conceſſione principis, nec minor. 25. annorum. Poteſt tamen minor. 25. annorum adoptari, dummodo non ſit qui neceſſario ſuccedat in hæreditatem.* 168.

*Adoptio (quæ cognatio legalis eſt) in linea recta deſcendentium impedit matrimon. contrahendum, & contractum dirimit: ſic quòd adoptans non poteſt contrahere cum adoptato, nec cum filio eius, neque cum nepote.* 169.

*Adoptio (quæ & cognatio legalis) quæ eſt inter filium adoptatum, & filium naturalem, impedimentum præſtat matrimon. tamdiu, quamdiu inter ſe ſimul cohabitare contingit. ibidem.*

*Adoptio, ſicut impedimentum præſtat perpetuo inter adoptantem, & filium adoptatum, & filios omnes eius: ſic etiam eſt inter vxorem filij adoptati, & patris adoptantis, & inter vxorem filij, filij adoptati, & inter ipſum filium adoptatum, & vxorem patris adoptantis. ibidem.*

*Adoptatio non impedit ſtando in iure naturæ, vel diuino, ſed ſolum ex Eccleſiæ ordinatione. Vnde ſi apud aliquas nationes contingeret adoptio, & perſonæ iam ſignatæ contraherent, verum eſſet matrim. & non eſſet diſſoluendum, ſi ad fidem eſſet tranſitus, & conuertantur. ibidem.*

*Adulterans, ſolum ſine fide, vel promiſſione de matrimonio, poſt mortem propriæ coniugis poterit cõtrahere cum illa, cum qua commiſit adulterium.* 96.

*Adulterans, & promittens cum fide, vel iuramento de matrimonio contrahendo, non poterit poſt mortem propriæ vxoris ducere illam, cum qua adulterium perpetratus eſt. Ibidem. Cætera per totum artic. 34. p. p. ibidem.*

*Adulterium commiſſum, ſufficiens cauſa eſt ad diuortium celebrandum inter fideles.* 292.

*Adulterium tam ex parte viri, quam fœminæ, licet ſit ſufficiens cauſa ad diuortium, aliqui ſunt tamen caſus in quibus (adulterio ſtante) non conceditur. Qui & aſſignantur. 296. per totam.*

*Adultera ſi emendatur, vir non tenetur eam reijcere à ſe per diuortium, ſed retinendo, bene facit.* 297.

*Adulteram (ſi non emendatur etſi ſunt teſtes ſufficientes) ſub præcepto tenetur per diuortium à ſe reijcere dummodo non credat eam deteriorem futuram poſt diuortium: aliàs licèt poſſit, non tenetur.* 298.

*Adulteram, licèt vir non teneatur ſtatim reijcere poteſt tamen per ſolam vnam fornicationẽ, licèt emendetur: at per crimen infidelitatis minime, niſi in illo perſeueret*

ſeneret. 299.

Adulterium accuſare quantum ad diuor. poteſt uxor, ſicut & vir: quantum ad pœnam vero capitis ſolum viro cōceſſum eſt. 301.

Adulteram deprehenſam in delicto non poteſt vir occidere abſq; mortale. Quòd ſi occidat eam data facultate à iudice, licitè facit. 79. 302.

Adulterium coniugatus committens cum ſoluta, à nullo poteſt ad pœnam capitis accuſari. ibidem.

Adulterium ſi coniugatus cum coniugata committat, ſolum accuſari poteſt ad pęnam à viro adultera. ibidem.

Ambroſio ſunt aliqua falsò impoſita. 309.

Atabaliba Rex Perù ditiſſimus, habuit plures concubinas, & Reginas, & ducentos filios. 217.

B

Baptiſmus peccata tollit, ſed non coniugia: neq; tollit pęnam quantum ad homines, & Eccleſiam, niſi quæ conſtituta eſt ab Eccleſia, vt per baptiſmum tollatur. 100. & 144.

Baptiſmus tollit irregularitatem quæ ex peccato cauſata eſt, ſecus tamen de illa quæ ſine peccato. 143.

Benedictiones nuptiales recipere in Eccleſia oibus fidelibus ſub præcepto eſt. 42.

Benedictiones contemnere mortale peccatū eſt. Ex negligentia tamen non recipere eas, videtur veniale. 43.

Benedictiones recipere non tenentur, nec ſub mortali, nec ſub veniali infideles, qui in infidelitate contraxerunt etiam ſi ad fidem conuertantur: bene tamen, & ſanctè fit. ſi recipiant. ibidem.

Benedicendi ſunt neophyti huius orbis, qui contraxerunt poſt conuerſionem, ſi adſit facultas. ibidem.

Benedicēdæ ſint, nec ne ſecūdæ nuptiæ. 44.

Bonum opus de ſe, vel propter bonum finē, eſt meritorium vitæ æternæ, modò fiat ab homine in gratia exiſtente. 350.

C

Catechiſmo contrahitur quædam cognatio ſpiritualis, quando ſolum tenet in Catechiſmo. 67.

Catechiſmo ſolum oritur impedimentum impediens, & non dirimens. 72. 73. & 157.

Catechiſmo ſolum, & non in alijs quæ præcedunt baptiſmum, contrahitur impedimentum ad matrimonium. 73.

Catechiſmi impedimentum, quod non oriatur in appoſitione ſalis, neq; cādelæ. &c. non eſt contra Eccleſiæ determinationē, 30. q. 1. c. peruenit. 74.

Catechiſmi impedimentum non oritur inter hos neophytos, quando proprios filios tenent in ſalis pabulo, nec in appoſitione ſputi, nec crucis ſigno, nec in appoſitione olei, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter id faciant. 74.

Catechiſmi impedimentum non oritur inter parentes leuantes filios proprios, & tenentes, qnando exigitur ab eis fides: dummodo non ipſi reſpondeant, ſed ſolū teneant. Oritur tamen inter patrinos reſpondentes. 75.

Catechiſmo, ideſt, propter illam fidei inſtructionem oritur impedimentum iupediēs & dirimens, 73. & 157

Catechiſmi impedimentum probabile eſt non oriri, quando ſolum fieret ſine baptiſmo, quia forte baptiZatus eſt ſine ſolemnitate. 92.

Catechiſmi impedimentum (quod oritur in baptiſmo, & confirmatione) ſolùm impedit iure humano poſitiuo. ibidem.

Catechiſmi impedimentum ideſt, diſpoſitio ad regenerationem, cùm ſit debile impedimentum, poteſt diſpenſari, non ſolùm à Summo Pontifice, ſed etiam ab Epiſcopo. Ibidem.

Celeſtinus Papa errauit dicens, matrimonium diſſolui quo ad vinculum propter hæreſim alterius coniugum. 295.

Ceſſante ratione legis, ceſſat eius obligatio: etiamſi ceſſet in particulari. Itaque ad hoc quod ceſſet, non requiritur ceſſet in vniuerſali. 46. 90. 319.

Coactio, ſeu metus cadens in virum conſtantem quis ſit. 24.

Coactio cadens in virum conſtantem iure naturali, Diuino, & humano, anullat matrimonium. 25.

Coactus quis ad matrim. propter timorem mortis, vel ſtupri, vel carceris, vel verberum, vel ſeruitutis, vel grauis infamiæ ſui, vel ſuorum, vel amiſſionis ſtatus, vel maioris partis bonorum ſuorum, vel vinculationis non contrahit iure naturæ, diuino, & humano, & nullus eſt contractus. 26.

Coactionis cauſa non conſideranda eſt ex parte rei, ſed eius cui infertur. ibid.

Coactio ſeu metus, qui ſit, qui cadit in virū conſtantem, & qui ſit qui non cadit, ſi non ſit expreſſum in iure, in arbitrio boni viri conſiſtit. 27.

Goactio, aut metus, cadat ne, an non inter iſtos neophytos, ſiue antc conuerſionem, ſiue poſt, confeſſores eorum poſſunt iudicare, & vtrum fuerit cadens in virum conſtantem, vel non, &c. 28.

Coactio ex timore leui, licet in foro exteriori ſit matrimonium in foro conſcientiæ non tenet, ſed eſt nullum iure naturali. ibidem.

Coactio ex leui metu anullat matrimoniū inter iſtos neophytos in foro conſcientiæ, niſi de nouo conſentiant: & hoc cū ſint nimis meticuloſi, apud quos illud quod apud virum conſtantem pro leui iudicaretur, pro graui reputatur. 29.

Cohabitare volenti infideli, fideli, ſine contumelia creatoris, & ſine hoc ꝙ fidelem pertrahat ad naturale tenebatur fidelis tempore Apoſtolorū non diſcedere. 281. a

Cohabitare volenti infideli, fideli iſtis temporibus, & ante per mille annos non eſt præceptum fideli conuerſo etiamſi ſit cohabitatio ſine contumelia creatoris, & ſine hoc quod ipſum pertrahat ad mortale, ſed poteſt diſcedere quantum ad torum, quoad conuertatur. 282. per totam.

Cohabitare licet non teneatur fidelis, infideli volenti ſine contumelia, & pertractione ad mortale, melius fiet ſi cohabitauerint: quam ſi diſceſſerint. 284.

Cohabitare ſi voluerit infidelis, fideli ſine contumelia creatoris, &c. tenetur fidelis non diſcedere: dummodo ſcandaliZetur per hoc ꝙ fidelis diſcedit. ibidem.

Cohabitatio ſolum nō facit matrimonium, vbi aliqui contraxerunt cum impedimēto: ſed requiritur (ceſſante illo) nouus conſenſus. 10. Reliqua de cohabitatione ſola per totum articulum. xij. P. iij.

Cognatio legalis in linea recta deſcendentium, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: & impedimentum præſtat inter filium adoptatum, & filium naturalem, tamdiu, quādiu eſt cohabitatio. 169.

Cognatio legalis ſolum impedit iure humano. ibidem.

Compaternitas nulla oritur inter leuantē à ſacro fonte & baptiZantem. 162.

Compaternitas inſurgit inter leuantem, aut baptiZantem, & patrem & matrem baptizati. ibidem.

Confraternitas inſurgit inter ipſum baptiZatum, ſeu leuatum, & omnes filios leuantis, aut baptiZantis: vnde nequeunt in matrimonio coniungi. 165.

Confraternitas licet vere oriatur inter baptiZatum, & omnes filios baptiZantis, aut leuantis. tamen non contrahitur cū alijs fratribus baptiZati, dummodo non fuerint leuati, vel baptiZati. ibidem.

Confraternitas licet ſolum oriatur inter filios leuantis, vel baptiZantis, & inter leuatum, ſi conſuetudo ſit ꝙ cum alijs inter quos non eſt impedimentum non contrahant, debet obſeruari. 166.

Confraternitas nulla eſt inter filios leuantis & baptiZantis, ſed poſſunt contrahere inter ſe. ibidem.

Concordia dictorum S. Tho. 219.

Cōſenſus neceſſario requiritur ad matrim. ita ꝙ ſtantibus omnibus alijs, illo deficiente, non eſt matrim. 7.

Conſenſus ipſorum contrahentium, & non aliorum requiritur. ibidem.

Conſenſum parētum ſic (dixit Chaſſeneus) eſſe requiſitum, quòd (illo deficiente) nullus ſit contractus. ibidem.

Conſentiat ſi vnus ſtatim, & alter poſt, eſt matrim. dummodo qui conſenſit, non reuocet conſenſum, antequàm alia conſentiat. 9. 10.

Conſenſus per verba, vel facta, vel ſigna æquiualentia eſt neceſſarius: ita quòd interior non ſufficiat. 9. 10. 11.

Conſenſu deficiente, per verba de futuro, non ſit matri. ſed ſolum ſponſalia. 13.

Conſenſum ſi vnus exprimat altero non exprimente verbo, vel ſigno, aut facto aliquo, nullo modo eſt matrimonium. 16.

Conſenſus vnus licet non ſufficiat ad matri. ſi tamen vno ſolum exprimente, mu-

tuo

ſiue ſe recipiant, & conſummant, & in operibus communicant, antequàm cum alijs contrahant: præſumendum eſt pro matrim. in foro conſcientiæ, dum diſſenſus non adſit. 17.

Conſenſum vno exprimente, alio tamen nõ exprimente, tenet matri. ſi pro tacente parentes exprimant, ſiue ille pro quo præbetur cõſenſus ſit pubes, vel impubes. 18.

Conſenſus parentum non ſufficit ad matri. filiorum, ſi ipſi ignorauerunt contractum. 19.

Conſenſus parentum ſufficit ad matrimo. filiorum, ſi ipſi intellexerunt de matrimonio agi à parentibus, & conſummauerunt, nec contradixerunt interius, vel exterius, ſigno vel verbo. ibidem.

Conſentiant ſi interius filij puberes, & liberè maneant in contractu parentum, ignorando tamen contractum: ſi poſt non cõtradicant, eſt verum matrimonium, & pro tali iudicandum. ibidem.

Conſenſus gubernatoris vtrum ſufficiat ad matrim. 20.

Conſenſus coactus. Vide coact.

Conſenſum liberum requirunt octo: omnia quæ ſunt meritoria: Matrimonium Voti promiſſio. &c. 29.

Conſentiat ſi quis (qui ad ſupplicium iuſtè trahitur) in matri. aliàs non valiturus, eſſet matrim. 31. Quòd ſi iniuſtè damnatus eſt, & conſentiat, in foro conſcientiæ nullum eſt. ibidem.

Conſenſum quando alter coniugum negat, quid agendum erit: vtrum poſſint diuertere, & cum alijs contrahere. artic. 13. 3. parte. 338.

Conſenſit ſi vir in aliquam: ſimiliter mulier in aliquem per expreſſum cõſenſum, & propria authoritate diuertit ille qui negat conſenſiſſe, ille qui manet non poteſt aliam ſumere, ſi modo manſerunt per multum tempus ſimul in vnum. 339.

Conſenſit ſi vnus in alium ad matrimoniũ per verba expreſſa vtriuſque, vel per ſigna, quando præceſſerunt verba de matrimonio à paren. vel conſangui. & alter ipſorum dicit ſtatim non conſenſiſſe poſt contractum, aut hoc oſtendit factis. ſ. fugiens à conſortio, poterit qui verè cõſenſit, contrahere cum alia abſq; peccato. ibidem

Conſenſit ſiue vir, ſiue fœmina in matrim. quæ ſcit alterum etiam conſenſiſſe, & nihilo minùs negat conſenſiſſe, & ad aliud tranſit matrimo. probabile eſt quòd ille qui manet, poſſit ad aliud remeare abſq; mortali: dummodo non certo ſciat mentiri qui negat. 340.

Conſenſus expreſſus mulieris ſi viro conſtiterit, licèt neget conſenſiſſe, nullo modo poterit aliam ſumere, vſq; ad mortem negantis conſenſum. ibid.

Conſenſus in matrimonio protoplaſtorum fuit in illis verbis, hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. 173.

Conſulere minus malum ad vitandum maius licet. 39. 40. per totam.

Conſulere licet alicui habenti impedimentum voti quòd contrahat: dummodò ſit incontinens. 52.

Conſulere nullatenus licet viro, ſeu fœminæ certo ſcienti alium qui negat conſenſiſſe, & promiſiſſe. Non (inquàm) licet tali conſulere vt ducat aliam vxorem, ſi nullam habet. 342.

Conſulere licitum eſt tali viro, vel fœminæ affirmanti quod alter negat, vt conſcientiam deponat de conſenſu alterius, ideſt, quod credat non conſenſiſſe, Illa autem depoſita, conſulitur bene vt aliam ducat. ibidem.

Conſulitur licitè illi qui affirmat conſenſum (vxore negante) vt conſcientiã deponat, ſi habet aliam cum qua contraxit ante, qua depoſita, rectè conſulitur ne dimittat quam ſecundo habuit. 343.

Conſulere licitè poteſt religioſus, illi qui affirmat conſenſum (altero negante) ſi nullam habet, (cognita Neophytorum conditione) vt aliam ducat, vel ſi habet iam ſecundam, vt non dimittat, dummodo prius conſulat, quòd conſcientiam deponat. ibidem.

Conſilium Caietani circa clandeſtina matrimonij. 38.

Conſilium vertitur in præceptum ratione ſcandali, & alijs circunſtantijs, concurrentibus. 283.

Clandeſtina fieri matrimonia eſt prohibitum. Quibus etiam modis id fiat. 34.

Clandeſtinè contrahere, id eſt, ſine teſtibus, circa neceſſitatẽ, eſt peccatũ mortale. 35.

Clandeſtinè contrahere ſine teſtibus, ſecluſa



ſa neceſſitate vrgente, & ſecluſo iure poſitiuo, & ſtando in iure naturæ, eſt mortale. 36.

Clandeſtinè contrahentes, Gentiles peccabant mortaliter: quia contra ius naturæ, quod omnes obligat. ibidem.

Clandeſtinè contrahere abſq; neceſſitate, eſt, quando poſſet fieri abſq; peccato: vt ſi puella ſub malignis tutoribus degens, ne tradatur viro inſipienti, oblata opportunitate, contrahit cum viro ſibi grato abſq; teſtibus. 36.

Clandeſtinè contrahere ſine teſtibus, quibus de cauſis fieri poteſt. ibidem.

Clandeſtinè contrahere coram teſtibus, ſed ſine bannis, vbi conſueta ſunt fieri, & hoc ſine cauſa rationabili, eſt peccatũ mortale. 37.

Clandeſtinum matrimonium impropriè dicitur, quando contrahitur coram teſtibus ſufficientibus, etiam ſi ſine ſolemnitate, quæ in iure poſita eſt fiat. ibidem.

Clandeſtini matrimonij vſus, eo modo eſt peccatum, quo eſt matrimonium ipſum clandeſtinum. 38.

Clandeſtini matrimonij vſus apud infideles licet ſit peccatum, niſi ignorantia inuincibilis ſit, non eſt mortale peccatum. 39.

Clandeſtini matrimonij vſus apud infideles conuerſos ad fidem, qui in infidelitate contraxerunt, clandeſtinè, non eſt peccatum mortale, niſi eis præcipiatur, quod veniant ad contrahendum publicè. ibid.

Clandeſtinè contrahentes, Neophyti ſine teſtibus, quibus Eccleſiæ præceptum ſufficienter promulgatum eſt, & mortaliter peccant & in vſu clandeſtini de ſe non excuſantur à mortali. 40.

Clandeſtinum matrimonium inter Neophytos propter aliquam circunſtantiam poteſt eſſe licitum. ibidem.

Corripere non tenemur fratrem, ſi timetur quòd læſio aliqua corporis ſit inde euentura: bene tamen fiet, ſi ex illa ſequatur emenda fratris. 298.

Correctio fraterna, eſt in præcepto. 328. & 329.

Corripere tenemur fratres, cum minori diſpendio eorum: quòd ſi poſſumus per nos. ipſos facere, non ſunt adhibituri teſtes, ibidem. & 330.

Correctionis præceptum aſtringit etiam infideles. ibidem.

Corripiens fratrem in peccato publico, non tenetur amplius. 330.

Curſus naturalis dupliciter mutatur. 196.

Curati non ſunt religioſi in nouo orbe, licet habeant officium curatorum, quia poſtpoſitis omnibus, officium exercent. & ſolum animarum zelo id faciunt. 327.

D

Damnatus ſolum ſecundum allegata, & probata, non peccaret liberando ſe, ſi poſſet euadere à pœna: ſecluſo ſcandalo. 304.

Damnatus ſi ob libertatem conſentiat in meretricem, tenet matri. 31.

Dans eleemoſynam licet actu non cogitet de vltimo fine ſed diuertat ſe, dicitur dare propter vltimum finem, & meretur, dummodo ſit in charitate: quia virtualis relatio in finem ſibi prius præſuppoſitum ſufficit. 350.

Debitum tenetur reddere petenti vxori, ille qui poſtquam votum ſimplex vouit, contraxit: peccauit, tamen mortaliter contrahendo. 49.

Debitum exigendo qui poſt votum ſimplex continentiæ contraxit, licet mortaliter peccet, tamen poſt exigendo non peccat. ibidem.

Debitum non poſſunt exigere adinuicem parentes, qui citra neceſſitatem proprios filios tenent, vel baptizant. 162. & 163.

Debitum petere nequit alter coniugum, ſi probabiliter dubitat ſuum, vel ſuam alium habere: quòd ſi certò ſcit, nec petere, neque reddere poteſt. 341.

Debitum poteſt non ſolum petenti reddere coniux, ſed & petere, ſuppoſito bona fide contraxit, quia ſi mala, nec petere, nec reddere. 354.

Debitum non ſolum poteſt reddere, ſed exigere qui dubitat de vero coniuge, quantum ad ſpeculatiuum iudicium, & non quoad praxim exigendo, vel reddendo debitum. 355.

Debi-

Debitum poterit reddere, & petere ſine peccato, qui dubitat de vero coniuge, adueniente præcepto Eccleſiæ de commanendo ſimul (quia non conſtant de contrario) dummodo non dubitat quantum ad reddendum, aut exigendum. ibidem.

Debitum non ſolum poteſt reddere, ſed exigere, qui bona fide contraxit, putans mortuum coniugem priorem & facta diligentia, nõ poteſt inuenire veritatem, & hoc manente dubio. 356

Debitum licet poſſit reddere qui mala fide contraxit, manente dubio, & facta diligentia, tamen non poteſt petere. 357.

Debitum reddere propter delectationẽ, vel propter fornicationem fugiendam, vel propter aliam cauſam ſit ne peccatum mortale, an veniale vide, Actus coniugũ & art. 15. 16. & 17. 3. partis.

Deus nequit præcipere fieri aliquod malum intrinſecè, ſicut eſt fornicatio, &c. 230.

Deus poteſt in matrimonio aſtringere etiã inuitos. ibidem.

Deceptio cuiuſdam, dicentis quòd matrimonia clandeſtina ſunt irrita ab Eccleſia, ita vt factum non teneat. 34.

Decimæ quantum ad quotam, nec ſunt de iure naturæ, nec diuino euangelico. 241.

Deceptio Caie. & Cathari. dicentium Papam poſſe diſpenſare in matri. rato non conſummato. 199.

Diebus ieiuniorum, & ſumptionis Euchariſtiæ commiſceri carnaliter coniuges eſt veniale. 351. & 352. per totam.

Diebus Quadrageſimæ (quia ieiunatur) non licet nuptias facere, nec in aduentu, nec in litanijs, vſq; ad octauam Pentecoſtes. Et ab Aduentu, vſq; ad Epiphaniam. 352.

Diſparitas cultus eſt impedimentum quod impedit matri. contrahendum, & dirimit contractum ex iure poſitiuo Eccleſiæ. Quod, licet non ſit expreſſum, habendum vt expreſſum. 90. Reliqua in verbo, Cohabitare. Infidelis, & fidelis.

Diſpenſatione, receditur à communi curſu legis illius contra quã diſpenſatur. 106.

Diſpenſauit Deus cum Abraham in homicidio filij Iſaac, ita quod ſi eueniret, non peccaret occidendo filium. 197.

Diſpenſatio facta fuit Sanſoni, vt ſe interficeret. ibidem.

Diſpenſatio fuit facta filijs Iſrael, de reſtituendo Ægyptijs commodatum. ibidem.

Diuortij cauſa quantum ad cohabitationẽ adulterium eſt, propter multas cauſas. Chriſto redemptore dicente, non licere. niſi propter fornicationis cauſam. 292.

Diuortij cauſa etiam quoad cohabitationẽ eſt mollities, vitium contra naturam patiendo, aut agendo, &c. 293.

Diuortij cauſa licet ſit hæreſis in qua alter coniugum labitur, non ideo eſt, quia hæreſis eſt fornicatio ſpiritualis, ſed permittitur ab Eccleſia, ob defenſionem fidelis, & ad tutelam eius. ibidem.

Diuortij cauſam quantum ad torum probabiliter dici poſſet eſſe non ſolum hæreſim, ſed quodcunq; peccatum, ad quod inducitur fidelis, & propter quod non poteſt manere abſq; animæ periculo. 295.

Diuortium de rigore iuris deberet concedi propter quodlibet peccatum. Veruntamen ex quadam eius æquitate ſolum reductum eſt propter infidelitatis crimen. ibidem.

Diuortium non celebrabitur propter cauſas certas, & iuſtas. 292. per totam.

Doctorum concordia. 123. & 221. & 296. & 348.

Dotem tenetur pater dare filiæ (ſi promiſit ei) ſi alicui nupſit, eo inuito, etiam ante 25. annum, Et ad dandum dotem eſt compellendus. Et etiam ſi non promiſit dotem ſe daturum. 368.

Dotem non tenetur pater conſtituere, & dare filiæ, quæ nupſit alicui inhoneſto, etiamſi promiſerit. ibid.

Ducens vxorem quis poſt votum ſimplex continentiæ, peccat mortaliter conſummando matri. exigendo debitum. 49

Duxerit ſi quis ſcienter cum habente impedimentum voti ſimplicis, peccat mortaliter, licet matri. teneat. 52.

Ducturum qui promiſit, ſiue cognouerit eã, ſiue non, ſiue ſit æqualis conditione vel ſuperior, tenetur promiſſum adimplere. 365.

Ducere non tenetur ſub mortali, qui promiſit fictè alicui puellæ, quam cognouit carnaliter, & corrupit, ſi modo ſit notabiliter excedens in conditione, nobilitate, & diuitijs, & puella non ignoret. 363.





Ducere qui fictè puellæ promiſit, ſi conſentiat, qui tamen excedit conditione, ipſa puella id ignorante, probabile apparet, ꝙ ſufficiat eam dotare, & non ſit neceſſarium eam ducere. 364.

Ducere qui fictè promiſit alicui puellæ, quã corrupit, tenetur eam ducere, ſi modo ſit ei æqualis, vel inferior. 364. Quòd ſi non corrupit, non tenetur ducere. ibid.

Ducere qui promiſit alicui corruptæ, licet copula ſit ſequuta, cuiuſcunq; ſit conditionis, non tenetur eam ducere in foro conſcientiæ, tenetur tamen ad aliquid. 365.

Ducere qui fictè promiſit, & debitor eſt, ſi de facto cũ alia contrahat, tenet ſecundũ matrimonium. ibidem.

Dubium. Vide ſupra. debitum.

E

Eccleſia non iudicat de occultis. 61. 62. & 104. & 150.

Error poteſt contingere, vel circa perſonam, quantum ad ſubſtantiam, vel error conditionis, vel fortunæ. 83.

Error perſonæ quantum ad ſubſtantiam, ſcilicet, quòd quis exiſtimet contrahere cum Ioanne, & talis ſit Petrus, anullat matrimonium. 84.

Error qualitatis perſonæ non euacuat matrimonium, vt ſi quis contrahit cum hac quam exiſtimat eſſe virginem, diuitem, aut admodum nobilem, quæ nec eſt virgo, diues, nec nobilis. ibidem.

Errore concomitante exiſtente, matrimonium non eſt validum: quia licet ſit voluntarium. non eſt ſimpliciter. ibidem.

Error conditionis ſeruilis eſt impedimentũ, ſolũ ſtãdo in lege humana poſitiua. ibid.

Errore conditionis ſeruilis ignorato, ſi tempore infidelitatis liber contraxit cũ ancilla, tenet matri. 85.

Vrrore conditirnis ſeruilis ignorato à ſerua vere contrahit. ibidem. Cætera de errore conditionis ſeruilis per totum. art. 29.

Error Vuitcleff damnatus in Concilio Conſtantienſi, dicentis ſufficere ad matrimonium conſenſum interiorem. 11. & 181.

Error Cherinthi, & Ebionis, dicentium aliqua præcepta cæremonialia legis modo habere vim. 258.

Error magiſtri, Duran. Hoſtienſis, Eraſmi, & Gloſſæ, dicentium ſacramentum matri. non conferre gratiam. 289.

Error Eraſ. Caiet. Catha. Lactan. Firmiani, & Lutheri, qui dixerunt matrimoniũ diſſolui propter fornicationem quoad vinculum, ita quòd poſſunt coniuges ad alia vota tranſire. 310.

Error Duran. Martini de Magiſtris qui dixerũt, fornicationem ſolum eſſe malam, quia in ſacro Euangelio prohibitam, & non de ſe eſſe malam, neque eſſe hæreticum dicere, vagum concubitum non eſſe mortale. 230. & 325.

Error Magiſter ſenten. Hugonis, Hoſtienſis, & aliorum, qui dixerunt ꝙ caſu quo aliquis coniugatus eſt certus ſuum viuere, poterit commiſceri non ſuo, adueniente præcepto Eccleſiæ. 358.

Errauit Innocentius (ait Abulenſis) dicens, ꝙ non licuit habere plures vxores ſine diſpenſatione. 239.

Error aliquorum Canoniſtarum qui dixerunt Papam poſſe diſpenſare in matritrimonio rato, & iam conſummato. 265. & 269.

Error Gregorij, qui dixit, virum poſſe aliã ducere viuente prima, dummodò illa nõ poſſit reddere debitum, exponitur, quamuis Gratianus dicat eſſe contra Canones, & doctri. ſacri Euangelij. 110.

Error B. Ambro. qui idem dixit ſecundũ aliquos, tamen illi fuit impoſitus. 309.

Error Chaſſenæi in catalogo Glo. mundi, dicentis filiam non contrahere, ſi nubat alicui, ſine patris conſenſu. 8. & 367.

Error Caiet. qui ait, præuiam confeſſionẽ non neceſſariam ante ſumptionem Euchariſt. & de ſolutione matrimonij quo ad vinculum, ob fornicationem, non poteſt defendi. 172.

Error Lutheri, qui adæquauit matrimoniũ infidelium matrimonio fidelium. 174.

Error Caieta. dicentis non eſſe præceptum Diuinum de vnitate vxoris. 223. & 226 & 232.

Error Lutheri dicentis matrimonium patrum antiquorum non fuiſſe ſacramentum. 219.

Error Lutheri dicentis gradus Leuit. 18. eſſe de iure Diuino, nec Papam poſſe diſpenſare. 261.

Errauerunt multi, tam Theolo. quàm Iuriſconſul. dicendo, quòd Summus Pontifex non potuit diſpenſare in primo gradu affinit. 265. & 257

Error deteſtabilis Armenorum, Caluini, & Lutheri, qui dixerunt matri. non eſſe ſacramentum. 289.

Eua verè, & realiter formata fuit ex coſta Adæ, & non metaphoricè, vt ait Caiet. 172.

Excommunicatus iniuſtè, ſi moriatur non damnabitur propter excommunicationẽ, & non poſſet ſacramenta recipere, ſecluſo ſcandalo. 304.

Exhæredare filium nunc non eſt ſtatutum, ſed filiã quamuis olim illa cũ illo cũ quo contraxit, tradebantur ſeruituti proximioribus, ſi modo contra patris voluntatem contraxit. 366.

Exhæredare poterit pater (vt inquit Couarruuias) filiam quæ contraxit illo inuito, etiam ſi ſit vidua. ibid.

Exhæredari non poteſt filia, ſi contra voluntatem patris contraxit, etiam ſi ignobili iungatur, & inæquali. Et hoc in foro conſcientiæ. 367.

Exhæredans filiam, quæ contraxit contra ſuam voluntatem, quamuis ſecundum leges humanas id faciat impunè, in conſcientia tamen nequit id facere, nec abſoluendus eſt. 368.

Exorciſmus. Vide Catechiſmus.

F

FIdei cauſæ in quo ſenſu ſpectant ad Summum Pontificem. 240.

Fœminæ non vocantur propriè continentes, ſicut neq; irrationalia, propter facilem inclinationẽ in cõcupiſcentias. 300.

Fœminarum propria paſſio luxuria eſt. ibi.

G

GEns inuenta eſt in nouo orbe, in quam nonnulla vitia ſic in naturam verſa erant, vt licita putarent. 195.

Gens aliqua ſi eſſet tam barbara, quæ nullam haberet doctrinam, nullam virtutẽ acquiſitam, nec ſecundum legem naturalem viueret, nec educationem filiorũ haberet, nec theſauriʒaret eis nec aliquo modo curam filiorum haberet, apud tales inſeparabilitas in matrimonio non eſſet tam neceſſaria, ſicut eſt alijs qui ratione pollent. 193.

Gentiles repudiantes vxores ſecundum conſuetudinem ſuam, ante Chriſti aduentum, nullo modo peccabant. 206.

Gentiles non ſolum non peccabant repudiando poſt educationem prolis, ſed probabile eſt quòd etiam ante educationẽ. 212. & 214.

Gentiles vxores repudiando ante Chriſti aduentum, quocunq; tempore, quacunq; ex cauſa, etiam leui non peccabant, ſi modo eorum eſſet conſuetudo. Vnde ſequitur diſcrimen inter gentilem paganum, & gentilem Hebræum, quandoquidem conceditur Iudæum peccare, ſi ex leui cauſa repudiaret, quod gentili negatur. ibid.

Gentilibus & ſi ex quacunq; cauſa licebat repudiare, tamen gentibus quæ legibus humanis ſcriptis gubernabantur non licebat quauis cauſa, ſed ſolum illa quæ in lege erat ſcripta. ibidem.

Gentiles ad quos non peruenit ſufficiens Euangelij notitia, & prohibitio à Chriſto facta de repudio, non peccabant repudiando, ſicut nec ante eius pijſſimum aduentum. 209. & 210.

Gentiles qui nunc ſunt, ad quos Euangelij notitia peruenit licet peccent mortaliter non recipiendo legem Chriſti, probabile eſt non peccare mortaliter vxores repudiando iuxta mores ſuos. 210. 225.

Gentiles (repudio facto ante Chriſti aduentum) abſq; peccato ad alia vota remeabant: quia quoad vinculum diſſoluebatur matrimonium. 211.

Gentiles poterant reconciliari poſt repudiũ, tam ex parte fœminæ, quam viri: ſi modo eſſet nouus conſenſus in matrimonio.

Gentilibus nihil obſtabat lex data Hebræis de non reconcilianda ſibi vxore. ibid.

Gentiles repudiantes poſt legem Chriſti nõ poſſunt ad alia vota tranſire cum non diſſoluatur vinculum matrimon. Et etiã ſi non peruenit ad eos notitia. 212.

Gentiles vtentes repudio, dato à principio contraherent animo repudiandi ſecundum mores ſuos, inter tales non ſoluetur matri. poſt repudium. 835.



Gentiles ſi in pactum ducerent repudium: probabile eſt tenere matri. & non diſſolui per repudium. ibidem.

Gentibus paganis tempore legis naturæ, ante omnem legem ſcriptam, licitum erat plures vxores habere in matrimo. ſicut & fidelibus. 223. & 224.

Gentiles plures admittendo vxores in matrim. tempore legis ſcriptæ, ante aduentum Domini non peccabant, & hoc etiã omni diſpenſatione, tam exteriori, quam interiori, ſecluſa. ibid.

Gentiles qui nunc ſunt, poſt legem Euangelicam, de qua nullam habuerunt notitiam, non peccant habendo plures vxores, ſicut neq; ante legem Euangelicam. 225.

Gentiles qui nunc ſunt, ad quos notitia legis Chriſti peruenit, ſi habeant plures vxores, probabile eſt non peccare, ſi modo id faciant cauſa procreandæ prolis, & non deſiderio ſaturandæ libidinis. ibid.

Gentili, aut fideli tempore legis naturæ, & ſcriptæ licuit habere plures vxores, tamen vxori nunquàm licuit plures habere maritos. 226.

Gens nunquàm fuit, quæ permiſerit mulieri plures habere viros. ibid.

Gentiles, ſeu fideles, tam tempore legis naturæ, quam ſcriptæ, plures ducentes vxores, mutuo conſenſu cum omnibus, vere contrahebant, & cum omnibus erat verum matrimonium. 227.

Gentiles pagani, ſeu Iudæi poſt legẽ Euangelicam datam dato nihil audiuerunt de ea, quæ pluralitatem reprobat, ſi poſt primam, aliam ſibi aſſumant, nullum eſt matrimonium cum ſecunda, ſed ſolum cum prima. ibid.

Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota generationis diſtantia duæ perſonæ differant inter ſe. 122.

Gradu aliquo certo iure naturæ in linea recta prohibitum eſt matrimonium inter perſonas aſcendentes, & deſcendentes, & non in infinitum. ibid.

Gradus primus, ſcilicet, fratrum inter ſe, & non amplius, eſt iure naturæ prohibitus in linea tranſuerſali. 123.

Gradibus omnibus conſanguinitatis, dempto primo, in linea tranſuerſali, ſtando in iure naturæ, licitum eſt matrimoniũ celebrare. 126.

Gradus omnes lineæ tranſuerſalis ſunt diſpenſabiles à Summo Pontifice, etiam primus. 127. Et in artic. 27. 2. par. per totum.

Gradus conſanguinitatis nullus eſt iure Diuino Euangelico prohibitus, niſi ſolũ patris, & filiæ, filij, & matris. 121. Reliqua de gradibus conſanguinitatis, & affinitatis per totum art. 43. p. p. art. 22. & 25. & 27. 2. p. Et in verbo Papa.

Gratiam cõfert matrimonium infidelium, non gratum facientem, ſed in alio genere gratiæ, id eſt, gratiam, qua non ſunt diſplicentes Deo in illo matrimonio, ſine qua diſplicerent aliàs. 289.

Gratiam gratum facientem confert ſacramentũ matrimonij infidelium ſtatim ꝙ baptiʒantur, & de nouo cõſentiunt. 291.

Gregorij iunioris error, qui dixit ꝙ per ſuperuenientem infirmitatem in fœmina, vir poteſt aliam ducere. 112. & 309.

H

HAbens charitatem, dando eleemoſynã, licet non cogitet actu de Deo, ſed alio diuertat ſe, meretur, & propter Deũ dicitur agere: quia ſufficit virtualis relatio. 350.

Habere concubinam (quæ non accipiebatur affectu maritali) nũquã licuit. Quæ, ſic accepta, vxor non vocabatur. 234.

Habere concubinam (quæ affectũ maritali accipiebatur) licuit omni tempore. ibid.

Habere concubinam ſecundum ꝙ leges humanæ diſponunt, nõ licuit vnquam, neq; tales vocantur vxores. 235. Cætera de concubinis per totum art. 19. & 20. 2. p.

Habere plures vxores non eſt de ſe malum, ſic ꝙ non licuerit aliquando fieri. 216.

Habuerunt plures vxores ſancti Patres tẽpore legis Moyſi, nec ſunt reprehẽſi. ibid.

Habere plures vxores licet ſit contra ius naturæ ſecundarium, non tamen contra primæuum. ibid.

Habere plures vxores quamuis non ſit contra ius naturæ primæuum, eſt tamen contra ius Diuinum poſitiuum, a principio creationis inſtitutum, & in noua lege expreſſe manifeſtatum. 217.

Habere plures vxores in lege naturę omni-

bus fidelibus iuſtis licuit abſq; aliqua expreſſa Dei reuelatione. 218.

Habere plures vxores in ſtatu naturæ ante omnem legem ſcriptam, non ſolum licuit abſq; aliqua diſpenſatione expreſſa, ſed fuit meritorium in illis partibus. 219

Habere plures vxores in ſtatu legis naturæ abſq; diſpenſatione expreſſa ſic licuit, vt etiam ſi fieret inuitis primis vxoribus, vel ſine earum cõſenſu, nullum eſſet peccatum. 220.

Habere plures vxores ſine diſpenſatione (capiendo diſpenſationem non pro expreſſa reuelatione, neque pro interiori inſpiratione particulariter facta, ſed large, pro interiori dictamine rationis) nunquàm licuit 220.

Habere plures vxores licuit tempore legis ſcriptæ, ante Chriſti aduentum, & hoc ſolum ex ipſa lege, ſine aliqua alia diſpenſatione. 222.

Habere pluralitatem vxorum tempore legis veteris licet licuerit, verum effrenatam multitudinem habere non oportebat. ibid.

Habere plures vxores non licet Iudæo poſt legẽ Chriſti, quæ reuocat pluralitatẽ, Iudæo (inquam) qui Euangelij notitiam habet. ibidem.

Habere plures vxores apud gentiles, paganos. Vide in verbo. Gentes.

Habitibus neq; meremur, neq; demeremur, ſed actibus. 348.

Hæreſis cauſa diuortij eſt, non quia ſit fornicatio ſpiritualis, ſed quia ad tutelam fideli conceſſum eſt. 294.

Hæretici cupiunt eneruare authoritatem Summi Pontificis. 225.

I

IVſtum legale, & iuſtũ ſententiale quod ſit. 292.

Iure Diuino, & naturali conſtitutum eſt, quòd in cognitione, & inquiſitione cauſæ præcedant duo, vel tres teſtes, q; appareat reus, & audiatur ſua defenſio. 334.

Impedimenta matrimonij ſunt duplicia. Quædam quæ impediunt cõtrahendum, licet non dirimant contractum, & ſunt. Interdictum Eccleſiæ, vt non fiat matrimonium clandeſtine. Vxoricidium, quando nõ deprehenſa in adulterio occiditur, non vt adulteram ducat: quia tunc erit impedimentum impediens, & dirimens. Preſbytericidium. Inceſtus cum conſanguineis vxoris, vel viri. Sponſalitium ſi primo quis cum alia de futuro ſponſalia contraxit. Raptor alienæ ſponſæ, non poteſt ipſam ſponſam ducere. Si quis in catechiſmo aliquẽ tenuit, nõ poteſt matrẽ ducere. Votũ ſimplex quo ſtante, non poteſt ducere vxorem. Matrimonium de facto cũ moniali. Solẽnis pœnitentia. 34. Omnia iſta 11. impedimenta ſic impediunt matrimonium contrahendum, vt ſi contrahatur, iſtis ſtantibus non dirimatur ſed valeat. Eſt tamen peccatum contrahere ſine diſpenſatione. In quibus omnibus poteſt Epiſcopus diſpenſare ad contrahendum, excepto in ſponſalibus, & voto: quia videntur aliundè vim trahere. Et vbi in alijs non eſt conſuetũ diſpẽſationem peti, poteſt ſine peccato quis etiam ſine diſpenſatione contrahere.

Impedimenta quæ impediunt contrahendũ & dirimunt iam contractum, ſi præcedat matrimonium, ſunt. Error perſonæ. De quo in verbo error. ar. 28. p. p. 83. Error conditionis ſeruilis. art. 29. 85. Votum ſolemne. De quo in verbo. Votũ. Et art. 31. p. p 91. Diſparitas cultus. De quo in verbo diſparitas cultus. Et art. 32. p. p. ibid. Crimen. De quo, ar. 33. p. p. 94. Metus, ſeu coactio. De quo ar. 8. p. p. 24. Cognatio carnalis, ſeu conſanguinitas. De quo ar. 43. p. p. 121. Cognatio ſpiritualis. De quo in verbo cognatio. Et art. 56. p. p. 159. Cognatio legalis. De quo. ar. 59. p. p. 167. Ordo ſacer. De quo in verbo. Ordo ſacer. & ar. 27. p. p. 82. Ligamen. de quo ar. 42. p. p. 120. Affinitas. De quo ar. 46. p. p. 134. Impotentia. De quo artic. 38. p. p. 110. Publica honeſtas. De quo art. 51. p. p. 146. art. 51. & 52.

Impedimenta iſta ſunt talis conditionis, vt ſi matrimoniũ præcedant, impediant contrahendũ, & dirimant contractum, quia nullo modo (ipſis exiſtentibus) poteſt matrimonium conſtare, niſi adſit diſpenſatio: quia tales perſonæ per talia impedimenta omninò ſunt inhabiles ad matrimoniũ. De omnibus ſimul 83. per totam.

Impium eſt, & malè ſentire de vinculo indiſſolubili matrimonij, dicere ꝙ matrimonium





monium iam conſummatum diſſoluatur per ſuperueniens impedimentum, id eſt, per impotentiam. 111

Inceſtus commiſſus cum conſanguineis proprijs, non eſt impedimentum, quominus talis inceſtuoſus poſſit matrimonium cõtrahere. 76.

Inceſtus commiſſus cum conſanguineis vxoris, vel ſi fœmina ſit, cum conſanguineis viri, eſt impedimentum, ita vt altero decedente, qui inceſtũ cõmiſit, non poſſit alteri matrimonio coniungi. ibidem.

Inceſtuoſus cum affinibus, ſciens impedimẽtum, & cõtrahens abſq; expreſſa, vel interpretatiua diſpenſatione peccet mortaliter. Si autem cum diſpenſatione, nullum eſt peccatum. 77.

Inceſtuoſis cum affinibus poteſt Epiſcopus dare licentiam vt contrahant. ibidem.

Inceſtuoſi incolæ huius noui orbis contrahentes abſq; diſpenſatione nullum peccatum (ſaltim mortale) cõmittebant. 78.

Inceſtuoſi iuuenes contrahendo ſine diſpenſatione, non peccant mortaliter, ſi timẽt incontinentiam. ibid.

Inceſtuoſus cum proprijs conſanguineis non eſt impeditus quoad exactionem debiti. Inceſtuoſis verò cum conſanguineis vxoris interdictum eſt exigere, at ſi petat (ſecluſo contemptu, abſq; diſpenſatione, in quo Epiſcopus poteſt) non videtur mortale. 353.

In Leuitico 18. ſolum prohibetur matrimonium cum affinibus, & conſanguineis & non quòd inceſtuoſus non poſſit aliam ducere. 76.

Innocentius cùm eſſet Pontifex ſcripſit, quippè qui quatenus homo potuit errare in ſcripturis ſuis. 242.

Intelligentia textus. d. 4. leges inſtituuntur, cùm promulgantur. 364.

Inſtar ſacrilegij eſt, dicere, quòd Summus Pontifex non poteſt diſpenſare quòd quis ducat relictam fratris. 266.

In Regno Angliæ dimiſerunt plurimi vxores fornicarias ſequentes hæreſim Lutheri, dicentis diſſolui vinculum matrimonij propter fornicationem. 311.

Indi Maris Oceani non theſauriZant filijs. 23. & 198.

Indis fauet quod ponitur. 8. & 10. & 27. & 29. & 68. & 75. & 78. & 86. & 98. & 103. & 119. & 105. & 116. & 304. & 220. & 323. & 326. per totã. & 328. & 334. 335. & 340. 341. & 343.

In dubijs tutior pars eſt eligenda.

In dubijs ſententia ferenda eſt pro matrimonio. 105. & 118. & 317.

Infidelis contrahens cum aliqua muliere, in animo habens recipere ſimul aliam cũ ea, verum contrahit matrimonium cum prima. 184.

Infidelis contrahens cum aliqua, animo repudiandi, quando diſpliceat: contrahit matrimonium. 185.

Infidelium matrimoniũ legitimum, verũ, & conſummatum diſſolui poſſe in tribus caſibus poſitis. 1. Corin. 7. habet Eccleſia ex intentione Chriſti loquentis per Apoſtolum ſuum. 269.

Infidelium alter quando conuertitur, & infidelis non vult ſimpliciter cohabitare fideli, tunc fidelis poteſt aliam ducere, & diſſoluitur matrimonium. 270.

Infidelis quando vult cohabitare fideli, licet non velit conuerti, ſed non ſine contumelia creatoris, diſſoluitur matri. ibid.

Infidelis quando cohabitare vult fideli, ſed pertrahit eum ad mortale, tunc cum fidelis non debeat manere, ſi timet periculum, debet cogere infidelem vt deſiſtat. Nolente vero, diſcedat fidelis, & ducat aliam. 271.

Infidelem eſt neceſſarium requirat fidelis, ad hoc ꝙ ſi noluerit, poſſit ad aliud matrimonium tranſire. 275.

Infidelis contrahens ſecundum matrimonium, poſtquàm fidelis contraxit, non peccat. 287.

Infidelium matrimoniũ non eſt ſacramentum, capiendo ſacramentũ pro bono matrimonij quod eſt indiſſolubilitas. 288. Capiendo verò ſacramentum prout eſt ſacræ rei ſignum, eſt ſacramentum. ibid.

Infidelium matri. confert gratiam, nõ quidem gratum facientem, ſed largo modo 289.

Infidelium matri. licet tempore infidelitatis non ſit ſtrictè ſacramentum neq; gratiam gratum facientem conferat, tamen cùm baptizantur, et de nouo conſentiũt, fit ſacramentum, ſtrictè capiendo, & confert gratiam gratum facientem, ſi ſint aliàs diſpoſiti. 290.

*Infideles ſi perſiſtant in conſenſu habito tempore infidelitatis, & erit ſacramentum, & gratiam conferet. Itaq; non requiritur nouus conſenſus neceſſario. 291 Reliqua in verbo. Cohabitatio, & Gentiles.*

*Ingreſſus religionis diſſoluit matrimoniũ ratum, non conſummatum. ex intentione Chriſti. 269.*

*Irregularitas, quæ cum peccato eſt, tollitur per baptiſmum, ſecus de illa quæ ſine peccato. 143. Et in verbo, Baptiſmus.*

*Ius naturale. Vide artic. 47. p. p. 141. & art. 6. & 7. 2. p. & in verbo, Lex.*

L

*LApſus Eraſmi, qui dixit, propter hæreſim diſſolui matrimo. 308.*

*Laudatur Loth ex Zelo quem habuit minus malum conſulendo illis, qui parati erant maius perpetrare. 52.*

*Lege poſitiua humana infideles non ſunt aſtricti, nec diuina poſitiua veteris legis, cùm ſint extra Eccleſiam. 36. & 91. & 258.*

*Lex quando loquitur per verba præceptiua, aut æquiualentia, vt eſt, Inhibemus, obligat ad mortale, quamuis hæc non ſit potiſſima ratio obligandi. 37.*

*Legis obligatio ceſſat, ceſſante ratione legis. 45. & 91. & 306.*

*Lege aliqua ſcripta, aut naturali nulli tempus eſt præfixum, quo non poſſit promittere alteri quod ſuum eſt. 46.*

*Leges poteſt ponere, & edicta dominus infidelis ſubditis ſibi, quæ pertineant ad ſuã rempublicam, & bonum communitatis, & ſic poſſunt condere leges circa matrimonium. 92.*

*Lex Euangelica omnes obligat, vetus tamen infidelis, ideſt, populum gentilem: minimè ligat, cùm nõ ſuſceperint illam. 128. & 139.*

*Lege naturæ ſi aliquis gradus affinitatis prohibitus eſt, in quo non liceat alicui matrimonio contrahere, ſolum eſt filij cum nouerca. 138.*

*Lege diuina poſitiua veteri plures gradus affinitatis fuerunt prohibiti in matrimonio. 139.*

*Lege diuina Euangelica nullus gradus affinitatis eſt prohibitus. ibid.*

*Lege purè humana licet olim fuerint prohibiti ſeptem gradus affinitatis intra quos non poterat quis contrahere, poſtea facta eſt reſtrictio vſq; ad quartum ſolum. 140.*

*Lex naturalis eſt, quædam conceptio naturaliter homini indita, qua dirigitur ad agendum in actionibus proprijs, ſiue competant quatenus animal, vel quatenus tale animal eſt. 127.*

*Lex naturalis quantum ad prima ſua principia, quæ ſunt per ſe nota, eſt eadem apud omnes, nec aliquam patitur variationem. 194.*

*Lex naturalis quantum ad illa quæ ſunt de ſecundis præceptis, quæ velut concluſiones deducuntur ex primis principijs, eſt variabilis, nec eſt eadem apud omnes. Et non ſolum non ſunt apud omnes, ſed & de corde hominum poſſunt totaliter aboleri. 195.*

*Legem condendi qui habet poteſtatem, poterit diſpenſare in matrimonij inſeparabilitate propriè, impropriè tamen alius. 198. & 199.*

*Legem Chriſti non recipiendo gentiles, ad quos ſufficiens eius notitia peruenit peccant. 209. 210. & 225.*

*Leges humanæ concubinam habere concedunt, & meretrices eſſe: quia per illas non omne malum prohibetur. Concedit que aliqua mala, & permittit, quæ ſi nõ permitterentur, maiora euenirent. 236.*

*Legibus ſecularibus tenenter obedire chriſtiani. 237.*

*Lex eſt menſura quædam, ſeu regula actuũ humanorum, ſecundum quam quis præceptis inducitur ad agendum, & in prohibitionibus retrahitur. 247.*

*Legis ratio, & adhoc ꝙ obliget, requiritur quòd promulgetur. 248.*

*Lex vetus obligabat ad ſui obſeruantiam non ſolum populum Hebræum, ſed & Gentilem, quantum ad moralia, & naturalia, & non quia ibi in lege ſcripta, ſed quia de lege naturæ, quæ (cùm ſint eadem apud omnes gentes) omnes obligat. ibidem.*

*Lex vetus non obligat populum gentium, quantum ad cæremonialia, & iudicialia. ibidem.*

*Lex*



*Lex vetus per mortem Chriſti ſic ceſſauit, vt non ſolum nõ obliget ad ſui obſeruantiam, ſed obſeruantes eam quantum ad cæremonialia, & iudicialia, credentes ꝙ vim habeant, peccant mortaliter. 249. & 258. & 261.*

*Lex modo obligans quantum ad moralia, & naturalia, nõ obligat quia in lege veteri fuerint poſita, ſed quia alia lege fuerunt ſtabilita. 249.*

*Lex vetus modo non eſt lex dicenda, cum non liget. ibidem.*

*Legis abrogatio erit, & non diſpenſatio, ſi cum omnibus fiat diſpenſatio. 260.*

*Legis diſpenſatio ad illum pertinebit, ad quem ſpectat condere illam. ibidem. & 134. & 260.*

*Lex de occiſione vxoris deprehenſæ in adulterio moderata eſt. 301.*

*Leges condere circa matrimonij ſacramentum ſecundum ſe non poteſt poteſtas ſecularis, ſed per accidens tamen poteſt: quia matrimonium non ſolum eſt ſacramentũ, ſed eſt contractus humanus. 366.*

*Leges aliquas tenere in foro exteriori, quæ non teneant in conſcientia, non eſt mirum. 367. 368.*

*Libellus repudij apud Michoacanenſes, Mexicanos, & Nicaragua. 186.*

*Libellus repudij fuit in vſu apud Hebræos permiſſione Dei: quia illo tunc vtebantur gentiles. 200.*

*Libellus repudij licet fuerit in vſu apud gẽtiles, tamen lege data ipſis Hebræis, fuit conueniens in lege permiſſionem repudiandi exprimi. ibidem.*

*Libello repudij vtentes Hebræi nullatenus peccabant non ſolum ſi repudiarent poſt educationem prolis, ſed etiam ſi ante eius educationem, & natiuitatem, dum fieret ſecundum legis permiſſionem. 200. & 201.*

*Libello repudij vtentes Hebræi ſecundum legis permiſſionem, licet ante Chriſti aduentum non peccabant, poſt tamen ſufficientem notitiam Euangelij repudiando, peccant mortaliter. 202.*

*Libello repudij licitè vtebantur Hebræi propter quamcunq; cauſam, ex qua odio habebatur vxor. ibid. & 203.*

*Libello repudij nunquàm licuit vti fœminæ, quantũcunq; odio haberet virũ. 204.*

*Libello repudij dato ſecundum legis permiſſionem, diſſoluebatur matrimonium primum, legitimè contractũ contrahendo q; cũ alijs tam repudians, quàm repudiata, verè contrahebant, & erat matrimoniũ verum. 204. & 205.*

*Libello repudij dato, quamuis repudiata licitè contraheret cum alio, mortuo ſecundo non poterat redire ad primum, etiam primo viro volente eam reducere. ibidẽ. Poterant tamen antequàm cum alijs cõtraherẽt, tàm repudians, quã repudiata, de nouo cõtrahere, cũ nouo cõſenſu. ibid.*

*Libello repudij conceſſo, licet per illud ſolueretur matrimonium in lege veteri, tamẽ poſt Chriſti paſſionem apud Iudæos qui adhuc veterem legem ſeruant, non ſoluitur matrimonium. 206.*

*Libellus repudij apud Gentiles. Vide in verbo Gentiles.*

*Libertas. Vide. Voluntas.*

*Ligaminis impedimentum eſt quando aliquis ligatus eſt matrimonialiter, ſic ꝙ cum alia nequeat contrahere. 120. Cætera per totum art. 42. p. p.*

*Lucrari non poteſt per ludũ qui habet centum, niſi quinquaginta, ſi modo centum nõ ſunt ſui, ſed ſolũ quinquaginta. 364.*

M

*MAleficij impedimentum. Vide ar. 40. p. parte.*

*Matrimonium inſtitutum fuit à Deo in officium in Paradiſo. In remedium verò poſt peccatum. Confirmatum autem, & roboratum poſt à Chriſto 1. & 173. & 347. & 348.*

*Matrimonium, coniunctio, ſcilicet, maris et fœminæ eſt de iure naturæ. 1.*

*Matrimonij finis duplex, Propagatio, & operum communicatio. 2.*

*Matrimonium licet ſit de iure naturæ, nõ tamen de iure communi omnibus animalibus, ſed prout eſt commune hominibus. 5.*

*Matrimonium eſt verum, quando parentes loquuntur pro filijs, dum ipſi non cõtradicant. 22.*

*Matrimonium poteſt contrahi per procuratorem, & per nuntium. 22.*

*Matrimonium impuberum. Vide ar. 39. p. p.*

*Matrimonij contractus viri certi ad certã fœmi-*

fœminam ſicut reperitur legitimus inter fideles, ita & inter infideles. 166. & per totum art. 1. & 2. par. 2.

Matrimonium verum fuit inter incolas huius prouintiæ Michoacan. vbi coniuncti fuerunt ſecundum mores ſuos vir, & fœmina, voluntariè, ad prolis procreationem, & operum communicationem. 186.

Matrimonÿ indiſſolubilitas ſiue apud fideles, aut infideles, non eſt de iure naturæ, ſic quòd omnes non obſeruantes eam peccent, ſecluſa lege aliqua, ſed eſt de iure Diuino Euangelico, Chriſto præcipiente, & declarante talem indiſſolubilitatem. 267.

Matrimonium legitimum ſi in aliquo caſu diſſoluatur, ſiue ſit apud fideles, ſiue infideles, ſolum erit ex interpretatione verborùm Chriſti, in quibus ipſe qui indiſſolubilitatẽ matrimonÿ præcepit, diſſolui poſſe manifeſtauit. 268.

Matrimonium ratum non conſummatum quòd inter fideles diſſoluatur per ingreſſum religionis ſolum, & quòd conſummatum nullo modo diſſoluatur habetur ex dictis Chriſti. ibid. per totam.

Matrimonium ratum non conſummatum ſi per Pontificis Summi authoritatem poſſet diſſolui, quare non per Epiſcopum in ſua diœceſi, cùm non ſit ei interdictum. 269.

Matrimonium legitimum infidelium, verum, & conſummatum diſſolui poſſe in tribus caſibus poſitis ab Apoſtolo, habet Eccleſia ex intentione Chriſti. ibid.

Matrimonÿ vinculum cùm à ſolo Deo ſit, ab eo poterit auferri, & ſic diſſoluere poterit matrimonium. ibid.

Matrimonium Æthyopum in his partibus morantium fauetur, ad conſciẽtiæ ſecuritatem. 276. per totam.

Matrimonium non ſoluitur per tres caſus ab Apoſtolo ſignatos, quoad fidelis tranſeat ad ſecundum matrimonium. 284. Verum eſt tamen quòd in quocunq; illorum fidelis habet ius ad tranſeundum, & ſoluendum ſtatim. 256.

Matrimonium licet diſſoluatur cum primũ fidelis poſt aliquem trium caſuum tranſit ad aliud matrimonium, tamen non ſoluitur, ſi infidelis diſcedens, ad aliud matrimonium tranſeat, manente fideli in viduitate. 286.

Matrimonium ſecundum contrahens infidelis, poſtquam fidelis contraxit, non peccat. 287.

Matrimonium fidelium ſola morte diſſoluitur quoad vinculum. 309.

Matrimonÿ cauſas tractare propter earum grauitatem ad Epiſcopos pertinet, niſi ex commiſſione aliquibus concedatur. 312.

Matrimoniales cauſæ committantur non cuilibet, ſed docto, & experto. ibid.

Matrimoniales cauſas tractare conceditur prelatis religioſis, & quibus duxerint committendum. 313.

Matrimonÿ cauſæ tractandæ ſunt ſine ſtrepitu, & figura iudicÿ. Et illa quæ non ſunt neceſſaria, reÿcienda. 314. 315. per totam, & per art. 10. 3. par.

Matrimonium non tranſit in rem iudicatam, & quando tranſit. ibid.

Matrimonium diſſoluitur per ſolam confeſſionem illorum qui ſtant pro matrimonio, ſi confitentur impedimentum præceſſiſſe, propter quod non poteſt conſtare matrimonium: quia tunc non ſuſpicandũ falsè contra ſe confiteri. Si tamen non ſtat pro matrimonio, quia ipſi diſſolui volunt, non eſt credendum, quia ipſi dicunt tale eſſe impedimentum. 316.

Matris teſtimonium ſuſpectum eſt in matrimonio. ibidem.

Matrimonÿ tria bona. Bonum inſeparabilitatis. Bonum fidei. Bonum prolis. 173.

Matrimonium infidelium nõ eſt ſacramentum, quatenus dicit indiſſolubilitatem: quia non eſt omnino indiſſolubile. 288.

Matrimonium infidelium, quatenus eſt rei ſacræ ſignum, eſt ſacramentum. 289.

Matrimonium infidelium ad hoc quòd ſit verum ſacramentum, quando baptiZantur, non requiritur de nouo conſentiant, ſed ſufficit conſenſus habitus quando cõtraxerunt in infidelitate. 291

Matrimonium non tranſit in rem iudicatam. 314.

Meretrices poſſunt petere illum qui ducitur ad patibulum. 32.

Meretricium concedit reſpublica ad vitandum maiora mala. art. 20. 3. p.

Meretrices in vxores accipere non ſolum non eſt illicitum, ſed ad remiſſionem peccatorum prodeſt. ibidem.





Meritorius actus fuit in patribus veteris teſtamenti plures accipere vxores. De quo vide in verbo. Habere plures vxores.

Mereri, aut demereri non poteſt aliquis vno, & eodem actu.

Metus. Vide. Coactio. & art. 8. p. p.

Miniſtri religioſi in nouo orbe optime faciunt incitantes, & ſolicitantes infideles conuerſos, qui in infidelitate contraxerunt, vt veniant ad contrahendũ in facie Eccleſiæ, vt ſit verum ſacramentum, & conferatur gratia. 290.

Muti, & non valentes loqui poſſunt contrahere, per hoc quòd ab alÿs coniuncti, non contradicunt. 22.

N

NAtura inclinat vt in matrimonio ſit ſolum vnius ad vnam coniunctio. 3.

Natura inclinat ad procreationem prolis, & operis communicationem. 4. per totã.

Naturalis curſus dupliciter mutatur. 196.

Naturalia non ſunt propter peccatum abolita, licet remanſerit ſauciata. 1.

Naturalia integra retinent infideles quãuis obtenebrata. ibidem.

Natura omnibus animantibus neceſſaria adminiſtrat. 2.

Natura ad politicam ſocietatem inclinat. ibidem.

Naturale eſt quod cauſam habet ex principÿs naturæ ex neceſſitate, & id ad quod natura inclinat, dicitur etiam naturale. Et hoc ſecundo modo matrimoniũ eſt naturale. ibidem.

Neceſſitas à fine ſumenda eſt in naturalibus. 2. & 25. & 124.

Neceſſarius eſt conſenſus ad matrim. Vide Conſenſus.

Negare debitum. Vide Debitum, & Dubium. & ar. 18. 3. par.

Nigrorum matrimonium qui reliquerunt proprias, et legitimas coniuges in propria patria, fauetur. 275. 276. per totam.

Non poteſt defendi ꝙ matri. ratum, non cõſummatum diſſoluatur per impotentiam ſuperuenientem. 212.

Non requiritur aſſenſus Epiſcoporum vltra duas dietas an hoc ꝙ religioſi agant ad diuortium. De quo in verbo Religioſus.

O

ORdo aliquis quatuor minorum, nec prima tonſura, impedit matrimoniũ contrahendum, neq; dirimit iam contractum, nec poſt contractum impedit vſum matrimonÿ. 108.

Ordinatus ſubdiaconus, diaconus, ſiue preſbyter, nullo modo poteſt matrimonium contrahere, quòd ſi contrahat, diſſoluitur, & eſt excommunicatus, & irregularis. 109.

Ordinetur ſi aliquis vxoratus apud Latinos, verè ſuſcipit ordines. Quòd ſi fiat ſine vxoris conſenſu, non recipit exequutionem, & eſt irregularis. ibid.

Ordinatus non bene ducit vxorem, vxoratus autem bene ordinatur. ibid.

Ordinatus apud Latinos, q vxoratus erat, ſi cum vxoris licentia ordines recipiat, verè recipit & ordines, & exequutionẽ. ibidem.

Ordo ſacer impedit contrahendum, & contractum dirimit, ſolum ex iure poſitiuo humano. ibid.

Ordinis impedimentum quando incepit. ibidem.

P

PApa in omnibus gradibus prohibitis iure poſitiuo humano poteſt diſpenſare tamen in prohibitis iure naturæ, aut iure Diuino Euangelico, minimè. 134. per totam.

Papa ſi modo prohiberet vſq; ad ſeptimum gradum teneret prohibitio, & coniuncti in aliquo illorum, non eſſent veri coniuges, & vltra poſſet prohibere, dumtamen poſſit in aliquibus celebrari matri. ibid.

Papa poteſt diſpenſare in omni gradu tranſuerſali, nullo ſecluſo. 127. & 260. & per totum art. 27. 2. par. Et licet poſſit, non expedit. ibid.

Papa, aut Concilium generale totam Eccleſiam repræſentans, non poteſt ſacramentum aliquod inſtituere de nouo, licet poſſit circa ſacramenta multa præcipere, & prohibere, & ſacramentalia addere & tollere. 130.

Papa in omnibus quæ aſſerit dicere verum non eſt neceſſe. 239.

Papa poteſtas quando intelligantur. ibid.
Papa in diffinitionibus præferendus eſt omnibus doctoribus. in expoſitione tamen ſacræ ſcript. non eſt neceſſe. 239. 240. & 221. & per art. 21. 2. par.
Papa licet in diffinitionibus omnino credendus eſt, tamen rationibus quibus mouetur ad diffiniendum non eſt neceſſarium credere, & fidem dare. 240.
Papa poteſt errare quatenus homo, in illis quæ non ſpectant ad fidem. ibidem. De quo vide in verbo Error.
Papa qui nunc cathedram beati Petri tenet, & feliciter regit, poteſt caſſare, & tollere omnia quæ ab eius prædeceſſore ſunt conſtituta. 261.
Papa non poteſt diſpenſare in linea recta aſcendentium, & deſcendentium. 263.
Papa ſine cauſa diſpenſans in linea tranſuerſali, malè ageret. 264.
Papam non poſſe diſpenſare in primo gradu affinitatis, aliqui dixerũt, ſed male. 265.
Papa Leo. 10. conceſſit ordini Eremitarum S. P. N. Auguſtini quòd cum his qui in primo affinitatis gradu ſcienter, aut ignoranter contraxerunt (modò id notorium non fuerit, neque in iudicium productũ) diſpenſare valeant. ibidem.
Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio rato, & conſummato, nec in rato non conſummato. 199. & 269.
Paſtores Eccleſiæ ad quid ſunt conſtituti. 333.
Petere debitum. Vide Dubium, & Debitũ. & art. 18. 3. par.
Poteſtas ſuprema Papæ conceſſa à Chriſto quomodo intelligatur. 239.
Poteſtas humana. Vide leges.
Poteſtas Eccleſiaſtica, aut ſecularis, non poteſt aliquem compellere ad matrimonium contrahendum, poteſt tamen perſuaſionibus ad id mouere, & pro ipſo promittere, quo non contra nitente, erit verum matri. 21. & 22. per totam.
Potiſſima ratio obligans ad mortale in aliquo præcepto, non dignoſcitur, quando per verbum præceptiuum ponitur. 37.
Publica honeſtas eſt impedimentum impediens, & dirimens, ſolum iure humano. 146.
Publicæ honeſtatis impedimentum non habet locum inter infideles, cùm teneantur legibus naturalibus, & Diuinis Euangelicis ſolum. ibidem.
Publicæ honeſtatis iuſtitia oritur ex ſponſalibus legitimè contractis poſt ſeptennium, vbi interuenit legitimus conſenſus. 148. Cætera per totum artic. 51. p. p. & 52.
Per contumeliam creatoris nõ intelligitur aliquod malum dicere de Chriſto, qui ſummum bonum eſt, vel aliquod bonum ſubtrahere ab eo, quod continet omne bonum, cùm ſit ſummum bonum. 276
Per contumeliam creatoris (in qua durante infideli, poteſt fidelis aliud contrahere matrimonium) non intelligitur ſolũ per hoc, quòd infidelis ſeruat ritum, & morem colendi ſuos Deos. 277
Per contumeliam creatoris (per quam diſſoluitur matrimonium, ſi infidelis ab ea non deſiſtat) intelligitur quodcunq; peccatum ipſius infidelis, factum coram fideli, per quod verè fidelis periclitatur. 278. per totam.
Pertractio ad mortale (per quam matrimonium legitimũ ſoluitur) non eſt per hoc, quòd infidelis mortaliter peccat, & continuo eſt in mortali peccato, nec per hoc quòd infidelis ſuggerat fideli, vel ſuadeat aliquod peccatum, vel ad infidelitatem moneat. 279. & 280. per totam.
Pertractio ad mortale tunc erit, quando ex parte infidelis eſt monitio violenta, compellens fidelem ad mortale, quodcunq; ſit illud, & tunc diſſoluitur matrim. ibid.
Pertrahi ad hoc quòd dicatur vir fidelis ab vxore infideli, ampliùs requiritur, quàm è contra: quia vir eſt fortis in reſiſtendo, quod non eſt fœmina, ſed nimis debilis. ibid. & 281.
Præcepta decalogi ſunt, propriè loquendo, indiſpenſabilia. 230.
Præcepit Deus Oſeæ vt accederet ad non ſuam, non vt eo committeret fornicium. aut aliquod flagitium: nam licet non erat ſua factũ eſt à Deo, vt ſit ſua. Itaq; fuit diſpenſatio. &c. ibidem. & 197.
Presbytericidium eſt impedimentum impediens, non autem dirimens. 82. per totã.
Presbytericidij impedimentum poteſt ab Epiſcopo diſpenſari, ſicut & poteſt in omnibus impedimentis non dirimentibus. ibidem.
Primi



Primi homines qui debellarunt nouam Hiſpaniam, ridiculosè propoſuerunt credibilia Indis. 210.
Priuilegium Pauli 3. concedens quòd neophyti leuantes proprios filios, nõ contrahant impedimentum catechiſmi. 75.
Priuilegium Pauli tertij concedens neophytis, quod ſolùm cæremoniæ in baptiſmo fiant cum duobus, aut tribus pro omnibus. ibid.
Priuilegium Pauli tertij concedens neophytis huius orbis, quòd poſſint contrahere intra 3. & 4. gradum. 164. 144. & 335.
Priuilegium Nicolai Quarti, conceſſum ordini Prædicatorum, vt illi qui ad terras infidelium tranſierint poſſint iudicare de cauſis matrim. Idem per Adria. Sextum, & Paulum Tertium. 313.
Priuilegium Adria. Sexti concedens miniſtris huius orbis in vtroq; foro omnimodam poteſtatem. 332.
Priuilegium Adria. Sexti, & Pauli Tertij concedens miniſtris ſancti Euangelij huius noui orbis, q; poſſint agere ad diuortium vt iudices, intra duas dietas, cum aſſenſu Epiſcoporum, & extra duas dietas ſine aſſenſu. ibidem, per totam.
Priuilegia religioſorum habens Epiſcopus per communicationem, poteſt procedere cum Indis in diuortios ſine ſtrepitu, & figura iudicij. 334.
Procurator poteſt contrahere ſponſalia, ſicut & matrimonium de præſenti. 57.
Procurator neceſſario debet habere ſpeciale mandatum ad contrahendum, & non ſufficit quod ſit miſſus. ibid. Cætera de matri. per nuntium, vel procuratorem. Vide ar. 16. p. p.
Promulgatio eſt de ratione legis, ſic q; non requiritur veniat in notitiam, ſed ſufficit quòd ſit promulgata. 225.
Proteſtatio autoris, & rectitudo voluntatis. 89. & 226. & 239.

## Q

Qvid obſeruandum à Iudice Eccleſiaſtico in diuortio neophytorũ. Vtrùm ſine figura iudicij, & ſtrepitu cum illis ſit procedendum, & ſine tabellione. Vide art. 10. 3. par. 321.
Quid conſiderandum in Eccleſiæ determinationibus. 239. & 221. & 305.
Quidam Summus Pontifex errauit dicens, quòd exactio decimarum erat iuſta: quia decimæ ſunt de iure Diuino, error fuit in hoc vltimo, cum non fuit de iure Diuino, nec naturali. 241

## R

Reconciliatio poſt diuortium poteſt fieri ab innocente, etiam ſi innocens diuortium petierit, & ipſe nocens noluerit reconciliari. 305.
Reconciliare & ſi poſſet innocens nocentem poſt diuortium vtens iure ſuo, non tamen tenetur ad hoc, quantuncunq; fuerit emendata adultera. 306. Cætera de reconciliatione per totum art. 6. 3. par. 305.
Religioſi in nouo orbe optimè faciunt monendo infideles qui in infidelitate contraxerunt, vt confiteantur antequàm de nouo contrahant in facie Eccleſiæ: quia fortè in conuerſione, & baptiſmo poſuerunt obſtaculum. 291.
Religioſi in noua Hiſpania non ſunt curati licet habeant officium curatorum: quia ſolum Zelo Dei mouentur ad curam habendam Indorum. 327.
Religioſi in nouo orbe ſi in cauſis matrimonialibus procedant vt legati à Summo Pontifice, poſſunt dimittere (ſi expediat) omnia quæ ſunt humanitus conſtituta. 333.
Religioſis prohibitum eſt tenere infantes in baptiſmo, ne contrahant familiaritatem cum fœminis.
Religioſi quibus conceſſum eſt, & cura commiſſa à ſuis prælatis, licitè in cauſis matrimonialibus iſtorum neophytorum occupantur. 327.
Religioſi, ſeu miniſtri qui conuerſioni iſtorum neophytorum intendunt coniunctos in concubinatu, quando ad eorum notitiam perueniunt, licitè ſeparant, eis dicendo, non poteſtis ſimul eſſe, nullo modo cõueniatis in vnum. 328.
Religioſi, ſeu miniſtri non ſolum poſſunt licitè ſeparare quos inuenerint in concubinatu coniunctos, ſed etiã eos qui reputantur à vicinis vxorati, q in veritate ſunt
con-

Concubinarij, ſi modò noluerint (non obſtante impedimento) de nouo ſecretè cõtrahere. ibid.

Religioſi, ſeu miniſtri qui conuerſioni infidelium intendunt, ſi quos inuenerint cõiunctos in matrimonio per expreſſum cõſenſum vtriuſq; tamen ſecretè ſine teſtibus, ſi cognouerint ob aliquod impedimentum eos nullo modo poſſe coniungi, licitè poſſunt eis conſulere, quòd ſeparentur, ſine hoc q; iudicis Eccleſiæ ſententia præcedat. 330.

Religioſi ſi quos inuenerint coniunctos in matrimonio coram teſtibus, ſed non in facie Eccleſiæ, cognito impedimento, quo non potuerunt coniungi, poſſunt monere, & conſulere ad ſeparationem, ſine aliqua ſentẽtia iudicis Eccleſiæ. Et hoc dummodo prudenter fiat, & ſine puſillorum ſcandalo. ibid.

Religioſi de beneplacito Epiſcoporum non ſolum poſſunt conſulere ad ſeparationẽ, quos nouerunt non poſſe iungi, ſiue cum teſtibus, ſiue ſine fuerunt iuncti, ſed etiã licitum eſt eis id dicere illis qui in facie Eccleſiæ contraxerunt, dummodò non potuerint contrahere, & ſint extra locum in quo eſt iudex Eccleſiaſticus. 332.

Religioſi vtuntur omnibus priuilegijs conceſſis hucuſq; cum beneplacito Epiſcoporum. ibidem.

Religioſus poſſet præcipere ſeparationem etiam vbi adeſt iudex Eccleſiaſticus, dũmodò ipſe non ſufficiat omnibus prouidere, tunc enim eſſet acſi iudex non eſſet. 333.

Religioſus ſi Epiſcopo dante poteſt agere ad diuortium vbi beneplacitum Epiſcoporum requiritur, quãto magis poterit vbi non eſt neceſſarium beneplacitum. ibid.

Religioſi habentes aſſenſum Epiſcoporum ad vtendum priuilegijs omnibus conceſſis intra duas dietas poſſunt in omnibus cauſis matrimonialibus iſtorum, ſiue matrimonium ſit contractum clandeſtinè, ſiue in facie Eccleſiæ, procedere vt iudices, & in foro conſcientiæ ad libitũ. ibid.

Religioſi, quibus Epiſcopi aſſenſum præbuerunt, in matrimonio neophytorum procedentes velut iudices, licet non habeãt notarium, neque iuramentum exigant in forma à teſtibus (dummodò cognitionem habeant veritatis) nullo modo peccant, ſed bene faciunt. ibid.

Religioſus licitè in caſibus, qui frequenter eueniunt, quando alter affirmat altero negante, matrimonium, poteſt conſulere, ſi nullam habet (cognita eorum conditione) vt aliam ducat, vel ſi habet iam ſecundam, vt non dimittat dummodò priùs conſulat conſcientiam dimittere. 343.

Repudiare, dare ad vſuram ſaltim extraneis, vindictam exquirere, permiſſum Hebrais: quia gentibus licebat. 201.

Repudium, tam apud Hebræos, quàm apud Gentiles. Vide in verbo. Libellus repudij.

Repugnantia dictorum in Sylueſtro. 159.

Repugnantia dictorum in Soto, & concordia eorum. 246.

Repugnantia dictorum in Ricardo. 285.

Repugnat regimini naturæ vbi vnicus eſt rector, vnam plures habere viros. 285.

Reſtituere tenetur exponendo ſe morti (ſecundum Scotum) qui alium occidit. 364

Rumor viciniæ non ſufficit ad diſſoluendũ matrimonium legitimè contractum. 316

Rumor, & fama non ſunt idem. ibidem.

S

Sacramentum aliquod non poteſt Eccleſia, nec Concilium generale ipſam repreſentans de nouo inſtituere. 130.

Sacramenta inſtituendi poteſtatem non reliquit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ, licet potuerit. ibidem.

Sacramenta 7. nouæ legis & continent, & cauſant gratiam. 289.

Sacramentum eſt rei ſacræ ſignum. ibid.

Sacramentum matrimonij non conferre gratiam, auſi ſunt affirmare aliqui ex Theologis. ibidem.

Secreta cordium in nullius cognitione conſiſtunt, niſi ſolius Dei. 10. & 340.

Seruus (licet aliquid domini ſit) poteſt cõtrahere inuito domino, aut ignorante, vel ſciente. 87.

Seruo, aut ancilla contrahente matrimonium contra voluntatem Domini, non priuatur dominus debito ſeruitio, ſed poteſt eo vti, ſicut ante matrimonium vtebatur. ibidem.

Seruus

Seruus non poteſt vendi in regionem longinquam, vbi impediretur coniunctio maritalis. 88.

Seruus contrahens cum aſſenſu domini, licet non eo fiat liber, non poteſt priuari à redditione debiti, quotiens ab eo exigatur. ibid. Reliqua per totum art. 29. & 39. p. p.

Sententia Eccleſiæ nullo modo requiritur ad hoc quòd poſt aliquem caſuum Apoſtoli, fidelis licitè poſſit tranſire ad aliud matrimonium. 286.

Sententia Eccleſiæ requiritur ad ſeparationem quantum ad cohabitationẽ, & nullo modo poteſt fieri propria authoritate. etiam ſi ſit cognitum adulterium. 302.

Sententia Eccleſiæ non requiritur ad celebrandum diuortium quãtum ad torum tantum poſt adulterium cognitum. 302.

Sententia Eccleſiæ non ſpectata, crediderim probabiliter poſſe fieri diuortium, ſi contigerit adulterium inter aliquos, vbi nõ poſſet de facili eſſe aditus ad Iudicem Eccleſiaſticum, & ſi ex ſeparatione quantũ ad cohabitationem non ſequeretur ſcandalum. 303. per totam.

Sententia excommunicationis licet compellatur innocens, qui ſcit vxorem adulteraſſe, quod tamen probari non poteſt, non peccat negando debitum. 304

Sententia iudicis non ſpectato, poteſt innocẽs adulteram dimittere & quoad torũ, & cohabitationem propria authoritate, ſi modo adulterium ſit notorium ſic quòd nullà poſſit tergiuerſatione celari. 305.

Sententia Eccleſiæ diuortio celebrato propter adulterium, innocens poterit ſibi reconciliare nocentem. ibidem. per totam.

Sententia diuortij non fertur de neceſſitate iuris, ſed ſolum ad partis petitionẽ. 306.

Sententia condemnatoria afficit, & punit delinquentes. ibid.

Si alteri, aut ambobus contrahentium conſtaret per Dei reuelationem conſenſus interior quem in matrimonio habent, non eſſet neceſſe exprimeretur verbis, ſignisue. 12. & 13.

Si conſtaſſet alicui de falſa præſumptione Eccleſiæ, ſecluſo ſcandalo, non teneretur obedire ei præcipienti aliquid contra veritatem. 304.

Sicut Chriſtus Ieſus voluntariè ſibi noſtram naturam aſſumpſit, ſic matrimonium illam ſacroſanctam vnionem ſignificans, & præfigurans oportet ſit omninò voluntarium. 26.

Suſpectus eſt de hæreſi, qui viuente propria vxore aliam ducit. 121.

Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio, quæ fiunt per verba de futuro. 53.

Sponſalia poſſunt contrahi à primo ſeptennio, & non antè. 54.

Sponſalia multis modis contrahuntur. Cætera de ſponſalibus per art. 16. primæ par. & art. 20. & 21. p. par.

T

Teſtamentum defectu teſtium eſt nullum iure poſitiuo, vbi neq; interuenit dolus, aut fraus, tenet tamen iure naturali. 25.

Teſtes debent iurare, quòd non dolo, amicitia, aut aliquo commodo priuato falſum iurabunt quando proceditur ad diſſoluendum matrimonium iam contractum vel quia præceſſit impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatis. 315.

Teſtes, qui in matrimonio ſunt admittẽdi, ſunt conſanguinei. ibid.

Teſtes qui ad matrimonium admitti debent, oportet ſint circunſpecti, omni exceptione maiores. ibid.

Teſtis vnus non ſufficit ad diſſoluendum matrimonium. 316.

Tria ſunt bona matrimonij. Bonum inſeparabilitatis. Bonum fidei. Bonum prolis. 173.

Teſtimonium matris eſt ſuſpectum, quando vir eſt ſuperior diuitijs honore, aut poteſtate. 316.

V

Veriſimile eſt Iacob conueniſſe, & pepigiſſe tempus, & horam cum quatuor vxoribus ſuis, in qua ingreſſurus erat ad eas, ita quòd quando ad vnam acceſſurus erat, alia vacabat. 228.

Vir, aut vxor ſi cognoſcerent conceptus adinuicem, ſicut angeli ſe cognoſcunt, non eſſet neceſſe conſenſum verbis exprimi. 13. & 181.

Vir poteſt occidere vxorem deprehenſam in adulte-

adulte-

*adulterio, ſine lethali crimine, poſt ſententiam iudicis, alias lethaliter peccat. 79. & 301.*

*Vno, & eodem actu nequit vnus ſimul mereri, & demereri. 328.*

*Vxoricidium eſt impedimentum impediẽs, & non dirimens. 79.*

*Vxorem propriam nõ deprehenſam in adulterio vir occidens, ſiue intentione ducendi adulteram, peccat mortaliter contrahendo cum alia, ſine diſpenſatione expreſſa, vel interpretatiua. ibidem.*

*Vxorem propriam deprehenſam in adulterio vir occidens non incurrit tale impedimentum. ibidem.*

*Vxor occidens proprium virum, non incurrit talem pœnam. ibidem.*

*Vxorem captam in adulterio an poſſit vir occidere. Vide in verbo adulterium. Cætera de Vxoricidio, & Viricidio quando fit ob aliud ineundum coniugium. Vide artic. 33. p. p.*

*Vxoratus apud latinos ordinem ſacrum ſuſcipiens de licentia vxoris, & recipit ordinem, & executionem, & de vxorato apud Græcos. 109.*

*Virtutes dicuntur naturales, & quomodo ſint naturales. 2.*

*Virtutes dicuntur naturales in nobis, non ꝙ inueniantur in nobis ait qui habitus perfecti per naturam, ſed ineſt nobis à natura ſuſcipere illas per operationes noſtras. ibid.*

*Vir conſtans eſt, qui inter duo bona eligit quod melius eſt, & inter duo mala quod minus malum, inconſtans verò è contra. 24. quo per totum art. 8. p. p.*

*Voluntas à nullo poteſt cogi propriè, ſed impropriè, & quantum ad actus imperatos, & non quantum ad elicitos: quia nihil in ipſa voluntate tam intrinſecum, ſicut ipſa voluntas. ibidem.*

*Voluntas à ſolo Deo poteſt cogi, vt velit quod anteà nolebat, ſicut ſæpe contingit. ibidem.*

*Voluntas ſumma, vel libertas eſt neceſſaria ad matrimonium. 25.*

*Voluntas coacta licet ſit voluntas, non eſt voluntas libera. 28.*

*Voluntatem liberam, & conſenſum liberũ quæ ſunt quæ requirãt, vide, Conſenſus. Cætera de voluntate libera ad contractum matrimoniale. Vide in verbo, Coactio, & per totum art. 8. p. p.*

*Votum ſimplex continentiæ, vel religionis, eſt impedimentum ad contrahendum, licet contractum non dirimat, quod nõ eſt ſolemnizatum profeſſione tacita, vel expreſſa religionis approbatæ, aut ſacri ordinis ſuſceptione. 48.*

*Votum ſimplex impedit contrahendum, & ex natura rei, & ex ſtatuto Eccleſiæ. 53.*

*Votum continentiæ non poteſt aliter obligare vouentem, quàm iuxta intentionem eius. 50.*

*Vouens religionem, in qua includũtur iſta tria, obedientia, paupertas, & continentia, ſi non recipiatur in religione, non tenetur ad alia duo, quæ poteſt extra religionem ſeruare. ibidem.*

*Voto ſimplici obligatus requirens à me vtrum poſſit contrahere, poſſum ne reſpondere ꝙ ſic. 52. Cætera vide in verbo, Contrahens.*

*Votum ſolemne impedit contrahendum, & contractum dirimit iure humano, & nõ Diuino, aut naturali. 89.*

*Votum ſolemne dirimere contractum probabile eſt eſſe ex iure Diuino. ibidem.*

*FINIS REPERTORII.*